


8810

2  
60



# CATHOLICARVM PRAESCRIPTIONVM

Aduersus nostri temporis Hæreticos.

## TOMVS TERTIVS

In duas partes diuisus:

### PARS PRIMA.

In quâ Patrum authoritas, præsentium Pastorum, & Doctorum, & ipsius Ecclesiæ sensus, ex antiquitate, vniuersitate, consensione, & S. Thomæ doctrina, & methodo defenduntur.

### A V T H O R E

A.R.P.F. DOMINICO GRAVINA S.T.M. ORDINIS PRAEDICATORVM  
S.Officij Consultore, Cur. Archiepiscop. Theol. in Vniuersitate Regia Neap.  
primaria cathedralæ Theologie S. Doct. professor.

Ad Eminentissimum, & Reuerendissimum Principem  
D. FRANCISCVM BONCOMPAGNVM  
S. R. E. Cardinalem, Archiepiscopum Neapolitanum.



NEAPOLI, Apud Lazarum Scorigum. M. DC. XXX.

САДОВНИЧА  
МУНДОРФИЯ

Абрамов Николай

САДОВНИЧА МУНДОРФИЯ

Абрамов Николай

Садовничий мундорт  
Абрамов Николай

Садовничий мундорт  
Абрамов Николай

Садовничий мундорт  
Абрамов Николай

Садовничий мундорт  
Абрамов Николай

# P A T R I B V S E C C L E S I A E.



- a SANCTISSIMIS DEI LOQVENTISSIONIS,  
b Omnium doctrinarum curiosissimis  
exploratoribus,  
c Doctoribus præclarissimis,  
& gloriosissimis.  
d F I D E I C A T H O L I C A E  
acerrimis defensoribus:  
e Præceptoribus vita, & dogmatum,  
f zizaniorum extirpatoribus,  
& certatoribus inuidit.  
g Clarissimis, & splendidissimis  
lucernis.  
h Feruissimis veritatis assertoribus,  
i Catholicorum Magistris.  
K In conciliarij definitionibus, Testibus,  
Confiliarijs, Iudicibus:  
l Q V O R V M D O C T R I N A  
lacrorum dogmatum lima, & incor-  
ruptæ munitiones Ecclesiæ:  
m Quæ veluti sal omnem errorem hæreticum  
expurgat, & putredinem passionum  
terreni intellectus, per virtutem,  
& veritatem desiccat:  
n SONORIS SPIRITVS SANCTI,  
tubis, & doctrinarum censoribus,  
nā quæ reiçitis, ea quoq; nobis  
indigna, & Catholicę ecclesię  
aduersa, & hostilia  
arbitramur.  
o V T F I D E M V E S T R A M  
infractam, & sanam seruent Ecclesiæ  
filii, & apud Dominum tamquam  
veritatis amici deprehendātur.

P A R V V M H O C O P V S  
pro vestra, & Orthodoxia defensione  
elaboratum, vestra etiam lima,  
& iudicio corrigendum,  
VOBIS VITAE MEAE ET STVDIORVM  
P A T R O N I S,  
Ego F. Dominicus Grauina, paternæ vestræ  
hæreditatis seruandæ studiosus.  
DICO, ET CONSECR O.





EMINENTISSIMO:  
Ac Reuerendissimo Principi  
D. D. FRANCISCO  
BONCOMPAGNO  
S. R. E. CARDINALI  
Archiepiscopo Neapolitano.



On ambiguis nos, & erraticis indefinitæ do-  
ctrinæ studijs dereliquit nostræ fidei author  
Christus Dominus ( dicebat Hilar. Eminen-  
tissime Princeps ) vel incertis opinionibus  
ingenia humana permisit , statutis per se , &  
oppositis obicibus in libertatem intelligentiæ,  
voluntatisq; concludens ; vt sapere non  
nisi ad id tantum quod prædicatum à se fuerat, nos sineret, cum  
per definitam fidei indemutabilis constitutionem, credi aliter  
atque aliter non liceret. ]

tt. de  
Trin.

Ad cuius prædicationem, ait Tertull. [ duodecim præcipuos  
lateri suo adlegerat destinatos nationibus magistros , unoque  
excusso(eiusque loco Matthia subrogato) in orbem profecti, ean-  
dem doctrinam eiusdem fidei Nationibus promulgauerunt .  
Quid autem prædicauerint, id est quid illis Christus reuelauerit,  
& hic præscribam , non aliter probari debere , nisi per easdem  
Ecclesiæ, quas ipsi Apostoli condiderunt (Præpositos, & Patres  
illis præficiendo ) vt constet proinde omnem doctrinam , quæ  
cum illis Ecclesijs Apostolicis, matricibus, & originalibus fidei  
conspiret, veritati deputandam , id sine dubio tenentem quod  
Ecclesiæ ( vel Patres , & Apostolici ) ab Apostolis , Apostoli a

De pre-  
scri. c. 20

Cap. 21.

„ Christo, Christus à Deo suscepit: reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum, & Christi, & Dei.

Hi ergo diuinæ reuelationis gradus, nimirum, vt à Christo ad Apostolos, ab Apostolis ad Ecclesias, quas fundauerunt, vel Apostolicos, ab his ad præsentem Ecclesiam, Pastores, & Doctores populorum descendamus; & ab istis ad Apostolicos, ab Apostolicis viris ad Apostolos, ab Apostolis ad Christum, qui ea, quæ à Parre accepit, nota fecit nobis, ascendamus. Hi quoque termini, & obices, quibus humanus intellectus per fidem captiuatus concluditur; quos si ex libertate opinandi transfilire gloriolæ cupidus conetur, extra limites veræ religionis tāquam profugus, & vagus incedet. Satis dicebat S. Petrus Chrysologus ad diuinæ veritates noscendas, est imbecillis natura: petit cœlum, petit alta, scrutatur suprema, mouet cœlum, pulsat cœlum, sed cum cœlum mouerit, cœli pondera non poterit sustinere, ambit fidei subire verticem, audet cœlum sua penetrare virtute, sed æthereas in vias, vbi incedere humanis gressibus inchoat, cum suam deorsum respicit ad naturam, non tantum fit de præteritis, quantum trepidat de ruina, sibique relicta in propria delapsa formam, in sola terra consistit, terrenis rationibus cœlestia rimatur, quæ dum non capit, non esse existimat, volens perspicacitatem intelligendi, regulam esse credendi: cūque aduersus scientiam Dei subsistere non valeat, varijs sophismatibus, & fallacijs proprijs ingenij foetus munire conatur, vt si neceſſe existimet, ipsa quoque fidei principia, & elementa adorariatur. Fortè desunt doli, & fallaciæ? Minime: semper enim

Serm. 90

In p. 63

(dicebat Hilarius) excidia aduersus fidem præsto sunt, & occultis, ac fallentibus insidijs pestiferæ adhortationis doli adiacent. Si enim hæreticus peruertere fidem tentet, incredibile est, quantum eam dolis subuertere contendat. Si spem æternitatis nostræ Philosophus impugnet, mirum in modum omni ingenij sui alacritate, ea quibus doctrinæ cœlestis institutio subrui possit, uterque scruntur.

His dolis cœpit ab initio diabolus per Gnosticorum atque Gentilium cuniculos, doctrinam hanc à Christo Domino reuelatum oppugnare, & in diuinæ religionis præfixos terminos infilire, gradusque præcidere. Primo enim diuinam prædicacionem Apostolis demandatam, ceù stultitiam irridentes, diuinæ Scripturas repudiarunt, vel falsarunt, traditiones sacras obscurarunt;

runt; mox ad Apostolicos Patres descendentes eos de imperitia,  
Irenæo testante, taxarunt, se ipsos nedum Apostolicis, sed &  
Apostolis sapientiores esse existimantes: ad ætates verò eorum-  
dem Pastorum, & DD. procedentes, ignoratiæ tenebris plusquam  
cimmerijs excæcatos audacter pronunciabant. Sed quid ad Deū  
humana peruersitas? quid aduersus opificem operis ingenium?  
„ exquirant licet omnibus argumentationis suæ questiunculis ex-  
cidium veritatis, deficiet tamen in veritatis distinctione falsitatis  
„ assertio. Quæ enim non labefactabuntur ingenia contradic-  
„ nibus intenta? Quid ni deficeret humana ista impugnatio? quan-  
do ex eodem Hilario: Hæc professio nostra, scrutantium inge-  
„ nia debilitat, hæc doctrinæ spicula, quæ per regeneratorum  
„ exordium sagittæ sunt parvulorum, stultas disputationes, & ri-  
dicula de Dei dogmata vulnerant.

Prostrato verò diabolo, & veluti semiuuo relicto, dum Or-  
thodoxia de Gentilibus, & Gnosticis triumpharet, nouos dolos  
meditatus est, à præsentis namque Ecclesiæ Pastorum, & Do-  
ctorum contéptu auspicando, ad Patrum Apostolicorum, exin-  
de Apostolorum, tandem ipsius Christi Domini abnegationem  
processit, Atheismum fundando in castris rebellium. Duo luce  
clariora produco paradigmata ne mea cōminiscere videar. Fra-  
ter quadam fuit (scribit Dorotheus vir sanctissimus, & pientissi-  
mus) qui cum aliquid boni de fratre quopiam quisquam præ-  
dicaret, statim respuebat eum dicens. Quis est ille? non est  
„ qui momenti sit alicuius, nisi Zozimas, & qui cum eo sunt. Post  
„ cœpit, & hunc contemnere, & nihil pendere dicens. Nemo  
„ quicquam valet præter Macharium: & non multò post ait. Quid  
„ est Macharius? nullus quicquam est præter Basiliū, & Gre-  
„ gorium: atque paulo post cœpit, & hos teruncij facere dicens.  
„ Quid est Basilius? quid est Gregorius? nemo quicquam valet,  
„ nisi Petrus, & Paulus, cui ego dixi certè frater, & hos etiam  
„ contemnes. Credite mihi non mentior, non multò post di-  
„ cere occœpit. Quid est Petrus? quid est Paulus? nemo est  
„ alicuius momenti, nisi sancta Trinitas. Post modum verò,  
„ & contra ipsum Deum superbire cœpit, & insolescere. Deni-  
„ que ad eum modum delapsus est in perditionis, & impietatis  
„ barathrum.

Per eaſdem lineas reciprocauit, Dei & hominum odium  
Martinus Lutherus, vias latissimas faciens semitis iræ suæ.  
Principio namque suæ defectionis, spretis Doctoribus Scholasti-  
cis,

L.3. adu.  
bar. c. 2.

Idz Hil.  
sup.

Serm. 2.

eis ; & præ ceteris S. Thoma Aquinatæ, ad Patres , & Concilia appellavit, horum pertetus ad nudum scripturæ textum prouocauit, sed his non multo post præsumptionis machera truncatis, & mutilatis, in blasphemam ore rabido in illâ vocem prorupit, ut Deus solo deitatis nomine gauderet, sibi enim frigidè, & insulsè Sanctissimæ Trinitatis vocem insonare dicebat, & vniuersæ fidei orthodoxæ vale dicens, pro commento , & opinione, paradoxo, fabula, eam se habere nouus Lucianus expressis verbis professus est .

Quare si ullo tempore locus ab authoritate præsentium Pastorum, & Doctorum, à Patrum sensu, atq; cōsensu, ad Atheismi semina suffocada, necessarius adiudicatus est, hoc luctuosissimo seculo ad ferendas orthodoxis suppetias contra in dies exurgentes profanas vocum nouirates, & oppositiones falso nominis scientiæ, pernecessarius quoque, ac proinde neruoso dicendi genere vnde quaque muniendus; semper enim insurgunt (vt de sui temporis Nouatoribus cōquærebatur Senator Cæsiodorus) qui putant esse laudabile, si quid contra antiquos sapient, & aliquid noui, vt periti inueniantur, inueniant, vt periculum grande sit (quod etiam Nazianzenus deplorabat) ne rursus Sexti & Pyrrhones, & Athenienses, quorum studium erat noua audiendi, vel docendi, Academias occupent: imò, quod peius, & formidabilius, illa doctrina impetratur, quæ hæreticorum commenta disiecit, & diabolicum tumorem hæreticæ prauitatis elisit, eaq; siquidem arma, quibus hucusque fides Catholica fides est defensata, caulantur, & iam dudum confectum bellum retractant, & turres, & munitiones securæ pacis infirmant, & profana manu iam diù sepultos cineres dum euentilant, priscarum, & sepultarum hæresum vniuersum corpus exuscitant: attollet siquidem caput quæcumque iam proscripta hæresis, nouamq; cutem superinducet, cum Patres, Pastores, & Doctores proscindi senserit, nec enim aliunde enascentes hæreses primo ereiatæ per sexdecim secula, quam eorumdem authoritate atque consensu, veterem traditionem posteris consignantum, & nouitias damnantium paraturas.

Hæc ergo dua loca veluti sublimes religionis arces, pro Iesu Christi gloria, fidei exaltatione, hæresum confutatione, prima hac tomi tertij, defendenda suscepit (Princeps Eminentissime) vt si à fide extorres corrigi velint in his lucubrationibus param habeant medelam, sin vero renuant, accipient in præceden-

tium

In infinit.  
cap. 11. "

In laud.  
Athanas.

tium hæreticorum, quorum vestigia imitantur, antiquam accipiunt suæ damnationis sententiam. Hæsitantum vero, & eorum, qui Neutrales dicuntur (utriusque cothurno pedes aptos habentes) turbulentæ, & afflictæ mentes, confusæ, & erraticæ conscientiæ, nescientes, quo vadant, quo tendant, à fluctibus infidelitatis agitatæ, tandem vel serò in portum, vel fidissimam stationem Catholicæ Ecclesiæ recipiantur, nec amplius contentiosum funem, è mari emergentes, sed eam, quam descripsimus catenam amplectentes, à præsentium DD. & Pastorum sensu ad Patrum consensum, & ex illo ad Apostolos ascendendo, iam pridem sæua tempestate percussi, ad antiquam fidem à nouella perfidia, ad antiquam sanitatem à nouitatis vœfania, ad antiquam lucem à nouitatis cœcitatem, à scœvis fluctibus nouitatis obruti ad vitales auras antiquitatis reuocentur. Hac via insignis ille nostrorum temporum Theologus Thesauri Catholici auctor Doct. Iodocus Coccius Canonicus Iuliensis, e tenebris mirabiliter reuocatus est ad lumen Catholicæ veritatis: cum enim Lutheranorum nouitatibus (non secus ac olim Augustinus Manichæorum muscipulis) implicatus esset, & controversiam de sacratissimo Eucharistiæ sacramento tractandam, quadam die suscepisset, anticipata cogitatione distractus, ea sanctæ cognitionis scintilla in pectus eius cœlitus illapsa est: nullam compendiosiorem, ac tutiorem viam ad decisionem occurrere posse, si omni nouitate postposita, ad ipsam ex præsentibus Doctoribus ascenderet veritatem, donec in temporibus Apostolorū gradum figeret: libros euoluerre incipit à præsentium temporum Doctoribus per retro decurrentia secula recurrens, eadē inque faciem Doctorum reperiens, insuper præsentis Ecclesiæ status cum vetusto consonantiam deprehendens, omnesque Ecclesiasticos scriptores uno eodemque sensu loquentes aduertisset, in Antiquitate veritatem, in nouitate hæreticam falsitatem agnouit: eandemque praxim in cæteris capitibus ab hæreticis controversis exercens, ex antiquitate, confessione, & continuatione doctrinæ Apostolicæ usque ad hæc tempora conuictus, à prauitate abducitur, hæresim licet serò, serio tamen abiicit, & abiurat, gremio Ecclesiæ reincorporatus, & qui prius fuit magister erroris, factus est discipulus veritatis, & insignis Orthodoxæ Hyperaspistes, eadem methodo, qua illustratus est, fideles illuminans.

Hæc igitur meæ scriptio ratio, quā iamdiu promissam, sub  
tui nominis aufpicijs, velut verecundi tardiq; debitoris solutio-

nem

nem exhibendo, in lucem emitto. Nec diu protelari poterat, ne  
creditoris animum deludere moris, aut longa viderer expecta-  
tione suspendere. Tibi debebatur Cardinali (Princeps Eminen-  
tissime) ista dogmatum tractatio, qui cōchyliatus, & purpuratus  
ex officio enites ad eadem defendenda cruore, quæ ego nunc  
atramento propugno. Tibi Archiepiscopo debebatur, Episco-  
porum enim munus est, sacra mysteria fidelibus tradere, quos  
veluti medios ad infimos illustrandos Hierarchiæ Princeps sum  
mus elegit; idq; diuinitus protisum, quod tibi Antistiti Aposto-  
licam doctrinam tuenti, eiusdem fidei explicationes dedico,  
qui magni illius Aui Nepos es (Gregorij inquam Decimi Tertij  
Pontificis Max. cuius laus resonat usque ad extremos terræ) Vi-  
caria successione ad Sāctum Petrum Apostolorum Principem,  
& Ecclesiæ caput, originem, & successionem referentis, ad quē  
etiam vestra eminentia in partem sollicitudinis assumpta, ex  
Neapolitanorum Antistitum usq; ad S. Aspren(ab eodem S.Pe-  
tro in Neapolitano throno consecratum) continuata serie cen-  
sum pariter defert. Tibi demum Francisco Boncompagno de-  
bebatur, qui præter Philosophicas scientias, Iuris utriusq; pruden-  
tiam, & Theologiæ exactam notitiam, Historiarum, linguarum  
eruditionem, antiquitatis monumenta, Conciliorum Acta, Pa-  
trum libros incessanter euoluis, ut(quæ magna laus etiā Patrum  
Concilij Ephesini extitit, Lerinense scribente) de dogmatibus  
possis disputare.

Cōt. prof.  
Nouit. c.  
43.

Non me exterruit gentilitium stemma tuum Draconis forma  
effigiatum, quin ad tui nominis splendorem ad offerendum hoc  
munus occurserem, Nam Draco intercisius, & sectus (ut modo  
omittam seculares allegorias) id denotat; de Dracone illo serpen-  
te, Auum tuum Pontificem Maximum, Fidem Catholicam tuē-  
do, eamque per vniuersas orbis regiones ampliādo, triumphum  
reportasse; idque te ipsum præstare, & præstiturum diuini verbi  
studio, ut in nouis angubus defeces, quod prius in antiquis ser-  
pentibus est amputatum. Sed si Draco ex perspicuitate visus sym-  
bolum est sapientiæ (vnde Palladi ad prudentiam, & intelligen-  
tiā omnia prospicientem, olim sacer erat) an non sapientissi-  
mo, & rerum gerendarum prudentissimo viro hæc mea opella-  
debebatur? In nauī visus Draco Atheniensibus, earum, quæ feli-  
citer subsequuta sunt, felix, faustumque prognosticum adiudi-  
catum: felicius præsagium ex spiritualium bonorum affluentia,  
sub tuo regimine, ex tuo aduentu communi omnium expecta-  
tione

tionē conceptum, & re ipsa exhibitum. Quid plura? Alexandro  
illi Macedoni Draco quoq; imperij claritatem præsignauit. An  
non manifestum in Dracone, eius imperij, cuius non erit finis,  
præfigium antecessit, dum auus tuus Gregorius XIII. princeps  
Regum terræ, & Iesu Christi in terris Vicarius à diuina prouidē-  
tia est constitutus? Tuæ quoque sessionis in eo Throno, in quo  
resedit S. Petri discipulus Aspren (cuius series Antistitum succe-  
dientium ad te perducitur) in eodem symbolo præsignata est Im-  
perialis prærogatiua, quandoquidem etiam Episcopali throno,  
temporalem thronum subdidit cœlestis, & Ecclesiasticæ Hierar-  
chiæ Princeps (ex Nazianzeno) & spirituale sacerdotium quovis  
regno maius esse meritò Chrysostomus pronūciauit. Rationabi-  
les igitur dedicationis causæ. Eam studio tui potius cultus, quām  
offerentis pretio existima. Pendeat saltem obsecro, si non vt di-  
gnum donum, saltem vt obses, vel vt sponsoria tabella in tem-  
plo famæ, & gloriæ tuæ, eamque tua benignitate foueas, nam  
etiam in hortis Hesperidum, pro tutelari, in insula positis, Draco  
effingebatur. Sileo, ne (vt accidit in Græcia, dum Draconis Orgia  
celebrabat Gentilitas) quasi importuna Cicada ad cytharam Lo-  
crensis (hoc est eorum qui tuas laudes decantarunt) quasi de-  
ficientes cordas suppleturus videar aduolasse. Viue, & Vale  
Ex conuentu S.M.Sanitatis de Neapoli die 6.Octobris 1630.

*Ad Iuli.  
tribut.  
exeq.*

*Ex Cle:  
Alex. lib  
exhor. ad  
Gent.*

Vestræ Eminentissimæ, & Reuerendissimæ Dominationis.

Humillimus seruus, & orator

F. Dominicus Grauina Vestræ Curia Archiep. Theologus.

# F A C V L T A S S V P E R I O R V M .

**N**os Fr. Nicolaus Rodulfius Vicarius Apostolicus Ordinis Prædicatorum, & sacri Palatij Magister . Studiorum sacrorum disciplina , quò iocundius in locis Deo consecratis , vnà cum regulari obseruantia colitur, eò magis in dies in viris religiosis splendescere dñoscit, indeque Ecclesiam sanctam vtroque velut lumine illustrari experientia comprobat . Quod plerique in nostro ordine præstiterunt , & Dei benignitate alij in dies non cefsent præstare, ex quorum numero A.R.P. Magistrū F. Dominicum Grauina esse, præcipue in libris ab eo editis de Præscriptionibus aperte cognoscimus . Idcirco Christianę Reipublicæ vtilitati , nostri Ordinis decori , studiorum consolationi, & communī vtilitati consulentes, harum serie, nostrique autoritate officij tibi A. R. P. Magistro F. Dominico Grauina Ord. Prædicatorum nostrę Provinciæ Regni licentiam, & facultatem concedimus , vt Typographis excudendum, committere possis TERTIVM tomum de præscriptionibus iam vi- sum, & approbatum à doctissimis viris, seruatis tanem seruandis, ex decreto Sacri Concilij Tridentini. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen . In quorum fidem his nostro sigillo munitis, manu propria subscrípsimus. Dat. Romæ in Palatio Apostolico die 9. Decembbris 1628.

F. Nicolaus qui supra manu propria .

Locus & Sigilli.

Regist. fol. 7. Fr. Dom. Paul. M. & socius.

Licentia Curia Archiepiscopalis Neapolitanæ .

Vidi hunc librum Catholicarum præscriptionum , & censeo ad communem studiosorū vtilitatem, typis mandari posse. Datum Neapol. die viij. Nouembris 1629.

Alexander Russus Canonicus Deputatus.

Imprimatur. Felix Tamburellus Vic. Gen.

Judicium Illustrissimi, & Reuerendissimi  
D.F.DIDACI ALVAREZ  
Ord. Præd. Archiep. Tranensis, de Operibus  
P. Fr. Magistri Dominici Grauinæ  
eiusdem Ordinis.



V M euoluisssem, & attentè considerassem aurea  
opera Ad. R. P. Magistri Fratris Dominici Gra-  
uina Ordinis Prædicatorum de præscriptioni-  
bus aduersus veteres, & nouos hæreticos duo-  
bus voluminibus distincta, nec non aliud opus  
de sacro deposito ab eodem Authore in lucem  
æditum, comperi in eis summa breuitate, & cla-  
ritate ea omnia comprehendi, quæ ad detegendas hæreticorum om-  
nium à tempore Apostolorum vsque ad hæc nostra tempora hære-  
ses exortas, hæreticorum versutias, argumenta sophistica, quibus in-  
nituntur, & eorum solutiones, ac etiam rationes solidas, & efficaces  
ex sacris præsertim literis desumptas, & Ecclesiasticis traditionibus,  
quibus conuincendi sunt. Quæ omnia ex antiquorum Patrum lucu-  
brationibus, qui à principio Ecclesiæ primitiæ vsque ad seculum  
præsens aduersus hæreses conscriperunt, miro ordine in vnum ita  
colligit, vt qui hæc volumina perlegerit, omnia quæ de hæreticis  
damnatis, nec non de erroribus Philosophorum scripta sunt simul  
collecta, & in compendium redacta intueri possit, & viam facilem,  
qua eorum versutijs occurrere valeat, breuiter inueniat. Quare di-  
gnum iudico, imo & pernecessarium, vt ab omnibus Theologis fidé  
Catholicam defendantibus, præmanibus habeantur, & assidua le-  
ctione percurrantur. Datum Trani 4. Kalendas Maias M.DC.XXX.

Fr. D' Archiepiscopus Tranensis.

Elogium Illuſtriss. & Reuerendissimi Domini  
Episcopi Caprenſis V. I. D. S. Th. Doc.

D. RAPHAELIS RASTELLII

De tertia parte preſcriptionum Catholicarum,  
aduersus hæreses , edita à P. Ad. R. Magistro  
Fr. Dominico Grauina Ord. Prædicato-  
rum Sancti officij Consultore .



ON exigua animi mei oblectatione euolui ter-  
tiam partem Catholicarum preſcriptionum Pa-  
tris Fratis Dominici Grauinę Sacrae Theologiæ  
Magistri, & Sancti officij Consultoris , quas edi-  
dit, aduersus fidei perduelles, vbi de Patrum, Pa-  
storum, atque Doctorum sensu, & Ecclesię con-  
fensus, strenuè agit , & ex antiquitatis testimonio  
nouas, & prophanas adinuentiones hostiū Ecclesiæ eiusdem con-  
futat . Vbi nedum Lector opus per omnia orthodoxum reperiet ,  
sed, & omnem armaturam fortium ad præliandum bella Domini  
assumere poterit, & aduersariorum tela feliciter eludere. Quare, vt pu-  
blici Iuris fiat , ad communem Theologorum utilitatem, fidelium  
solatium, meritò adiudicaui , & iudico . Datum in Palatio Neapolitano  
die 5. Nouembris 1630.

D. Raphael Rastellius Episcopus Caprensis.



# INDEX CONTROVERSIARVM ET QVAESTIONVM

Quæ in hoc opere Primæ Partis tertij Tomi  
enodantur.

**CONTROVERSIA PRIMA GENERALISSIMA**  
*De Patrum sensu, & autoritate.*

**QVAESTIO PRIMA PRINCIPALIS**  
*Quanta, & qualis sit apud catholicos Patrum autoritas in generali.*



**ARTICVLVS I RIMVS.**  
*An auctoritas Patrum, & Doctorum Antiquorum sit medium firmum ad fidei controversias dirimendas.*

**ARTICVLVS II.** *An in omnibus diuina legis questionibus sit quoque eorum auctoritas irrefragabile medium.*

**ARTICVLVS III.** *Quorum PP. sententiae recipienda, & an omnes PP. semper, & in omnibus eamdem sibi vendicent auctoritatem, ut si unus, vel alter a fide abernauerit, tota Patrum auctoritas corruat.*

**ARTICVLVS IV.** *Quando Patrum sententias inherendum, hoc est, quando habendum sit, quod Patres docent, ut indubitate, & firmum.*

**ARTICVLVS V.** *An sententia priuata unius, vel paucorum Patrum, communis Patrum, & Ecclesiæ auctoritati possit derogare.*

**ARTICVLVS VI.** *An in aliquem errorem aliqui Patres prolapsi sint, ut propterea a sibi, vel fidei aliquod preiudicium generarint.*

**ARTICVLVS VII.** *An Patres posteriores prioribus, & an Græcis Patribus, Latini consentiant.*

**ARTICVLVS VIII.** *An Patrum, & Scho-*

*laisticorum, posteriorumq; Doctorum eadem sit Theologia.*

**ARTICVLVS IX.** *An licet absq; Theologia Scholastica PP. lectioni incumbere.*

**ARTICVLVS X.** *An magis in dogmatis bus sit credendum Patribus, an populo, vt si ex una parte sit populus, ex altera chorus Patrum consentiens, magis sequi debeamus populum, quam Ecclesia preceres.*

**ARTICVLVS XI.** *An magis deferendum sit posterioribus Doctoribus, quam antiquis Patribus.*

**ARTICVLVS XII.** *An umquam Catholica Ecclesia contrariam doctrinam defierit, vel diffinire possit, aut ad minus diuersum, & aduersum cultum, vel ceremonias prescribere possit contra omnes, vel saltem plures, vel grauiores Patres.*

**PRAXIS.** *Quomodo prolatis veterum sententias secundum temporum seriem, sacrofancia dogmata sint firmata, hereses explosae.*  
**Ostensio Prima.** *Quomodo Romani Pontifices ex PP. doctrina, dogmata, vel finierint, vel confirmarint.*

**Ostensio II.** *Ex Concilijs Generatis.*

**Ostensio III.** *Ex iisdem Patribus, qui ex precedenti Patrum auctoritate, vel sacra dogmata firmarunt, vel hereses confutarunt.*

## QVAESTIO SECUNDA PRINCIPALIS

### Quanta sit Patrum autoritas in speciali.

ARTICVLVS Primus. Quinam in numero Patrum communiter recipiantur.

ARTICVLVS II. An seipso suam habeant autoritatem, an ab Ecclesia.

ARTICVLVS III. An ex ista approbatione Ecclesia, qui probati sunt praeterea, maiorem obtineant firmitatem.

ARTICVLVS IV. An receptis, & approbatis eorundem opusculis, tanta ab Ecclesia autoritas tribuatur, ut omnes, & singula sententia sint pariter approbatae.

ARTICVLVS V. Vtrum quando opuscula quorundam PP. recepta quidem sunt, sint etiam approbata, & quam autoritatem habeant.

ARTICVLVS VI. Vtrum omnes qui cum opinione sufficientis literatura sub con-

fessione Sanctae Ecclesiae Catholice obierunt, possint inter Doctores Ecclesiae collocari.

ARTICVLVS VII. An qui malis moribus imbuti fuerunt, umquam inter Patres, & Doctores Ecclesiae recensitis sint, & an recesseri possint.

ARTICVLVS VIII. An conuenienter supradicti Patres ad ostendendam ipsorum autoritatem speciosis titulis, & encomijs celebrati sint.

ARTICVLVS IX. Quanta sit in particuliari S. Augustini autoritas in Ecclesia Catholica, & de eiusdem encomijs.

ARTICVLVS X. An ex maioribus encomijs, & titulis, quibus ab Ecclesia, vel a Patribus alijs cohonestantur, maiorem sibi PP. vendicent autoritatem.

## QVAESTIO TERTIA PRINCIPALIS

### Quanta sit apud Nouatores Patrum autoritas, & de eorundem erga Patres irreuerentia, & irreligiositate.

ARTICVLVS Primus. An Haretnici verè, & simpliciter Patrum autoritatem recipiant, cum aduersos Catholicos, & hereticos alios, & ad inuidem digladiantur.

ARTICVLVS II. An suppositijs PP. libris, vel synceris opusculis truncatis, aut falso eorundem interpretatis sententijs, catholicos fallere tentarerint noui isti Gabaonite. Ostenso Prima de suppositijs operibus, Sanctis Patribus attributis.

Ostenso II. de corruptelis ab ipsis faciis circa Patrum opuscula,

Ostenso III. de peruersis, & violentis extorsionibus eorundem Nouatorum in Patrum sententijs.

ARTICVLVS III. Anomne quod in scriptis Patrum reperitur, sane doctrina aduersum sit attribuendum semper dolo, malitia, corruptela hereticorum, temporum conditioni, & Amanuensum inscitie, &

socordie.

ARTICVLVS IV. An Nouatorum doctrina cum veterum Patrum doctrina concordet.

ARTICVLVS V. De pseudologijs, & mendacijs, que à Nouatoribus Ecclesia Patribus affiguntur.

ARTICVLVS VI. An iusta sint calumniae Nouatorū, quibus Patres proscinduntur.

ARTICVLVS VII. De nonnullis aduersariis technis obseruandis, & cauendis circa Patrum lectionem.

ARTICVLVS VIII. Quomodo eadem numero dogmata, que Patrestradiderunt, nūc profiteatur Ecclesia Catholica, Nouatorum testimonio, quæ impiè ipsi fugillant, & proscribunt, tamquam paleas, & stipulas; cùtamen sacrosancta sint, & baberi debeant, ut potè de Apostolica traditio, ne descendentia.

CON-

# CONTROVERSIA II GENERALISSIMA.

De autoritate, & sensu præsentium Pastorum, atq;  
DD. & Ecclesiæ sensu, atq; consensu, in dog-  
matum traditione, & explicatione.

## QVAESTIO PRIMA PRINCIPALIS De sensu præsentium Pastorum, & Doctorum.

**A**RTICVLVS Primus. An soli Pa-  
tres primorum quatuor, vel quinque,  
vel ad summum sex centenariorū sint au-  
diendi, an etiam subsequentium, atq; præ-  
sentium temporum Pastores, atque Do-  
ctores.

**A**RTICVLVS II. An ad præsentis Eccle-  
sie DD. spectet scripturas, eartūq; interpe-  
trationes, Apostolicas traditiones, veterū  
Patrum doctrinam venari, eademque  
consignare, ut ex illo argumenta desu-  
mantur in fidei questionibus.

**A**RTICVLVS III. An propterea quia apud  
antiquiores Patres de multis dogmatibus,  
qua in Ecclesia prædicantur, non fit men-  
tio, ea sint explodēda, quia ea solum apud  
posteriores DD. tradita reperiuntur.

**A**RTICVLVS IV. An Episcopi Ecclesia-  
rum in proprijs sedibus confidentes, per  
eorum responsa, & consenserentes senten-  
tias, firmum prætent Theologo argu-  
mentum.

**A**RTICVLVS V. An si ex hac parte sint  
seniores Prouinciarum viventes, hinc  
gravis Patrum numerus, potius hos, quā  
illos sequi debeamus.

**A**rticulus VI. An Doctores Scholastici, &  
Vniuersitates Theologicae, per eorum fir-  
mas, consentientesque sententias firmum  
quoque prætent argumentum.

**A**rticulus An erroneum sit schola de-

cretis, atque dogmatibus contraire.

**A**rticulus VIII. An Theologorum decreta,  
& Scholasticorum sententia Iurisperi-  
torum placitis sint preferenda.

**A**rticulus IX. Quinam Theologi Schola-  
stici sint à Theologo auditore usurpan-  
di, & de doctrinarum examine.

**A**rticulus X. Quantam autoritatem sibi  
vendicet S. Doctor Thomas Aquinas in  
Ecclesia Dei.

**D**ubitatio Prima. An scripta S. Thome sint  
vñquam ab aliquo scriptore, articulis fi-  
dei, vel scriptoribus Canonicis, vel Patri-  
bus comparata, ut piaculum sit ab illis  
discedere.

**D**ifficultas incidentalis. An S. Thomas in  
scribendo conatus sit, et humanam quoq;  
adhibuerit diligentiam,

**D**ubitatio II. An ex commendatione doctri-  
na S. Thome, sit tanta Angelicis scriptis  
tributa autoritas, ut à ceteris Scholasti-  
cis cum eorundem iniuria adempta sit.

**A**rticulus XI. Antea Summa Theologica S.  
Thome, sit ab ipso Sancto Doctore com-  
posta.

**A**rticulus XII. A quibus interpretibus mē-  
tem S. Thome intelligere possumus.

**A**rticulus XIII. An ab insigni schola Sal-  
manticensi sit sapienter iuratum in verba  
Sanctorum Augustini, et Thome, et ad de-  
fensionem Augustiniane, et Thomisticae  
doctrine,

QVAE-

## QV AESTIO SECUNDA PRINCIPALIS

### De Ecclesiæ sensu, atq; consensu.

**A**RTICVLVS Primus. An sensus Ec-  
clesia sit ipissimus PP. sensus, atque  
consensus.

**A**rticulus II. An omnium Pastorum, et Do-  
ctorum unus, et idem sensus sit Ecclesia  
sensus.

**A**rticulus III. An fidelium sensus, Ecclesia  
sensus dici possit.

**A**rticulus IV. An ex sensu Ecclesiæ, constas,  
et firmum ducatur argumentum in  
interia dogmatica, et Theologica.

**A**rticulus V. An ante expressam Ecclesiæ  
definitionem, hereticum sit sensu ecclesia-

stico contradicere.

**A**rticulus VI. An ex solo sensu Ecclesia  
dogmata firmari possint, et heresēs con-  
futari.

**A**rticulus VII. Quibus notis, et signis co-  
gnoscatur sensus Ecclesiæ.

**A**rticulus VIII. An cum de horum locorum  
certitudine constat, definienda illico sit  
veritas orthodoxa, et oppositum eliminan-  
dum.

**A**rticulus IX. De horum locorum, nempe  
Patrum, et DD. et Ecclesiæ sensu, usu, et  
praxi, in congressu hereticorū, et in pro-  
positionum qualificazione.



Κληρὸς Κατσιφ Μονίτιος Διδάσκαλος Καλαβρεὺς  
Παρὰ Τρίπολιν, νῦν ταβέρνη  
πρὸς βίβλον.

Μεσφα γονῆς σοφεῖς, αρετὴν ἐν σηστήκε Γραυῆν,  
Τίς εἴεται εκ φαμένων, σ'εῖ βίβλε Πατρῶν;





## Auctor Candido Lectori. S.



Ræscriptionum Catholicarum Tertium in Ordine tomum, iam pridem elaboratum, varijs occupationibus, quin lucem aspiceret, retardatum, in tui gratiam Candide Lector typis vel serò tandem comitto. Hic Patrum monumenta, Pastorum, & Doctorum Scholasticorum sensum, & Catholicæ Ecclesiæ consensum (vnde Symbolum, Traditiones, & scriptum Dei Verbum atcipimus) ex orthodoxiae firmamentis, ipsorumque met Aduersariorum testimonio, secundum mensuram donationis Christi Domini propugnare studui. Excusabit pia intentio, si fortè de audacia incusabor, quod post tot Heroes in arenam descenderim, cum factiosa gigantum turba pugnaturus; in causa enim Dei, & decore domuseius, nec manipularij milites excludendi: nec solus tamquā ad monomachiam procedēs accorro, sed iunctus vniuersorum prelantium bella Domini, fortissimis cuneis, stipatus omni armatura fortium. Quicquid ergo boni, in hac mea opera deprehendes, illi adscribas à quo omne bonum; si quid quod te offendat, vt liberum lectorem, sic & liberum correctorem desidero, de correctione mea, & tua benevolentia gauisurus. Si vero, de sententijs, & doctrina contentus, inconcinnè, vel inconditè dictum iudicabis (vt dicebat Augustinus epistola 46.) doctrinæ da operam, lingue veniam. Vale.

A R-

# ARGVMENTVM OPERIS.

Ex S.Greg.7.lib.epist.ep.3. ad Anastas.



Is autem diebus , sicut inuenio, noua Hæretico-  
rum bella consurgunt, ita vt prophetias, Euange-  
lia, & DICTA PATRVM omnia euacuare mo-  
liantur, sed in protectoris nostri gratia speramus,  
quod eorum ora citius obmutescant, que contra  
soliditatem veritatis aperta sunt: quia, & quamli-  
bet acuti gladij mittantur , cum saxum feriunt,  
fracti resiliunt. Hoc autem magna omnipotētis Dei est gratia, quod  
in ipsis, quia à S.Ecclesiæ doctrina diuisi sunt, veritas non est: quo-  
niam omne Regnum diuisum nō stabit, & sancta Ecclesia subtilius  
in sua semper eruditione instruitur , dum Hæreticorum quæstioni-  
bus impugnatur . Hæc S.Greg.

---

Specialis Sanctorum Patrum defensio FF. Prædicatoribus à S.Pa-  
triarcha DOMINICO suo Duce commendata .

**E**X Flaminio in vita S. Dominici. *Legem præterea suis banc tulit, ut  
semper veterum monumenta, & instituta sequerentur; sic forè, ut in nul-  
lam hæresim, aut alium errorem prolaberentur.* Vnde hæc ex S. Gre-  
gorio in 3.Reg.c.1.Prædicatorio ordini possunt mentio adaptari.

[ Samuel itaque cum vocantem se Dominum audiuit ad Heli cu-  
currit, quia electus ordo Prædicatorum sanctæ Ecclesiæ hoc quod  
Deo reuelante cognouerat, quale esset in sacro eloquio perquirebat.  
Regula quippe intelligentiæ in scripturæ sacræ libris expressa est,  
quia diuina consilia ibi per Venerabiles Patres nostros exposita  
sunt, qui Spiritum Sanctum habuerunt . Vocatus ergo tam saepius à  
Domino Samuel ad Heli cucurrit, quia Ordo Prædicatorum in om-  
ni, quod spirituali reuelatione didicit, Patrum veterum dicta consu-  
luit, ut, tunc demum à Domino sibi tuisse reuelatum crederet, cum  
ab eo, quod in sacra Scriptura legebat , nequaquam differre cognouisset.  
Nam facile fallitur , qui hoc quod occulta contemplatione  
colligit, in præclara sacræ Scripturæ veritate nescit discutere qua-  
le sit.] Hæc S.Greg.

Præ-

## Præfatio Operis.



NEFFABILEM Christi Domini Oeconomiam, hoc est in carne dispensationem, omnium diuinorum Charismatum Metropolim, & celestium gratiarum officinam, eximum illum fructum promeruisse, cum Psalte diuinus prædicauit Apostolus, quod ubi superato Diabolo, calcata morte, iura tartari dissoluisset, & celestes fores reseasset, super celos triumphans ascendit, qui virtus putabatur interris, captiuam ducens captiuitatem dando dona hominibus, hoc est, quosdam quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Evangelistas, alios vero Pastores, & Doctores ad cōsummationem Sanctorum in opus ministerij, ad edificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram atatis plenitudinis Christi, ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferantur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumuentiōnem erroris, Ephes. 4. Quatuor ait Gregorius magnus Homil. 21. in Ezech. regentium ordines accepit Ecclesia, quos Paulus ex dono omnipotentis Dei enumerat, dicens: ipse dedit quosdam Apostolos &c. In exordijs bis sancta Ecclesia Apostolos, & Prophetas habuit. Prophetas autem non dicimus eos qui in veteri populo fuerunt, sed eos qui post Apostolos fuerunt, (& sunt viri Apostolici, qui à S. Vincentio Lerinensi cap. 40. tractatores, seu interpres vocantur.) Posteriori quoque tempore, quod nunc est, habet Euangelistas, & Doctores, & priori quidem tempore fuerunt, sed & nunc usque Domino largiente permanent, quia adhuc quotidie, & infideles populos ad fidem trahi, & fideles quoque in bonos mores erudiri cognouimus, & hi sunt succedentes Patres viris priscis Apostolicis, in cathedra, & doctrina, & Ecclesiasticis Episcopi, quos sub uno ordine locauit Apostolus (subdit Greg.) quia gregem Dei ipse qui pascit docet. In quorum cuneo posterioris temporis Scholastici Doctores collocantur, qui in consensu praesentium Pastorum conspirantes, Apostolorum, & Apostolicorum, Patrum, doctrinam tueruntur, ne fideles in antiqua fide solidati, ad omnem nouitatis doctrinæ auram, fluctuarent, sed potius in robusta veritate radicati, atque firmati, in virum perfectum crescerent, & cognitionem veram intelligentiae assequerentur, prout exoptabat Apostolus.

Verum Diabolus Dei æmulus, qui etiam ab inicio (vt multi adstruunt cum S. Bernardo) oeconomia Christi Domini zelo percitus, in illam tela dirigendo, suæ apostasie crimen incurrit, processu temporis eandem deturbare curauit; ipsis insomnis non pepercit, vxorem Pilati exterrendo, & contrariis fluctibus agitatus, Iudeorum dexteras ad necem Domini armando, qui tandem suis irretitus laqueis, per ipsam quam molitus est mortem prostratus est, eoque deuicto, tyrannicæ acies dissolutæ.

Cernens autem euacuatos principatus, & potestates, inferos expoliatos, captiuos palma-ta veste triumphantes, homines diuinis charismatibus redundantes, non valens in triumphantem Ecclesiam spicula contorquere, in militarem tela direxit, ordines à Christo relictos, & celestia dona, cum ipsa Ecclesia, si fieri potuisset, exturbaturus aggreditur, cuneos ergo Iudeorum in discipulos extimulat, Gentilium furem deinde exacuit, in fidei professores insurgit: cumq; diuino Regi non posset aduersa contraire mundana, nec celestia arma possent hostes superare terreni, ad schismata, & hæreses serendas sua studia conuertit, quæ ipsius essent cohortes, funestæ legiones, quibus vastaret Regna, debellaret populos, & indissolubilem solueret unitatem. Quibus auspicijs? Phalautia, curiositate, nouitate, & quod omnium errorum seminarium est, supra ceteros sapiendi vana existimatione. Hic enim proprius est hæreticorum character, hæresis namque ex August. filia est superbia, superbia autem omnium hæresum secunda proles, nec enim unquam aliquis hæreticus emersit, nisi se omnibus præferendum suo calculo putaret, easq; opinioinculas à se nouiter excogitatas, insolens sui ostentator, tanquam mundo incognitas, à nemine prolatas, nuper è celo delapsas, venditaret. Omnes (ex Tertull. de præscript. cap. 41.) Hæretici tument, omnes scientiam pollicentur. Etiam ubi primo ebullire ceperint, antiquitati insultant, nouitati applaudunt, Patrum scita, maiorum consulta, superiorum ætatum consensionem ab orbe exulare iubent, per oppositionem (vt dicebat Apostolus) falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt.

Quid promittebat querit Letinensis cap. 26. nisi nouam nescio quam, ignotamque doctrinam, audies enim quosdam ipsorum dicere. Venite, o insipientissimi, & miseri qui vulgo catholici vocamini, & discite fidem veram, quam preter nos nullus intelligit, qua ante multis saeculis latuit, nuper vero reuelata, & offensa est: sed discite furtim, atque secretum, delectabit enim vos, & iterum cum didiceritis, latenter docete ne mundus audiat, ne Ecclesia sciat, paucis namque concessum est tanti mysterij capere secretum. Non ne hac verba sunt illius meretricis, que apud Salomonis Proverbiis 26. vocat ad se praterentes viam, qui dirigunt iter suum: qui est vestrum insipientissimus diuertat ad me? Inopes autem sensu exhortatur dicens, Panes occultos libenter accingite, & aquam occultam furtim bibite, tanto vero est ad alliciendum blandior, ad suadendum potentior, ad imprimendum efficacior, quanto nescio quas ratiunculas e corporeis sensibus eliciens, ex nouellis placitis arguens, ex adumbratae pietatis defensione discurrens, non solum intellectum fascinat, sed conscientiam virginando, pungendo, lancingando, ipsam quoque attrahit voluntatem. Si ex specu aliquo prodiret luridus senex, incensus, insomnis, de suo genio male meritus, hirsuta barba, capillo hispido, vultu emarcido, non tam sudore, quam flegmate irrorato, vel stillicidijs fumante e chymicis vaporibus extractis, totius corporis habitu ac figura, proprietor mortuis, quam viventibus assimilis, nonne si de Oeconomia, & Politica principatu, aut de rebus sacris sermonem institueret, ut spectrum, & mortis imaginem pellerent, & execrarentur? contra vero si mulier superius a Salomone descripta in ornatu meretricio hoc est coccyno, & bisso, & lapide pretioso, & coloribus fucatis (sine quibus non potuit maledicta, & prostituta describi) conchyliata, aurata, pigmentata appareat, capillo calamistrato, coma lasciviori acu contorta, crinibus a fronte diuulis, oculis stibio cirratis, genis non tam aqua, quam colorum morosiori lauacro maceratis, labijs nativo rubore, & novo muricis succo rutilantibus, e cuius aurium cicatricibus, & cauernis quicquid preciosius de mari Britanico, aut Indico, ambitio piscatur, dependeat, teneraque, & mollis ceruix, saltus, & insulas deferat, condensati annulis digiti calendarium expendant, & una sola vestis decies lestertium exuperet, & pallium extrinsecus iactans, si reflexam conclamydis laciniam flebat in humerum, vel mollem quassu capitis euentilem cristam, vel calceum, aut sandalia ponderoso auro grauanta incessu fracto, & delicato, veluti plumas eleuet, & inflestat: quae si verba iactaret eadem, vel contra Religionem sub specie Religionis, quae male ferriatus senex vix proferre valuit, nescio an maius metuendum fascinum esset, ad capiendo incautos, ut fecerunt Selene, Priscilla, & sexcenta huiusmodi (nulla enim haeresis absque Philumela) animas, & corpora vulnerantes: solaque addititij ornatus species cautos alios reddiderit, ne caperentur: nam & Thamar illa ait Tertull. de cultu foem. c. 9. quia se expinxerat, & ornauerat, idcirco Iudea suspicioni visa est quæstui sedere, adeò quia sub velamento latebat, habitus qualitate questuariam mentiente, Sed quia fugax locum non dedit, fessit & ut questuarium, & voluit, & compellavit, pactus est, deceptus est.

Prodeat haeticus e cauernis Erebi veluti luridus ille senex, & me vera dicere compropabit. Talis Iouinianus a Hieronymo describitur & contra Vigil. c. 1. cuius (dicebat Sanctus) scriptorum tanta barbaries est, & tantis vitijs spurcissimus sermo confusus, ut nec quid loquatur potuerim intelligere, totus enim tumet, totus iacet: attollit se per singula, & quasi debilitatus coluber, in ipso conatu frangitur, non est contentus nostro, id est humano more loqui, altius quidam aggreditur. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Quod ipse non sani esse hominis, non sanus iuret Orestes. Præterea sic inuoluit omnia, & quibusdam inextricabilibus nodis uniuersa perturbat, ut illud Plantinorum literarum ei possit aptari. Has quidem prater Sybillam leget nemo, nam diuinandum est. Furiosas Apollinis vates legimus, & illud Virgilianum: dat sine mente sonum. Illa periculofior, quo formosior haeresis: talis est eorum qui ex eodem Hieronymo in cap. 10. Hierem. Hiacynto operiuntur, & purpura, ut superficie sui oculos decipient, dum Cœlorum sibi colorem, Regna celestia pollicentur. Amplius ex eodem in 2. cap. Ose. componuntur eloquij venustate, structuraque verborum, ut mendacio simulent veritatem, & coniugalem pudicitiam derelinquant, & incendant Baalim, id est Idolis, quæ de corde suo finixerunt, ut quotidianus cernimus, non enim habent curam rusticæ simplicitatis, quæ meretricia ornamenta non querit, sed artificis, elegantisque mendacij, ut amatoribus suis, & Dæmonij placeant: horum non est finis ornamenti eius (ex eadem in cap. 2. Nahum) ad se ornandum, argentum diripiunt: quicquid enim in mundo videbatur eloquij, diripiebat aurum; quicquid præclarum sententiarum in doctrina saeculi, ut ornarent Niniuem, ut dogmata sua omni sensuum

sum verborumque flore componerent. Scripturas recipete conclamant, Sacra menta possidere, ait August. 3. contra Donat. c. 3. ut error eorum veritas appelletur, & scelus eorum iustitia patetur, propter Sacra menta, & scripturas quas tenent ad speciem, non ad salutem, ideoque & per Ezechiem fornicaria dicitur, & protulisti de vasis gloria tua de auro meo, & argento meo, ex quibus dedi tibi, & fecisti imagines masculinas, & fornicata es in eis, &c. ad imagines enim phantasmatum suorum, cum quibus voluntari carna lis anima delectatur, conuertit omnia sacramenta, & verba librorum sacrorum. Insuper Apostolicae, & catholicae doctrinæ ornamenta se habere iactant. Solent enim ait Hieronym. in cap. 19. Elai. Hæretici Regi suo, vel Pharaoni dicere: filii sumus Sapientum, qui ab initio doctrinam nobis Apostolicam tradiderunt, & Regum antiquorum, qui appellantur Reges Philosophorum, & habemus scientiam scripturarum iunctam sapientia seculari. Quoscumque formosos (etiam dicebat idem Hier.) quoscumque calamistratos, quos crine composito, quos rubentibus buccis videro, de tuo grege sunt. Omnes enim voluptatem sequuntur, nulla enim hæresis ex eodem in c. 3. Hier. nisi propter gulam, ventremque constituitur, ut seducant mulierculas oneratas peccatis, &c. quos Christus notat deuorantes domos viduarum. Hinc velut fauus distillans labia eorum tamquam labia meretricis, semper enim (ex eodem 2. contra Iouin. in Ierem. c. 23.) dulcia pollicentur: solēt namque, ait idem, prospera polliceri, & cœlorum regna peccatoribus pandere ut dicant: parata sunt tibi regna Cœlorū, potes imitari maiestatē Dei, ut sine peccato sis: accepisti enim liberi arbitrii potestatē, & legis scientiā per quā consequaris quid volueris. Adeō sunt versipelles, ut austericatem scripturarum, quæ peccatoribus tormenta denunciant, vertant in beatitudinem, & cum diuītibus prospera quæque promittant, tantum apud pauperes truculenti sunt, & seueri, qui postquam aliquos deceperint, solent dicere, ex eodem, diuites facili sumus, plurimam multitudinem, & discipulorum turba nos sequitur, inuenimus idolum vel refrigerium nobis, &c. quicquid fecero, quicquid ego, mihi non poterit imputari, habeo enim diuitias meas, argumenta Philosophorum, habeo populi multitudinem quam qui conspexerit, me peccare non arbitrabitur. Habent interim, & ipse ex eodem in cap. 2. Abacuch, orgia sua, & quasi pro perfectis quibusque discipulis tradunt abscondita sacramenta, eisdemque tradunt munera maritalia, aurum videlicet in sensu, & argentum in eloquio, & vestimenta quibus turpitudo velatur, quando dicunt, nihil nocere luxuriam, & passuram libidinem, iuxta corporis genitalia, coitum naturali lege depositare, cibis omnibus indifferenter utendum, qui ad hoc facti sunt, ut sumantur: prudentiam in eo tantum necessariam, ut sibi proficit, nec iustitiam habere locum, que si valeat (hi enim sunt duo cardines totius pseudopoliticæ) mendicandum sit, & cetera huiusmodi. His ornamenti pro amatoribus suis aduersus maritum meretrix illa ornata processit, & si aliquos mellitus istis verbis inducere non possunt ad utramque fornicationem spiritalem, & corporalem, sub prætextu pietatis, vel diuinæ revelationis, & huiusmodi miseras mulierculas deceperunt; fuerunt enim (ait idem Hieronym. in cap. 29. Hierem.) qui eas sic deceperint, quod dicerent eis: quia de tribu erant Iuda, Christum de suo semine esse generandum, quæ illecte cupidine, præbebant corpora sua quasi matres futura Christi, sic meretrix illa (ait idem in cap. 38. Ezech.) in angulis stat in Proverbijs descripta, que prætereuntes stultos iuvenes per plateas per latam, & speciosam viam, que dicit ad mortem decipere festinat ornamentis scripturarum, & diuinarum revelationum iactatione, occulta scientia non tam suam quam transcurrentium libidinem exaturans, oppositione falsi nominis scientiæ, & nouitatem doctrinæ. Sed quia omnem hæreticam adiunctionem, & occulta secreta, & astutias Patriarchū Esau, id est hæreticorū, omnipotens Deus (ait Hier. in cap. 1. Abdiæ) per Sanctos suos, & Ecclesiasticos suos, atque Doctores profert in medium, & prima illius victoria est, patere qua tegebantur; unde, & cum admiratione dicitur. Quomodo perscrutatus est Esau, deprehensa sunt occulta eius? omnes vero hæreses ne disperderentur, nervos intende runt, ut Patres turres, muros, & Ecclesias custodes impeterent, ne eorum munitiones destruerentur, concupiscentia illis furem ministrante.

Libeat, prius quam e cautibus, & confragosis scopulis enauiget oratio, & inuoluantur vela, breuissima inductione, audacem, & bellatricem manum Amazonis, hæc est armata hæresis in Ecclesiæ proceres, tela eiaculantem in theatro exponere. Eruperunt ergo primo illo seculo impurissimi illi Gnosti libidinis factorem exhalantes, carnis voluptatibus (ut dicit Irenæus lib. 1. cap. 1. insatiabiliter inferuientes, in Patres furere cœperunt, immo nec ipsis Apostolis pepercérunt, nam (ex eodem lib. 3.) se non solum Presbyteris, hoc est viris illis

Patribus Apostolicis, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, syneeram inuenisse veritatem gloriabantur.

Paulus ille Samosatenus (vt dicit Epiphanius hærel. 65.) propter elationem quam sibi attribuere voluit, & per fastuosas nugas suas contra veritatem se se efferre, idque ex intelligentia ex Diabolo immissa, in Verbi, & Spiritus sancti diuinitatem furit, & videns Patres Apostolicos recti dogmatis defensores, de seipso magnifica iactans, in verbi Dei Interpretes SS. Patres imprudenter est debaceatus, ex Euseb. 7. Hist. c. 29.

Diuinitatis ille usurpator Montanus, qui, & prophetæ spiritum suis illis mulierculis Priscæ, & Maximillæ se impertijse iactabat, nedum Apostolicos spernebat Patres, sed & ipsos Apostolos, vt plura per ipsum dicta, & reuelata, quam per illos, imò, & per Christum, cœco furore, & immedicabili insania gloriaretur.

Impietatis ille signifer Arius Sirenum lenocinia imitatus, despecta veterum autoritate in Filij Dei cōsubstantialitatem audacissimo vertice arietauit, aduersus Ecclesiastica dogmata, scenica scripta numeris constantia, Thalia sodatica dictando, quæ & inter crapulas decantabat. Athanas. orat. 2. contra Arian.

Pelagiani ranæ, & cyniphes (à Lerinensi votati) libidinibus quoque addicti de quibus dicebat Hieronym. cap. 14. 2. contra Pelag. ideo crevit vestra hæresis, & decipiunt plurimos, qui adhærent mulieribus, & sciunt se peccare non posse: quia semper docet, semper negat, & audire merebini illud propheticum: Gloriam in partibus, & parturitionibus dæ illis Domine, &c. etiam se iactabant quod si mulierum agminibus vallarentur, nullam sentirent concupiscentiam, quia tamen ab eodem denotari videntur, quod desperantes semetipsos tradiderunt se gulæ, & impudicitæ, vescuntur dicebat carnibus frequenter, adeunt balneas, musco fragrant, vnguentis varijs delibuti, querunt corporis pulchritudinem: hec ille. Quid ergo dicebant (sequitur Lerinensis) musæ istæ moritura? NOBIS AVTORIBVS nobis PRINCIPIBVS, nobis expositöribus, damnate qua tenebatis, reiecte antiquam fidem, paterna instituta, maiorum deposita.

Nestorius Pelagiana hæresis ramus, qui antequam hæresim conderet, ex eodem Lerinensi cap. 16. Cum magno Sanctorum amore, summo populi fauore celebraretur, quotidie diuina tractabat eloquia, & noxios quoque Iudeorum, & Gentilium confutabat errores, ut aditum sua hæresi patesceret se PRIMVM, & SOLVM intelligere, & omnes ignorare factaret, quicumque ante se magisterij munere prædicti, diuina eloquia tractauissent.

Vnde quoq; arcem Religionis impetere studuerunt, cæteri ad labefactanda sacra dogma-ta centuriati? Clemens tempore Zacharia Papæ, Henricus, Petrus de Bruis, Abailardus, Vuit cleph, &c. nisi ex cœco amore, & inconsolito furore se supra Patres sapiendi & ut nec antiqua Patrum canicies, maiorum labores, nec pudor à parricidio, nec formido à tam nefario sce-lere absterreret, Quid postremo Lutherus ingenio contumax, moribus variis, oratione face-tus, adulazione illitus, vbi tacitis quidem initio cuniculis hæretis machinas adhibuisset, lar-vam deponens, galeatus occurrit, & docendo, fas licere priuatis in Principem insurge-re, in Dominos scuire rusticos, vexillo libertatis erecto, calcata Religione, humanitate abiecta (centum enim millia a scriptoribus numerantur) extimulavit, qui post tot innocentium stragem ad sacram suppellestilem inuolantes, tanquam ad prædam irruentes, templo, vasa sacra diruperunt, inflamarunt, incēstarunt, ipsis quoque furentibus manipularijs in proprio cruento volutatis. Exaturata rabie irascibilis, concupisibilis deinde fræna laxauit. Si no-lit uxor, veniat ancilla, & iterum venerea res cuius homini necessaria, ut cibus, & somnus dicebat, & ut cæteros suo præire exemplum Catherinam de Bore monialem Deo sacraram, Scholaribus Vvutembergensibus prius traditam osculis suauiadam, sibi copulauit, Priscilianum imitando, inter illicitos amplexus, ut scribit Hieronym. 2. contra Pelag. illud de-cantando. Tum Pater omnipotens fæcundis imbribus æther, coniugis in gremium Læto descendit, & omne, magnus alit magno commixto corpore fætus, partem habens Gnostica hæreseos de Basilidis impietate venientem. Illud ergo usurpando (vt antiqui hæretici ante dogmatizarunt ex Hieronym. in cap. 3) Non est necesse, ut viuas continenter, & sanctè. Habeto fidem quam docemus, & omnia promissa Domini consequeris. Illicò ad meretricis vocem conuolarunt eius sectæ principes, & præcipua columna, pessimi laici, apostata monachi, cœnosici clerici, dissolutæ moniales vota diuina retractantes, libidinosa carnis propu-dia, omnium flagitorum genere maculantes, inter cœlicolum sedes se locandos sola fide confidentes. Dementatis ex concupiscentia populis, plurima aliarum hæresum pocula me-retrix ista propinavit, & quæcumque portenta inuexerunt, præterea quæ de nouo adiuene-runt,

rent, id veteres illos Gnosticos, Vigilantios, Iouinianos, Nestorianos, Manichaeos, & huiusmodi pestes refunduntur autores, ut merito Lutherum omnium haeretorum officinam iure valreas appellare. Non poterat haec fucare, nisi mellita verbi Dei puri puti prædicacione, nam propria sedes omnibus hereticis quoque communis fuit, Lerinæ sec. 37. describente, sub praetextu Verbi Dei, oculos insipientum fascinare: nam si eum quis interrogasset, de nouæ Mætologie natura: unde probas, unde doces quod Ecclesia catholice uniuersalem, & antiquam fidem dimittere debeam? statim ille: scriptum est enim & continuo mille testimonia, mille exempla, mille authoritates parat de lege, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo, & malo more interpretatis ex arce Catholica in heretos barathrum infelix anima precipitetur. Hinc ut tanquam onager liber absque interpretationibus, & Patrum traditionibus euagaretur, in Patres arma conuertit, & gradu, & ordine à Christo relicto, deturbare conando. Ego (dicebat) aduersus dicta P.P. hominum, Angelorum, Dæmonum, pono non antiquitatis consensum, non multitudinem hominum, sed unius maiestatis aeterna verbum Euangeli, quod ipsimet coguntur probare. Hic ito, hic sedeo, hic monzo, hic glorior, hic triumpho, hic insulto Papistis, Thomistis, Henricistis, & omnibus portis inferi, nedum dicatis hominum quantularibet Sanctorum, aut consuetudini fallaci. Dei verbum est super omnia, diuina maiestas mecum facit, ut nihil curem, si mille Augustini, si mille Tertulliani, mille Ecclesia Henriciana contra me starent, Deus errare, & fallere non potest, Augustinus, & Cyprianus, sicut omnes electi errare potuerunt, & errarunt. Hi cunei aduersus illos veteres, antiquissimos, sanctissimos proceres, qui aduersus furentem Gentilium cohortem, & dialecticis armis instructam, simplicitatem doctrinæ orthodoxæ in altissima sapientia fundatam, ex humana litteratura eminentissimè ostenderunt: quique armati procedentes aduersus Iudeorum rabiem, nedum à Synagogæ Rabbinica fraude sacros codices in sua integritate, & versione atque translatione, sed & à flammis quoque materialibus ne incenderentur, seruarunt immunes: & aduersus haereticam vefriciem compendio traditionis vtentes, canonicorum librorum numerum cum vera intelligentia, posteris bona fide, sicut, & innumera quæ ad sacramenta, & ceremonias sacras, & dogmata pertinentia tradiderunt, ut non ex securiori armamentario in Concilijs, in definitionibus Sedis Apostolicæ, deprompta sint tela, quam à Scitis Patrum, à successione Antistitum, ab institutis, & autoritate maiorum, ut hic (ut ponderauit Paulinus Aquiliensis contra Felicem Vrgelitanum) mille clypei pendeant, omnis armatura fortium, vnde suppeditantur loca, & argumenta contra refractios, siue de scripturis controuersia sit, siue de Ecclesia, siue de Ecclesiastica Hierarchia, siue de Sacramentis, siue de sacramentalibus, & ut compendio dicatur, de quo cumque capite his temporibus ab ipsis Nouatoribus controuerso: illicò enim (etiam Centuriatoribus diligenter tibi lineas, & versus iudicantibus) occurrit, Ignatius, Iustinus, Ireneus, Tertull. innumeri persingulas centurias, ut si haereticus sis, & admittas conuinci, si resprias ab alijs tuis symmictis illudi necesse sit.

Porrò in hac Ebrei aduersus Ecclesiam iniqua conspiratione, id efficere conatus est Diabolicus astus, ut sublata antiquitatis pietate, eiusdemque arcis custodibus, omnium nouitatum epitome orbi inueheretur; indeq; impudentia veritatem, perfidia religionem inuidentibus, omnia igne, ferro, obruerentur, manibus sanguinarijs, quas deceptorum principum improbitas, vel aliorum impiorum scelerata fouisset audacia, & haereticæ licentia ad cursum velut equo spōtè ad currēdū prono calcaria addidisset. Liceat aduersum vos ò Nouatores exclamare, sicut & in Montanistas, seu Phryges magnus ille Epiphanius h̄r. 48. declamauit. Quomodo igitur ò Phryges qui contra nos hostes insurrexit, & in Christianum cognitum formati estis, barbarorum vero pugnam suscepistis, & Troianorum, ac Phrygium hostilitatem imitamini quomodo crediderimus vobis dicentibus propter dona defecisse ab Ecclesia? &cet., ita (si eiusmodi allegorijs sobriè vti licet ex Nazianz. vobiscum pariter eadem compellatione discurrat.) Quomodo in Christi Ecclesiam, & Patres velut hostes insurrexit, & hostilitatem quam in Troianos Danai, Sinonis artibus instruti exerceuerūt, nimirum, ut illi sublato Palladio, cæsis summa custodibus arcis, nouaq; illa equi mole introducta, funditus extinta Troia est, sic Nouatores noua dogmatum machina fabricata, nouisque insidijs extructis magnum in orbe incendium intulerunt, ut non tam Iuno inducatur fabulosè infesta Trojanis, & arcibus quoque inuidisse Romanis, qui ab illis originem ducebant, quam Dæmon veraciter similes, & maiores fraudes meditatus, ut non Capitolium, sed Vaticanum, noua machina, in cineres fauillasque redigeret, nisi Dei protectione machinas detexisset, ac destruxisset.

Percurramus senes quæ pueri in seholis decantabamus . vix illa moles ad insidias fabricata Teuctorum, exhibita est, quod illicet.

*Et molem mirantur equi: primusque Thimoetes  
Duci intra muros hortatur, & arce locari.*

Verum qui erant meliori ingenio prædicti insidias subodorati.

*Vt Capys & quorum melior sententia menti  
Præcipitare iubent, subiectis vrere flammis,  
Aut terebrare cauas eteri, & tentare latebras.*

Sed inexperti rerum, nouitatibus gaudentes, noua illa mole alleæti sub prætextu religiosis (& si fictæ) introducta, in penetralia, & adyta sacra introducendam instanter contendebant, interim: *Scinditur, incertum studia in contraria vulgus.*

Quin quod Laacon ab arce decurrent, ab haç introductione reuocabat.

*O miser! que tanta insania ciues,  
Creditis accensos hostes, aut ulla putatis  
Dona carere dolis Danaum  
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi:  
Aut haec in nostros fabricata est machina muros:  
Aut aliquis latet error. Equo ne credite Teucri  
Quicquid adest timeo Danaos, & dona ferentes.*

Sic imprudentes, ne simulata religione Græcorum decepti, equum admitterent, prudenter retardabant; præualuit ne consilium Lacoontis? minimè, plebs enim nulla euocata rationibus, nullo bellorum stratagemmæ edocta, simul ac se curiositas, ac nouitas illorum intentibus se insinuauit, & Sinonis verborum lenocinio de securitate persuasa, portas pañdit;

*Dividimus muros, & moenia pandimus orbis.  
Accingunt omnes operi pedibusque rotarum  
Subjicunt lapsus scandit fatalis machina muros.  
Et monstrum infælix sacrata sistimus arce.*

Quid inde?

*Laxat claustra Sinon  
armati duces e latebris equi armati prodeunt  
Inuadunt urbem, somno vinoque sepultam,  
Ceduntur vigiles:  
omnia penè flammis absumpta; Ilio dextructo euersa Troia,  
Tunc verò manifesta fides, Danaumque patescunt  
Insidiæ.*

Hæc fabulata Gentilitas. At Sinonis, & cunctorum versipellium fraudes exuperans callidus ille serpens, ut Carthaginensis Cyprianus descripsit de unitate Ecclesiæ, nouam fraudem excogitauit, ut sub ipso Christi nominis titulo, & religionis intuitu falleret incautos, heræses inuenit, & schismata, quibus subueteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet unitatem. Et quia indiscretata ingenia nouitatibus gaudent, antiquitatis Scita fastidiunt, ubi idolatriam rursus introducere non valuit, ut veterem disciplinam reiijcerent, nouam machinam fabricando, procurauit. Decepit primo noui itineris errore, transfigurauit se in Angelum lucis, & ministros subornauit suos veluti ministros iustitia, afferentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, Antichristam sub vocabulo Christi, ut dum verisimilia mentebantur (en finitiones Sinonis) veritatem subtilitate fruantur. His artibus omnes fermè hereticorum principes instructi, præsertim Luthericoꝝ, & reformatæ religionis, potius deformatae, cultores, & superstitionis inuentores, superstitionem suam tamquam de Cœlo lapsam, in tempore tamen, & à tempore progenitam, euulgarunt, armatos milites in se concludentem, ad illis propagationem, & catholicorum cruorem effundendum, opere artificioſo concinnatam, spectandam exhibent, intra yrbes admitti efflagitat vox Sinonis. audiamus artificium sub religionis specie.

*Hanc pro Palladio monti pro numine laeso  
Effigiem statuere nefas que triste piarat.  
pro sublata, fingentes, religione, per idolomaniam (sic enim cultum Sanctorum, veneratio-*

nem

nem reliquiarum, Apostolicas, & maiorum institutiones insimulant) nouam molem fabrefactam ad repurgandam, iactant, Ecclesiam, ad cœlum usque illam extollentes.

*Vt recipi portis, aut duci in mœnia possit, nec deinceps valerent  
populum antiqua sub religione tueri*

& quemadmodum Sinoni iussum est à Priamo, vt eius machinæ redderet rationem  
ediffere vera roganti

*Quò molem hanc immanis equi statuere, quis author,*

*Quid ue petunt? qua religio? aut qua machina belli?*

Ita

numquam defuerunt Ecclesiastici viri, qui nouitate perculsi, authoré, initium, finem, & alias circumstantias nouelli dogmatis inuestigarent; solum enim (dicebat Hieronymus) ad originem suam hereses reuocasse, triumphasse est, & iterum in c. 1. Abdiæ: omnia secreta hereticorum per sanctos suos, & Ecclesiasticos viros atque Doctores profert in medium, & prima illius victoria est, patere que tegebantur occulta. Mobile tamen vulgus, & quibus sollempne fuit antiquitatis Scita fastidire, & profanis nouitatibns gaudere, nouellam machinam introducendam suadebint intra adita, intra sacraria veritatis. Conclamabante Patres, nouitiam machinam non admittendam: seruemus dicebat Ambros. 2. ad Gratianum c. vlc. præcepta maiorum, ne hereditaria signacula ausi rudi temeritate violemus, librum signatum illum propheticum, non seniores, non potestates, non Angeli, non Archangeli aperiire ausi sunt: Soli Christo explanandi eius prærogativa seruata est. Librum sacerdotalem quis nostrum resignare audeat, signatum à Confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum, quem qui resignare coacti sunt, postea tamen damnata fraude signarunt: quæ violare nō ausi sunt qui confessores, & martyres extitere, quomodo fidem eorū possumus denegare, quorum victorias predicamus? Summus quoque Sacerdos Simonis Petri clavum tenens, ad cuiuscumque Sinonis fraudes, & nouæ machinæ insidias euigilans, e throno Apostolico conrorquens exploratoriam sue potestatis lanceam, quid clamat, nisi quod Stephanus dicebat: Nihil innouandum, nisi quod traditum est sequendum. intelligebat enim ait Lerinens. c. 8. vir sanctus, & prudens, nihil aliud pietatis rationem admittere, nisi ut omnia, qua fide a Patribus suscepta forent, eadem fide filijs consignarentur. Qui ergo prudentum Ecclesiastorum monita, & consilia suscepserunt, vel aditum nouæ moli intercluserunt, aut flammis probauerunt: male vero feriati, & incauti, qui nouelli dogmatis inductione alleagi machinam in aliquod regnum, vel prouinciam inuexere, dici nō potest quantas quoque calamitates, quantas humano generi strages induxere. Nam vt exemplificauit Lerinensis, quod & nostrorum parentum ætates, in Nouatorum quinto Euangelio expertæ sunt; Vrbes, populi, prouincie, nationes, uniuersum Imperium funditus concussum est, & emotum est, c. 6. Namque cum prophana ipsa Arianorum, Lutheranorum, Calvinistarum, Hugnósticorum heresis, velut quedam Bellona, aut furia, capto prius omnium Imperatore, aut Imperij Ducibus, & Principibus, cuncta deinde palati culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit, oniuersa miscere, atque vexare, priuata, & publica, sacra, prophanaque omnia, nullum boni, & veri gerere discrimen, sed quoquaque collubuisse tanquam de loco superiori percutere. Tunc temerata coniuges, depolutate vidue, prophana virgines, monasteria demolita, disturbati Clerici, verberati Leuite, acti in exilium Sacerdotes, oppleta sanctis ergastula, carceres, metalla, quorum pars maxima interdictis urbibus profusi atque extorres, inter deserta, feras, saxa, nuditate, fame, siti, affecti, contriti, & tabefacti sunt: atque hac omnia numquid ullam aliam ob causam, nisi utique quod ex mole illa accidit, dum pro cœlesti dogmate humana superstitiones introducuntur, dum bene fundata antiquitas scelestæ nouitate subruitur: dum superiorum instituta violentur, dum rescinduntur scita Patrum, dum conuelluntur definita maiorum, dum se se intra sectate, atque incorrupta vetustatis castissimos limites, prophane, ac nouella curiositatis libido, non continet. His ergo insidijs, his cuneis semper Diabolus, Doctorum, & Pastorum cuneos impiuuit, & vt noua Inferorum moles, in adita veritatis, illa sublata introduceretur.

Sed fortassis Sinonis fraudes extinctæ, & nouæ adhuc molis Ideæ destructæ minimè. nam Hæreticorum plantatio, vt dicit Hieronymus in psal. 143. non est vetus, sed nouella est, non est enim de veteri Lege, non de Prophetis, non est de Apostolis, sed de nouis Magistris est. Filia eorum sicut nouelle plantationes in iuuentute sua: semper iuuenies sunt, licet multæ sint hereses veteres, tamen cum quotidie mutantur, & nouæ quotidie inueniuntur, Nouæ sunt ipsæ hereses, licet veteres sint, tamen cum quotidie doctrinas suas inno-

innovant, noua sunt. non enim sunt veterum magistrorum doctrina contenti, sed quod  
etie ipsi noua reperiunt, quorum filii sicut nouella plantationes in iuuentute sua. A ve-  
ritate autem victi aduersarij de Patribus recipiendis, de nouitia nouitate non admittenda,  
eam exceptionem superbam, & fatuam scriptis prodiderunt: tantisper se Patribus assen-  
suros, dicunt: dum sacris litteris adbarescunt: si ex scripturis probent, si melioribus ra-  
tionibus innitantur. ceterum omnes esse homines, cœcutiſe, & ballucinari potuisse, non esse  
ingenijs viā præciousam, ut propterea fidei nostra Patres dominari non debeant. Hæc illi  
quorū, & ceterorum studium illud est, ex eodem Hieronymo in psal. 5. Quomodo aliud  
nouum dogma repellant, non quarant quomodo saluentur, sed quomodo saperent, quorum  
vobis iij quoque acquieuerunt, qui fuerunt

*Ignari scelerum tantorum, artisque Pelasgæ*

Sed veteres quoque fuerunt hæ hereticæ exceptiones, rursus innovata: audi quas fraudes  
Photius diuinitatis Sancti Spiritus disector Epistola ad Patriarcham Aquiliensem apud an-  
nalium conditorem 881. num. 4. sit commentatus. Nam cum auctoritatibus Ambrosij,  
August. Hieronym. & aliorum Patrum argueretur, hac exceptione argumentum eludere  
cogitauit: Si DECEM, vel viginti ex Patribus hanc vocem dixerint, contra vero sex-  
centi nequaquam dixerunt. cumque adhuc vrgeretur, velut anguis elabens, eam exceptio-  
nem fabricatus; non semper eosdem recipiendos, nam circumstantia rerum multos coeger-  
runt, alia quidem dicere præter animi sui sententiam, alia vero præter dispensationem,  
alia etiam propter inobedientiam, hominum pertinaciam: alia iterum rerum ignoratio-  
ne, ut fieri solet, ut homines decipi; alius enim cum hereticis condescendens, alius au-  
ditorum imbecillitati se demittens, & alius aliud facere curans (tempus habens quod  
nos hortetur, ut multa ab exacta rerum inquisitione aliquando remittamus pro perfe-  
ctiori fine adipiscendo, & consilio) dixit, & fecit, qua nobis, neque facto, neque verbo di-  
sse licet; exemplificans de Paulo Apostolo instruente fideles de radenda barba, ac de dispen-  
satione quomodo lacte sine nutriendi, qui nuper ad disciplinam sunt admissi: & postea re-  
uerentiam Patrum simulans (audiamus quomodo alapas eisdem infligat schismaticus, & hæ-  
reticus) Patres verò si quid oblocuti sunt, vel ob aliquam causam nobis ignotam à recta  
via declinarunt, ne veritatis inueniendæ cura, quæ par erat illis adhibita, neque ad cognoscendam veritatem ullus ipsos excitauit, Patres nihilominus ipsos vocabimus, ac si nihil  
tale commiserint, propter vita splendorem &c. in illis autem in quibus errare contin-  
git, nullo pacto eos sequamur. & ementitos errores configens, & affigens Dionysio Alex.  
Methodio, Iræneo, Papia quos viros Apostolicos, & illustres vita, & miraculis vocat, sub-  
dit: nihilominus quoniam veritatem paraipenderunt, & aduersus communia, & Eccle-  
siastica dogmata loqui lapſi sunt, in ijs quidem illos non sequimur, sed paterno nihilominus  
bonore, & gloria ipsorum quemque non defraudamus. Deficeret me dies, si viros om-  
nes vellem enumerare, quos Patrum honore veneramus, sed in illis, quibus ipsi à veritate  
aberrarunt eos nullo pacto imitamur, & ad Thesimi suam descendens ait. Sed inquiunt:  
Dixerunt Patres Spiritum sanctum à Filio procedere. Dixerunt, non nego. Sed isti qui-  
dem pauci numero, longè verò plures hoc dicere ausi non sunt: dixerunt pauci patres, sed  
Sanctorum Synodorum Decreta illos qui aliquid contra eiusmodi vocem protulerunt, re-  
spuerunt, &c. disertis enim verbis nobiscum Spiritum sanctum à Patre procedere dixerunt.  
Et fucum faciens Sinon nouus subdit. oporteret ipsos si querant Patrum voces, ad syno-  
dica decreta confugere, ad vocē Romanorum Pontificum, ad chorū etiam aliorum Sanctorum,  
& diuinorum Patrum, & non appellare quosdam Patres, ac deinde illos perperam,  
& grauitate calumniari, dum eis communi Domino contraria statuerunt. Hæc Photius  
dicebat, ex annalium conditore arte Pelasga, ut sedaceret incautos, & ignaros ueluti pue-  
ris terorem incuteret larvati stipites, quos si denudes, eosdem puerulos ad risum cōuertes.  
primo etiam Photius instar anguis mendaciorum spiris incautos inuoluit, & stringit, in-  
de verò viperinis morsibus venena infundit, ut planè necesse fuerit præsentaneum antido-  
tum præparare, quo veneno lethalia, vel vitentur, vel curentur.

Ad præsentium temporum status excurro, multi enim sunt, qui & si ad nostrorum ca-  
stra pertineant, nihilominus ex libertate ingenij quædam protulerunt, quæ finistre hostes  
Ecclesiæ ad sua venena fouenda componere possent, & ingenij feruentibus, ligna præben-  
do, nouæ molis fabricandæ occasionem, saltem ex scandalo passi, ministrarent, vt

*trabibus contiſsus acernis*

*Staret equus.*

non ne hæc ligna dolata? Possimus relinquere sanctos: unumque sequi in indifferentibus, vel probabili fundamento, ac proinde quemlibet alium Doctorem nostrorum temporum. & iterum: multoties contingit unum Doctorem ordinarium assequi, quod non cognoverunt magni nominis sancti, & Doctores, sequi possimus proinde modernos aliquos, qui probabilibus rationibus ab antiquitate discesserunt. & rursus, cum Ecclesia probat Patris, vel alicuius Doctoris opera, non intendit probare eius propositiones, nec vel unam solam. nec certa regula est ex maioribus elogis quibus unus pro altero cohonestatur, maiorem obtinere firmitatem: & in ipsis multa falsa reperi possunt, de quibus magniformari possunt catalogi, adhuc contra saniorem, vel grauiorem Patrum sententiam multa definiisse Ecclesiam. & iterum si ex una parte sint decem Patres, ex alia parte plerique Prouinciarum omnium seniores, magis standum esse sententiae seniorum concordi, quam decem, vel viginti Patrum autoritati. In specie August. a quibusdam fugillatur, tamquam ambulans in tenebris Cimmerijs, dum minus firmè contra Pelagianos decertasse insinuatur. Quid de S. Thoma Scholasticorum antesignano? Vnus est sicut & ceteri Doctores, quamuis à suis, sacris Scriptoribus (aiunt inuidiam conflando) equiparetur: & iterum reuelationibus quibus doctrina eius probatur parum fidendum. & iterum: in multis contra fidem aberrasse: ab alijs multa suffuratum, proinde inaniter in Augustini, & Thoma verba iuratum a schola Salmaticensi: amplius autoritatem ex probatione Sedis Apostolice non esse adeo excusum, qualem sui configunt: tandem modernos posse in ipsis subfellijs sedere in quibus sedent Ecclesiæ Doctores, & inter Doctores Ecclesia connumerari, etiam si sint seditionis versipelles, excommunicati, ut de Theophilo Alex. obijcerunt. hæc ligna dolata, & adaptata. Si hæc ingeniosus indisciplinatus iungeret atque contexeret, &

Instar montis equum diuina Pallidis arte,

orbi inspiciendum proponeret, quæ machinæ extrui non possent? nam & Hieronymus sic scripsit in c. 10. Osee. Hæretorum terra fœcunda est, qui à Deo acumen sensus, & ingenij percipientes, ut bona natura in Dei cultum verterent, fecerunt ex his idola, non secus ac ex dolatis tabulis possent equum construere; nullus autem potest barefim fruere, nisi qui ardentis ingenij est, & habet dona naturæ, quæ à Deo artifice sunt creata; talis fuit Valentinus, talis Marcion quos doctissimos legimus. Talis Bardesanes, cuius etiam Philosophi admirantur ingenium, isti ergo terræ sua bona verterunt in tumulos mortuorum, ad mutum equum formandum, ligna aptantes, quia omnis doctrina eorum, non ad viuentes refertur, sed ad mortuos, tam eos quos colunt, quam illos quos decipiunt. Equo autem, ex varijs lignorum generibus ad suum institutum compactis, efformato, quid inde?

Huc delecta virum sortiti corpora furtim

Includunt cæco lateri, penitusque cauernas

Ingentes vterumque armato milite complent.

Et ex illa licentia modernos cum antiquis coquandi; multitudine, cù selectorum virorum auctoritate conferentes, oriri posset, ut contra antiquos pugnarent, & eorum dicta assument, qui insimæ notæ habentur; imò eosque aggregare possent, in equino vtero, quorum opinones iampridem a scholis ablegatae (quales sunt multæ Okami, Lulli, Gersonis, & similis temperaturæ) quin classicum canerent, si in una nouitatis adiuentione à partibus suis staret multitudo Neotericorum Doctorum (quos in immensum quidam dilatarunt ad Præpositos sac. familiarum, & Concionatores orbis extendendo) etiam Patrum numerum superaret: sic non esset progressu temporis nouæ alicuius sectæ mysterium, quod non specioso titulo veritatis coloraretur, semper enim nouarum rerum (ut & augendi imperij cupiditas) ad introductionem nouæ superstitionis impellens, ad multitudinem sequacium anhelabit, ut si ratione, vel auctoritate non valeant, multitudine exterrent. En equo iterum inclusos milites cerneret, quos iterum laxaret Sinon, ut perdant Dei Civitatem. & ut de nostro dicamus. en iterum Elamitæ sumerent arma, & currum, ut discurrat Hieronymus in Esaï. cap. 22. ut parietem Sion, & Ecclesiæ firmamenta, idest Patres suo clypeo, & impugnatione denudent. isti Elamitæ (ex editione 70.) non habent unam pharetram sed plures, & ascensores sunt hominum, & plurima multitudo est ad pugnam se preparans contra Ecclesiæ, ita ut omnes valles illius compleantur, & equites obturent sensus eorum, & dimitione sua Ecclesiasticum virum, qui interpretatur Iudas, prouocent ad certandum, armis expolient, & denudent, imò, si possint, sagittent in oscuro rectos corde. Sed numquam præualebunt, nam si tunc etiam ascensores ponerent in portis suis, ait Hieronymus. tunc omnipotens Deus per Ecclesiasticos viros reuelabit operimenta Iude, & uniuersa secreta eorum.

rum qui in confessione fidei constituti sunt, & tunc videbis, o vallis Sion, in die illa, & in claro lumine veritatis veram armaturam Apostoli, & domus saltus, in quo gentium turba confitit, &c. videbunt heretici domos ciuitatis David, & omnia prius secreta Christi, sunt O M N I A D O G M A T A veritatis.

Ergo consistentibus in arce Sion, & videntibus, vel qui ligna dolant, ne ad perfectum ducatur moles, & armato milite compleatur, clamandum est, silendum non est, de minima nouitate curandum. unde & S. Martinus Papa in Conc. Lat. secret. 2. non (ait) permittendum nouiter dici, quod PATRVM venerabilium authoritas omnino non censuit, & si aliqui, ut eandem nouitatem obrudant Patres contemnunt, est dictis sanctorum lapidandus, & obruendus sicut scriptum est, & ponderatum in Concil. Later. consult. 3. ab Episcopo Sardiniae, sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum, suam lapidibus obrutus necabitur, id est paternis, robustis, & probabilibus verbis veritatis, atque dogmatibus, quia voluit te abstrahere a Domino Deo suo, & auferes malum de medio tui. quando enim alia tela, & argumenta deessent, solum ex antiquitate argumentum triumphum reportaret. & si in moralibus, omnis, & quæcumque opinio noua, ipsa sola nouitate displaceat (semper enim viris suspecta fuit nouitas, & interdum formidabilis) id maximè displaceat in religionis materia, præsertim, si ei, ut fiat plausibilis, a defensoribus superaddatur, unde August. lib. 2. de origine animæ c. 11. Vincentiū Victorem arguit, nedum de nouitate sententiae, sed quod eam catholica censura proposita sustinendam proposuerit. Rem inquit tam nouam atque a disciplina Ecclesiastica, & regula veritatis alienam, cum libris suis auderet inserere, non ait puto, non ait existimo, non ait arbitror, non ait saltem suggero, vel dico, sed censeo, ut scilicet si offenderentur nouitate, seu perueritate sententiae, teneremur auctoritate censura. Sed ipsa nouitas doctorculum illum censurantem de temeritate censet, ut veritas nouitatem, & eo inuerisimiliorum quo audaciorem demonstrat censurantem.

Non desunt custodes murorum Ecclesiæ Scholastici, veteris Patrum Theologiæ interpres, expositores, exclusores dogmatum à principijs fidei, qui ad huius militiæ Sacramentum, euocati, argumentis, & consecratijs Theologiæ principijs depromptis, & acutis sagittis bella gerunt contra veritatis hostes, ut senioris Theologiæ dignitatem non tam suadendo quam fortiter præliando tueantur: nam & si etiam in horum acies nouitiola audacia irrumpere post Patrum aggressum, tentauerit, sic munitos experta est eorum temeritas, ut primo compressu fatigata terga vertens, inducias iam postulet, sedera tractet, ultro se temeritatis accuset, illa verò nec inducias unquam tribuat, obstinato ad maximum triumphum animo semper disceptatrix, bellicosa, expugnatrix. Huius nostræ aciei Doctores clasci multi insignes atque sublimes, sed præcipui Doctores exercitus Augustinus, & Thomas, totius orbis calculis adiudicantur, in omni disciplinarum genere armati, quorum studia, & labores non unam, vel alteram hereticorum aciem profigarunt, sed quot exortæ, vel exorituræ sunt hereses, iam videntur diuinitus prædictæ, imò prostratae antequam natae, quorum monumenta, tanta Academiarum omnium suffragijs, gentium acclamacione, & plausu recepta, ut nesciatur an unius, vel alterius hominis priuati dogmata, tanta auiditate suscepta sint, quanta horum axiomata, non domi eorum nata, sed a Christi Domini, & Apostolorum, & Apostolicorum schola traducta, rationibus etiam naturalibus mirificè explicata, quæ non tantum Philosophorum Areopagum, sed & Vaticanum censoria auctoritate Petri communiuit, Angelorum quoque Academia, si dicere fas est, demirante.

Horum instrutus doctrinis in hoc opere, Patres, Ecclesiæ Pastores, Scholasticos Doctores, ipsumque Ecclesiæ sensum aduersus Sectarios defendo, locutus in arenam descendendo, nam & si nec numerari merear inter eos milites cataphractos, qui hodie Nouatoribus bellum indixere, scio periclitari me non posse, armis Thomisticis, & Augustinianis indutus, pro Patribus, Doctribus iisdemque, præcipue Augustino, & Thoma præliando, & contraria, inaudita, insulsa hostium Ecclesiæ paradoxa, & homines inermes, imbellies, manus conserendo. Sed si aliquis supercilios elato, rugosa fronte, hæc quoque nostra impugnabit, non expugnabit, & impugnantes sciant, ut dicebat Basil. epist. 70. Quid non impugnamur propter pecunias, non propter gloria splendorem, non propter aliquid aliud rerum temporalium, sed propter communem thesaurum, propter hereditatem paternam, propter sanam fidem in acie, & certamine stamus. Et ut dicebat Leo Bizantius in audi. c. 2. aduersus Eutychianos, & Nestorianos, non ignoramus quod qui vobis aduentur,

santur, & quibus unum cum virtute, & cum Sanctis Patribus certamen est, si ut illis  
sic etiam nos qui illorum disciplinam sectamur, & defendimus, in honorant, quin nos  
potius nescientes honorant, dum probra que illis obiciunt, nobiscum communicant.  
Hi enim & diuina ludunt, & Theologos conuicis consecrantur, & quid mirum si nos  
qui nihil sumus contemnunt? in quibus hoc tantum dignum est admiratione, quod de-  
mum virtutem, qua est in actione studiosè negligunt: sed ipse Sapientes esse iubent, &  
sunt tamquam ex iussione, ex dicto, prudentia prædicti, quos eruditos esse fecit, velle  
tantum sicut eos quidam ex hominibus urbanis lepide, & venustè αὐτοφιλοσοφεῖ,  
sunt summos Philosophos vocavit. sed non oportet nos propter illorum depravatam  
voluntatem, vel fiduciam, vel certamen remittere, quinimò contra certaminibus viro-  
rum Beatorum ad fortitudinem stimulari, & urgeri, ut idem conueniat nobis quod fer-  
ro calidissimo quod quidem aqua frigida immersum, & infusum durescit, & scias dum cum  
bis certamus, ad premium certantis roboramur. Age primo, aduersus deturbantes cœ-  
lestia, & Doctorum, & Patrum Chorum a Christo reliquum verbo penetranti tamquam gla-  
dio anticipiti, [decerteremus] & aciem eorum aduersus veritatem instructam a dextris,  
& a sinistris perrumpentes, prosternamus eos, hinc exorsi; nempe defendendo, primo  
Patrum autoritatem, secundo Doctorum Scholasticorum, & Ecclesiæ Pastorum, ipsius  
tandem Ecclesiæ sensum, atque consensum, cui omnia scribenda subdimus, quum sit colum-  
na, & firmamentum veritatis.

Toti in hoc sumus, ut Sanctorum Patrum  
traditionem seruemus.

Ex Clero Constantinopolit. ad Synodum Ephesinam:

**Contenta in duobus præcedentibus tomis, & in huius  
tertij tomī parte prima.**

**PRIMA PRAESCRIPPIO.**

**S**ymbolum Apostolorum infallibilem continet authoritatem, ut potè præclarum fidei testimonium, & summa totius doctrinæ catholicæ, in quo breuiter fidei regula continetur, super quod ædificium consurgit Ecclesiæ, per quod herefes confutantur, aduersus quas authoritate Apostolica, & munitione defensione eorum quæ in eo recensentur, multa alia symbola edita sunt, non nouam fidem continentia, sed eandem explicantia.

**SECUNDA PRAESCRIPPIO.**

**I**Taque state, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram 2. Thes. 2. Termini ergo (ut dicit Epiphanius hæres. Lv) nobis positæ sunt, & fundamentum, & ædificatio fidei, & Apostolorum traditiones, & scripturæ sanctæ, & successiones doctrinæ, & undeque veritas Dei munita est, & nemo decipiatur nouis fabulis.

**TERTIA PRAESCRIPPIO.**

**S**criptura sacra, quæ & canonica dicitur, merito tanquam diuinitus inspirata, in sublimi authoritatis arce locatur, ut omnem intellectum ad fidem sibi subiectiat. Ea verò prout in nostra Latina vulgata editione translata reperitur, & secundum normam Ecclesiastici sensus explicatur, pro authentica suscipienda est.

*Hæ præscriptiones in Superioribus tomis explicate, & probatae: prima, & secunda in primo: tercua in secundo tomo, libro quarto: Quarta quæ sequitur eiusdem libri quarti, principium est primæ partis tertij tomī.*

# CATHOLICARVM PRAESCRIPTIONVM LIBER QVARTVS.

AVTHORE A.R.P. MAG. FR. DOMINICO GRAVINA  
ORDINIS P R A E D I C A T O R V M .

## Præscriptio Quarta.

Consensus PP. Antiquorum , succedentium quoque Pastorum , & DD.  
tanquam scripti , & non scripti Verbi custos , testis , & interpres  
necessario recipi debet .



*B*I oportet , ait Iræn. lib. 4. cap. 41. discere veritatem , apud  
quos est ea , quæ ab Apostolis est successio , & id quod est sanum , &  
irreprobatibile conuersationis , & inadulteratum , & incorruptibile con-  
uersationis constat . Hi enim , & eam quæ est in unum Deum , qui  
omnia fecit , fidem nostram custodiunt , & scripturas sine periculo no-  
bis exponunt . Quare cum nedum veteres Patres , & Pa-  
stores ( inter quos primatum tenent Petri successores Roma-  
ni Pontifices ) sed succedentes quoque Ecclesiarum Præpositi , quos Spiritus  
sanctus posuit regere Ecclesiam suam , Apostolorum , & Apostolicorum sedi-  
bus succedant , & posteriores DD. pariter veteribus Doctoribus consentiant , ab  
ijisdem quoq; Catholicam oportet addiscere veritatem .

**R**ationabilitas huius præscriptionis ostenditur , quia cum Christus Dominus veram fidem ,  
& puram doctrinam voluerit in Ecclesia esse perpetuam , perpetuos quoque eiusdem  
Patres , & Doctores , & præcones , & ministros atque magistros instituit , vnde Apostolus  
Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos , q uosdam autem Prophetas , alias vero  
Euangelistas , alios autem Pastores , & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus  
ministerij , in ædificationem corporis Christi , &c. ut iam non simus parvuli fluctuantes , &  
circumferamur omni vento doctrinae , &c. Vnde eos audiri præcepit tanquam se ipsum .  
Qui vos audit , me audit . Luc. 10. & vt securam ficeret piebem suam ( vt dicit August. ) in Cathedra uni-  
tatis posuit doctrinam veritatis . Cum ergo nedū antiquæ , sed præsentis Ecclesiæ Pastores à Christo Domi-  
no destinati legitima ordinatione , & vocatione Apostolica ( qui & ipsi Apostolis successerunt ) tam in ca-  
thedra , quam docendi potestate succedant , necnon & Doctores pro temporum diueritate à diuina pro-  
videntia sint destinati in suo gradu , & ordine , etiam ipsi audiendi sunt , cum subordinatione ad Petri suc-  
cessorem , cum è cathedris suis loquuntur , vel in Concil. legitimè congregatis Apostolorum doctrinam con-  
signant , vt merito rebelles habeantur , nedum qui Romanorum Pontificum decreta contemnunt , sed etiam  
qui Apostolicos , & succedentes Pastores , & Patres , & posteriores Doctores in PP. doctrina cōspirantes reij-  
cere , & exturbare conantur , eorumdemq; doctrinam minimè esse audiendam detrectant . Tales sunt Noua-  
tores qui modò vniuersum PP. & DD. chorum proscindunt , modo ad summum in controuersijs dirimendis  
veterum PP. scū ( vt dicunt ) veteris Ecclesiæ testimonia admittunt , posteriores vero PP. vel præsentis Ec-  
clesiæ Doctores , & Pastores non audiendos pronunciant . Propterea tanquam in rebelles prædictam diri-  
gimus præscriptionem . Sed ne putent se opprimi ( vt iactant ) multitudine Prælatorum , atque Doctorum ,  
quicquid ipsi in controuersiam vocant diligenter examinandum , & ad singula eorum argumenta respon-  
dendum , duabus generalissimis controuersijs , quas ipsi exagitant , diligenter expensis . Prima ergo erit de  
veterum Patrum sensu atque consensu in materia dogmatica . Secunda controuersia de succedentium Pa-  
storum , & DD. consensu , & autoritate in dogmatum eorundem traditione , & interpretatione .

CONTROVERSIA PRIMA  
GENERALISSIMA,DE VETERVM PP. ET PASTORVM  
consensu, & autoritate.

**P**rimo igitur aduersus Nouatores de veterum PP. sensu, & consensu, & autoritate differendum est: Quia enim illi vel Enthusiasmis freti, vel nudæ litteræ sacrae Scripturæ inhærentes, subsellia Ecclesiastica spernunt, Patres, & maiores non interrogant, immo eorumdem auctoritatem, vel ut infirmam, & fluctuagam traducunt, vel Pastores Ecclesiæ maledictis incessunt, scriptisque ipsorum nequos affigunt, opus est, eorum eminentissimam auctoritatem tueri, & ab iniurijs vindicare, & ab impostoribus defendere, ut noui isti Polymones, impudentia, & impietatis coronis è capite detractis, iisdemq; abiectis, ora, & vultus formantes ad verecundiam non Platonico Xenerat, vt dicebat Aug. I. contra Iul. c. 7. Sed istis Sacerdotibus Christianis, vel potius in eis ipsi Domino Christo, qui ad irridendum venerant, se ipsos erudiendos tradant. Quare circa hanc generalissimam controuersiam, tres quæstiones principales discutentur.

Prima, quanta & qualis sit apud Catholicos, Patrum auctoritas est generali.

Secunda, quanta sit apud eosdem eorumdem auctoritas in speciali.

Tertia, quanta sit apud Nouatores Patrum auctoritas, & eorumdem circa Patres irreuerentia, & irreligiositas.

Circa primam, quæ sequentes quæstiones dissolventur.

Prima, an auctoritas Patrum, & DD. antiquorum sit medium firmum ad fidei controuersias dirimendas.

Secunda, an in omnibus diuinæ legis questiunculis sit quoque eorum auctoritas irrefragabile medium.

Tertia, quorum PP. sententiæ recipienda: & an omnes PP. semper, & in omnibus æqualem sibi vendicent auctoritatem, vt si unus vel alter à fide aberauerit, tota Patrum auctoritas corruat.

Quarta, quando Patrum sententijs inhærendum, hoc est, quando habendum sit quod Patres docent, vt indubitate, & firmum.

Quinta, an sententia priuata vnius, vel paucorum PP. communi Patrum, & Ecclesiæ auctorati possit derogare.

Sexta, an in aliquem errorem aliqui Patres prolapsi sint, vt propterea sibi, vel fidei aliquod præiudicium generant.

Septima, an PP. posteriores prioribus, & an Græcis PP. Latini consentiant.

Ottava, an Patrum, & Scholasticorum posteriorumque DD. eadem sit Theologia.

Nona, an liceat absque Theologia Scholastica PP. lectioni incumbere.

Decima, an magis in dogmatibus sit credendum PP. an populo, vt si ex una partestet populus, ex al-

tera chorus Patrum consentiens, magis sequi debeamus populum, quam Ecclesiæ proceres.

Vndeclima, an magis deferendum sit posterioribus DD. quam antiquis Patibus.

Duodecima, an unquam Catholicæ Ecclesia contraria doctrinam definierit, vel definire possit, aut ad minus diuersum, & aduersum cultum, vel ceremonias præscribere possit contra omnes, vel saltem plures, aut grauiores PP.

Praxis quomodo prolatis veteranum sententijs secundum temporum seriem, sacrosancta dogmata firmata sint, hæreses explosæ.

Ostensio Prima, quomodo Romani Pontifices ex Patrum doctrina dogmata, vel finierint, vel confirmarint.

Ostensio 2. ex Conciliis Generalibus.

Ostensio 3. ex iisdem Patribus, qui ex præcedentium Patrum auctoritate, vel sacra dogmata firmarunt, vel hæreses confutarunt.

## QVAESTIO PRIMA.

DE PATRVM AVTHORITATE  
in generali.

Articulus Primus.

AN AVTHORITAS PP. ET DD.  
Antiquorum sit medium firmum ad fidei  
controversias dirimendas.

## Positio Nouatorum.

**N**etus fuit, & familiaris hæreticorum stylus Patrum auctoritatē infringere. Sic aduertit Irenæus lib. 3. c. 2. & lib. 5. c. 17. de Gnosticis, qui spretis præbyterorum Ecclesiæ doctrina, se solos sapere iactabant, ipsis quoque Apostolis se preferendo. Paulus Samostenus ex Euseb. in Ecclesiast. Histor. lib. 7. cap. 24. se ipsum magnopere efferens, in verbi Dei interpretes petulanter, & importune debacchatus est. Idem præstitit Arius ex Alexandro Alexandrino apud Theodor. 1. histor. cap. 4. Nestorius totam Ecclesiam trducebat, cum diceret se solum intelligere sacram Scripturā, eamq; omnes ignorasse, iactaret, quotquot ante se magisterij munere prædictos diuina tractasent eloquia. Ex Synod. Ephes. & ex Lerinensi lib. contra prof. voc. nouit. c. 42. eandem Synodus allegante.

Eutychet. hæresiarchæ vox erat in Concilio Chalcedonensi act. 1. se, solas sacras Scripturas sectari, tamque firmiores Patrum expositione, & interpretatione. In septima Synodo act. 1. quidam Basilius Ancyranus Episcopus, hunc contra hæreticos anathematizatum direxit. His *Qui doctrinas Sanctorum Patrum, et traditionem Catholicæ Ecclesiæ contemnunt, quique causantur, & voces Arij, Nestorij, Eutichij, & Diocorii iactant dicentes; quod nisi satis ex veteri, & novo testamento instructi essemus, Sanctorum Patrum, sacrarum sex Synodorum doctrinas, & Catholicæ Ecclesiæ traditiones sequeremur, execratio.*

Iaco-

# De Patrum sensu, & autoritate.

3

Iacobitashæreticos (sic dictos) omnes veteres Patres reiecerisse scripsit Nicephorus lib. 18. cap. 25. similiter, & quendam Clementem ( vt scripsit Vvli-baldus in vita Sancti Bonifacij ) & Petrum Abailardum ex S. Bernardo epistola centesima nonagesima eosdem Patres repudiasse compertum. Horum vestigia imitatos Lollardos, refert Thomas Vvaldens. tom. 1. doct. 3. Vvicteph. apud eundem tom. 3. doct. 3. qui antiquorum fidem se non tenere dicebat magis sibi, quam Patribus credens, & gloriosos Sanctos cunctos dijudicans.

Spiritum hæritarium hærcos, ab his hausit Lutherus, vnde in procēcio asserta articulorū dāmatorū nullam Sancti cuiusvis auctoritatem nisi Scripturis munitam sibi voluit opponi, demū scripsit in epistola ad equitem Germanum anno 1521. & lib. contra Reg. Anglia. Ego verò, inquit, aduersus dicta Patrum, hominum, Angelorum, Dæmonum, pono non antiquum usum, non multitudinem hominum, sed unius æternæ maiestatis verbum. & alibi passim, vt patebit inferius.

Huldreich Zuuinglius explanat. art. 64. scripsit. Mox incipit clamare Patres, Patres: nempe, Patres sic tradiderunt, sed ego non Patres tibi deferō, non matres, sed verbum Dei requireo.

Ioannes Pomeranus ad cap. 3. Iona Patribus non esse credendum enunciauit, quia, inquit, ex eodem ore calidum, & frigidum efflant.

Petrus Martyr lib. de votis. Quandiu (inquit) consistimus in Concilijs, & Patribus, versabimur semper in ijsdem terroribus.

Caluinus, cum sibi auctoritas Patrum obijcere-tur, illam contempnit. lib. 2. de lib. arbitrio scribens contra Albertum Pighium his verbis. Dicit Pi-ghius, Origenem, Tertullianum, & alios similes, huic obiectioni occurrere, cum nil se dictiū proferant, quod non communiter Ecclesia ab apostolis edocet & sentiant. Quod autem huic propositio res non respondeat, immo cum in principiis fidei capitibus post hanc præfationem, eos multum errare constet, quantum est, nullo discrimine aut delectu habito, pro Ecclesia traditione suscipere, quicquid ipsi tradundi? Idem quo que Caluinus in præf. institutionum, ait, meminisse (vult) omnia scripta Patrum nostra esse, quæ nobis seruant, non dominantur. Petrus Martyr de votis p. 476. Catholicos Patres in auctoritatem habentes Patrologos vocat, non theologos. Hec impij spurcissima hæc, & alia scismaticata in Ecclesia fulgentissima lumina euomentes.

## Oppositiones eorundem.

Prima (& est Lutheri lib. contra Regem Anglie) quia Paulus affirmat, fidem nostram oportere inniti verbis Dei 1. Corint. 2. Sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei, & subdit Luther. non esse firmatam fidem super oportet sic esse, neque super usum, & dicta Sanctorum, neque super Ioannem Baptistam, nec super Eliam, nec super Hieremiā aut ullum ex Prophetis, sed super firmam, & solidam petram, scilicet super Christum Filium Dei, quicquid ergo (subdit) ultra verbum Dei producitur, hoc nostri arbitrij

esse tanquam Dominorum, credere, & non credere, damnare probare &c.

Confirmatur, quia verbum Dei, ex quo fides fir-matur, cum procedat ab eo qui falli, & fallere non potest, propterea est infallibile medium ad fidei docu-menta firmando. Sed Patres, homines fuerunt, & falli, & fallere potuerunt: non ergo firmum pro fide confirmando argumentum subministrant.

Secunda (& est eiusdem Lutheri in proem. asser-tionum.) Non plus Patribus attribuendum est, quā ipsi sibi ipsi attribui voluerunt. Sed noluerunt Pa-tres sibi infallibilem præstari auctoritatem, ergo &c. minor probatur quia Augustinus in epist. ad Hieronymum, ait. Ego solis eis libris qui canonici dicuntur, eum deferre honorem didici, ut nullum eorum scriptorem errasse firmiter credam, ceteros vero quantalibet sanctitatem doctrinaque præpolleant, ita lego, quod non ita verum credam, quia ipsi sic sense-runt: sed si per canonicas scripturas, aut per rationē probabilem mihi persuadere potuerunt, & lib. 3. de Trinit. dicit. Noli meis libris veluti canonicis inservire: prohibet ergo Augustinus, inquit, Lutherus, ullius tractatoris quantumlibet Sancti scripta, scriptis Apostolorum, & Prophetarum equari, id quod communis quoque naturæ sensus prohibet. Et Hilarius 1. de Trinitate, Optimus interpres hic est, qui sensum scripture potius retulerit, quam attu-terit, nec cogat hoc in dictis contentum videri, quod ante intelligentiam docere præsumperit.

Tertia (& est eiusdem ibidem) Quia multi er-ores in omnium Patrum scriptis inuenti sunt: sibi ita pugnant: inuicem dissentunt: sepius scripturas extorquent. Quoties (inquit) Augustinus solum di-spusat, nihil definit? Hieronymus in commentariis ferè nihil asserit. Quia autem securitate possumus alii cui niti, quem constituerit sepius errasse, sibi & aliis pugnasse scripturis vim fecisse, nihil asseruisse, nisi au-toritate scripturæ, nos omnia eorū cū iudicio legerimus? Potest probari assumptum exemplo Tertullia-ni, qui ad Montani dogma defecit: constat etiam (vt ait Hiero.) de Cypr. qui ab hæreticis baptizatos, baptizari rursus voluit: de Clemēte Alexandrino qui 3. Stromatū, peccatum originale abnegare videtur, in-sinuando tantum esse mortis necessitatem. Irenæo tribuitur, quod negaret animas Beatorum Deum vi-dere ante diem iudicij, similiter & Bernardo: ita & aliis tribuitur Chialistarum error, de millenario in terris, seculo futuro post diem iudicij.

Dissentiones Patrum ad inuicem probant concer-tationes habitæ inter Augustinum, & Hierony-mum circa legalium obseruationem; notæ pariter sunt pugnæ inter Basilium in 2. Hexameron. Chrysostomum hom. 2. super Genesim, Hieronymum, & alios PP. & Augustinū de ordine creationis rerum. Luce clarior appareat pugnatio in uno Augustini solo volumine, videjicit in libro retractionum.

Quarta, & est argumentum Osiandri lib. 1. annot. in Harmonia Euangelica. Illum locum Osee, Ex Aegypto uocauit filium meum. Patres litterali-ter de Israele exponunt nō allegoricè; cū tamen non nisi litteraliter de Christo intelligendus sit, ut contextus litteræ monstrat à principio capitinis, qui Rex Israel est, & auroræ meritò comparatur, ut in eodem capite dicitur. Si ergo in sacrarum litterarum expo-sitione Sancti omnes errant, infirmum pro alijs dog-

## 4 Catholicarum præscriptionum. Lib. IV.

matibus confirmandis, ex iisdem desumetur argumentum.

Quinta. S. Thomas i. par. quæst. i. art. 8. ad 2. exp̄se docet ex auctoritate Patrum, non nisi probabilius argui posse in scientia Theologica, cum reuelatio fidei nostræ, non illis innitatur, sed reuelationi Apostolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros scriperunt. Hæc Sanctus Doctor.

Confirmatur primo, quia consensus Patrum scientiam generat non fidem, ergo ipsorum consensus, & testimonium circa iudicium fidei locum non habent.

Confirmatur secundo, quia si vniuersi Patres in aliquo fidei dogmate conspirarent; Concilium vero generale, vel solus Pontifex dissentiret, & oppositum tanquam de fide credendum proponeret, non Patru, sed sententiam Concilij, aut Pontificis amplecti teneremur; at hoc nulla alia ratione fieret, nisi quia Concilij, & Pontificis auctoritas infallibilis est, Patrum vero fallibilis. Ergo.

Sexta, admissa vt cumque ista Patrum auctoritate, ea conditione admittenda est, quatenus scripturis comprobari potest: nam Ioann. i. epist. cap. 4. dicitur, *probate spiritus si ex Deo sint*, has certe Apostolicas monitiones (ait Lutherus in proœmio assertorum) necesse est omnes contempnere, si quelibet Patrum dicta oportet absque iudicio admittere, iudicio inquam spiritus, quod nullis nisi sacris litteris voluit incidi, & contineri.

Confirmatur primo, non possumus certificari, quod hic vel ille liber sit huius, vel illius Patris, nam quod sit, solum probabili nitimur testimonio vnius interpretis, vel unius Bibliothecæ.

Confirmatur secundo, nam multa volumina PP. sunt falsata ab Hæreticis, ex hac autem vitiatione, infirmantur eorundem PP. scripta.

VII. Omnes veteres Patres (ait Erasmus) uno ore assuerarunt B. Virginem esse in peccato originali conceptam, & tamen opposita sententia non improbat ab Ecclesia, imo excommunicantur temere asserentes peccare eos, qui præseruationem adstruit. Est quoque eadem pia sententia, & probabilis, & hodie vniuersaliter, & communiter omnibus fermè doctribus arridet, ergo infirma est Sanctorum auctoritas, ait Erasmus. Imo (apud Andradum de peccato orig.) addit Kemnitius. Tridentini Patres impietatis damnandi sunt, quod à Sixto Quarto de Virginis conceptione editis constitutionibus inhe rendum esse censuerint, maiorumque placitis repugnare qui Deiparam Virginem ab originali criminis liberant. Antecedens probatur ex auctoritatibus Sanctorum, eas recenset Dydacus Payua libro contra Kemnitum de peccato originali, & Bellarminus de statu peccati lib. 4. c. 15. & Cano de loc. 1.7. c. 1. apud quos legi possunt. Accedit S. Fulgentius de incarnatione, & gratia Domini nostri Iesu Christi c. 7. (cum 14. alijs Patribus, quorum nomina recensentur in 1. cap. eiusdem libri) ubi sic dicit, *Caro quippe Mariae quæ in iniuriantibus fuerat humana solemnitate concepta, caro fuit utique peccati, quæ filium Dei genuit in similitudinem carnis peccati.* Hæc, & alia similia adduci possent.

Confutatio eorundem, ex orthodoxorum firmamentis.

### Prima classis argumentorum.

Si contra est primo auctoritas sacræ Scripturæ. Exod. 14. dicitur. *Credidit populus Domino, & Moysē seruo eius*, quem locum exponens Hieronymus tom. 6. in epist. ad Philemonem ait. *Vna, atque eadem credulitas in Moyſen præfertur, & in Deum, ut populus qui credebat in Deum æque credidisse scribatur in seruum: hoc autem non solum in Moyſe, sed in omnibus sanctis est, ut quicunque credit Deo, aliter eius fidem recipere non queat, nisi credat, & in sanctos eius. Non est in Deum perfecta dilectio, & fides, quæ in ministros odio, & infidelitate tenuatur.* Et in Esaïæ cap. 3. Patres fidei vocantur prudentes eloqui mystici, super quæ verba Hieronymus in comm. lib. 2. ait. *Dicendum primum iuxta 70. quod inter cæteras gratias spirituales, etiam auditor prudens in Ecclesia necessarius sit, Alij enim datur prophetia, Alij discretio spirituū, unde, & constituti erant in populo Iudaeorum sacerdotales gradus, qui prophetas, pseudoque prophetas discernerent, hoc est intelligerent, qui de Dei spiritu loquerentur, & qui de contrario.* Hæc ille, tales autem sunt Patres, qui discernunt, qui de veritate, sint, & qui de mendacio.

Item Ephes. 4. dicitur, *Dedit pastores, & doctores, &c. ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, diuinatus ergo destinati sunt Doctores per loca, & tempora tanquam magistri ad nutantes firmando, & errores à veritate secernendo.*

Et 1. Cor. 12. & quodam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, 2. Prophetas, 3. pastores, & Doctores &c. Primum Apostolos ait Lerinensis cap. 40. quorum ipse unus erat. 2. Prophetas (qualem in actibus Apostolorum legitimus Agabum) tertio Doctores, qui tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apostolus etiam Prophetas interdum nuncupat, è quod per eos Prophetarum mysteria populis aperiantur. Hos ergo in Ecclesia Dei diuinatus per tempora, & loca dispensatos, quisquis in sensu catholici dogmati, unum aliquid in Christo sentientes contempserit, non hominem sed Deum contemnit.

### Secunda classis ex Pontificibus.

Regorius lib. 6. epist. 24. ad Dominicam uxorem Joannis. considerare debuisti glorioſa filia quanta multitudo fidelium in Matris Ecclesiæ sive consistat, quantisque virtutibus sacerdotes, qui in ista fide defuncti sunt, coruscant, vel quanta ad corpora sua miracula faciant, atque illos non diuidicare, sed plus tantis viris, ac sacerdotibus, quam tibi credere debuisti.

S. Leo Papa epist. 8. ad Flauianum ait, *in corde nostro, & obseruantia Deo inspirante permaneat, ne constitutiones venerabilium Patrum diuinitus roboretur, & ad soliditatem fidei pertinentes, præua cuiuspiam interpretatione violentur.*

Hormisda epist. 67. ad Possessorem. *Fixa sunt à Pa-*

# De Patrum sensu, & authoritate.

5

Patribus, quæ fideles sectari debeant instituta, sine interpretatio seu prædicatio, seu verbum pro populi ædificatione compositum, &c.

Agatho Papa in epist. ad Constant. Imperat. Herachum, & Tiberium. Hæc nos Apostolica atque Euangelica traditio sanctorumque Patrum magisterium, quæ Sancta Apostolica, atque Catholica, Ecclesia, & venerabiles Synodi suscipiunt institutum monstrantur.

Leo Secundus, Normam traditionis Apostolicae, ait, prædecessor meus Agatho per suos legatos emisit approbans, & confirmans ieiuniorum Sanctorum, & probabilium Ecclesiæ Doctorum, quam sancta nunc, & magna Synodus, Domini, & vestro favore celebrata suscepit.

## Tertia olassis ex Concilijs.

In Concilio enim Niceno primo, Patrum testimoniis, tanquam firmissimo medio, vsos Episcopos testatur Athanasius in epist. ad Afros dicens. Episcopi non sibi met ipsi ad innenientes verba, sed habentes ea à Patribus testimonia conscripserunt, vnde Euseb. Cœlaniensis, vt refert hist. tripart. lib. 2. c. 11. cām assignans eur Nicenis Episcopis ipse subscriberet contra Arianos, ait. Nos Concilio consensimus quoniam, & priors Episcopos aliquos conscriptores eloquentes, & nobiles, nomine consubstantialis olim usos fuisse cognouimus.

In Concilio Ephesino in epist. Alexandrinę Synodi ad Nestorium, cum contra Nestorium multa definita essent, sic dicitur. Hoc itaque recte fidei ratio protestatur, in tali sensu sanctos Patres fuisse comperimus, ideoquæ illi non dubitauerunt, Sanctam Virginem d'cere Theotocon &c. & in epist. Synodi contra Nestorium Patres Concilij ad definitionem se accingentes, dicunt. Sequentes itaque omnium Sanctorum Patrum confessiones, quas loquente Spiritu sancto protulerunt, & intentioni eorum æquis vestigijs inhærentes, profitemur &c.

In Capreoli Episcopi Africani epistola ad Synodum Ephesinam directa, quæ in eiusdem actis extat, sic dicitur. Porro qui illam perpetuam stabilitatem retinere noluerit, quæ de Catholicæ fidei ratione statuerit, is non propria auctoritate, sed antiquorum Patrum iudicio sententiam suam corroborare debet, ita ut parium veterum, partim recentiorum sanctionibus, & sententijs placita sua comprobans, unam eamdemque Ecclesiæ veritatem, iam inde ab initio ad presentem usque temporis articulum simplici puritate, inuitaque constantia, & auctoritate recurrentem se docere, & tenere ostendat.

In Chalcedonensi Concilio Ac. 1. & Ac. 4. dicitur. Sequentes Sanctos Patres docemus, &c. & Actio. 5. acclamatur. Hæc est fides Patrum. Act. 6. post Episcoporum subscriptionem p̄issimus Imperator ad Sanctam Synodum dixit. Pia, & Catholicæ fidei à Sancta, & universalis Synodo secundum Patrum expositionem declarata, iustum simul, & expediens esse nostra tranquillitas approbavit, omnem de ceteris contentione occasionem, de Sanctæ fidei religione penitus amputari.

In Sexta Synodo Generali act. 12. canone 19. sic dicitur. Si ad scripturas pertinens controversia aliqua excita et fuerit, non eam aliter interpretentur

Episcopi, quām quomodo Ecclesiæ luminaria, & Doctores suis scriptis exposuerunt. & Act. 8. scribitur. Nos sanctos, & probabiles Patres nostros sequentes &c.

In eodem Concilio 6. Generali, testimonijs Patrum contra Macharium actum est, vt patet Act. 7. 8. 9. 10. & 12. vnde in eadē Act. 12. cum ex Patribus demonstrarentur duæ voluntates, & duæ operationes in Christo, ex Patrum testimonijs, dixit sancta Synodus, Omnino necesse est non solum secundum sensum sequi Sanctorum Patrum dogmata, sed & ijsdem vocibus uti cum illis, nihilque penitus innouari.

In Concilio Nic. 2. cū contra Inconomachos age- retur, testimonijs Patrum Nisseni, Basilij, Chrysostomi, Cyrilli, &c. imagines tenendas, ac venerandas definitum est: vt patet act. 2. & 4. in actione 7. sic conclusum est. His sic se habentibus, Regiam viam incidentes, & Sanctorum nostrorum, & diuinorum Patrum doctrinæ insistentes, & catholicæ Ecclesiæ, in qua Spiritus sanctus inhabitat, traditionem obseruantes, definimus cum omni diligentia, &c. & declarans quomodo eis debeatur cultus, subdit, Sic Sanctorum nostrorum Patrum optima disciplina, vel traditio Catholicæ Ecclesiæ, quæ à finibus usque ad fines Euangelium suscepit, &c. & in fine sic acclamat. Hæc est fides Apostolorum. Hæc est fides Patrum, hæc est fides orthodoxorum.

In eadem Synodo act. 6. t. 5. Epiphanius hereticus accusat, quod nec Euangelicæ, nec Apostolicæ doctrinæ verbis, nec ex Sanctorum Patrum sententijs, neque probabilibus ullis argumentis nostra subuerterent sed proprio ore loquentes contra Sanctorum Patrum auctoritatē, in aciem se constituerent.

In eadem a. 6. in expositione cuiusdam loci Cyrilli dicitur. Non solum hereticī Apostolicas sententias peruerstiis, sed Sanctis Patribus contraria statuitis.

In Synodo 8. Gen. cap. 1. dicitur. Regulas, quæ Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, atque Apostolicæ tam à Sanctis famosissimis Apostolis, quam ab orthodoxorum uniuersalibus, necnon & localibus Concilijs, vel etiam à quolibet Deiloquo patre, & magistro Ecclesiæ traditæ sunt, seruare, atque custodire profitemur.

In Synodo Lateranensi prima secret. 5. post electionem testimoniorum Sanctorum Patrum, de duabus in Christo naturis, sic dicitur. Dogmata, & sermones Sanctorum Patrum uno corde, & oratione unanimitate, & consonanter omnes firmamus, nihil addentes nihil subtrahentes ex his, quæ ab ipsis tradita sunt nobis, sicut credimus, sicut Patres crediderunt, ita prædicamus quomodo docuerunt.

Concilium Toletanum 12. cap. 4. sic dicit. Majorum institutionibus contraire, & Sanctorum Patrum decreta connellere, quid aliud est, quam vinculum societatis Christi abrum pere, & usurpare presumptionis licentia, statum totius Ecclesiæ disperdere.

In Concilio Florentino testimonijs Sanctorum Patrum de processione Spiritus sancti contra Gregos disputatum est. vide sessionem 25. & multas precedentibus.

Et Concilium Tridentinum in saluo conducto dato Protestantibus, vult, quod cause controversæ secundum Sacram Scripturam, & Apostolorum

## 6 Catholicarum præscriptionum. Lib. IV.

traditiones, probata Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, & Sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur, & in fine has legimus factas acclamations. Hæc est fides Patrum, hæc est fides orthodoxorum.

### Quarta classis ex Patribus.

**E**T primo ex Græcis. Clemens Alexandrin. lib. 7. Atomatum, ut Patrum consensum sequamur admonet, docens hæreticos gloriæ teneri desiderio, Qui ea, quæ à BB. Apostolis, & Magistris sua sponte fallacis sapientiæ simulatione corrumpunt, per alias tractationes, humanis doctrinis, resistentes diuine traditioni, ut hæresim constituant.

S. Athanasius epistola ad Episcopum, sic dicit. Hoc solummodo respondere ad ea sufficit, quod ista non sint Catholicæ Ecclesiæ, neque ista Patres nostri senserunt, & in decretis Nicæna Synodi contra Eusebium ait. Ecce nos quidem ex Patribus ad Patres per manus traditam fuisse hanc sententiam demonstravimus. Vos autem, o noui Iudei, & Caiphæ filii, quos tandem nominum vestrorum ostendere potestis progenitores?

Dydimus libro de Spiritu sancto, initio. Quoniam quidam temeritate potius, quam recta via, etiam in superna eriguntur, & hec de Spiritu sancto iactant, que neque in scripturis lecta, neque à quoquam Ecclesiasticorum veterum usurpata sunt: compulsi sumus creberrimæ exhortationi fratrum cedere, & sic nostram de eo opinionem etiam testimonijs scripturarum comprobare.

Basilius hom. 18. contra Sabellium, Arrium, & Anomœos probans distinctionem diuinarum personarum, ait, Dominus ita docuit, Apostoli prædicarunt, Patres obseruarunt, Martyres confirmarunt, satis tibi sit, ut dicas quemadmodum edocetus es. ep. 61. deplorat sui temporis conditionem dicens. Dogmata Patrum contempnuntur, Apostolicæ traditiones annihilatur, recentiorum hominum inuenta Ecclesijs inseruntur.

Proclus Constantinopolitanus epist. ad Armenios, eos hortatur tenere traditiones acceptas. Siue ait, à Sanctis, & Beatissimis Patribus, qui apud Nicæam, fidem promulgasse noscuntur, seu à Sanctis, & venerandis Basilio, Gregorioque, ac reliquis eadem sentientibus.

Cyrillus Alexandrin. epist. ad Nestorium. Plurimum, conferre ad veritatem indagandam docet. Si in Sanctorum Patrum forte scripta incidentes, quam maxime illa facere studeamus: iterumque, atque iterum an ad præscriptam ab illis formam vivamus, explorantes, omnesque nostras cogitationes rectis illorum inculpatisque sententijs, scite confirmare satagentes. & lib. de incarnatione contra Nestor scribit, hæreticos docere, nullum videri detinetum, si omnes mundi sanctos, falsos, mendacesque dicenter.

Petrus Diaconus lib. de Incarnatione cap. 1. sic dicit. Facile tantorum virorum probatissimorumque sacerdotum auctoritate muniti, iniqua loquuntur ora obstruere valebimus, & in fide SS. Patrum perseverantes, &c.

Ioannes Maxentius in præfatione, confess. fidei. His qui errorem propriæ impietatis ex auctoritate

Synodi confirmare nituntur, & verba simpliciter atque integra, à Sanctis Patribus edita ad suam præ uitatem conantur retrouere, compulsi sumus Sanctorum virorum probatissimorumque Doctorum sententijs armati occurrere. Antiochius hom. 130. ait, si nos, siue Catholicæ Ecclesiæ credimus, quemadmodum & magna illa Ecclesiæ luminaria, & Doctores veritatis, Athanasius, & Basilis, & Gregorius.

Ex Patribus Latinis eadem veritas ostenditur. Paganus epist. ad Sympronianum Novatianum, ait. Quid? parua nobis de Apostolicis viris? parua de primis sacerdotibus? parua de Sancto Cypriano Martyre, & Doctore currit auctoritas? an volumus docere Doctorem &c.

Augustinus, vel quicunque author sit Hypognosticon lib. 3. Tunc à nobis limes fidei sana defenditur, quando termini, quos posuere Sancti Patres non transferuntur à nobis, immo obseruantur, & defensantur.

Idem Sanctus Auctoritate Patrum Pelagianos premens lib. 2. contra Julianum Pelagianum dicit. Hoc autem probauimus Catholicorum auctoritate, Sanctorum, qui & hoc assertunt, quod de peccato dicimus, & illa quoque esse vera omnia confuent, ac per hoc non est consequens, vi hoc falsum sit, quia vera sunt illa, & ibidem ubi auctoritates Sanctorum recensuisset contra Pelagianos, ait. Ipsi Episcopi sunt docti graues sancti, veritatis acerrimi defensores, adversus garrulas vanitates in quorum ratione, eruditione, libertate, quia tria bona iudicia tribuisti, non potes inuenire quod spernas, & ibidem, hoc probauimus Catholicorum auctoritate Sanctorum, tales quippe, ac tanti viri secundum Catholicam fidem, qua ubique toto orbe diffunditur, hæc vera esse confirmant, & paulò post, quod enim inuenirent in Ecclesiæ tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt, quod à PP. accepérunt, hoc filijs tradiderunt.

S. Vincentius Lerinensis aduer. profan. vocom nouitates cap. 3. antiquitatem commendans, ait. Antiquitatē vero scilicet sequimur, si ab his nullatenus sensibus recedamus, quos sanctos maiores, & Patres nostros celebrasse manifestum est, & multis sententijs Patrum auctoritatem confirmat, quem libri commentarijs illustrauimus, ut hoc solo Doctore nouitates explodi possent, & antiqua Patrum doctrina firmius, & delectabilius retineri.

S. Petrus Chrysologus serm. 8. dicit. Christianus animus, quæ sunt traditione Patrum, & ipsis roborata temporibus, nescit in disputationem deducere, sed venerarie a toto desiderat venerationis eloquio.

Cassiodorus lib. dñi. instit. cap. 11. Sunt nonnulli, qui putant esse landabile, si quid contra antiquos sapiant, & aliquid noui, ut periti videantur, inueniāt. legendus idem cap. 25. eodem libro.

S. Bernardus epist. 190. contra Abailardum qui Patrum auctoritatem infirmabat sic dicit. Quid secretius tibi reuelatum iactas, quod tot præterierit sanctos, effugerit sapientes? Tu vero de tuo nobis tradis, & a nemine accepisti. Qui loquiur mendacium de suo loquitur. Legendus idem epist. 77. ad Hugo-nem, disertis verbis Patrum auctoritatem commendantem.

Riccardus lib. 6. de Trinit. cap. 22. Multi temporebus nostris surrexere, qui non audent hoc dicere: quin potius, quod multò periculosus est, cōtra Sanctorum

# De Patrum sensu, & authoritate.

7

rum Patrum auctoritatem & tot attestations paternarum traditionum audent negare, & modis omnibus conantur refellere.

S. Thomas Aquinas quæst. 10. de process. diu. artic. 4. in disputatis in resp. ad 13. citat determinationem Concilij Constantinopolitanum in hæc verba. *Sequimur per omnia Sanctos Patres, & Doctores Ecclesie Athanasium, Hilarium, Basilius, Gregorium Theologum, & Gregorium Nicænum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Gulielmum, Leonem, Proclum, & suscipimus omnia quæ de recta fide ad condemnationem hereticorum exposuerunt. patet autem quod à pluribus horum in doctrina fidei traditum est quod Spiritus sanctus procedit a filio &c.* Hæc S. Thomas ibi, quantum Patrum auctoritati sit deferendum, ex Concilio ostendens.

## Quinta classis ex rationibus.

**P**rima ratio. Patres fuerunt homines Dei, ut propter diuinum lumine illustrati, & à Deo dati ut rigatores, plantatores, pastores, ædificatores, dispensatores: Non ergo, ut mentiuntur heretici, testimonium Patrum erroneum est, & infirmum. Antecedens probatur ex Augustino primo contra Julianum in hunc modum: *Sed nunc auctoritate primi eorum vestra est consummatio comprimenta, ut à presumptionis impetu reperciuntur, & quodammodo sauciati, dum tales homines Dei sic in fide Catholica errare potuisse non creditis, ausus præcipes refrænetis, &c.*, & ibidem, talibus post Apostolos *Sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit, & infra, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ministrantes, ingenti in Domino gloria claruerunt.* Notissimi sunt tituli apud eundem Augustinum, quibus Sanctos Patres decorat in libro contra Julianum, Cyprianum enim, beatissimum Martorem, & Episcopum, appellat. Reticulū Augustinonensem, magnè in Ecclesiæ auctoritatis, Olympium Hispanensem, magna in Ecclesiæ, & Christo gloriæ. Hilariū, Gallum venerandum, & Ecclesiæ Catholice aduersus hereticos acerrimum defensorem, Ambrosium, excellenter Dei dispensatorem, sibiique, ut Patrem in Christo venerandum: Gregorium, de partibus Orientis magni nominis, & celeberrima fama illustrem Episcopum: Basilius, sineulla ambiguitate, Sanctum: Ioannem Constantinopolitanum Sanctum Episcopum: Hieronymum, Græco, latino insuper, & Hæbraeo eruditum eloquio.

Secunda ratio. Sancti Doctores tanquam Patres fidei à Deo positi sunt in Ecclesia, ergo non nisi impiè possumus transgredi terminos, quos ipsi posuerunt. Consequentia manifesta cum sit scriptum, *Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui.* Prou. 22. Antecedens demonstratur ex Augustino loco citato contra Pelagianos dicentes, *Consensum Patrum esse multitudinem popularium, quos ita retundit, iisdem vocatis ad eorum magisterium audiendum.* Ecce quo te introduxi. *Conuentus Sanctorum istorum non est multitudo popularis, non solum filii, sed & Patres Ecclesiæ sunt, ex illo numero sunt de quibus prædictum est.* Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constituues eos principes super omnem

terram, ex qua filii regenerati sunt, ut hæc disserent, eius Patres facti sunt, ut docerent. Vnde, & Berno Augiensis, qui claruit anno Domini 1020. libro de ijs, quæ ad missam spectant cap. 7. dicit. *Terminus rectæ fidei, sanctæque doctrinæ posuerunt ab initio Patres Catholicæ, quos omnino nefas est transgredi.*

Tertia ratio. Quia tales Patres fuerunt studijs, & doctrina insignes, in disputando aduersus heresies strenui, sanctitatem illustres. Ergo ex ipsorum iudicio in fidei doctrina, maximum ex eorum auctoritate desumitur argumentum. Consequentia manifesta, antecedens probatur ex auctoritate Theodoreti, qui cum dialogo 1. & 2. & media parte tertij multa Patrum testimonia concessisset contra Appollinarium, vocat eos, *Magna orbis terrarum lumina, si deique Principes*, item in principio lib. 3. Ecclesiæ Doctores. Rursus ex Augustino loco cit. probatur propositum. Patres in Ecclesia Catholica, doctrinæ sanæ studijs claruerunt spiritualibus armis muniti, & accincti, strenua contra hereticos bellæ gesserunt, perfunctis fideliter suæ dispensationis laboribus, in pacis gremio dormierunt. idem lib. 2. prope finem vocat Patres, clara, catholica lumina. contra duas epist. Pelagianorum lib. 4. cap. 11. loquens de Cypriano, & Ambrosio, ait. *Ecce sancti, & docti viri, fama totius Ecclesiæ contestante, Catholicæ.* & secundo contra Julianum prope finem sic concludit. *Sanctos, & in Sancta Ecclesia illustres anti-stites Dei non Platonici, & Aristotelici, & Zenonici, alijsque huiusmodi, vel Græcis, vel Latinis, quanquam, & ipsis aliquis eorum, verum omnes sacris litteris eruditos nominatum, sicut oportebat, expresse eorumque sententias quantum sufficere videbatur sineulla editas ambiguitate digesti, ut in eis timens non ipsos, sed illum, qui sibi eos viuilia vasformauit, & sancta tempia construxit. &c.* Vide ex August. PP. sapientiam luculenter demonstratam.

Quarta. Quia eorum iudicium incorruptum est, eorumque sententia irrefragabilis, qui in quæstionibus posteriorum, quid sequendum esset, longe ante, ab omni odio, & amicitia partium alieni, præscripserunt, atque definierunt, sed tale est Patrum iudicium circa controversias fidei post ipsorum etatem exortas, & agitatas. Ergo &c. minor probatur ex August. ibidem secundo contra Pelagianum. Verum, & si tales non fuerint in his causis, quas ad se delatas, & inter partes cognitas cum his viuerent suo iudicio definierunt, ad hanc tamen causam tales erant quando de illa sententias protulerunt, nullam nobiscum, vel vobiscum amicitias, vel attenderunt, vel inimicitias exercuerunt, neque nobis, neque vobis irati sunt, neque nos, neque vos, miseriati sunt. Quod inuenierunt in Ecclesia tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt, hoc filijs tradiderunt. Nondum vobiscum apud istos Iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est causa nostra, nec nos, nec vos eis noti fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos sententias recitamus: nondum vobiscum decertabamus, & eis pronunciantibus vicimus.

Quinta ratio. Patrum testimonia ipsissimum Ecclesiæ Catholice consensum attestantur, sed nullus absque præjudicio fidei potest Ecclesiæ Catholice consensum repudiare, ergo neque Patrum consensum explodere. Maior probatur ex S. Augustino de peccat. meritis, & remiss. lib. 3. cap. 6. in quo, probato

## 8 Catholicarum præscriptionum. Lib. IV.

bato quodam testimonio Hieronymi subdit. Hunc doctissimum virum si facile interrogare possemus, quam multos utriusque linguae diuinarum scripturarum tractatores, & Christianarum disputationum scriptores commemoraret, qui non aliud, ex quo Christi Ecclesia est constituta senserunt, non aliud majoribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt.

Sexta. Quia non potest esse à casu, vel ex conspiratione, quod tot Patres, loco, tempore, ratione, ingenio, moribus sejuncti, & diuersi in vnam sententiam conueniant; ergo signum est certissimum, quod non nisi a diuina prouidentia ad idem sentiendum sunt impulsi. Argumentum est S. Augustini contra Iulianum Pelagianum lib. 2. versus finem. Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illic facile sedere tot, quia nec isti uno tempore fuerunt, sed fideles, & multi excellentiores paucos dispensatores suos Deus, per diuersas etates, temporum, locorumque distantias, sicut ei placet atque expedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaque de alijs, atque alijs temporibus, atque regionibus ab Oriente, & Occidente congregatos vides, nō in locum, quo nauigare cogantur homines, sed in librum, qui nauigare possit ad homines. Quantò essent isti Iudeces optabiliores, si teneres Catholicam fidem, tanto sibi sunt terribiliores, quia oppugnas Catholicam fidem, quam in lacte suxerunt, quam in cibo sumpererunt, cuius lac, & cibum parvis magnisque ministrauerunt, quam contra inimicos etiam tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertissime, ac fortissime defenderunt. Et S. Vincentius Lerinensis lib. contra Heres. nouitates cap. 4. sic dicit. Hos ergo in Ecclesia Dei diuinitus per tempora, & loca dispensatos, quisque in sensu Catholicici dogmatis unum aliquid in Christo sentientes contempserit non hominem contemnit, sed Deum, à quorum veridica unitate ne quis discrepet impensis obtestatur idem Apostolus 1. Cor. 1. dicens. Obsecro autem vos fratres, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismatis animi perfecti in eadem sententia. Quod si quis ab eorum sententiae communione desciuerit, audit illi de eiusdem Apostoli 1. Cor. 14. Non est Deus dissensionis, sed pacis, id est non eius qui à confusione unitate defecerit, sed eorum qui in consensiendi pace permanescent: Sicut in omnibus inquit Ecclesijs Sanctorum doceo, id est Catholicorum, quae ideo sanctae sunt, quia in fidei communione persistunt.

Septima. Quia Sanctos Patres traducere, vt cæcos, indotos, &c. fuit vetus Hereticorum ingenii, imò, & si quidā ali hæretici nō ausi sunt Patres repudiare. Vel ergo hereticorum priorum deprehenduntur Nouatores esse sectarij, dum Patres, vt indoctos, vt cæcos traducere non verentur; vel veteres hæretici qui Patribus honore in detulerunt, in hoc sunt modernis hæreticis modestiores. Antecedens quantum ad primam partem supra in positione hereticorum ostensum est, & probatur ex discursu S. Augustini contra Iul. Pelagianum, sic enim ait lib. 2. Et addis, quod quidem ego verum esse consenatio, ad aliquid inueniendum, multitudinem nihil prodeesse cæcorum. etiam istos (Patres) cæcos dicere audiabis? & usque adeo permisit ima summis longus dies, usque adeo tenebræ lux, & lux tenebræ esse dicuntur, ut videant Pelagius, Cælestius, Julianus; &

cæci sint Hilarius, Gregorius, Ambrosius. Sed nec sibi persuadere valens Augustinus in tantam insaniam Julianum prorum pere potuisse, subiungit. Sed qualiscumque homo sit, tamē quia homo es, videre mihi video verecundiam tuam, si tamen non in te spes est emortua sanitatis, & quodammodo audio vocem tuam: respondes. Absit, vt audeam cæcos istos viros, vel cogitare, vel dicere, &c. Quantum ad secundam partem probatur antecedens ex Socrate lib. 7. cap. 12. Theodosius enim Imperator ad hæreticorum vafriciem retundendam, cum disputationem instituere vellet, talis disputatione non probata est à Nectario; quinimo illud adiudicatum, vt opportunius, si Imperator, vocatis hæresia rebus perconctaretur, an aliquam eorum doctorum rationem haberent, qui præcesserunt ipsorum hæresim. hoc proposito cum quorsum iet Imperator nescirent, non alio loco, quād quod suos præceptores eos habere responderunt. Cum autem iterum quæreret, num eos tanquam fide dignos Christiani dogmatis testes recipere vellent; tum illi primum olfererunt, quid sibi vellet hæc Imperatoris interrogatio, cumque aliter alij erga veterum libros eisent animati, ortum est inter eos dissidium, cum alij recipiendos, alij minimè recipiendos esse censerent. Ita ex sola Patrum auctoritate triumphatum, nec non, & illorum respectu modestia in Patribus recipiendis demonstrata, vt istorum, ex fuga, manifestata impudentia.

Octava ratio. Quia ad damnandas hæreses, non semper Synodi Congregatione opus est, sed satis est illis occurrere ex Patrum consensu: magna ergo Patrum est auctoritas, cui innixa Ecclesia absque Synodi Congregatione, hæreses potest propulsare tanquam firmissimo medio. Antecedens probatur, conquerentibus enim Pelagianis, quod sine Synodi Congregatione, facta eiset eorum damnatio, respondebat Augustinus lib. 4. contra duas epistolas Pelagian. cap. 12. his verbis. Quid est ergo, quod dicunt de simplicibus Episcopis, sine Congregatione Synodi in suis locis sedentibus, extorta subscriptio est? Numquid beatissimis, & in fide Catholicâ Excellentissimis viris, Cypriano, & Ambroso, ante istos, aduersus istos extorta subscriptio est, qua eorum impia dogmata, tanta manifestatione subiuerunt, vt quæ contra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possumus? Aut vero Congregatione Synodi opus erat, vt aperata pernicies damnaretur? Quasi nulla hæresis aliquando, nisi Synodi Congregatione damnata sit, cum potius rarissime inueniantur, propter quæ damnandas necessitas talis extiterit, multaque sint, atque incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt illic improbari, damnarique meruerunt.

Nona ratio. Quia in humanis negotijs, et causis, plurimum valet testimonium veterum, & seniorum ergo multò magis veterum Patrum ponderabit sensus, præsertim, si vbi alias dissident, in vnum conspirent, nempe in materia fidei, vnde meritè Hieronymus dixit, consensum veterum Patrum, non pro iudicio aliquo, sed pro diuino responso, habendum esse, vt dicitur infra respons. ad 1. confirm. 1. argumenti.

Resert Cicero pro L. Cornelio Balbo. cum Q. Metellus vir summæ auctoritatis de repetendis pecuniis causam diceret, & ipsius tabulae circumferrentur

# De Patrum sensu, & authoritate.

9

tur, fuisse iudicem nullū, quin remoueret oculos, & se totum auerteret, ne quod ille in tabulas publicas retulisset, verum an falsum esse videretur: tantum poterat vnius hominis probi auctoritas. Idem Cicero de Aristide refert, quod cum iurādi causa ad eos accederet, iurare est prohibitum, quod omnes iudices vna voce, ne is iuraret reclamarent, & spectato viro in iurato fidem habendam putauerunt. Cum Aemilius Scaurus vir grauiissimus, accusante Quinto Vario Sucronense, proditionis reus esset, neque Scaurus se velle tueri verbis, sed tantum dixisset. *Quintus Varus Sucronensis ait me Aemilium Rempublicam prodidisse. Ego Aemilius Scaurus nego neque plura dicens aduersus accusationem Quinti Vari aduersum testes, aduersum argumenta, ne refellens quicquam, sua se auctoritate defendit.* Quas cum populo demandaretur sententiam ferre, Populus Romanus eum absoluit. Quantū melius hoc genus probationis constitui potest? videlicet. Schola hereticorum hoc dicit. Non vnius, vel alter Pater (qui solus præponderaret) sed vniuersus Sanctorum chorus, hoc negat: minimus ex Patribus hoc dicit, heretici Ministelli hoc negant, nonne potiori iure apud aequos Iudices, ex eo genere arguedi à nobis victoria reportaretur? Quin causas refert Val. vnius viri grauiissimi vietas, aut defensas: an non magis ponderabunt SS. testimonia, qui sanctitate, & literis floruerunt, nonne palam ipsorum suffragio reportabimus? Ipsi inimici Caluinistæ sint Iudices, qui pœna cecinerūt contra Trinitarios in colloquio Petricouensi conflictu 2. similiter in disputatione Albæ Iuliæ. Act. 8. Ignatium, Iustinum, Clementem Alex. Nestorianis opposentes, contra Tritheitas pariter vexillum erexere. Anglocaluinistæ in Puritanos inuehuntur, quod Patrum iudicia respuunt. Sic Vvitigistus contra Carterouitum Puritanum, & alios Concistoriales nouelæ Ecclesiæ Anglicanæ insurgit, vt postea dicetur.

## Vltima classis ad hominem.

**L**Vtherus initio schismatis in proœm. assert: cū Scholasticorum auctoritas ei obijceretur ad Patres prouocauit, vnde cum pro inconuenienti haberet Santos Patres repelli, sic dixit. *Recepis in locum eorum, apertioribus (ut iactant) Theologis Scholasticis, donec, & his abieciis, Aristotelem, & quo quisque remotior à sacris litteris, & Sanctis Patribus fuerit, duces habeamus sicut revera habuimus, & habemus, quamquam mox subdat, non enim sic ad eos prouocani, ut omnia eorum vera arbitrarer, sed quod propria veritati senserint, quam Scholastici, qui fere nihil veri habent reliquum, ut sensim ad fontem ipsum riuulis ducentibus veniremus.* Vbi appetit magna huius terræ filij inconstantia, modo protestantis se recepturum Patres, modo eosdem ex toto recusantis, donec utriusque contemptis, solis scripturis in herendum heretica licentia pronunciarit, Clarius in cap. 5. ad Galatas dixit, quod, *Hilarius, Cyrilus, Ambrosius, Augustinus, Euangelium, & fidem in Christum absque ulla hypocrisi pueri, & simpliciter tradiderunt, hereticis restiterūt.*

Melancthon contra Anabaptistas, & lib. de cœna Domini sic dicit. Existimo ad confirmandas mentes, consensum vetustatis plurimum valere: optimi magistri atque duces nobis esse possunt Irenaeus, Tertullianus, Augustinus qui plurima huius generis posteritati reliquerunt.

Illyric. in præfatione suarum demonstracionum, ait, *Sane verissimum, indubitatumque est quod nisi Ecclesia Dei, sinceriique Doctores, ac Sancta Concilia, tunc istis adeo claris, expressis, apīis ac pertinentibus verbis, essentiæ, substantiæ aut hypostasis, & consubstantialitatis in declaranda filij Dei diuinitate ut si fuissent, easque de Deo, diuino logo, aut verbo constatiſſime aſſeuiffent, nunquam profectò satis explicatum fuisset, quidnam effet aut non effet illud mysticum verbum.*

Caluinus ipse 3. inst. cap. 3. 5. 7. veteres Patres sanctos, & pios, vocat, quamvis callidè ibidem Nestorium dicat omnibus veterum suffragijs probatum, tanquam, sanctitate, & eruditio claram sed licet in hoc mentiatur (ante enim Episcopatus honorem intemperantissimè vixit, post Episcopatum nulum Sanctitatis, vel doctrinæ nomen sibi adeptus est) tamen, & si alias Nestorius Patribus fuerit infensus, liberum arbitrium Missæ sacrificium, intercessionem Sanctorum, &c. quod ad hereticos deprimendos satis est nobis hic Nestorius ex Sanctorum Patrum doctrinis fassus est, que tamen Caluinus pro abominationibus habet. Et in Epist. ad Salodetum. *Statue tibi ob oculos veterem Ecclesie faciem qualem Chrysostomi, aut Basiliæ etate apud Græcos, Cyp. Ambros. August. sæculo apud latinos extitisse ipsorum monumenta fidem faciunt. Vnum solum Augustinum quanti faciat cum ceteris, & præ ceteris audiamus, sic dicit lib. 3. inst. c. 3. sect. 10. Neque opus est multum inuestigando laborare, quando unus Augustinus sufficere ad id potest, qui fideliter, magna diligentia omnium sententias colligit, ex illo igitur sumant lectores, si quid de sensu antiquitatis habere certi volent. Si ergo ad Augustinum velut epitomen antiquitatis Caluinus nos remittit, suo iam se gladio confudit, & Augustinum antiquitatis testem, Patrum vocem, & interpretem in quacunque controversia possumus aduersus eosdem vrgeire, & eosdem reuinere.*

Ministelli Geneenses cum Caluino, Valentini Gentilis perfidiam refutantes in examine impietatis Gentilitæ sic dicunt. *Sunt quidem sui in Patribus nævi, quis enim hoc neget? sed tales, ut fundamentum diuinitatis saluum retineant, quo sublati, quam fuisse illorum fidem, & quam Ecclesiam arbitrabimur?* Ibique Patrum auctoritates accumulant Sancti Martialis ad Burdegalen. Cyprianus in symbolo, Nazianzeni, Tertulliani aduersus Praxeam, Athanasij contra Arrianos, Hilarij de Trinitat. &c. & orthodoxorum Patrum indicem in facie libelli apponunt ad retundendam Gentilis audaciam, & quo tempore vixerint adnotarunt, nempe Iustinus, Tertullianus, Origenes Cyprianus, Athanasius, Eusebius, Hilarius, Basilii, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Damascenus, Chrysostomus, Rabanus, &c.

Ale-

# 10 Catholicarum præscriptionum. Lib. IV.

Alexander Alessius in assertione doctrinæ Catholicæ, & confutatione erroris Gentilis, sic ait. *Aſſeuero doctrinam de Trinitate ſicut exponitur in Symbolo Apoftolorum, quod iij, qui proximi fuerunt Apoftolis, & eos, ac eorum diſcipulos audierunt, Ignatius, Polycarpus, Iuſtinus, Iræneus, Tertullianus. & infra. recitabo ex ordine testimonia interpretum scripturam diuinam, & incipiam ab Ignatio diſcipulo Apoftolorum, deinde venia ad Iuſtinum, & Iræneum diſcipulum Polycarpi, & ad Clementem Alexandrinum diſcipulum Panteri, & Tertullianum, & Origenem diſcipulum Clementis Alexandrini, & Cyprianum, & alios.*

Ioannes Iuellus Antesignanus Caluinianorum Angliæ, referente Edmundo Campiano ad Academicos Angliæ ratione Sexta, Catholicos ad disputationem prouocauit, admittens Patres, quoſcumque qui ante ſexcentesimum annum clariſſent.

Tobias Matthæus ab eodem Campiano interrogatus, polſet ne qui Patres affidius legitaret, illarum eſſe partium quas ille ſuaferat? Retulit non poſſe, ſi pariter eos legeret, ijsque crederet.

Amplius. Ex mutua ipſorum hæreticorum Minifromachia idem probatur, nam & si Lutherani cum Catholicis diſputantes reſciant Patres, diſputantes tamen cum Caluinicolis eisdem virgent Patrum auctoritate. Similiter, & Caluinistæ diſputantes cum Orthodoxis, eorundem auctoritatem proculant, contra Trideiftas eleuant. Similiter, & Anglocaluinistæ contra Puritanos ſenſum Patrum ſuſtinent, ſic auctum eſt contra Carterouitum in examine discipline concistorialis imprefſo Londini per Ioannē Vicolſann. 1593. Et negantibus etiam Puritanis festorum dierum obſeruationes, allegant Anglocaluinistæ Ignatij, Cypriani, Tertulliani, & aliorum Patrum teſtimonia: & respondentे Carterouito talement allegationem eſſe flexibilem regulam, replicat cenzor iſte in ſuo examine cap. 27. pag. 34. assertionem Puritanorum eſſe contra totius Ecclesiæ a tempore Apoftolorum perpetuam praxim, & in eisdem Puritanos protato teſtimonio S. Augustini lib. 2. contra Iulian. cap. vltimo ſic declamat, verba eiusdem Augustini muſtuatus. *An tenebrae quas ſuperbia emerat, ita in lucem verſe ſunt, & lux quæ in veteribus Patribus eruditione, & sanctitate, conſpicuſ toto orbe reſplenduit, ſic in tenebras conuerſa eſt, ut videat Carterouitus, Tranneſius, Fennecus, & alij huiusmodi Puritani, qui vix umbræ eruditioſis habent; Iræneus aut̄ Tertullianus, Ambroſius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Gregorius, & reliqui sanctissimi illi viri cœci iudicentur mortalium ſolidiſſimus eſſe debet. alia teſtimonia eorundem hæreticorum lege to. 1. in methodica noſtra analyſi cap. 6. eō remittimus lectorem. Superest ergo dicamus cum August. lib. 2. contra Iul. ut à præſumptionis impetu repercuſi, Nouatores, & quodammodo ſanctiati, dum tales homines Dei, ſic in fide Catholica errare non potuſſe non creditis, auſus præcipites refrænetis, & tanquam e furore reſipſentes, incipiatis in qua nutriti eſtiſ, recolere, & aduertere, & reſumere veritatem.*

## CONCLVSION CATHOLICA

*Patrum authoritas eſt irrefragabile teſtimonium in fidei controvēſiis dirimendis.*

R Eſpondeo dicendum ſicut dicit Tertull. ca. 37. de præſcriptionibus. In ea regula incedendum, quam Ecclesia ab Apoftolis, Apoftoli a Christo, Christus a Deo accepit. Et hanc eſſe certum gradum, per quem humanae mentes attolluntur in Deum dicebat Augustinus lib. de utilitate credendi cap. 10. Quæ autem Apoftoli tradiderunt, nonniſi ex Apoftolicis viris, Pastoribus, atque doctoribus, qui Apoftolos audierunt, accipi poſſunt, ex eodem Tertull. cap. 20. & 21. Quorum studium ſuit (vt ait Augustinus 2. contra Iulian.) vt, quod in Ecclesia inuenient, diligenter tenendo cuſtodiērent, quod diſicerunt edocerent, quod acceperunt ad posteros transmitterent, unde Paulus ad Timot. 1. ep. c. 2. ait. Tu autem fili confortare in gratia, quæ eſt in Christo Iesu, & quæ audiſſi a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei ſunt, & alios docere. Quare per hos gradus a Sanctis ad Apoftolos, ab Apoftolis ad Christum tanquam per ſcalam aſcēdimus: vnde, & ipsum Christum, ait August. lib. 12. contra Faust. ante medium, eſſe ſcalam intelligimus, quia ipſe dicit. Ego ſum via. Ad ipsum ergo aſcenditur, ut in excelsis intelligitur, & ad ipsum aſcenditur, ut in membris ſuis paruuli nutriantur, & ſic per illum aſcenditur, & deſcenditur. Et, vt dicit Caffiodorus lib. diuin. inſtit. in prefat. cum etiam ſcala ſit diuina ſcriptura, oportet, vt aſcendamus ad intelligentiam ſcripturarum, per expositiohes probabiles, veluti per quādam ſcalam visionis Jacob, vt eorum ſēſibus prouecti ad contemplationem Domini efficaciter peruenire mereamur. Sicut autem per doctrinam, quam prædicabant Apoftoli, fidèles aſcendebant ad Christum, ſic ſublatis per mortem Apoftolos, per Apoftolicos Patres, & Doctores ad eundem tendimus Christum. Quare, vt pro ministerio Apoftolico chariſmata Apoftoli ipſi varia acceperunt. Simili quoque pacto (aīt Damascenus apud Reffens. in conſutat. assertionum veritate 6. Et Apoftolicæ gratiae, & dignitatis ſuccesseſes paſſoreſque, & Doctores illuminatricem ſpiritus gratiam adepti, tūm miraculorum virtute, tūm sermonis gratia obſcuratos illuminarunt, & errore deuios conuerterunt. Et rurſum apud eundem. Per Spiritum igitur Sanctum, & lex, & Prophetæ, & Euangelistæ, & Apoftoli, & paſſores locuti ſunt, & Doctores. Quedi ſi huius ſcalæ Apoftolos, Paſtores, & Doctores myſticos An- gelos dixeris, recte quoque a Paulo dicuntur inſtituti in opus ministerij, in adificationem corporis Christi, quod uſque ad finem ſeculi perdu- rabit, ipsomet ſubiungente, donec occurramus omnes in unitatem fidei, &c. & ad illum finem eſſe destinatos, dicit Apoftolus, ne eſſemus ſicut paruuli fluctuantes, & circumferremur omni vento doctrinæ, hoc eſt ſemper diſcēntes, & nunquam ad ſcientiæ veritatem peruenientes. Quare non

re non tam temerarium quam erroneum est consensum Patrum in doctrina fidei, veluti hominum doctrinam contemnere, cum sit gradus scalae euertere; viam inueniendæ traditionis precludere; non hominem, sed Deum spemere qui in illis loquitur, Christum Dominum corpore eius, idest Ecclesia separate; Spiritus sancti charisma ta dispergere, qui in Ecclesiam posuit non solum Apostolos, sed & pastores atque Doctores. Vnde Augustinus lib. contra Pelag. in fine sic dicit. *Aduersus hanc autem miserabilem, quam Deus auertat insaniam sic respondendum esse video libris tuis, ut fides quoque aduersus te defendatur istorum [Patrum] sicut contra impios, & Christi professos inimicos defenditur Euangelium. Vbi vides fidem in qua conueniunt sancti, non secus quam ipsum Euangelium ab Augustino defendi, inconcussa ergo est Patrum Ecclesiæ authoritas.*

### Solutiones Oppositionum.

**A**d primam respondeatur, quod non in sapientia hominum fundatur fides nostra, sed in virtute Dei: vnde sicut quæ docuerunt Apostoli miraculis sunt contestata, sic Apostolici Patres, & Doctores (quos iuxta seriem temporum Deus in Ecclesia magistros destinauit) eandem doctrinam reuelatam vita sanctimonia, & miraculorum lumine comprobarunt, humanam sapientiam, ex illustratione diuinæ sapientiæ, captuantes, & in obsequium Christi adducentes. A qua doctrinam descivierint haeretici, nouam, & priscis illis seculis inauditam statuere volentes, mendacijs, maledictis confarcinatam, p̄si etiam lumini naturali in multis repugnantem, non est mirum si concordes Patrum sententias respuentes, paulatim errorum gradus fixerunt, negando scripturam, Ecclesiæ Christum, Deum. Super Christum ergo tanquam præcipuum fundamētum, & lapidem summum angularem fundata est fides. Sed non propterea Prophetæ, Apostoli excluduntur (quos homines etiam fuisse constat) a fundamenti ratione, dicente Apostolo Ephes. 2. nos superedificatos super fundamentum Apostolorum, & Prophetarū. Vnde & August. in psal. 76. vocat Apostolos, & Prophetas *Fundamenta Civitatis* hoc est Ecclesiæ Christi: & Christum Dominum fundamentum fundamentorum. Post hos Apostolici viri cœivi lapides superedificantur, super quos innitimus; & horum omnium verbum, non hominum verbum est, sed Dei. Fides autem reuelata est, sed per Apostolos ministrata; quam (vt dicit Augustinus secundo contra Julianum) Apostolici Patres in lacte sixerunt, in cibo sumperunt, cuius lac, & cibum paruis, magnisque ministrarunt, quam contra inimicos, etiam vos, tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertissime, & fortissime defendenterunt. Vnde, vt nobis, siue nostro arbitratu, non licet inducere nouâ fidem; ita necessariò debemus obedientiam, dicente Christo Domino Math. c. 22. *Omnia quæcumque dixerint vobis seruate, & facite, & Apostolos obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* Hæbr. vltimo.

Ad confirmationem dicitur. Etiam Prophetæ,

& Apostoli homines fuerunt, & sicut spectata eorum natura, falli & fallere potuerunt, spectato vero Spiritu sancto (quo inspirati loquuti sunt) infallibilem habent auctoritatem; ita & Apostolici Patres, eti⁹ vt homines falli, & fallere potuerint, vt Doctores tamen à Deo destinati Spiritus sancti charisma obtinuerunt, ne in concordi fidei dogmatē fallerentur, nec docentes populos in errorē inducerent, vnde hæc lumina Civitatis Dei, temerē, & hostiliter insestantur haeretici, cum tamen eosdem sectari fideliter debuissent, sicut obiicit Augustinus Iuliano lib. 1. cap. 2. Vel dicendum ex Heronym. in c. 1. ad Galatas. *Non tam ipsos docere, quam in eis Deum qui ad Sanctos loquitur. Ego dixi Dij estis. cum igitur Paulus loquitur, & Petrus, qui non moriuntur, vt homines, neque vt unus ex Principibus corrunt; Deos esse eos manifestum est. Qui autem Dij sunt, Dei tradunt Euangelium, & non hominis.* idem de Patribus qui viri sunt Apostolici, dicendum est.

Ad secundam dicitur. Noluit vñquam Sanctus Augustinus auctoritatem Patrum infirmare, cum fidei doctrinam tradunt, & communem Ecclesiæ consensum exprimunt: quorum iudicium, tanti extimat Augustinus, vt conuincēs argumentum ex concordi eorum sententia duci aperte docuerit, contra Julianum lib. 1. cap. 2. dicens. *Conuinceris vñdique: luce clariora, sunt testimonia tanta Sanctorum, & infra post allegatum Basilium, Chrysostomum, & Ambrosium subdit: hic sunt & ceteri, quorum te mouere debet tanta consensio.* Loquitur ergo Augustinus in locis, qui obiiciuntur ab aduersarijs de vnius, vel alterius Patris auctoritate, cum vel proprium, vel priuatū sensum exprimunt, vel in obscurissima quæstione diuersa sentiunt, vt tantum valeat corum auctoritas quanta est ratio, vel auctoritas, quæ assertur ex scripturarum auctoritate. Eodem modo etiam respondeatur ad Hilarij auctoritatem.

Ad tertiam. Respondent, quod particulares errores in uno, vel alio Patre deprehensi, Patrum omnium consensum non infirmant, vt dicetur infra. Pugnat quoque Sancti Patres ad inuicem, & dissentient interdum, at non in fidei fundamētis. & rebus fidei, sed in rebus, in quibus salua fidei compage diuersimodè opinari licet, vnde Augustinus contra Julianum lib. 1. c. 2. sic eidem Juliano Pelagiano respondet. *Alia sunt in quibus inter se aliquando etiam doctissimi, atque optimi regulæ Catholicae defensores salua fidei compage non consonant, & alius alio de una re, aliqua melius dicit, & verius, quod si aliquando in rebus ad fidem pertinentibus dissensio reperitur, vti idem dicit contra Donatistas lib. 2. cap. 4. Sanitas pacis hoc facit, vt cum diutius aliqua obscuriora queruntur, & propter inueniendi difficultatem diuersam pariant in fraterna cogitatione sententiā, donec ad verum liquidum perueniatur, vinculum permaneat unitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris.* Error vero vñus, vel alterius etiam pertinaciter (vt Tertullianus dicit lib. de præscript. c. 3.) fidei non præjudicat, sed firmat. *Ex personis probamus fidem, an ex fide personas?* Quid ergo si Episcopus, si Diaconus, si vidua, si virgo si Doctor, si etiam martyr lapsus à regula

## 12 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

à regula fuerit, idè hæreses veritatem videbuntur obtinere?

Nec scripturas extorquēt, qui fideliter intelligentiam scripturarum sapienter, & veraciter tradunt, vt ad illorum formam, & interpretationem nostram potius dirigēda sint, quim regulam tortuoso nostro iudicio examinare. Vnde humilis Augustinus non semel iuxta Patrum interpretationem suam corrigit sententiam, vt patet lib. 6. cōtra Julianum cap. 11. Et primo retractationum cip. 13. de quadam sua interpretatione super illū locum epistolæ ad Rom. 7. ego autē carnalis, &c. dicit: sic enim prius hæc verba satiebam, que postea lectis quibuslibet diniorum tractatoribus eloquiorum, quorum me moueret auctoritas, consideravi diligentius, & vidi etiam de ipso Apostolo posse intelligi, quod ait &c. Quod autē de ipso Augustino, & Hieronymo effudit Lutherus, fumos vendit, cum in dictis Patribus nedium disputationes, sed earundem dissolutiones, & dissensiones apertissimè cernamus, & doctissima commentaria omni eruditione referita inspiciamus, qui etsi interdum in aliquibus lapsi sunt, idcirco factum est, inquit Augustinus 2. contra Donatistas cap. 4. vt eorum patiens, & humiliis charitatis, in qua fructus maior est comprobetur, vel quomodo teneant unitatem, cum in rebus obscurioribz diuersa senserint, vel quomodo accipient veritatem, cum contra id, quod sentiebant declaratum esse cognoscunt. Quod si tot columnæ orbis (vt ipsis etiam videatur) nutarunt, iam hæreticorum causa acta est, qui charismatibus Spiritus sancti destituti, seipso magistros erroris constituant, extortas, priuatas, nouas, inauditas interpretationes sub specie priuati spiritus venditantes, sed dum ipsis, Patres volunt esse Angelos, dæmone ipsis sunt peiores; & nolentes esse discipuli veritatis, sunt magistri erroris ex Carnotensi epist. ad Deodatum, sed de hac re infra plenius discutietur.

Ad 4. dicendum quod illud Oſex an litteraliter, vel allegoricē intelligendum sit, non satis constat, & propterea ad fidem non pertinet: non enim in quibusunque diuinæ legis questionibus, sed tantummodo in quæstionibus fidei Patrum iudicium, atq; consensum sequi debemus necessario, vt dicetur infra.

Ad 5. Sanctus Thomas loquitur de Patrū auctoritate circa ea dogmata, quæ ad fidem nō pertinent, vel quatenus secundum proprium sensum loquuntur, non autem prout Ecclesiæ consensum exprimunt, vel vt testes producentur traditionis Apostolicæ, qui quod acceperunt, bona fide consignarunt posteris suis. Quantum vero auctoritatis pondus Patres habeant in hoc secundo genere apud S. Thomam, patet intuenti opusculum contra errores Græcorum, vbi Patrū testimonio Spiritus sancti processionem à filio quoq; procedentis, primatum Romani Pontificis, & alia eiusmodi vrget contra Græcos, eosdemque confutat, & in quæstionibus disputatis quanti Patres faciat, apparuit in arguento sed contra, supra.

Ad primam confirmationē respondetur scientiam generare Patrum consensum, cum ex proprijs loquuntur, fidem vero tradunt, cum traditiones consignant.

Ad secundam confirmationem hypothesim illum impossibilem demonstrabimus in proprio de hac re articulo.

Ad 6. Illa conditio ex licentia hæretica proficitur, vt iudices se cōstituant hæretici interpretum Sanctorum, imo & Dei, qui per illos loquuntur. Quare simili prædicij reatus est scripturam in examen adducere, & Patres exponentes scripturas, an concorditer cum scriptura locuti fuerint, discutere; cum Spiritus sanctus, qui absolute per Canonicos locutus est scriptores, per interpres sacros mysteria in illis contenta aperiat, vt dictum est supra ex Lerynensi, propter quod antiquus usus obtinuit, vt Patres, & Doctores in hoc sensu Prophetæ quoque dicerentur, ex eo dē Lerynensi loc. cit. c. 40.

Ad primā confirmationem P. Poza in elucidario tract. 3. lib. 4. vers. pro solutione huius argumenti, hæc verba scribit. Numquam admittamus volum Patrem in aliqua fuisse existimatione falsa, donec Sedes Apostolica discussis antiquis exemplaribus, & libris membranaceis qui in sacris, & prisca Bibliothece afferuantur, decernat cuī tandem lectioni, vel editioni sit standum, & infra. Omnem voluminū fidem in sola Ecclesiæ, & Apostolice maiestatis potestate declaratione, & examine collocamus. Nam quod hec, vel alia clausula, hic vel alius liber integrè, & complete hunc vel alium authorem habeat, fide solum probabilitur, vel unius interpretis, vel Bibliothecæ, vel unius qui de euulgatione curauit. Idcirco pro restringendis odijs, & ampliandis fauoribus antequā credam errorem aliquem esse Doctoris antiqui, debo urgentibus argumentis, & vetustis exemplaribus, tum de authore, cum non de corruptis clausulis conuinci, si non sic, vel aliter Sedes Apostolica obliget ad credendum illum Patrem, aut Doctorem ex fragilitate humanae mentis in eam falsam doctrinam denunisse.

Sed hæc via si non recte explicetur, reddit incertas omnium ferè Conciliorum definitiones, quibus authoritatē PP. innixa de dogmatibus pronunciarunt. Si quidem non semper, & regulariter cōtra refractarios hæreticos curarunt, expressam Ecclesiæ autoritatem adducere, & de authore conuincere: imo ipsi hæretici ne riderentur tales technas nec sunt meditati; sed solum quædā PP. scripta comminiscabantur esse falsata, & tunc in casu, de tali falsitate conuicti sunt per vetusta exemplaria, & alia eiusmodi argumenta, vt patet legenti sessionem 20. Concilij Florentini. Nec prius ante definitionem dogmatum opusfuit, definitione expressa qui nam authores essent à quibus essent de promenda testimonia, in longū enim protrahi poterant disputationes, & nouæ cauillationes reperi, & sub hoc prætextu definitiones dogmatum, vel intermitti, vel retardari, causando authoritates Patrum, non desumptas ex legitimis authographis, dicta Patrum non esse sua, sed falsata, ac proinde totius orbis querendos membranaceos codices, & post exquisitam diligentiam de veris authoribus, per Ecclesiam determinandum prius, qui sint in authoritatem recipiendi, & postea de dogmatibus disseri.

Quare satis est, vt ex successione, antiqua præscriptione

scriptione, multorum exemplarium collatione, antiquorum Doctorum consensu (quæ est tacita Ecclesiæ approbatio) cognoscantur legitimi autores, & Patrum dicta legitima, & ex vetustate sola, precedente posterius exortas contouersias (non enim tunc præsumi potest à partibus potuisse falsari puncta contouersiarum) sufficiens, & certum moraliter desumi potest argumentum.

Ad aliam confirmationem respondet ex dictis. licet sint falsata ab hereticis multa Patrum exemplaria, non omnia potuerunt falsari, maximè cum incorrupti codices in Patriarchijs afferuarentur, & facilimè ad eos posset haberi recursus, ita factum est in 6. Synodo act. 7. 8. & 9. & actione 13. cap. 9. Et act. 14. iurauit Cartophilax, seu Bibliothecarius, exemplaria illa fuisse in Patriarchio, verum ab inuatore lâncinata. Patriarchales vero Bibliothecas idcirco consulabantur tantum, vt dicit Poza, propter metum ne communia exemplaria fuisse deprauata (vnde enim nisi ex communibz exemplaribz innotuerat deprauationis suspicio?) sed quia erant promptiora, securiora, & sine villa cauillatione repudiari non poterant. Eodem modo respondendum hereticis contentibus Sanctorum libros iam pridem fuisse falsatos.

Ad 7. Pater Pineda in aduentijs Regijs Hispani impressis anno 1615. resert & probare nititur Melchiorem Canum scripsisse. Infirnum in hoc ex omnium PP. autoritate duci argumentum, & citat locum lib. 7. c. 3. de locis Theol. sed falso id tribuitur tanto Doctori, vt patebit cum eius verba allegabimus. In hoc autem quod insinuat Pineda infirnum duci argumentum ab autoritate Sanctorum, vel Sanctos ipsos carpare, & inconstantia, vel leuitatis arguere (quod fecit Quirinus) & non alias vias modestiores reperire ad excusandos saltē, si non interpretandos, Patres (quos ab hereticis hodie proscindi videmus) est ijsdem heretis arma ministrare. Sapienter scripsit Hilarius ad Constantium Augustum qui audiens contemptum Patrum sic respondit lib. de Synod. contra Arianos. Ne damnamus Patres, ne animemus hereticos, nedum heresim expellimus, heresim nutriamus. Et Cassianus de Incarnatione Verbi lib. 7. cap. 30. aduersus Nestorium Patres contemnētem sic insurgit grauissimis his verbis. Tu emendator priorum antisitum, tu condemnator veterum Sacerdotum? tu Gregorio excellentior? tu Nectario probator? tu Ioanne præstantior, omnibusque orientalium Vrbium Sacerdotibus? qui etsi non eiusdem nominis cum his, quos nominavi, eiusdem tamen fidei fuerunt. Quod quidem quantum ad causam pertinet, sufficit quia cum de fide agatur omnes in eo idem sunt, quod optimi in quo consortes sunt optimorum. Et S. Augustinus in Julianum sublanter Patres lib. 1. cōtra eundem cap. 2. sic ait. Cernis quām tibi pernicisum sit, tam horribile crimen obijcere talibus, & quām mihi gloriolum sit quodlibet crimen audire cum talibus. Si cernis cerne, & tandem tace. Pelagianam linguam tot linguis Catholicis deprime, tot venerandis oribus ora submitte. & paulo post, introduxi te sedandum atque sanandum, non in alicuius auditorium Philosophi, sed in San-

ctorum Patrum pacificum, honorandumq; conueniūtum: sic opere pretium, obsecro te, aspice illos quodammodo aspicientes te, & mansuetè, & leniter dicentes tibi. Ita ne nos, fili Iuliane, Manichæi sumus. Rogo quid respondebis, quibus eos oculis intueberis? &c. & possea iterum te admoneo, iterum rōgo, aspice tot, ac tales Ecclesie Catholicæ defensores, atq; rectores, vide quibus tam grauem, tamq; nefariam irrogaris iniuriam. Ex quibus auctoritatibus debemus addiscere à simili quantam reverentiam Patribus debeamus exhibere, & non irreuerenter eos taxare. Non est hoc hereticis respondere, sed illis furorem subministrare. alia ergo responsio meditanda est à modestis Ecclesie filijs, aduersus Ecclesie hostes, & non insinuar infirmum esse argumentum ductum ex autoritate omnium S.S. idque Cano attribuere. Ut ergo falsa impositio appareat, fideliter quod scripsit Melchior Canus hic transcribimus.

Is ergo ad respondēdum Erasmo se accingens statuit hanc conclusionem. Quarta conclusio omnī, etiā Sanctorum auctoritas in eo genere questionum, quas ad fidem diximus minimè pertinere fidem quidem probabilem facit, certam tamen non facit, &c. Quod enim ea contouersia non sit ex illarum numero, quæ Catholicam fidem, aut promouere, aut imminuere possit, vel ex eo perspicuum est, quod Beatam Virginem à peccato originali fuisse omnino liberam è libris sacris, iuxta germanum literæ sensum nusquam habetur. Quinid lex generalis in eis traditur quæ uniuersos filios Adam carnali scilicet propagatione creator, sine villa exceptione complectitur. Nec vero dici potest per traditionem Apostolorum in Ecclesiæ descendisse. Cum enim huiusmodi traditiones non per alios quam per Apostolos, quam per Episcopos illos antiquos, & sanctos Autores Apostolis successentes ad nos usque peruenient, at constat prius illos scriptores non iam à maioribus accepisse, traderent enim bona fide, & ipsi posteris suis: non igitur ad fidem illud attinere potest, quod neque in sacris litteris, aut Apostolorum traditionibus inuenitur, neque ex eis certa valet connectione consequi. Ceterum quod opposita etiam assertio, hoc est B. Virginem peccatum originale à parentibus contraxisse, non sit in numero Catholicorum dogmatum manifestissimè colligitur ex eo quod à lege uniuersali per singulare priuilegium unam Dei Matrem excipere sacrarum litterarum fidei nullo pacto aduersum est. Alioqui cum sacrae litteræ in uniuersum clament: Non videbit me homo, & vivet. Deum nemo vidit unquam, qui Paulum, & Moyson exceperit sacram litteras contra pugnasset, atque ea causa est, nisi toto cælo animus meus errat, quamobrem nec Sixtus Quartus, nec Concilium Lateranense sub Leone Decimo, nec Synodus Tridentina sub Paulo Tertio, & Julio Tertio inchoata, eam questionem definierunt, neutrum enim illis operationibus poterant tanquam dogma Catholicum approbare. Ita is errauit qui afferuit erroneum, esse aliquem præter Christum à lege illa originalis peccati liberare; errauit, ac multo etiam magis Basileense Concilium cum definito doctrinam illam, quæ docet Beatam Virginem Mariam

nunquam originali subiacuisse peccato tanquam consonam Sacra scriptura, ac fidei Catholicae amplectendam fore, nullique de cetero licitum esse in contrarium docere. In pari quippe errore versantur, qui alterutram partem ad Catholicam fidem attinere posse credunt. Difficile est hoc dicere, credo si in concione queratur, at hoc loco, & disputatione facillimum. Non enim hic cum vulgi imperitia certamus, sed eos instituimus, qui vere, germanaque Theologica solidam, & expressam effigiem tenere cupiunt, nec fugientes umbras prosequi. Propositum est autem veri reperiendi causa, & contra nostros, & pro alienis etiam dicere, & cum res postulat utroque nullius accepta persona reprehendere. Atque in eo opere maximè, quod ad Ecclesie publicam auctoritatem cuditum, priuatis non debuimus affectibus inservire. Nec deerunt post hoc etiam ex viris plane doctis, qui me obiurgent: erunt etiam qui vituperent, quod in questionem multis nominibus inuidiosam consulto, & cogitato inciderim, ut rem alias grauiissimam nullius in christiana religione esse momenti affenerarem. At ego, & benevolos obiurgatores placare, & inuidiosos vituperatores confutare possum, ut alteros reprehendisse poeniteat, alteros didicisse se gandeant. Non mihi fateor ingenuus, alia via patuit ad illud Erasmi argumentum eludendum, quo Sanctorum auctoritatem, acutè ille quidem, tentauit eludere, nec fuit integrum, quod hereticis semper proprium fuit, antiquorum Patrum libros corrumpere, & bonam etiam partem voluminum detruncare, ut ore saltem, reclamante licet conscientia possent Bernardum, Augustinum, Ambrosium, aliosque item Patres in ea fuisse opinione negare, quid enim prodest, si verum scire cupit, Sanctorum testimonia membranis inscripta radere, cum animo insculpta abolere non possit; porro si ut Sanctorum auctoritatem in doctrina Catholica tueremur, quod erat Ecclesie Dei apprimè necessarium, quorundam opiniones, ne dicam factiones, afferimus non esse ad fidem, & mores necessarias, quid est, per Deum obsecro, quod nos ea de re valeat quicquam aut admonere amice, aut inimicè insectari? Hec ille nunquam scribens, quod imponit Pineda, & heretico furori occurrens.

Respondes Canisius, si viuerent S. Bernardus, & Thomas nunc retraharent sententiam, ita in Mariali lib. I. cap. 7. eum sequitur Luzana in Apologetico pro concept. ca. 30.

Sed non opus est occasionem hereticis ridendi præbere, nec enim diuinando quid futurum esset in hac, vel illa hypothesi, id possumus coniectare, & melius est grauiores solutiones, quando hereticis respondemus, meditari, quam ad diuinationem confugere; nam sic audacieores sient heretici, & magis in impietate obsurdescent, & Patribus eludendi in omnibus, & grauioribus dogmotibus argumenta sibi assumunt: & de facto iam Lutherus hanc rimam euadendi inuexerat, si quidem teste Aurifabro in colloquijs mensalibus Lutheri fol. 477. sic dicebat. Augustinus sanè egregius, & præclarus Doctor extitit, is si hodie superesset à nostris partibus staret. Verum si impij nunc Augustino, Ambrosio, Hilario in fidei de-

cretis non credunt, neque si ex mortuis resurgent, credent, sed phantasmatata iudicabunt, & multo magis in errore persistent, cum vanas, & futilles responsiones deprehendet. Robustiora ergo meditanda cum aduersus Ecclesie hostes decertamus, & eiusdem decreta rationabilissima defendimus.

Respondet iterum Canisius his verbis. Habuerint Patres suorum temporum rationem, quibus multa, vel prorsus incognita erant, vel obscura, neque satis euoluta, que posteris diligentius discutienda, & clarius illustranda, explicandaque non sine certo Dei consilio relinquebantur; non enim hominis tantum, sed etiam Ecclesie Christi tempus auget sapientiam. Spiritus sanctus; aliam, atque, aliam doctrinæ lucem omnibus secundis patefacit, ut eadem fidei manente cognitione veritatis, sicut & in reliquis virtutibus paulatim proficiamus. Igitur, ut cætera ita etiam hoc grauissime dixit, Gregorius Magnus, scientiam spiritualium Patrum per incrementa temporum crescere: ideoque Apostolos plusquam Prophetas de mysterijs cognovisse. Huc referit sententiam Danielis 12. plurimi pertrafibunt, & multiplex erit scientia, & tandem sic concludit. Quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ sapientiae aditus largius aperitur. Gersonem quoque adducit dicentem, manet in ijs, que ad inflammandum affectum faciunt, veteres Patres efficacius quam posteriores Theologos docere ac mouere, hos autem in alijs que ad intellectum erudiendum, & ad controversias, & questiones de fide iudicandas pertinent, acutius, certiusque ac limatus veteribus pronunciare. Sed hæc responsio, ut saluet hypothesim destruit thesim, docendo in vniuersum in rebus fidei magis standum esse doctrinæ modernorum, quam antiquorum, quod quam sit manifestè falsum, deprehendet unusquisque, qui vel modicam Theologiam olficerit, de qua re abundè tractatum est in nostro opusculo sacro deposito Apostoli super impresso cap. 8. cõ lectorum remittimus. Certa, & solida Theologia est tanto esse cognitionem pleniorum de rebus Theologicis, & fidei decretis, quanto authoritatem aliquam deprehendimus Apostolis propinquorem. Vnde sicut absurdum est, aliquem in cognitione Apostolis comparare, ita & aliquam modernorum Doctorum cum viris Apostolicis, & veteribus Patribus coquare, multò magis preferre. Vnde S. Thomas 2.2. quæst. 1. art. 7. ad 4. sic ait. Ultima consummatio gratiæ facta est per Christum, unde & tempus eius dicitur tempus plenitudinis Gal. 4 & ideo illi, qui fuerint propinquiores Christo, vel ante, sicut Io. Baptista, vel post, sicut Apostoli, pleniū mysteria fidei cognoverunt, quia, & circa statum hominis hoc videmus, quod perfectio est in iuventute, & tanto habet homo perfectiore statum, vel ante, vel post, quanto est iuuentuti propinquior. Quam doctrinam commentans, atque comedendas Caiet. ingeniorum flos, dicit. In determinatione questionum fidei, doctrina standum antiquorum Doctorum, SS. Patrum, quos illustratos credimus diuino lumine, & quoad doctrinam, & quoad vitam, magis quam posteriorum, ubi discrepant posterioribus ab illis, & ratio est manifesta, quia in dogmatibus

tibus non noua proferimus, sed quæ vetustate, & consensione antiquorum Patrum retenta, & consignata sunt ea prædicamus atque explicamus. Certo etiam certius est, quod secundum temporum successionem articuli fidei creuerunt, sed non quantum ad substantiam, sed quantum ad explicationem: quia quædam explicitè cognita sunt à posterioribus in lege gratiæ, quæ agnita non sunt in lege naturæ, & plura in lege gratiæ, quam in præcedentibus atatibus. Vnde Exod. 4. habetur. *Ego Dominus qui apparui Abraham, &c. & nomi meum Adonai nō indicavi eis,* & iterum Psal. 118. *super senes intellexi, & Eph. 3. alijs generationibus non est agnitus,* Mysterium Christi, sicut nunc reuelatum est SS. Apost. eius, & Prophetis in Spiritu. Et sic intelligenda est auctoritas Gregorij, quod fides creuerit secundum incrementa temporum. Benè tamen aduentum est, quod explications illæ factæ in lege naturæ supra legem, & in gratiæ tempore supra vtrumque statum, explicita reuelatione factæ sūt, propterea Apostolus dixit, *sicut nunc reuelatum est, &c.* vnde quantum ad istas reuelationes benè dictum est super senes intellexi Psal. 118. & pertransibunt multi, & multiplex erit scientia. c. 12. Daniel. Explicitè enim plura cognoscimus in lege gratiæ ex his nouis reuelationibus explicitè factis, quam antiqui nouerint, & licet prius essefus inclusi in ea fide, quæ reuelanda erat, vt dicit Apostolus; quia tamen in lege gratiæ sūt, & est plenitudo cognitionis mysteriorum fidei: absit, vt expectare debeamus nouas reuelationes. Iudæorum est Messiam arcanorum reuelatorem præstolari. Error est cum Ioachino Abbatæ ex S. Thoma 1.2. quæst. 107. art. 4. ad 3. alium legis gratiæ statum meliorem expectare, cum iam edo cuerit Spiritus sanctus Apostolos omnem veritatem, de his, quæ pertinent ad necessitatem salutis de credendis, & agendis. Itaque quantum ad nouas reuelationes nullo modo dicendum est, Ecclesiam hodie proficere, vel profecturam, nihil enim hodie, quod à Doctoribus, Concilijs traditum est, latuit Apostolos, qui ceteris abundantius diuinorum cognitionem, & reuelationem acceperunt. Sed proficit in hoc, quod ex ijs, quæ Apostolis, & Prophetis reuelata sunt formaliter cognoscit, quæ antea virtualiter credebat, & implicitè, quæ tamen explicitè fuerunt ab Apostolis cognita, qui scripturas, traditiones, carum intelligentiam, consequentia, repugnantia optimè cognoscebant. Idem dicendum est proportionaliter de viris Apostolicis, qui fuerunt Apostolis proximiiores, & de Patribus antiquis, quod sicut nulli fuerunt Apostolis Doctoriores, & sapientiores, sic post Patres non surrexerunt alii doctores, vel acutiores. Vnde parum solide loquutus est Gerson, nec bene allegatus est à Canisio ad propositum, magis enim credendum est, in quæstionum fidei decisionibus, antiquis Patribus, quam modernis Doctoribus, vt inferius apparebit. Datur autem Neotericiis Doctoribus suus honor, sed in gradu suo, non quantum ad ubiorem cognitionem, sed maiorem elucidationem, distinctionem, methodicam scritptionem eorum, quæ per Patres nobis consignata sunt. Quod egregie

his verbis expressit Lerinensis lib. contra Proph. vocationem nouit. cap. 28. obiectio Canisij occurrens. *Sed forsitan dicet aliquis nullus ne ergo in Ecclesia Christi profectus habebitur religionis?* Si sapientia non proficit, si modernis aditus sapientiæ non magis, quam antiquis patet? *Habebitur plane, & maximus, nam quis ille est tam inuidus hominibus,* tam exosus Deo qui istud prohibere conetur? *Sed ita tamen, ut verè profectus sit ille fidei non permutatio.* Siquidem ad profectum pertinet, ut in sententia unaquæque res amplificetur, ad permutationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transuertatur. Crescat igitur oportet, ut multum vehementerque proficiat, tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius Ecclesiæ statum, ac sæculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia, sed in suo dantaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia, idest non contrariam doctrinam inducendo: nam ibidem ex cap. 27. idem Sanctus cum Apostolo prohibet, depositum non immutandum sed custodiendum. Depositum custodi, idest, quod tibi creditum est, hoc penes te maneat. Hoc à te tradatur. *Aurum accepisti, aurum redde, non mihi pro alijs alia subiectas,* idest contrariam Patribus doctrinæ, permutatio enim prohibetur, explicatio est autem, & amplificatio eorundem doctrinæ commendatur, vnde idem sanctus dicit. O Thimotee. O Sacerdos, o tractator, o docto, si te diuinum munus idoneum fecerit ingenio, exercitatione, doctrina, esto spiritualis tabernaculum. Beseele: preciosas diuinæ dogmatis gemmas excupe, fideliter copta, adorna sapienter, adiice splendorem, gratiam, venustatem: intelligatur, te expONENTE, illustrius quod antea obscurius credebatur: eadem tamen quæ didicisti ita doce, vt cum dicas nouæ, nō dicas noua. Illud quoq; debebat pôdere Canis. quod hoc velamine se tegunt Nouatores, nempe plus Neotericos quam veteres de doctrina religionis cognouisse. vnde Beza epist. Theolog. 1. pag. 5. ait. Itaq; dicere, nec immerito quidem (vt opinor) consuevit, dum illa tempora Apostolicis etiam proxima cum nostris comparo, plus illis tunc conscientiæ, scientiæ minus habuisse. Nos contra scientiæ plus, conscientiæ minus habere. Hæc mea sententia est. Et superintendens Cantuar. in defensu response, ad admonit. pag. 472. & 473. ant. med. sic Carthurightum alloquitur. *Doctrina quam hodie tenent, & profitentur Episcopi nostri, perfectior, & sanior est, quam plerumque fuit in villa post Apostolos ætate, &c.* Non ergo hac via hæreticis occurrendum.

Respondet Didacus Payua lib. 5. de peccato originali cōtra Kemnit, his verbis. *Sed quoniam Tridentini Patres, non quod esset in hac questione certum, atque exploratum cum Sexto Rom. Pontif. pronunciarunt, ad ea tantum respondebo, quæ ex sacris litteris, veterumque sententijs à Kemnitio afferuntur.* Nam scilicet cum p̄ijs tantummodo, & Catholicis viris mibi res esset, qui Romanæ Sedis prærogatiwas pro dignitate suscipiunt, satis profecto Sexti Pontificis, Tridentinique Concilij esset auctoritas, vt Virginem Deiparam generalibus illis Pauli Sanctorumque sententijs nequaquam cōtineri sibi persuaderent; neque enim nisi grauiſſ-

# 16 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

ma impietatis nota Romane Sedi inusta, ea quis putabit cum sacris litteris maiorumque platicis pugnare, quæ singulari illa honore prosequitur, & ab omni quam longissime impietatis suspicione abesse confirmat. Nam cum eorum voces falsas esse, & erroneas, à veritate alienas Christus pronuncianit, qui impietatis condemnat existimantes Virginem Mariam sine peccato fuisse conceptam, quæstionisque iudicium integrum, atque liberum relinquit; an non satis prodit Dei genitricem non esse in aliorum mortalium ordinem necessario redigendam, & Pauli, Sanctorum Patrum sententias, quæ sunt apertiores eo minus huic sententiae officere? Nam cum constans Patrum opinio fidei sit regula certissima, nemoquè fuerit veterum Patrum, qui non mortales omnes, vñico excepto Christo Adami scelere constrictos dixerit, aut certe contra Christum Tridentinumq; decretum impietatis illos insimulemus, necesse est, qui Deiparam Virginem communii illo flagitio immunem putauit, aut vñiuersitatis nota eā minime cōlineri fateamur. Vnde est, ut Theologi pietate, & eruditione præstantes hac de re, non tanquam de certa, & explorata majorumque sententijs illuminata, sed tanquam de incerta, & dubia inter se digradientur. Verum cum ego cum Lutheri discipulo, hoc est, cum Romana Sedis grauissimo hoste agam, qui solum dicit sanctissima, quæ illius Sedis dignitatem aliquæ ex parte minuunt, paucis demonstrabo, nihil esse, vel in sacris litteris, vel in Sanctorum Patrum monumentis, quod Tridentinum decretum, Sixtique Pontificis sanctionem obruat, atque euertat, & ad rem demonstrandam subdit, quod cum tam scripture, quam Patres Christum excipiunt, intelligendi sunt, quod ex vi conceptionis, & ex sui natura ab omni fuit sceleris lege exceptus. Et infert, quod sicut dixit Cajetanus, non posse piam sententiam scriptura locis satis oppugnare, sic nec ab Heroibus Ecclesiæ, qui Pauli dicendi rationem sunt imitati. Specialiter autem ad Augustini auctoritatem, qui sèpè Mariae carnem vocat carnem peccati, respondendum est, multum interesse inter habere carnem peccati, & peccato esse contaminatum. Caro enim peccati dicitur, quæ vi sua peccato est obnoxia. & addicta, ita ut mens carnis vi, atque natura, in illud necessario incurrat, nisi maximo Dei beneficio liberetur. eiusmodi verò fuisse Dei paræ Virginis carnem, nemo qui huius, de quo agitur, peccati rationem percalluerit, insciabitur. Nam cum in ea procreanda nihil fuerit a naturæ ordine deviatum, non secus profecto illud fuit corpusculum antequam animaretur, quam aliorum omnium corpora, sceleri obnoxium, atque deuotum. quare, & cum Augustino liberè pronunciamus de testandos illos esse hæreticos, qui aliquam dixerint carnem præter Christi unicam existere, que caro peccati non sit: atque cum Ambroso solum Christum Dei filium inter homines natos carnem habere similem carni peccati confitemur. & cum plurimis viris doctissimis, Virginem Mariam cum illa carne peccati, mentem habuisse Dei insolenti munere, nativi sceleris omnino expertem confirmamus, hæc ille. Quod est breuiter dicere Christum exceptum ex vi conceptionis, Beatam Virginem ex priuilegio, Christum habere similitudinem

carnis peccati, Beatam Virginem carnem peccati. Hoc est vi sua peccati debitum contraxisse, seu peccato obnoxiam, & additam. Hanc responsum aperte insinuauit prius Cajetanus tract. de concept. eandemque tradit Bellarm. prædictis hæreticis respondens, Kemnitio, &c. & quia idem kemnitius adducit testimonium Bernardi cui idem Bellarminus superaddit Ansel. authorit. & Vasquez etiam Ruperti scribentium, Beatam Virginem esse in peccato originali conceptam, eidem Bellar. sequens Scot. d. 3. occurrit dicens, quod duplex est cōceptio, feminis, & fetus cum animatur in utero, seu, ut dicit Scot. duplex est concepcion, seminum, & naturarum, prima admittitur in Virgine à Patribus (aiunt) cum primigenia labore, secunda autem negatur, vnde etiam secundum conceptionem feminis, ait Anselmus de conceptu virginali cap. 7. illud intelligi, In iniquitatibus, & in peccatis concipi potest homo, intelligi, non quod in semine sit immunditia peccati, aut peccatum sive iniquitas, sed quia in ipso semine, & ipsa concepcione, qua incipit homo esse, incipit necessitas, ut cum habeat animam rationalem, habeat peccati immunditiam, que non est aliud, quam peccatum, & iniquitas, & hoc est sub alijs verbis alijs dicunt B. Virginem contraxisse peccatum originale radicaliter non autem formaliter, & sic ad omnia loca Patribus adducta rationabiliter satis respondent isti athletæ fidei ad obstruendum hæreticorum os loquentium iniqua, chorum Patrum insimulantium. Respondent quoque alijs recentiores cum dicitur à PP. B. Virginem in peccato conceptam, peccatum acceptum esse in lata significacione pro carnali delectatione, vel concupiscentia, quæ peccatum dicitur, quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat ex Concil. Trid. & signanter respondent Anselmo lib. de concep. virg. sic esse intelligentium.

Alij similiter, cum legunt B. Virginem fuisse præpurgatam distinguunt de duplice purgatione, vna emundativa culpe, alia quæ mentem in unum colligit, & à multitudine sustollit, secundum quæ etiam Angeli purgari dicuntur, ex doctrina S. Dionysij, cuius distinctionis meminit S. D. 3. par. q. 27. art. 2. & sic respondent ad authorit. Damasc. in serm. de Assumpt. B. Marie.

Alij concordare putant Patres, etiā si rigorose loquerentur, dicendo in instanti primo naturæ contraxisse B. Virginem labem primigeniam, in secundo (quod correspontet instanti temporis cum anima insulsa est) præseruantem gratiam accepisse, exemplum dant de peccatore contrito, in quo ante omnē actum contritionis præcedit gratia iustificans, per quam intelligitur Dei amicus, & peccati macula per infusionem gratiæ intelligitur ablata: in posteriori verò signo rationis (cum elicit actum contritionis, quo Deo satisfacit) in aqua qualitas auseatur, & iniuria Dei, quæ solū radicaliter, in infusione gratiæ (præcedente in signo naturæ actū contritionis) remissa cōcipiebatur, ita in proposito, aiunt, in primo instanti naturæ filia ira cōcipiebatur B. Virgo, sed per gratiæ infusionem, præseruantam in alio instanti naturæ, correspondente instanti reali temporis culpe remissio intellecta est, quæ radicaliter in gratiæ infusione contineba-

nebatur. Clarius, & apertius dicunt B. Virginem in instanti conceptionis accepisse gratiam præseruantem formaliter, emundatiam vero virtualiter, scilicet si reperisset quidquam expiandum.

Sed si adhuc vrgeretur ad Patrum auctoritatem eludendam, ab hostibus Ecclesiæ, nollentque has distinctiones, vt probabiles, et si sapientum Doctorum Catholicorum admittere. Respōdetur iterum (in obsequium Ecclesiæ, latus enim debet esse campus Hæreticis respōdendi ex Sanctorum documentis præsentim Augustini primo super Genes. in fine: & sic possumus PP. conciliare, & omnibus his vijs, hæreticis occurtere Catholicè.)

Primo, quod adhuc admissò, & non concessò (de quo non est huius loci, nec temporis disputatio seruantes decreta Apostolica Sedi) SS. Patres pro affirmatiua sententia stare; plurium Sanctorū auctoritas alijs paucioribus reclamantibus firma argumenta Theologo præstare non valet ex documentis Theologicis: adducuntur autem à defensoribus sententiæ piaæ multi alijs Patres, vt à Bellarmino, Canisio, & alijs, de quibus (cum adhuc tam pro hac, vel illa sententia non sit ab Ecclesia discussum, cuinam sententiæ Patres faueat) non est certò exploratum, de Patrum sensu, suspendente Ecclesia iudicium suum, nec etiam (sicuti factum est in definitionibus alijs) adhuc finem hinc inde lecta testima, & ponderata ad finem iudicii: quare nullum argumentum firmum quoad nos, idest quoad Catholicos desumitur ex his testimonijs, et si secundum se testimonij firmitatem roburque inconcussum semper habuisse demonstraretur à posteriori, quando in iudicio Ecclesiastico de numero, & pondere, & qualitate Patrum, sancta collatione, & discussione, constaret. Interim cum non possit ullus piæ sententiam erroris insimulare, neque oppositam; non potest dici tuto Patrum sententias certò, & apte, idest quoad oës Catholicos, p. hac, vel opposita sententia stare firmumque argumentum Theologo subministrare; an autem etiam hæc, vel illa probabiliter adducatur, non est præsentis temporis controuertere, sed Ecclesia decretis omnino parendum est.

Vel dicendum secundo, quod, etiam si integer Sanctorum Chorus adduceretur, cum controuersia ista non sit ex numero carum quæstionum, quæ ad fidem pertinent, nō facerent pôdus (quod docuerat Canus) Testem producimus Leryensem sic dicentem cap. 39. *Antiqua ait* Sanctorum Patrum consenso, non in omnibus diuinæ legis quæsiunculis, sed solum in fidei regula magno nobis studio est inuestiganda, & sequenda, & infra (id est Sanctus dicit.) Patribus ea lege credendum est, ut quicquid, vel omnes, vel plures uno eodemque sensu, manifestè frequenter, perseveranter, accipiēdo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitate certo, ratoque habeatur, non est autem tanquam certum, & exploratum, & per Ecclesiam discussum, an Patres traditionem Apostolicam in hoc posteris tradiderint. Veltandem 3. dicendum, si antiqua traditio re vera (de quo non certò constat) contineretur in dictis horum, vel illorum Sanctorum, tatis esse conseruari in Patrum monu-

mentis, vt si quandoque Ecclesia expedire iudicaret hanc controuersiam definire, sint presto Sanctorum documenta, vt in consimilibus causis factum est. Nunc autem qua Ecclesia suam interposuit auctoritatem, non possumus dicere hæc duo compossibilia esse, nempe nunc esse omnium Patrum firmam sententiam pro hac, vel illa parte controuersia prædicta, eamque notissimam tecum dum se, & quoad nos sine illa ambiguitate, & controuersia; & Ecclesiam non idem sentire, cum fides Ecclesiæ sit ipsem Patrum consensus. Nec potest vnquam stare, vt sit certum omnes Patres secundum se, & quoad nos cōstanter hanc, vel illam sententiam tueri, & Ecclesiam oppositum eius, quod exploratū est, & sine ambiguitate à Patribus receptum, definituram. Si hostibus Ecclesiæ occurrimus, & Catholicos Doctores admonemus, vt in hac materia decretis Ecclesiæ, Sixti IV. Conc. Trident. Paul. V. & Gregorij Decimi-quinti pareant, vt modestos filios Catholicos decet, & ne ob priuatas rixas communem, & publicam defensionem relinquant, neque sic sua ament, vt tāquam de fide obtrudant, quod Ecclesia non dogma, sed opinionem expreſe vocat, multum enim officeret pietati, si opinione pro fide venditaremus, & hæreticis materiam ridendi, pījs lachrīmandi præberemus.

In summa ergo Hæreticis respondetur, vel glossando Sanctorum auctoritates, vt supra factū est. Vel dicendo non certò, & exploratè constare an hæc sit firma, & constans omnium Sanctorum sententia. Et quando esset concors Sanctorum sententia, in similibus quæstionibus obscurissima Dei opera cōcernentibus, fortasse, quia nescitur in quam partem propendeat eorum sensus, atque consensus, donec ab Ecclesia discutiat, & fiat collatio, atq; decisio, nobis tunc irrefragabile argumentum non ministratur. Vnde August. 2. de pecc. originali cap. 23. ait. *Quis non ientiat in his, atque huiusmodi quæstionibus, siue ad obscurissima opera Dei, siue ad scripturarum abditissimas latebras pertinentibus, quas certo alio genere comprehendere ac definire difficile est, cum multa ignorari, sine aliquo eretici dogmatis crimen.* Et quando priuatis hominibus videretur desumi, quia non constat per Ecclesiæ iudicium de aperta, clara, firma, concordi, indubitabili, & nullas glossas admittente in hac re, Patrum sententia non erit quoad nos efficax testimonium. Quae Hæreticorum argumentum infirmum demonstratur, quod Patrum auctoritatem conuictere tentat, dū non de Patrū auctoritate, & cōcordi quæstio sit inter Catholicos, nec esse possit sub pœna perfida, sed de PP. intelligentia, quæ à Catholica Ecclesia expectanda est, & à Domino interim postulanda, ad quam postulandam Timotheum Paulus inuitabat Apostolus dicens. *Intellige quæ dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum, quod exponens Hil. XI. de Trinit. sic scripsit. Admonitus intelligendi, ex difficultate intelligentie est, per quam infirmitas sensus gratiam revelationis meretur.* Ergo si Timotheus Apostolico testimonio homo Dei, & legitimus Pauli, secundum fidem filius, ut intelligat, admonetur; quia ei Dominus intelligentiam in omnibus

# 18 Catholicarum præscriptionum. Lib. IV.

*Sit datus: Nos quoque admoneri per Apostolum ad intelligentiam meminerimus, scientes Dominū nobis intelligentiam omnium præfitorum, & ad reprimendum proprium iudicium, & philautiam subdit Hilarius. Et si forte humanae conditionis errore præsumptum aliquid tenebimus, perfectum intelligentiae per revelationis gratiam, quæ per Ecclesiam sine errore innotesceret, hanc intelligentiam, vel illam PP. tribuendo, non recusemus, ne intellexisse aliquid seme! suo sēsu ad id valeat, ut pudeat rectius, aliquid demutando, sentire, & idem Hil. ibidem exponens illud Apost. ad Philipp. 3. Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit, ait, Non præiudicat sensus anterior Dei reuelationi, nam Apostolus nouit in quo sapiant, qui sapiunt perfectè: & ijs qui aliter sapiunt reuelationem Dei, ut id quod perfectum est sapiat, expectat, & sequitur Hilarius ad nostrum propositum. Si qui ergo profundam hanc arcanae scientiae dispensationem aliter intellexerunt, & per nos imo, per Ecclesiam rectum aliquid, & probabile, imò certam intelligentiam præscribendo afferretur, non pudeat eos secundum Apostolum per reuelationem Dei, per Ecclesiam manifestatam. Sapere perfectè, ne magis ament veritatem ne scisse, quam oderint permanesse non veris: & subdit, quod Apostolus, eos qui aliter sapiunt, & quibus id Deus reuelauit, monet, eodem capitulo, in id festinare, in quo ingressi fuerunt, ut relicto primo ignorante sensu, secundum propositæ festinationis ingressum reuelationem perfectæ intelligentiae consequatur. Hic est Catholicorum character ad vocem Ecclesiæ definitis, & Patrum intelligentiam tradentis, proprium sensum refinqueret. Hæretorum vero relicta Ecclesiæ norma proprio iudicio, quo se ab Ecclesia separauit pertinaciter adhærere.*

## ARTICVLVS SECUNDVS.

An in omnibus diuinæ legis quæstiunculis, sit quoque PP. authoritas irrefragabile medium.

### Nouatorum Calumnia.

**R**aducunt nos Hæretici, quodq; quæstiones minimè ad fidem pertinentes, pro fidei quæstiunculis venditemus, si vnius, vel alterius Patris sententiam sequamur, vel etiæ eosdē nec in omnibus equaliter defēdamus. sic exp̄s̄ Lutherus agens de Purgatorio in commentario in Gen. capitulo 42. tomo quarto fol. 114. ex Kirchero fol. 844 ait. *Quod si Augustinus, aut alijs ex Patribus aliter sentiunt, sciamus eos legendos cum iudicio, nec articulos fidei ex Patrum dictis, & sententijs faciendo, scuti supe-*

*rioribus s̄eculis ea dementia horribiles tenebre in Ecclesiam inueniētæ sunt. Hac ille, ac si in uno vnius, vel alterius Patris sententia, fidem orthodoxam fundemus, vel fundari posse doceamus, vel in omnibus diuinæ legis quæstiunculis Patrum authoritatem sequamur. Eandem calumniam astruit Kemnitius apud Andradam de peccato originis, aduersus Tridentinos Patres, quod (vt somniet) contra sensum Patrum exceperint Beatam Virginem à primigenia labe, ac si in omnibus diuinæ legis quæstiunculis ad fidem nō pertinentibus à Patribus firmum duceretur argumentum, de quarum numero (vt supra dixit Cano, & habetur in bullâ super specula Pij V, existit quæstio de conceptione B. M. quantum ad præseruationem, vel emaculationem. Epistolam lege Greg. XV. ad Regem Cath. quæ est in legatione Episcopi de Carthag. Sed, vt istorum calumniæ redundantur, quibus aliquibus sciolis videri potest absque delectu rerum, & quæstiunculum indiscriminatim Patribus inhærendum, eodem certitudinis gradu, nevè male Catholicæ audiant apud aduersarios; quæstio ista mota est, vt magis elucescat authoritas Sanctorum, & fidei nostra fundamenta patefiant.*

### Oppositiones pro parte affirmatiua.

**A**rguitur primo, quod sic. Quia ad eundem pertinet sacerdote aliud propter finem, & perducere ad illum finem: sed finis scriptura, quæ est à Spiritu sancto, est eruditio hominum, quæ ex scripturis nō potest haberi, nisi per expositiones Sanctorum, ergo expositiones Sanctorum sunt à Spiritu sancto, in quibuscumque legis quæstiunculis.

Secundo, quia, vt arguit Augustinus epist. 8. ad Hieronym. tom. 2. si in scriptura canonica, vel minima falsitas deprehēderetur, periret fidei nr̄æ autoritas, pereunte autoritate scriptorum canonorum. Ergo si, vel minimus error deprehenditur, in scriptis Sanctorum, funditus tota Patrum, & Sanctorum peribit autoritas. Consequentia patet à paritate rationis.

Tertio, quia difficile possunt assignari regulæ, quando Patres loquuntur de publico dogmate, quando priuatum sensum tradunt: quando de quæstiunculis ad fidem pertinentibus discerunt, quando de quæstiunculis diuinæ legis, cùm & difficile quoquæ sit cognitu, quānam sit quæstio ad fidem pertinens, quæ vero impertinens. Ergo &c.

Quarto, quia etiam si admittatur hoc principium; solum in diuinæ legis quæstiunculis autoritatem Patrum non habere robur, tunc aduersarijs adaptamus viam ludendi omnia dogmata: dicent enim Patrum authoritates, quæ adducuntur de sacrificio, de purgatorio, de præséria Christi in Eucharistia, &c. ostendere consensum nō de fundamento fidei, sed de paleis, & stipulis, non de substantia fidei, nempe de articulis, sed circumstantijs, non de substantialibus, sed accidentiis; non in quæstiunculis fidei, sed eiusdem quæstiunculis Patres esse locutos.

*Argu-*

# De Patrum sensu, & autoritate.

19

## Argumenta in contrarium pro- orthodoxis.

**S**ed contra est authoritas Augustini epist. 48. dicentis de scriptoribus Ecclesiasticis, quod non sic leguntur tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non licet, sicuti forte aliter saperent quam veritas postulet. In eo quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo Pilipp. 3. accipere. Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus reuelauit, vobis,

Ex epist. 111. ad Fortunatianum, vbi tractasset questionem illam de videndo Deo, an hoc sit intelligendum de visione mentis, vel oculis corporalibus, non in se, sed in suo effectu, quomodo charitas oculis corporalibus aliquando videbitur; tenendo primam sententiam, Ambrosium, Hieronymum, Athanasium, Nazianzenum Ambrosium adducit, & mox subdit. *Hæc omnia de litteris eorum, & Latinorum, & Græcorum, qui priores nobis in Catholicæ Ecclesia viuentes, eloquia sancta tractauerunt, idèo cōmemoranda sunt, ut sciat frater, si quid aliter, quam iste sentit, deposita dissensionis amaritudine, & fraternalē charitatis suavitate seruata, atque in integrum restituta, diligenti, & tranquilla consideratione querendum, vel discendum, vel docendum, & causam assignans subdit.* Neque enim quomodolibet disputationes quamvis Catholicorum, & laudatorum hominum, velut canonicas scripturas habere debemus, ut nobis non licet salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere. Si forte inueniremus, quod aliter senserint quam veritas habet, diuinο adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel à nobis. Qualis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum. Sed Patrum intelligentia (rem fidei recensendo) quantum pondus auctoritatis habeat ostendit, dicens. *Denique in his omnibus, quæ de opusculis Sanctorum, atque Doctrinæ commemoraui, Ambrosij, Hieronymi, Athanasij, Gregorij, & si qua alicrum talia legere potui, qua commemorare longum putavi Deum non esse corpus, nec formæ humanae habere membra, nec eum esse per locorum spacia diuisibilem, & esse natura incommutabiliter inuisibilem, nec per eadem naturam, atque substaniam, sed assumpta visibili specie, sicut voluit apparuisse quibus apparuit, quando per corporis in scripturis sanctis vius esse narratur, in adiutorio Dei inconcusse credo, & quantum ipse donat intelligo.* Vbi clare appetet non semper in quacunque scripturæ expositione Patrum sententias sequendas, sed solum in fidei dogmate. hæc ex mente Augustini.

S. Hieronymus, quantam vim habeant Patrum commentaria, edendo, vel dogmaticè differendo, aperte declarat his verbis, in Apol. I. aduersus Ruffin. Commentarijs quid opus habent? al: en dicta differunt, quæ obscurius scripta sunt plauso sermone manifestant, multorum sententias repllicant, & dicunt: hunc locum quidam sic edisserunt, alii sic interpretantur, illi sensum suum, & intelligentiam his testimonijs, & hac nituntur ratione firmare, ut prudens lector cum diuersas explanationes legerit, & multorum, vel probanda, vel im-

probanda didicerit, ut dicat, quid verius sit, & quasi bonus trapezita adulterinæ monetæ pecuniæ repobet.

S. Thomas, quodlib. 12. art. 27. *Hoc tamen, tenendum est quicquid in Sacra scriptura continetur verum est, alias qui contra hoc sentiret, esset hereticus: expositores autem in alijs quæ non sunt fidei multæ ex suo sensu dixerunt, & ideo in his poterant errare: tamen dicta expositorum necessitatem non inducunt, quod necesse sit eis credere, sed solum scriptura canonica, quæ in veteri, & in novo testamento est.* Quæ doctrina non nisi ad priuatū Patrū sententias, vel ad concordem omnium, sed non in fidei dogmate referri potest, cum alias concordem sententiam Patrum tanquam infallibilem idem Sanctus Doct. recipiat, vt supra dictum est.

## CONCLVSION ORTHODOXORVM.

*Non in omnibus questiunculis diuinæ legis, Patrum auctoritas inconcussam habet auctoritatem.*

**R** Espendo, dicendum sicut dicit Lerinensis lib. contra prophan. voc. nouitates cap. 39. quod antiqua Sanctorum Patrum consensio, Non in omnibus diuinæ legis questiunculis, sed solum certè præcipue in fidei regula, magno nobis studio & inuestiganda, & sequenda. Cuius ratio inde accipi potest.

Primo, quia gratia gratis data interpretationis sermonum, in ordine ad fidem datur; ergo principaliter, & infallibiliter, quæ necessaria sunt ad salutem respicit, non illa occulta, et difficiliora quæ sine salutis discrimine contingit ignorare. Congruum ergo fuit, vt solum in retâ necessaria (ne parvulorum nutaret fides) auctoritas illa firma esset, quæ ex concordi Patrum testimonio (qui dono diuino illustrati sunt) trahitur, & ad donum prophetice reducitur à S. Thoma 2. 2. q. 176. art. vlt. ad 4. similiter, & in tradendo regulam fidei (quæ ad salutem quoque necessaria est) cum falli concorditer non possint, ex eo genere, quod publicam omnium fidem concernit, pariter necesse fuit trahi firmissimum argumentum. Unde Apostolus distinguens priuatas Doctrorum intelligentias à communib[us], expressè dicit, quod in illis aberrare contingit, in istis minimè Philipp. 3. Qui ergo perfecti sumus. i. Doctores, & priuatos Ecclesiarum, hoc sentiamus. Et quia poterat error accidere in nonnullis, vt à vero aberrarent, subiunxit, & si quid aliter sapitis. i. si hallucinari, & aberrare contingit, vel à publica fide per ignorantiam recedendo, vel in difficilioribus ad metâ nō pertingendo, & hoc vobis Deus reuelabit, & mox subdit veruntamen ad id, quod peruenimus, ut idem sapiamus, in eadem permaneamus regula. i. etiam si in difficultioribus, & ambiguis interdum aberrando aliter sapiamus, in fidei regula permaneamus, vbi aberrare omnes magistros Ecclesiarum non contingit.

Secun-

## 20 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

Secundo, ut appareat Pastores Ecclesiarum duplē rationē induere, personā, & officiū: & personaliter vnumquemque errare posse: in munere autem ministerij, & officiū, ad quod destinati sunt, à Spiritu sancto dirigi, cum scilicet in unitate fidei concordant. Vnde S. Augustinus primam rationē considerans 2. de Bapt. cap. 5. ait homines sumus. Vnde aliquid aliter sapere quam res se habet, humana tentatio est. Nimirum amando sententiam suam ad schismatis, vel hæresis sacrilegium peruenire diabolica præsumptio est. In nullo aliter sapere, quam res se habet angelica perfec̄tio est. Secundam rationē considerans lib. 3. contra Julianum Pelag. cap. 17. tanquam impiam vocem confutat eam Pelagianorum assertionem, dicentium Manichaeos (sic enim catholicos appellabant) Corrupisse Ecclesiam per sanctos antistites Dei, memorabilesq; Doctores Irenaeum, Cypriani, Rheticium; Ecclesiam, & sanctos errasse, traducendo Christi, & Ecclesia viscera infamando. Sed egregiè aduersus hanc calumniam inuechitur in eosdem Pelagianos, dicens non habere contra vetustam pulchritudinē S. are quid nouitia deformitas meniatur, ut tot Episcoporum glorioſorum, Catholicorum in tanta suarum sententiārum manifestatione, consensum criminetur.

Tertio, ut ex hoc discernatur authoritas Patrum à scriptoribus canoniciis: nam scripturis sanctis, nec in minimo, apice refragari licet: vnde August. epist. 48. ad Vincentium, ait: *Hoc autem genus litterarum ab auctoritate canonica distingendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicuti forte aliter sapuerint quam veritas postulat.*

Quarto, ut exercendorum ingeniorum cum fabri occupatione daretur occasio, & pruritus curiositas ex inuestigatione inutilium sedaretur, & liberas habens haberet ingenium in rebus non concernentibus fidem; ut inquirendo impunè percurreret, quod alias in rebus fidei captiuatur, & terminis fidei orthodoxæ continetur. Vnde idem Augustinus. *Itaque in eis (nempè Patribus) se qua forte propterea dissonare videntur à vero, quia non ut dicta sunt intelliguntur: tamen ibi liberum habet lector iudicium, quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod offenderit, & ideo cuncta huiusmodi, nisi vel certa ratione, vel ex illa canonica auctoritate defendantur, si cui displexerit, aut videre noluerit, non reprehenditur.* Liberum ergo est uniuersique, cum priuatus sensus, & priuata intelligentia traditur à Patribus, si meliora occurrant, contra sentire, & de quæstiunculis ad fidem non pertinentibus liberum habere iudicium.

### Solutio Oppositionum.

**A**D Primam, finis expositionis sacrae Scripturæ est eruditio. Sed principaliter eruditio contingit per fidei doctrinam: secundario per subtilitates quasdam, quæ non sunt necessariae ad salutem; sed cedunt in decorum sacrae doctrinæ. Vnde dicit Dominus. Esai. 48. Ego Deus docens te vtilia, non dicit subtilia. Quare quæ dantur

ad utilitatem gratiæ gratis datae, ad manifestationem doctrinæ fidei dantur infallibiliter: in ceteris vero quæ ad fidem non pertinent, si aberrare aliquem Patrum contingat, tunc non ex spiritu Dei loqui, sed proprio, liberè profitemur.

Ad secundā dicit Augustinus 11. contra Faustum cap. 5. quod scriptura tam in Sede quādam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis pius, & fidelis intellectus. Ibi si quid velut absurdum nouerit, non licet dicere auctor huius libri non tenuit veritatem &c. in opusculis autem posteriorum, quæ libris innumerabilis continentur, sed nullo modo illi sacrissimæ canoniarum scripturarum excellentia coequantur, etiam in quibuscumque eoruā inuenitur eadem veritas, longè tamen est impar auctoritas: subiungit autem medium, quomodo reperiatur veritas in horū opusculis, aliter quam in scriptura. In his enim tantum constat de veritate, in quantum certa ratione, vel auctoritate canonica demonstrantur, vel consensum Ecclesiæ exprimunt; sed liberum est in ceteris contra sentire, vel eos refutare, ut dictum est: *In illa vero canonica eminētia sacrarum litterarum, etiam si unus Propheta, seu Apostolus, aut Evangelista aliquid in suis litteris posuisse ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare quod verum sit; alioquin nulla erit pagina, qua humanae imperitiæ regatur infirmitas, si librorum saluberrima auctoritas, aut contempta penitus aboleatur, aut interminata cofunditur.* Quare non cum hac limitatione, sed simpliciter accipienda sunt omnia verba scripture. Patrum vero auctoritas cum conditione in priuatis eorum sententijs accipienda, id est si ex scripturis demonstrant, vel sensum exprimant Ecclesiæ: vnde propterea dicit Augustinus, quod *Libri non precipiendi auctoritate, sicut si in scriptura, sed proficiendi exercitatione scribuntur a nobis.* Inter hos enim sumus, quibus idem Apostolus Philipp. 3. dicit, *Et si quid aliter sapies, id quoque vobis Deus revelabit.* Hoc ergo genus literarum, non cum crededi necessitate, sed cum iudicandi libertate legendum est. Dixi in priuatis eorum sententijs, nam quando sunt testes traditionis, vel communem consensum exprimunt, inconcūsum tunc robur auctoritatis obtinent.

Ad tertiam respondetur, quando Patres suum sensum exprimunt, quādo Ecclesiæ referunt sensum, dicitur inserius. Nunc solum assignandæ sunt regulæ ad sciendum, quæ sunt quæstiunculae diuinæ legis ad fidem impertinentes, quæ vero ad fidem pertinentes.

Prima regula, illa est quæstiuncula impertinēs ad fidem in qua (ut ait August. 2. de peccat. orig. contra Pelagium, & Cælestium cap. 23.) salua si de qua Christiani sumus, aut ignoratur quid verū sit, & sententia definitiva suspenditur, aut aliter quam est humana, & infirma suspicione cōcipitur, veluti subdit Augustinus (de multis quæstiunculis exemplificans) *Cum queritur ubi sit nunc Helias, vel Enoch, an ibi, an alicubi alibi, quos tamen non dubitamus in quibus natū sunt corporibus vivere.* Vel cum queritur utrum in corpore, an extra corpus, in tertium cælum sit raptus Apostolus: *quamquam sit imprudens inquisitus id scire volens,* tunc

tiem, quod se ille, cui hoc præstum est, salua utiq; fide, nescire iestatur. Vel quot snt cœli, in quorum tertium se raptum esse commemorat. Vel utrum elementa mundi huius confitibilis quatuor, an plura sint. Quid faciat solem, lunam, &c. deficere, his defectibus, quod prædicere Astrologi certa temporum dinumeratione consueuerunt. Cur antiqui homines tamdiu vixerint quam sancta Scriptura testatur, & utrum proportione longoris ætatis filios gignere cœperint. Vbi potuerit Mathusalem vivere, qui in Arca non fuit, qui sicut plerisque in codicibus, & Græcis, & Latinis numerantur anni, reperitur superuixisse diluvio: vel utrum paucioribus, qui inueniuntur, potius credendum sit, in quibus ita est numerus conscriptus annorum, ut ante diluvium defunctus fuisset monstretur' hæc ille.

Secunda Regula. Illæ questiones etiam minimè pertinent ad fidem que obscurissima opera Dei, vel scripturarum abditissimas latebras concernunt. Hanc insinuat Augustinus loco citato, vbi ait post superius allegata verba. *Quis enim non sentiat in his, atque huiusmodi varijs, & innumerabilibus questionibus, siue ad obscurissimam opera Dei, siue ad scripturarum abditissimas latebras pertinentibus, quas certo aliquo genere complecti, ac definire difficile est, & multa ignorari salua Christiana fide, ut alicubi errare sine aliquo heretici dogmatis crimen.* huius regule ratio est: nam cum fidei regula certa esse debeat, non possunt ex incerta cognitione diuine voluntatis (cuius nullus est consiliarius) vel potestatis (quam nullus valet comprehendere) aut Diuini Verbi intelligentia, Doctores & Patres certò aliquid definire. exempla huiusmodi essent. Quomodo animæ crucientur ab igne Inferni, vel Purgatorij. Quomodo sacramenta eleuentur, an per qualitatem illis impressam, an ex sola extrinseca elementi ad Deum subordinatione, & his similia. & quantum attinet ad scripturarū obscurissimos sensus innumera proferri possunt exempla. Sed nihil aliud esset, quam hic librorum præsertim propheticorum non minimam partem transcribere.

Secunda Regula. Illæ questiones, que non communem legem, sed priuilegium in sui patrocinium afferunt, non pertinent ad fidem. eiusmodi est illa questio, an Moyses, vel Paulus viderint Deum per essentiam, an Beata Virgo contraxerit peccatum originale, ex Bulla P. j. V. super specula, vbi dicitur non pertinere ad eas questiones fidei de quibus dicitur, *Corde creditur ad iustitiam ore autem sit confessio ad salutem.* An omnes, qui repenteatur viui in die iudicij, nulla interueniente mora, viui iudicandi sint, an vero morientur. & primam quidem opinionem refert S. Thom. 2. ad Corin. cap. i. lect. 9. fuisse aliorum Patrum, & qui illam tenuerunt hanc lectionem sequuti sunt: *Omnis quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur, vbi nos legimus, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, & utraque lectio ab Ecclesiasticis viris olim admissa est.* Iege de hac re S. Hieronymum Epist. ad Miner. & Alexand. Verum post vulgatae approbationem factam in Concil. Trid. posterior est retinenda: vnde quod omnes morientur, verior, atque secundior sententia

adiudicatur. Quare absque hesitatione tenenda est. Rursus an Patres illi, qui surrexerunt cum Christo, quorum monumeta in Passione eiusdem aperta sunt, surrexerunt iterum morituri, vt voluit August. Epist. ad Euodium, an vero talis illis fuerit præsta resurrectio, qualis nobis in fine promittitur, vt alij voluerunt apud eundem: Item & illa, quam de perfectione contra Celestium lib. de perfectione iustitiae posuit Augustinus, an excepto capite nostro sui corporis Salvatore assenti posuit, vel fuisse, vel esse in hac vita aliquos homines iustos sine aliqua peccato, de qua questione hæc dicit Augustinus: non nimis extimo reluctandum: scio enim quibusdam esse visum, quorum de hac ressentientiam non audeo reprehendere, quanquam nec defendere valeam. Sed in his multis huiusmodi auerte, quod si infidelitatem quis non incurret propter authoritatem S. Augustini, temeritatem posset incurrire, si passim hæc priuilegia vnicuique, sine sufficienti auctoritate, vel ratione quis vellet tribuere, vt si quis dicere vellet, aliquem præter Moysem, & Paulum vidisse Deum per essentiam, vel quod alijs preter Virginem sit concessum quod sit immunis à peccato veniali, vt notat Medina 3. par. q. 28. art. 6.

Quarta regula. Illæ etiam sunt questiunculae leges ad fidem impertinentes, ex quibus ex vulgaris opinione, vel ex aliorum Doctorum sententia minimè tamen fundata ratione, aliquæ afferuntur: huiusmodi sunt aliquæ, de quibus fuit cōsultus S. Thomas, vt appareat opusc. 12. d. sex articulis, v.g. an Stella quæ magis apparuit, habuerit figuram crucis. Secunda an habuerit figuram hominis. Tertia an habuerit figuram crucifixi, si cut quædam similia narrat Chrysostomus super Matth. non quasi afferendo, sed potius quasi ab alijs dictata recitando. Et rursus, an ex quo Simeon dixit Beatæ Virgini, *tuam ipsius animam pertransbit gladius,* quolibet die naturali usque ad Resurrectionem Christi, septies illud dictum recoleret pia Virgo; cum dolore vehementi. Quibus questiunculas respondet S. Thomas, quod hæc omnia eadem facilitate contemnuntur; quæ dicuntur, cum nulla sint auctoritate sustulta. Huiusmodi est etiam illa questio, an Adam sit sepultus in Golgotha, qui est Caluarie locus (sicut quidam apud Hieronymum super 27. Matt. cap. dixerunt) qui ideo sic vocatur, quia ibi antiqui hominis conditum est caput: quam sententiam fauorablem interpretationem S. Thomas dicit, mulcentem aures populi, non tamen veram. Legit illum 3. par. quæst. 47. art. 10.

Quinta regula. Si aliquæ questiones sint, quæ minimè ad pietatis doctrinæ spectant, sed magis Philosophorum dogmata concernunt, ita ut eorum decisio petenda sit ex ratione naturali, quantumvis misceantur eis, quæ per revelationem decidi possint, tunc tales questiones nequaquam ad fidem attinent. exemplum est an saltēm æquuocē cœlum sit animatum, de quo nihil ad fidem refert, ait S. Thomas 2. contra gentes cap. 70. affere siue sic, siue aliter dicatur, sicut etiam prius docuerat S. August. in Enchiridion. cap. 58. nam licet de eis multa in scripturis sacris cognoscamus, vt quod sint plures &c. tamen huius questioñis decisio

## 22 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

cisio ex scriptura, & regula fidei non habetur, sed ex rationibus naturalibus petenda est. Huiusmodi sunt multæ quæstiones, de quibus consultus fuit S. Thomas à Ioanne Vercellensi Magistro Generali Ordinis Prædicatorum, vt appareat in opus.20.v3. an Deus moueat immediate aliquod corpus, an Angeli sint motores corporum cœlestium, an infallibiliter sit probatum, Angelos esse motores cœlestium corporum, An Angeli mouentes orbes sint de numero virtutum. In his autem qq. si Patres aberrant, nullum est fide prædicium, quare quod dicit Basilius ho.3. in examine firmamento, niue, cœlorum numero, & hom.4 de proprietatibus aquæ, & ignis; & hom.6. de luce primo creata, de distinctione rerum ex nostra ratiocinatione; item de astris firmamentis, & ho.7. de anima arborum, & hom.8. de vulturibus, cum res istæ sint ad Philosophiam pertinentes, etiam si à placito Philosophorum Basilius deuiauerit, Patrum ex hoc non infirmatur authoritas.

Sexta regula, & si ex Theologia sit petenda, decisio quæstionum earum, quarum assertio, vel negatio nihil officit pietati, & scripturæ veritati, & ecclesiasticæ doctrinæ nō contradicit, adhuc tales quæstiones essent impertinentes ad fidem. Huiusmodi est illa. An informitas materia tempore etiam præcesserit formationem ipsius, vt voluisse videntur Ambrosius, Basilius, Chrysostomus, an solum origine naturæ, vt dixit Augustinus. An dies, quibus formatum est vniuersum sit unus dies septempliciter representatus, vt voluit Augustinus, an vero fuerint septem dies diuersi, vt volunt alij Sancti.

Septima regula, ad quæstiunculas legis pertinent illæ, quæ supposita veritate, & substantia rei, quæ in scripturis manifestatur, circumstantia tamen, quia ex scripturis, & traditione certo haberi non possunt, inuestigantur: huiusmodi est illa quæstio, supposito, quod Paradisus sit locus corporeus, & ad orientalem plagam positus, queritur, vbi nam sit paradisus, in qua parte orientis. Item supposita veritate fidei, quod baptisma nouæ legis sacramentum sit institutum à Christo, quæstio ad fidem impertinens erit, quando fuit institutum, an Ioh.6. vbi discipuli Christi Domini baptizabant, an Matt. ultimo cum dicitur. Euntes docete, &c. baptizantes, &c. similiter de sacramento extremæunctionis an fuit tunc institutum cum ex Christi mandato Apostoli vngabant Oleo multos ægros, & sanabantur, vt dicitur Marc.6. an vero post eius passionem. Item de Matrimonio, an cum nuptijs interfuit matrimonij contractus sit eleuatus ad ratione sacramenti; an autem cum dictum est à Christo Domino. Quod Deus coniunxit homo non separat, &c.

Vltima regula. Ad quæstiunculas eiusmodi reducuntur illæ, quæ circa temporum supputationes, & genealogias versantur, vbi non constat de scripturæ, vel traditionis testimonio, vt passim dñe est in doctoribus, & expositoribus, in quibus contraria sentire reperiuntur circa huiusmodi.

His quæstionibus legis e regione opponuntur quæstiones illæ, quæ ad fidem pertinent: illæ autem sunt, quæ ex regula fidei, scriptura, scilicet, & traditione, vel ex eis, quæ cum scriptura, & tra-

ditione individuo nexu sunt coniuncta, terminari possunt: omnes autem, quæ ex huiusmodi terminari nequeunt, ad quæstiunculas pertinent, quādo ergo ex fidei regula terminari possunt tūc (cum iam ad fidei quæstiones pertinent) Patrum consensum debemus sequi, vt supra dictum est, sub perfidiæ pœna, in cœteris liberum est, eorum sententijs meliori ratione, vel autoritate reperta cum modestia refragari.

Ad quartam respondetur per ea, quæ dicta sunt, illa omnia controuersa capita (quicquid moderni blatterent hæretici) tenendo, firmando cōstanter, perseveranter tradita sunt à Patribus, ad fidem attinere: & illa distinctio dolose inuenta est ab hæreticis, vt fidem catholicam ad solam scripturam, & symbolum fidei credendum coarctet, & traditiones apostolicas eliminet, de qua re infra cū de Ecclesia disputabitur sermo redibit.

### ARTICVLVS TERTIVS.

Quorum Patrum sententiæ sint recipiendæ; Et an omnes Patres sibi semper, & æqualem in omnibus vendicet auctoritatem, ut si unus uel eorum alter à vera fide aberrarit, tota eorum auctoritas corruat.

#### Positio Nouatorum.



Vm ex testimonio Patrum sua dogmata infirmari videāt Nouatores, et eorum auctoritate, qui postmodum lapsi sunt, vel hæreticorū patrocinii suscepunt, quantu[m] sint testes anti quæ traditionis, penitus ex hominum memoria delere satagerunt, sic cum Tertullianus adducitur pro sacrificio, & huiusmodi, passim conclamat à Magdeburgensis delirare, & Melanthon. comm. in 24. ad Roman. illum dicit. Ridicule argumentari, ludere de Regno Sanctorum, ludicra deliramenta in Ecclesiam inuehere, durissimè declamitare, de consuetudine habenda pro lege, vt confirmaret ingentes errores: qua propter eius enarrationes, & disputationes non recipiendas esse. Hæc ille.

Origenem vero Tilmannus Heshusius vocat hominem nullius iudicij, Origenes, ait, homo doctus immensi laboris; admiranda diligentia, verum nullius iudicij, quod ad verum intellectum sacramentum litterarum attinet, & paulò post rixosam Pauli sententiā nō absque insigni, & pernicioſa depravatione exponit, nobilissima vero testimonia, quæ sunt fons omnis consolationis, non sine blasphemia inuenit. Beza in cap.3. ad Rom. Origenem ait hominem fuisse, selectum Diaboli organum, &c. Sed, & Lutherus in colloquijs mensalibus cap. de Patribus Ecclesie, de singulis singillatim pronunciatis scripsit. In Hieronymi scriptis, ne verbūm qui-

quidem de vera in Christum fide, vel religione orthodoxa inuenit Tertullianus superstitionem sapit. Tamdiu est quod Origenem anathematis reum iudicemus.

Sed alia via alij incedentes extrema non defuerunt, qui veterum quorundam auctoritate permoti, ipsorum errores pariter insectati sunt: nam exempli gratia, vbi Tertull. docuit, rebaptizandos haereticos De Baptis. cap. 15. idem decrevit Synodus Caluinica Vapincens. 1603. idem docent quoque Anabaptistæ. Vbi Tertull. dixit, ibi esse Ecclesiam, vbi etiam sint tres Laici lib. de exhortat. castit. de velan. virgin. de anima cap. 9. in Lai- cis posuerunt Ecclesiam Laicocephali, & Magdeburgenses Ecclesiam ponunt in paucis. Origenes tandem impios saluandos docuit, idem dogmatizasse Anabaptistas scribit confessio Augustana. art. 17. Faustus Episcopus Rheyensis, Cassianus, & alij Presbyteri Galliarum, qui viuo, & mortuo detrahebant Augustino, & si gratiam saterentur, in nobis tamen semina, esse & conatus, per quos nobis inchoantibus daretur gratia, fatebantur, ex Prosp. contra Collatorem, & alios; Melanthon de loc. communibus cap. de liber. arbitrio, dicebat hominem suis viribus se ad gratiam disponere, ac præparare posse, Semipelagianis exuuijs se induens.

Nostris vero temporibus non defuerunt, qui Faustum ab haeresi amicè excusare studuerunt, sicut, & quidam Cassianum; vnde & S. Prosperum tacite submordere visi sunt, qui librum contra Collatorem inscripsit, aut falsò S. Prosperi mētem conati sunt interpetrari. Sed hi non paruum patrocinium Semipelagianorum suscepserunt. Vnde non recte Lorinus Cassianum vocavit Doctorem magnum veritatis. A. c. 9. Sed & sanctitatis titulo male quoque eundem insigniuit Valentia 3. par. disp. 4. quæst. 1. pun. 4 nec recte Molin. 1. par. q. 62. art. 2. defendit illam Cassiani propositionem, Angelos Apostatas amisisse beatitudinem quam habebant. Nescio etiam qua ratione obseruationes in Cassianum editæ sint absque nomine authoris, in quibus multæ noxiæ, & periculosæ quædam Cassiani propositiones exponuntur, & benevolè excusantur.

### Pro parte affirmativa.

**A**rguitur primo, nam in cap. Sancta Romana dist. 15. dicitur. opuscula Tertulliani Apochrypha, Origenis opera ibidem exploduntur. Item opuscula Cassiani Apochrypha, opuscula Fausti Rheyensis Gallorum Apochrypha. ergo. Confirmatur quia de hominibus his, & similibus, ait Hormisda epistola ad Possessorem. *Neg; Faustum Gallum, neque quemquam quos in auctoritate Patrum nō recipit examen Catholice Fidei, aut Ecclesiastice discipline, ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præiudicium generare.*

Secundò, ex Lerinensi contra Proph. vocationes cap. 39. vbi ait. Quod non omnium Patrum sententiæ sunt accipiendæ, sed eorum qui in fide, & communione Catholica, sanctè, sapienter, constanter, viuentes, docentes, & perma-

nentes, vel mori pro Christo fideliter, vel occidi pro Christo feliciter meruerunt.

Tertiò, ex auctoritate Hieronymi epistola ad Ctesiphontem, vbi demonstrat contra Pelagianos se non teneri testimonio auctorum aliquorum, quos Pelagiani allegabant, quia erant suspectæ fidei, & haeretici: vnde veniens ad Euagrium, qui apathiam Stoicam statuebat, sic dicit, quod Euagrius librum quoque scriptum de Monachis, multosque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuisse Origenitas, & ab Episcopis damnatos esse non dubium est. Ammonium v. 3. & Eusebium, & Euthymium, & ipsum Euagrium, Or quoque, & Isidorum, & multos alios, quos enumerare tedium est, &c. hæc ille.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est primo, nam S. Cyprianus tanti faciebat lectionem Tertulliani, vt ne diem quidem sine tali lectione traduceret, solitus Notario dicere (ex Hieronym. in catalogo) *Damagistrum* per magistrum Tertullianum significans. & idem Hieronymus ad Magnum Oratorem scribens, ait. *Tertulliano quid acutius: quid eruditius?* denique in Apologetico libro, quem aduersus gentes conscripsit, cunctam sc̄culi disciplinam contineri dixit. Idem Hieronymus epist. ad Pamphilium, & Oceanum, *vult: inquit, aliquis laudare Origenem, laudet, ut laudo. Magnus vir ab infantia, ut vere martyris filius, & postea scripturas memorie tenuit, & in studio explanatio- nis earum diebus desudauit, & noctibus: mille, & eo amplius tractatus, quos in Ecclesia locutus est, edidit, &c. quis nostrum potest tanta legere, quanta ille conscripsit? etiā in homil. super Cantic. scribit quod cum in ceteris reliquos vicit, in Canticis se- ipsum vicit.*

Idem Hieronymus epist. i. f. inter epist. Augusti de quodā loco Gal. 1. dicit. *Origenis commentaria secutus sum, & mox. prætermitto Didimum videntem meum, & Apollinarem Laodicenum de Ecclesia nuper egressum, & Alexandrum veterem haereticum, Eusebium quoque Emensem, & Theodorum: Heracleotem, qui & ipsi nonnullos super hac re commentarios reliquerunt, & quibus vel si pauca decerpserem, fiet aliiquid quod non peccatum conteneretur. Vbi apparet etiam S. Hieronymum multorum damnatorum testimonio fuisse vsum.*

Faustus laudatur à Génadio, & alijs quod scripsit librum, in quo, iuxta Patrum fidem, consubstantialitatem Spiritus sancti cum Patre, & Filio propugnarit: etiam Cassiani collationes paucim in manibus teruntur, & voluntantur, earumdemq; fuerunt viri sanctissimi studiosi, vt Benedictus, vt patet in reg. c. 42. Dominicus, ex Beluac. lib. 15. Histor. cap. 14. S. Thomas, vt in eorum vitis describitur, & Photius in Biblioth. num. 266. vtilissimas esse ijs, qui religiosam vitam inire cupiunt, aper- tè descripsit.



**CONCLUSIO ORTHODOXORVM.**  
PP. non aequalis authoritas. Illorum magna  
qui ab Ecclesia non recesserunt. infirma  
eorum, in iis, in quibus à fide  
deuinarent.

**R**espondeo dicendū, sicut dicit Tertullianus lib. de prescript. c. 3. quod non ex personis fidem, sed personas ex fide metiri debemus, & ut dicit Lerinensis, non cum Doctoribus Ecclesie fidem deserere debemus, sed cum Ecclesia Doctores recipere, cap. 23. propterea autem Patrum auctoritas interdum necessarij suscipitur, quia sensus Ecclesie, & doctrina Ecclesie certò per ipsos, & indubie exprimitur, vel interdū probabiliter, quia quandoque etiam aliquid vel ex scripturis, vel traditione probabiliter deducunt. Ergo quādo aduersus Ecclesie sensum, & doctrinam aliquis Pater sentiret, tantum abest, vt nullum argumentum subministretur, vt etiā scriptis quoque suis probabilibus (quamvis olim in Catholicis descriptis) detrahatur auctoritas, vt de Tertulliano scripsit Hieronymus. Cum ergo non omnium Patrum sit probata fides, aliqui enim, & si multa (in Ecclesia constituti) catholicè conscriperint, multa tamen opuscula postea in hæresim lapsi, contra Ecclesiā descripserunt, vt Tertullianus, Origenes, Eusebius; aliqui verò in suspicionem hæreseos venerunt propter susceptum hereticorum patrocinij, vt Faustus, & Cassianus, non omnium æqua pariter est auctoritas: illi namque auctoritatem obtinēt, qui in eodem sensu, & in eadem sententia Ecclesiæ, in fide perseverarunt; illos autem, qui à tali communione sententiæ, & fidei descierunt, in eō, in quo descierunt nullam sibi vindicant auctoritatem certum est. *Non enim est Deus disfensionis*, ait Apostolus, *sed pacis*, id est ut exponit Lerinensis cap. 40. non eius, qui à consentiente unitate defederit, sed eorum, qui in consentiendo pace permanerint, sicut inquit in omnibus Ecclesijs Sanctorum doceo, id est Catholicorum, quæ adeo sancte sunt, quia in fidei communione persistunt. Et ne quis forsitan prætermisssis ceteris, se solum audiri, sibi soli credi arrogaret, paulò post ait, an à vobis inquit verbum Dei processit, aut in vos solos deuenit? Et hoc ne quasi perfundorius acciperetur adiecit: si quis inquit, Propheta esse aut spiritualis, id est spiritualium rerum magister summo studio æqualitatis, & unitatis cultor existat, ut scilicet, neque opiniones suas ceteris preferat, & ab uniuersorum sensibus non recedat. cuius rei mandata, qui ignorat, inquit, id est aut nescita non dicit, aut scita contemnit, ignorabitur, hoc est indignus habebitur, qui inter unitos fidei exæquatos humilitate diuinitus respiciatur, Et c. vel ignorabitur, ut nullam mereatur cognitionem, & approbationem. Quod si quædam, quæ ad fidem Catholicam pertinent, vel ad eius elucidationem faciunt, reperiantur, in his qui ab Ecclesia descivere, tunc ut dicit Hieronymus epist. ad Minerium, & Alex. opus est illud Apostoli libenter audire: omnia probare, quod bonum est retinete, & Saluatoris verba dicentis: esto te probati nummularij, ut si quis numerus adulter est, & figuram non habet, nec signatus est, moneta

publica, reproketur: qui autem Christi faciem claram præfert lumine in cordis nostri marsupium recondatur, & concludit. meum propositum est antiquos legere, probare singula, retinere que bona sunt, & à fide catholicæ Ecclesie non recedere.

*Ad argumenta pro parte affirmante.*

**A**d primum, dicuntur opuscula Tertulliani Apochrypha quantum ad ea opuscula, quæ contra Ecclesiam texuit, vñ. de pudicitia, de fuga in persecutione, de Monogamia, de ieunijs aduersus Psychicos, &c. noluit autem Gelasius in ceteris nullo modo legi, sed quod publicè, & in templis non recitarentur, hæc enim indicat notio vocabuli *Apochryphi*, & decreti verba insinuant. Et ut rem à suo ordiamur principio, sciendum est contra fidem expresse scripsisse Tertullianum: ad Montani enim dogma declinavit: in decretum Romani Pontificis iubentis lapsos esse recipientes, stylum acuit, etiam Catholicos in contemptum Psychicos appellans: & ideo à S. Zepherino Papa excommunicatus est; vnde de eo Hieronymus sic scripsit. *Hic cum usque ad medium etatem presbyter Ecclesie permanisset, inuidia postea, & contumelias Clericorum Romanorum Ecclesie ad Montani dogma delapsus, in multis nouæ prophetiae meminit: specialiter autem aduersus Ecclesiam texuit volumina, De pudicitia, de persecutione, de ieunijs, de Monogamia, de ecclasi libros sex, & septimum quem aduersum Apollonium composuit.* eius omnes, & singulos errores diligentissime Pamelius in notis ad Tertullianum animaduertit; necnon & paradoxæ aliqua, quæ explicationem pati poterant, diligenter idem Pamelius annotauit. Certè lapsus tanti viri omnibus numeris absoluti spectaculum timoris extitit, ut nullus suo ingenio fidere, & non in se de donis Dei, sed in Deo gloriari addisceret. Eiusdem lapsus, quod magna fuerit in Ecclesia tentatio eleganter S. Vincentius Lerinensis cap. 24. deplorat his verbis, lectu dignis.

Sed & Tertulliani quoq; eadem ratio est, nam sicut ille apud Gracos, (nempè Origenes) ita hic apud Latinos nostrorū omnium facile princeps iudicandus est. *Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis, atq; humanis & cibis exercitatus? nempè omnem Philosophiam, & cunctas Philosophorū sectas, autores, assertoresque sectarum, omnesque eorum disciplinas, omnem historiarum, ac studiorum varietatem, mira quadam mentis capacitate, complexus est: ingenio verò nonne tam graui ac vehementi excelluit, ut nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliserit?* Iam porro orationis suæ laudes quis exequi valeat? quæ tanta nescio qua rationum necessitate conserua est, ut ad consensus sui, quos suadere nou potuerit impellat, cuius quot pene verba, tot sententiae sunt, quot sensus tot victoriae. Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxœ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, ceterique, quorum ille blasphemias multis, ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus euertit. Et tamen hic quoque post hæc omnia

# De Patrum sensu, & autoritate.

2

nia, hic inquam Tertullianus Catholicī dogmatis, id est universalis, ac veteris fidei parum tenax, ac desertior, multò quād fideliter, mutata deinceps sententia, fecit ad extremum, quod de eo Beatus Confessor Hilarius quodam loco scribit: sequenti inquit errore detraxit scriptis probabilibus auctoritatem: Et fuit ipse quoque in Ecclesia magna tentatio. Sed de hoc nolo plura dicere: hoc tantum commemorabo, quod cōtra Moysi praeceptum exurgentis in Ecclesia nouellas Montani furias, & insanā illā insanarum mulierum nouitij dogmatis somnia, veras prophetias assuerando, meruit, ut de se quoq; & scripturis suis diceretur. Si surrexerit in medio tui propheta, & mox, non audies verba Prophetæ illius. Quare? quia tentat vos Dominus vester, utrum diligatis eum an non. His igitur tot, ac tantis, ceterisque eiusmodi Ecclesiasticorum exemplorum molibus evidentē adverte, & secundū Denteronomij leges luce clarius intelligere debemus, quod si quādo aliquis Ecclesiasticus magister à fide aberrauerit, ad tentationē id nostrā fieri prouidentia diuina patiatur, utrū diligamus Deum, an non, in toto corde, & in tota anima nostra. Verum est tamen quod multa ex Tertulliani operibus desumuntur egregia testimonia, quibus antiqua Ecclesiæ fides, & traditio comprobatur, & nupera dogmata antequam nouatores nascerentur, confutationem acceperunt. Extat confessio Tertullianica, vt & Cyprianica, fidē orthodoxam à 1400. annis dilucidē repetens, quam edidit Franciscus Theodorus Petreus cum antidoto pro eadem confessione aduersus Lutheranos, & Calvinistas concinnata, eas Lector consulat. Vnde non consequens est quod priuati hominis erratis publicam fidem in discrimen adducamus, & in omnibus Tertulliani fides abrogetur; aliud enim est authorem adducere propria cudentem aliud antiquitatis monumenta testantem. Vnde egregie S. Hieronymus ad Pamphacium, & Oceanum scribit. *Beatus Cyprianus Tertulliano magistro vitetur, eruditī ardētis que viri delectatur ingenio, non etiam cum eo Montanum sequitur, nec bonis aduersariis si honestum quid habuerint detrahendum, nec amicorum laudanda virtus, sed unum quodque rerum, non personarum pondere indicandum.*

Quantum verò attinet ad lectionem operum Origenis, Respondetur, quod eius (sicut, & Tertulliani) non sunt penitus in omnibus reprobata. vnde censura Sancti Gelasi attēdenda est, in qua dicitur illa esse suscipienda, quæ S. Hieronymus approbat, cetera vero cum ipso auctore esse damnanda: quod & in V. Oecumenica Synodo sub Vigilio Papa, Iustiniano Cæsar Imperatore præstitum est, supplicantibus enim Hierosolymæ Monachis, & Episcopo multa dogmata Origenis suere damnata, quæ extant apud Nicephorum lib. 17. cap. 25. & 28. & in eadem Synodo actio. 8. cap. 11. Origenes cum scriptis damnatus pronunciatur, & in 6. Synodo actione 11. Erroneus, (in Sophronij epistola quæ recepta est act. 3.) aperte nuncupatur. Et in 5. Synodo actio. 5. Origenes anathematizatus post mortem aperte asseritur. & in decreto 18. Synodico Martini Primi aduersus Monothelitas, & in Constitutione scripta con-

tra Origenem à Iustiniano Imperatore ad Mennam (de qua Baronius 7. tom. annal.) errores eiusdem recensentur. Quinquod Origenis libri Periarchon ab Anastasio Papa damnati sunt: & S. Pacomius ex hac vita decedens Origenis errores damnatos sub testamento cauendos legavit. extat elegans epistola S. Hieronymi ad Auitum de cauendis Origenis in lib. Periarchon erroribus; & Photius in Bibliotheca pag. 4. num. 8. fabulosè de Patre, & Spiritu sancto, &c. locutum esse testatur. S. Epiphanius eundem Origenem insectatur in hæresi Origenistarum, & Aug. lib. 5. de hæresibus, & S. Bernardus tom. 1. serm. de verbis Origenis sic habet. *Quamus nec hoc quidem slenderum arbitror, quod euidentissimè illum contra fidem non nulla scripsisse, Sanctorum PP. tradat authoritas: & cetera. vnde mirum est quod post damnationem eius ab Anastasio Papa, à sexta Synodo, Patrum auctoritate conspirante, nonnulli moderni apologiæ Eusebij pro Origene sub nomine Pamphili martyris conflictam, à S. Hieronymo comprehensam, à Gelasio (qui eam quoque nominat Eusebij librum pro excusatione Origenis) tanquam sopitum ignem rursus ausi sint reaccendere; & ab hæresi Origenem liberare studuerunt, inter quos est Iacobus Merlinus Apologia pro Origene, Picus Mirandulanus in sua Apologia in disputatione pro salute Origenis, & noster Sixtus Senensis lib. 4. Biblioth. & Sotus 4. dist. 45. q. 2. art. 2. & dist. 50. q. 1. art. 1. Hi auctores si auctoritatē Ecclesiæ attendissent, non benevolè Origenem excusassent, nec asseruissent eum non pertinaciter errasse, vel ab hereticis, operibus Origenis hæreses illas tanquam supposititios partus appositas: cōsuevit enim Ecclesia interdum, damnatis scriptis, honorificè de auctore sentire: vnde in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. damnantur opera Ioachim, sed eiusdem persona laudatur: at cum his auctōr cum scriptis damnetur, euidentis signum est, authorem tanquam pertinacem ab Ecclesia fuisse proscriptum. Libet coronidis loco Origenis lapsum à Vincentio Lirinensi in publicum euulgare: sic autem habetur lib. contra profanas votū nouit c. 23. Sed ego ita arbitror, quod cū in multis in hoc tentandi genere proferre valeamus, nemo penè sit qui Origenis tentationi, valeat comparari, in quo plura adeò præclara, adeò singularia, adeò mira extiterunt, vt inter initia habendam cunctis assertiōnibus eius fidem quivis facile iudicaret: nam si vita facit auctoritatem, magna illi industria magna pudicitia, magna tolerantia: s. genus, vel eruditio, quid eo nobilius, qui primum in ea domo natus est; quæ est illustrata martyrio? Deinde pro Christo non solum patre, sed omni quoque facultate priuatus, tantum inter sancta paupertatis profecti angustias, vt pro nomine dominicæ confessoris sapienter, affligeretur. Neque verò hæc in illo solabantur, quæ cuncta postea tentationi forent, sed tantavis ingenij, tam profundi, tam acris, tam elegantis, vt omnes penè multum longeque superarit; tandem doctrina, ac totius eruditio magnificientia, vt pauca forent diuina, penè fortasse nulla humana philosophia; quæ non penitus assequeretur. Cuius scientiae cum Græci non cederent, & Hebræa quoq; elaborata sunt. Eloquentiam verò quid memoremus?*

C cuius

## 26 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

cuius fuit tam amena, tam leta tam dulcis oratio, ut mibi ex ore iphus, non tam verba quam mella quædam fluxisse videantur? Quæ non ille persuasus difficultate disputandi viribus elimauit? quæ facta ardua ut non facillima viderentur effecti? sed fortasse argumentum tantummodo nexibus assertiones suas texuit; immo planè nemo unquam magistrorum fuit, qui pluribus diuinæ legis viteretur exemplis: sequitur doctrinam ampliando.

Sed credo pauca conscripsit? Nemo mortalium plura, ut mibi sua omnia non solum non perlegi; sed ne inueniri quidem posse videantur, cui ne quicquam ad scientiæ instrumenta decesset, etiam plenitudo exabundauit etatis. Sed forsitan discipulis parum felix: Quis unquam feliciter? nempe innumeris ex sinu suo Doctores, innumeris Sacerdotes, Confessores, & martyres extiterunt. Iam vero quanta apud omnes illius admiratio, quanta gloria, quanta gratia fuerit quis exequi valeat? quis non ad eum paulo religiosior ex ultimis mundi partibus aduolauit? quis Christianorum non penè ut Prophetam; quis Philosophorum non ut Magistrum veneratus est? Quam autem non solum priuatae conditionis, sed ipsi quoque fuerit reverendus imperio declarant historiæ, quæ eum à Matre Alexandri Imperatoris accitum ferunt, colestes vitiæ sapientiæ merito, cuius & ille gratia & amore flagrabat. Sed & eiusdem epistola testimonium perhibent, quos ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Principum Christianus fuit, Christiani magisterij auctoritate conscripsit, de cuius incredibili quadam scientia, si quis referentibus nobis Christianum non accipit testimonium, saltem testificantibus Philosophis gentilem recipiat confessum, ait namq; impius ille Porphyrius, excitatum se fama ipsius, Alexandriam fere puerum porrcessisse, ibique eum vidisse iam senem, sed planè talem tantumque, qui arcem totius scientiæ condidisset. Prosequitur idem auctor.

Dies mecius defecerit quam, ea, quæ in illo viro præclaræ extiterunt, vel ex minima saltu parte perstringam; quæ iamen non solum ad Religions gloriam, sed etiam ad tentationis magnitudinem pertinebant. Quotus enim quisque tanti ingenij, tanta doctrinæ, tanta gratiæ virum à se facile deponeret, ac non potius illa viceretur sententia, se cum Origenem errare malle, quam cum alijs vera sentire? & quid plura? è res decidit, ut tantæ personæ, tanti Doctoris, tanti prophetæ, non humana aliqua, sed ut exitus docuit, nimium periculosa tentatio, plurimos à fidei integritate deducere. Namobrem hic Origenes tantus, ac talis, dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget, sibique satis credit, cum parviperdit antiquam Christianæ religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere præsumit, dum Ecclesiasticas traditiones, & veterum magisteria contemnens, quedam scripturarum capitula, novo more interpretatur, meruit, ut de se quoque Ecclesia Dei diceret. Si surrexerit in medio tui Prophetæ: & paulo post. Non audies (inquit) verba Prophetæ illius; & item, quia tentat vos, inquit Dominus, utrum diligatis eum, an non. Verum non solum tentatio, sed etiam magna tentatio, deditam sibi, atque in se pendente Ecclesiam admiratione

ingenij, scientiæ, eloquentiæ, conuersationis, & gratiæ nihil de se suspicantem, nihil se verantem, subito à veteri religione in nouam prophanitatem sensim, paulatimque traducere, & subdit.

Sed dicet aliquis corruptos esse Origenis libros, non resisto, quin potius, & malo: nam id est à quibusdam, & traditum, & scriptum non catholicis tantum, sed etiam hereticis; sed hoc non determinans, concludit.

Sed illud est, quod nunc debemus aduertere, et si non ipsum libros, tamen sub nomine suo editos magnæ esse tentationi, qui multæ blasphemiarum, vulneribus scatentes, non ut alieni, sed quasi sui, & leguntur, & amantur, ut eti in errore concipiendo Origeni non fuit sensus, ad errorem tamen persuadendum Origenis auctoritas valere videatur. Hæc Vincentius.

Quæ vltima verba ad condescendentiam referenda sunt: nam secundum propriam mentem loquens S. Vincentius palam Origenem hereticum esse pronunciauit, & inter Pseudoprophetas connumeravit. Concludamus ergo cum Cassiodoro lib. de institut. diuin. de Origene, conclusu dictum esse: ubi bene, nemo melius, ubi male nemo peius, & ideo caute sapiente que legendus est, ut sic in Deo succos saluberrimos assumamus, nec pariter eius venena perfidae vitæ nostre contraria sorbeamus. Cui & illud conuenienter adaptari potest, quod Virgilius dum Ennium legeret, & quodam quid facere inquisitus, respondit, aurum ex stercore quero. Vnde cum ex Origene multæ antiquæ traditionis testimonia habentur, non penitus omnia opera Origenis damnata sunt: & S. Hieronymus ad Tranquillianum querentem propter multis simplices Origenis ex ore deceptos: an iuxta Faustinum penitus esset Origenes respuendus, an vero secundum quosdam ex parte legendus? Origenem, ait, propter eruditonem, sic interdum legendum arbitror, & Tertullianum, Nonatum, Arnobium, Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores Grecos pariter, & Latinos, ut eorum bona eligimus, & contraria vitæ mus iuxta Apostolum. Omnia probate, quod bonum est tenete. Qui autem, vel in anorem eius nimium, vel in odium stomachi sui per uitatem ducuntur, mihi videntur maledicti. Prophetæ subiacere. Veh his, qui dicunt bonum & malum bonum, qui faciunt amarum dulce, dulce amarum: non enim propter doctrinam prava suscipienda sunt dogmata, nec propter dogmatum prauitatem si quos commentarios in scripturas sanctas viles edidit, respuendi sunt. Quod se contentiosum inter se amatores eius, & obrectatores funem duxerint, ut nihil medium appetant, nec seruent modum, sed totum, aut probent, vel improbent, libentius piam ruficitatem, quam doctrinam blasphemiam eligam: & Vigilantio eius nomen infamanti sic respondet. Eadem absenti significo, quæ præsentis sum locutus, me ita Origenem legisse, vel legere, ut Apollinarium, vel ceteros tractatores, quorum in quibusdam libros non recipit Ecclesia, non quod omnia illorum damnanda dicam, sed quædam reprehendenda confitear. Verum quia opera mei est, & studijs legere, ut ex plurimis diversos flores carpam, non tamen omnia probaturus quam bona electu-

electurus ; assumo multos in manus meas , ut à multis multa cognoscam , iuxta illud , omnia legentes , bona reinentes . Lege eundem Hieronymum epistola ad Pammachium , & Oceanum , & in priori Apol. ad Ruff. & ad Minerium , & Alex.

Satis ergo nobis est errores Origenis reprobare cum Ecclesia , & cum eadem Ecclesia dogmata antiqua prædicare , quorum etiam Origenes testis est Iuculetus de Purgatorio , de sacrificio , de orationibus pro defunctis proserps dilucida testimonia , vnde Nouatorum mira vafricies depræhenditur , qui suis marginibus , vel annotatiunculis in Origene , & alijs , dum ignem Purgatorij legunt , preces pro mortuis , & simile cōtroversum ab ipsis caput , mordere , vel obscurare contendunt , cum erubescere debeant potius videntes hos Doctores contra ipsos tradere , vel monstrare , quod Ecclesia eorum temporibus sentiebat , atque tradebat . Quare dum rapsodij Magdeburgenses per omnes suas centurias decreta fidei Catholicae que in Origene , & alijs auctoribus legunt (que & nos cum Ecclesia tuemur , atque defendimus) nauos , & corruptelas talium auctorum impiè , & blasphemè vocitant , nostros codices portant , & sunt capsarij nostri , & dum referunt successione Ecclesia Catholica per omnes annos à nobis usque ad Christum per intermedios Doctores , atque Pastores decurrentem nostram veterem esse fidem ostendunt , & si ostensis , & notatis ab ipsis non credunt , credēdi nobis ex vetustate materiā , & argumentum afferunt , & se ipsos infideles probant , dum contestata , & vetusta dogmata , pales , & nauos appellare non erubescunt .

Quantum attinet ad Cassianum , dubium non est quondam de Ecclesia fuisse benemeritum , cum aduersus Nestorium Sancti Leonis hortatus lib. de Incarnatione Domini describens , Pelagianam quoque hæresim mucrone Dei verbi prostravit : vnde , & honorificè de illo mentionem fecit S. Prosper in chron. dicens , Ioannes Monachus cognomento Cassianus , insignis , & facundus scriptor habetur . Verum ob collationes Patrum in crimen adducitur , quod Pelagianis fauere vi-sus est : cuius rei gratia coactus est S. Prosper librum integrum edere aduersus Collatorem , qua Prospere scriptio factum est , vt Cassiani collationes aptè valde ad perfectionis semitam adjipisci- scendam , Dei ope , serè manibus omnium terebatur , cauti & limatus legerentur , & S. Eucherius Lugdunensis Ecclesiæ presbyter eas expurgatas , in breuiorem formam restinxit , quod vel iniuitus , sed subdolè tamen Gennadius eiusdem cum Cassiano farinę , fassus est , cum lib. de viris illustribus cap. 63. dixit . Sed & Cassiani quædam opuscula latotensa sermone , idem Eucherius angusto verbi resoluens tramile in unum coegit volumen , qui abbreviationem his verbis prætexuit , tacens expurgationem quam alij PP. tradūt apertissime : vnde Petrus Damiani in cap. ad FF. ait . Legite collationes Patrum quas Eucherius , Lugdunensis Episcopus elimito sermone abbreviare studuit , sed & Victor Episcopus Africæ , ex Cassiod. de diu. instit. cap. 29. eundem Cassianum purgauit , & quæ minus erant , addidit , vt ei rerum istarum palma meriti conferatur , quem inter a-

lios de Africæ partibus cīrò nobis credimus esse dirigendum . Ado Viennenfis in Chron. ann. 425. opera , ait , illius a Catholicis cautissimè legenda , maximè de libero arbitrio , ex grata . Sed & Encratitarum hæresi incautius facit , errores illius Cassiodorus Ravennatum Senator , purgare volens , non ad plenum omni ex parte refutuit . Vnde verisimile est sic expurgatas collationes in manus Sancti Benedicti , Dominici , Sancti Thomæ Aquinatis , deuenisse . nouissimè totam collationem 13. Dionysius Carthusianus expunxit , & loco ipsius sanam doctrinam eo loco posuit . Vnde meritò Cardinalis Baroniūs scripsit , tom. 5. anno 453. num. 30. falli qui putant librum Cassiani omni ex parte fuisse Catholicum . Idque satis erit perspicuum , si quis dicta Cassiani , quæ perstringit S. Prosper , cum loquendi modis Conciliorum , quæ contra Semipelagianos gratiam Dei defenderunt , diligenter contulerit . Scimus multos excusare voluisse Cassianum : quidam enim dicunt , quod non locutus sit ex propria sententia , sed relatiuè : sed præterquam , quod in illa Abbatis Cheremonis suum sensum expressit dicens . Hoc nos B. Cheremon confirmatos bo laborem fecit tam inuij itineris non sentire , ipse S. Prosper dicit in cap. 2. contra Collationem Cherenonis , ostendit per omnia probasse , ac suscepisse sententiam . Alij dicunt , vt Alphonsus Ciaconius in annotationibus ad Cassianum , eum Doctorem exponi posse , quod cum afferuit , desideria , conatus nostros non esse proprios , gratia , intel ligantur ea ratione in quantum à voluntate libera procedunt . Sed non potest stare , quia talis locutio scripturis repugnat , & Pelagianus error exsuscitatatur .

Alij dicunt , Cassianum intelligendum esse , quod locutus sit de conatibus , & laboribus humani gratiam præuenientibus , vt sunt dispositio nes remotæ , non verò , vt proxima , ita quidam modernus in annot. eiusdem Cassian. edit. Rom. 1588. ostendens non pertinere ad errorem Semipelagianorum , talem dispositionem ex viribus naturæ admittere : sed hoc non potest stare non omne initum liberī arbitrij , cuius intuitu datur diuinum adiutorium à Patribus , & Concilijs damnatur , vt Semipelagianum .

Alij dicunt , vt Henricus Cuikius in annot. Cassia. lib. 11. instit. cap. 14. dum dicit , nostrum esse bonæ voluntatis occasionem Deo præbere , vt sua munera largiatur , id locum habere in hominibus iam fidelibus , qui fide , & auxilijs gratiae adiuti eā Deo præbent occasionem . Quamquam in annot. 20. quæ est ad coll. 13. cap. 8. & sequentibus dicit totam Collationem 13. hereticam doctrinam continere , sed nec hæc Cuikij excusatio habet locum , nam licet Cassianus cap. 13. fateatur hos conatus sine diuina protectione , & diuina inspiratione auxilio non esse , tñ lib. 12. instit. c. 18. dū dicit , Adiuuat nos , & illuminat , vt ipsum adiutorium nostrum , (quod non aliud quidam interpretari volunt , quam legem , ) intelligere , & cognoscere valeamus , certè in tota illa parenthesi Pelagius , qui hæc interpretationem edidit , dum refertur , & non redarguitur , approbatur . Alij vero Cassianum per omnia laudant , & Prosperum columbiantur , ita

Gennadius, qui fuit Semipelagianus, ait. *Legi, & librum Prosperi, in personam Cassiani, aduersus opuscula Cassiani sub persona Collatoris, quæ Ecclesia Dei salutaria probat, ille infamat nociuæ*, hec Gennadius sed eiusdem positio non potest ex verbis Gennadii subsistere: nam subdit. *Quæ enim verè Cassiani, & Prosperi de gratia, & libero arbitrio sententia fuerunt in aliquibus sibi contrariae inueniuntur.* Vnde fateri cogitur Gennadius nihil de Cassiano Prosperum dixisse, quod Cassianus in Collationibus non euulgarit, & Prospero impungante, quod hæreticum iudicauit, non Cassianum infamauit, sed venena detexit, quæ postea cauenda Gelasii decreto didicimus: quare Cassiani velle patrocinium suscipere, vel in materia gratie glossare, est iudicium Concilij Arausidiani eludere, quod è diametro cum Cassiani doctrina pugnat, sicut, & Cœlestini patrocinium pro Hilario, & Prospero susceptum, aduersus illos Presbyteros (inter quos erat Cassianus primipilus) confirmare. Vnde ut omnem difficultatem à fidelium mentibus eliminaret Gelasius cum Concilio Episcoporum 70. de vtriusque scriptis S. Prosperi, & Cassiani sic pronunciauit. *Custodia, & recipienda decernimus, & mandamus opuscula Prosperi viri religiosissimi, at de Cassiano. Opuscula Cassiani Presbyteri Galliarum Apochrypha, fidem omnem, & auctoritatem illis admens.*

De persona vero Cassiani dicit Vincentius no-  
ster lib. 15. speculi Hist. cap. 14. qui ex Sigiberto  
acepit, quod Cassianus de Ecclesia Constantino-  
politana sit electus, à S. Ioann. Chrysostomo, &  
Isidorus Pelusiota epi. 309. reprehendere videtur  
Cassianum, dicendo eum, *proracem ac petulantem*  
*linguam habere, ac temere loqui.* Ipse quoque S.  
Prosp. lib. contra Collatorem cap. 44. vocat Cas-  
sianum hypocritam: Lupum quoque occultum,  
&c. quem, si hæc aduertisset P. Lorinus in Acta  
cap. 9. v. 7. non eum *magnū appellasset*, nec Gre-  
gor. de Valent. tom. 3. disp. 4 q. 1. p. 4. s. neque  
obstat, sanctitatis opinionem eidem tribuisse.  
quicquid autem sit de persona, quam idem Pro-  
sper in fine aduersus Collatorem, nec adhuc pu-  
tavit à fraterna societate diuisum, tolerandam-  
que magis esse intentio em, quam desperandā cor-  
rectionem; nobis sat est ex Patribus iūam doctrinam  
de Pelagiana doctrina infamatam, & pro-  
pterea Collationes correctas suscipiendas, incor-  
rectas corrigendas, easque ita suscipi necesse est,  
vt reiectis erroribus censoria virgula tutō legan-  
tur cœterae: nec enim venena timentur cum anti-  
dota degustantur. Satis etiam est nobis, quod  
ex hoc multa testimonia sumi possunt, ad hæreti-  
corū vafriciem retundendam, quibus Monasticam  
vitam, ieiunia, preces, Psalmodiam, & alia capita,  
ex consensu veteris Ecclesiæ sub tempore Cassia-  
ni extitisse, comprobamus.

Quantum attinet ad Faustum Rheyensem,  
Gennadius lib. de scriptoribus Ecclesiasticis cap.  
85. ait, quod edidit, quoque opus egregium de gra-  
tia Dei, qua saluamur, in quo opere docet gratiam  
Dei semper, & invitare, & praecedere, & adiuuare  
voluntatem, & quicquid ipsa libertas arbitrij de  
labore piae mercedis acquisierit, non esse proprium

*meritum, sed esse gratiae donum. Sed Gennadius Semipelagianus fuit, & eadem macula haeresis respersus erat, cum librum de viris Illustribus descripsit, & vafricies eius apparuit, quando specioso titulo librum de gratia à Fausto compositum, exornauit; cum tamen etiam sub nomine gratiae Faustus Pelagianum virus occultauit, per gratiam intelligendo prædicationem atque doctrinam; per adiutorium gratiae, subsequentem ad humanum meritum gratiam, illudque ad ulteriore perfectionem promouentem: & per operantem intelligendo hominis facultatem; per cooperantem intelligendo Deum, vel gratiam subsequentem ad meritum hominis præiuum: & tam multa inculcat Faustus pro Pelagianismo, ut piam expositionem non patiatur, vt videre est lib.2. cap.3.4. 6.7.10. quæ omnia Ioannes Maxentius diligenter annotauit in epist. ad Hormisdam. sed Ioannes Driedonus de captiuit. & redempt. Gen. hum. tract.4.cap.2.part 4.& lib.2.cap.7.libris Fausti ab erroribus excusat, eundemque *Beatissimum* appellat. Sed deceptus est Driedonus, dum putauit Faustum (quia contra Lucidum presbyterum, Prædestinatōrum haeresi maculatum scripsit, & illius errores impugnauit, que Epistola a Patribus vndecimo in Concilio Arelatensi congregatis approbata fuit) propterea in omnibus quoque, quæ scripsit orthodoxe sensisse: etenim astutus Fausti eo tendebat, ut sub Catholica confessione hereticos, Prædestinatos dictos, per stringente, venena propinaret, & simplices eluderet. Sicut re vera accidit, nam ex laude rapportata libelli contra Lucidum ex Lucido ipso ad meliorem frugem conuerso, & ex liminari ep. stola operi de gratia, & libero arbitrio præfixa, & ad Lucidum directa, opus illud de gratia magni existimabatur, ut etiam prudentes quosdam deceperit, inter cœteros S. Sidonium Apoll. qui lib.9.epist.9. hoc opus Fausti de gratia laudauit: sed detectus est coluber tortuosus, & qui, ut Saul inter Prophetas in sacris Synodis cum illis eadem sentiens, apparuit, in hoc opere Pelagi sectator est deprehensus. Quare tanquam hostem gratiae, eum impugnauit Celsarius, similiter, & S. Auitus Viennensis Episcopus, ut dicit Ado in chron. anno 492. Ioannes Antiochenus presbyter ex eodem. Et S. Isidorus de viris illustribus cap.14. dicit de S. Fulgentio, quod septem libris obnititur eius profundam destruere calliditatem. Videtur autem Fulgentius lib. de Incarn. & gratia à cap. 12. usque ad finem ferè omnes sententias, & argumenta Fausti, tacito Fausti nomine impugnare. Claudianus Mamerti Episcopus tribus libris ad Sidonium Apollinarem conscriptis eundem Faustum confutauit. Petrus Diaconus de Incarnat. & gratia cap. vlt inter opera Fulgentii sic ait. *Anathematizamus, simulque Iulianū, & quī illis similia sapientē præcipue libros Fausti Galliarum Episcopi, qui de monasterio Lerinensi proiectus est, quos contra prædestinationis sententiam scriptos esse non dubium est, in quibus non solum contra Sanctos Patres, sed etiam contra Apostoli ipsius contradictionem veniens, humano labore subiungit gratiae adiutorium.* S. Alcimus Auitus eundem confutauit. Imo, & Hormisda Papa consultus de libris*

# De Patrum sensu, & autoritate. 29

libris Fausti dixit, neque illum, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recepit examen. Catholicæ fidei, aut Ecclesiastice disciplinae ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præiudiciis comparare. sed, & Gelasius Papa (ad eius definitio nem respexit Hormisdas Papa) iampridem libros Fausti in Concilio 70 Episcoporum damnauit, ut dictum est. Qui autem errores sint cauendi in Fausto Io. Maxentius, quāvis ipse alia heresi imbutus, aduertit, extat tom. 4. bibliot. Patrum. Vnde patet quam cautè legenda sint Fausti opuscula: nam licet epistolæ eius ad Lucidum approbetur in Cōsilio Arelatensi, & Lucidi ad Faustum in Conventu Lugdunensi (quæ epistolæ operi Fausti præmittuntur) sanæ sint atque Catholicæ; tamen tres libri eiusdem de gratia quibus illæ presiguntur, ut hæretici respuuntur: in quibus tamen multa colligimus, quibus Nouatorum præsertim Caluinistarū dogmata refutantur, qui cum Lucido conuenient, videntur in predestinationis, & reprobationis materia, & per hæc patet ad confirmationem.

Ad Secundā recte Lerinensis de priuatis veterū dīstis, qui à Catholicā fide descivierunt locutus est, docēs non esse recipienda: ceterum in ijs delectus seruādus est, & ad libram expendenda eorum dicta, exemplo Hieronymi, qui taliū commetarios legens id faciendum docuit. Vnde epistola 11. inter opera Augustini, vbi Origenem in facto reprehensionis Petri pro sua sententia citasset, allegat alios authores ad normam expēdendo dicens. Præmissio Didymum videntem meum, & Apollinarē Laodicēnū de Ecclesia nuper egredīsum, & Alexandrum veterem hæreticum, Eusebium quoque Emisenum, & Theodorum Heraclētum, qui ipsi nonnullos super ea re commentarios reliquerunt, & mox ex quo ostendi me non ex definito id defendere, quod in Gracis legeram, ut lectoris arbitrio derelinquerē, utrum probanda essent, an improbanda. In alijs autem Patribus, qui semper in Catholicā fide persistērunt, maxima semper est in Ecclesia auctoritas habita. Vnde Cælestinus de vno Augustino loquens ad Episcopos Gallie cap. 1. Augustinum (ait) Sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquā hunc sinistra suspicionis saltem rumor aspersit, quem tanta scientia olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam à meis prædecessoribus haberetur, cuius, vt & aliorum, qui in gremio Ecclesiæ docuerunt, sancteque vixerunt, ut maximum est argumentum in dogmatibus, & se-<sup>f</sup>u Ecclesiæ tradendo, ita in alijs questionibus magna auctoritas ex illorum auctoritate dicitur, vt non nisi, ye! impij, vel temerarij sint, qui ausi sint illi contraire. Vnde egregie Gelas. epistol. 4. Adhuc maius scelus accrescit, vi sub conspectu, & præscientia sacerdotum B mem. Hieronymum, atque Augustinum Ecclesiasticorum lumina Magistrorum, misericordia moritura (sicut scriptum est) exterminans oleum suavitatis lacerare contendit.

Ad tertiam respondetur. meritò S. Hieronymus in materiā fidei, illorum testimonium respuit, cum fuerint Origenis sectatores, qui & si magnam suā scriptis fidem conciliarent, & præsertim

Euagrius, ab illis videlicet, qui Origenistarum errores minimè exploratos habebant (vnde, & plurimum à quibusdam commendatur præsertim Sozomeno) nihilominus eos detexit S. Hieronymus. In coeteris autem opusculis Euagrij (de quibus Gennadius, Trithemius, & Possevinus) delectus habendus est, & discretio, & cautela adhibenda: nam hæc fuit magna occasio errorum in legendis horum libris: euénit enim, vt dum in quibusdam horum auctōrum vera dogmata legentur, heretica non cauerentur, vt de commentarijs Didymi, qui Origenis fuit propugnator, dixit Hieronymus Apo. 1. aduersus Ruff.

## Ad argumentia pro parte negatiua.

A D argumenta pro parte opposita respōdetur, tantum de illis testimonia assumi quantum cum veritate concordant, vel aliquid profertur ad veritatem elucidandam, vnde S. Hieronymus in simili dicebat ad Min. & Alex. Ego in adolescentia & in extrema aetate profiteor, & Eusebium, & Origenem viros esse doctissimos, sed erasse in dogmatum veritate. Quod etiam de T. heodo, Acatio, & Apollinario possumus dicere: & tamen omnes in explanationibus scripturarum, suðoris sui nobis memoriam reliquerunt. In terra aurum queritur, & de fluminorum alueis splendens profertur glarea, Paulusq; dicitur est cœno quā fluēto, meū propositum, est antiquos legere, probare, singula retinere quæ bona sunt, & a fide Ecclesiæ Catholicæ non recedere.

## ARTICVLVS QVARTVS.

Quando PP. sententię inhærendum, hoc est, quando habendum sit, quod Pattes docent, vt indubitable, & firmum.

## Positio Nouatorum.



Aluiniani in sua quā attulunt, disciplina Ecclesiast. a. 11. p. cipiunt ministris nonnisi sobrie antiquorum Doctorum scripta allegare, & ar. sexto c. 4. in controvēsijs de religione doctorum veterum scriptis ad decidendum, & iudicandum de doctrina locum non dare præcipiunt: quare superflium esset nāc hanc circumstantiam indagare (cum Patrum auctoritatem de medio tollant) nisi Catholicorum instructionis gratia articulus iste discuteretur, in quorum gratiam sequentes proponuntur obiectiones.

## Oppositiones.

V Idetur, quod semper requiritur ad argumētum firmum, consensus omnium, vel saltem

plurium Patrum, nam expresse S. Vincentius Lerinensis lib. contra prof. voc. nouit. cap. 39. dicit, quod Patribus, ea lege credendum est, nepe quando omnes, vel plures uno, eodemque sensu aliquid dicent, ergo pro indubitato habendum, quod omnium, vel plurium Patrum testimonio comprobatur.

Confirmatur. Primo nam cum Patres aduentur, vt testes traditionis, requiritur saltem numerus ternarius, vel binarius, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum, vt dicitur Deuteronomij cap. 19. & Matth. 18.

Confirmatur Secundo, exemplo Concilij Ephesini (quod ex eodem Lerinensi cap. 41. allegatur) vbi non unus, sed decem Patres sacrato decalogi numero correspondentes, adducti sunt, ut Magistri, Consiliarij, iudices, quorum iudicio subscrivens Sancta Synodus, contra Nestorium de fidei regulis pronunciauit.

Secundo, quia idem S. Vincentius dicit supra cap. 39. quod tunc firmum est dogma quando aliquid manifeste frequenter, perseveranter, accipiendo, tenendo, tradendo, Patres docent, sed hoc difficile est cognoscere etiam sine his clausulis. Ex nudis quoque verbis Sanctorum Patrum simpli citer prolatis, in Concilijs dogmata sunt definita.

Tertio, quia Patres inquisibusdam locis opusculorum suorum, constanter aliquid tradere videntur, quæ tamen non intellecta, fuerunt occasione presumptoribus, & audacibus ad aliquam heresim moliendam, atque gignendam, vt dicit Augustinus de Catechizandis rudibus cap. 8. ergo, &c. Antecedens ostenditur ex S. August. lib. 1. contra Pelag. Iul. cap. 2. vbi refert locum ex S. Chrysostomo, ideo, & infantes baptizamus, quamvis peccata non habentes, quo abutebantur Pelagiani, ad negandum pueros nasci in peccato originali: ad hec ergo cuitanda firmior regula tradenda est.

Quarto, quia eandem doctrinam aliter, & aliter tradunt Doctores ne dum variam, imo & contraria intelligentias tradunt, non ergo potest desumiri firmum argumentum ex uno loco quantumvis certo, altero dubio existente, & è contra. Vnde Vuitigist. de sacr. Script. pag. 670. de Basilio ait: secum ipse pugnat. & Lubertus de principijs Christianorum dogmatum lib. 2. cap. 10. p. 675. ait. S. Chrysostomo Chrysostomum oppono.

Quinto, quia vix quædam dogmata in Patribus elucet, imo de illis nulla extat metio, & de ipsis, vt sepe obijcit Caluinus mirum silentium, & tamen videmus communis fide ab Ecclesia recepta: non ergo requiritur, vt frequenter, perseveranter &c. aliquid tradatur à Patribus, vt communem Ecclesiæ sensum attestentur.

#### Pro orthodoxis.

**S**ed contra est auctoritas S. Vincentij cap. 39. sic dicentes: Quibus tamen hac lege credendum est, vt quicquid, vel omnes, vel plures, uno eodemque sensu, manifeste, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi Magistrorum, Consilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint,

id pro indubitato, certo, ratoque habeatur.

Secundo est praxis Patrum, singula verba S. Vincentij obseruans. Nam, quod ea quæ constanter dicunt, omnes, vel plures Patres eodem sensu, consensum Ecclesiæ satis demonstrant, ostendit S. Augustinus 3. de peccat. meritis, & remiss. cap. 7. dicens. Hæc non ideo commemorauit, quod disputerum quorumlibet sententijs, tanquam canonica auctoritate nitamur, sed vt appareat ab initio usque ad præsens tempus, quo ista nouitas orta est, hoc de originali peccato apud Ecclesiæ fidem, tanta constantia custoditum.

Quod vero ea, quæ obscurè dicta sunt, obiter vel in transcurso, aut contentiosè, & non dogmaticè, non præstent firmum argumentum ostenditur ex Patribus, & primo quantum ad illa quæ continent, vel ad obscuritatem attinent, est exemplum ex S. Augustino. Nam non ex eo, quod S. Augustinus in psalm. 98. exponens illa verba, quæ habentur Ioa. 6. quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? & introducens Christum sic dicentem: Non corpus, quod videtis manducaturi estis, illico desumitur argumentum ex Augustino, quod tropicè intellexerit veritatem carnis, & sanguinis Christi in Eucharistia contineri; nam quod hic obscurè dixit Augustinus, manifestè alibi in Ioann. tract. 27. exponens illa verba: Caro non prodest quicquam ait, carnem quippe suam intellexerunt, quomodo in cadavere lanientur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Propterea in illo psalmo contra hunc crassum sensum loquens protulit Augustinus ea verba, quæ prima siote tropum innuere videntur, quæ tamen exposita ex alijs locis rectam continent intelligentiam, crassamque confutant. Vnde S. Augustinus libro 11. contra Faustum, cap. 5. interdum ait tractatores Catholicos habere aliquid, non consonum, & fortasse occultiori, & ad dignoscendum difficiliori veritati.

Quantum vero ad ea, quæ in transcurso, & per transcurso differuntur, & perfundorie, quod non desumatur firmum argumentum, patet similiter ex dictis aliorum Sanctorum, ex Chrysostomo in comment. Epistolæ ad Heb. cap. 7. qui scribens de diuina gratia, ait. Non antecéant nostras voluntates, ne liberum lèdatur arbitrium. Et similiter dum consimiles in pluribus locis tales prefert propositiones, quæ parum diuinam gratiam amplificant, tunc ex his, & similibus locis, nō potest sumi firmum argumentum, vt benè ponderat S. Augustinus cap. 14 de prædest. SS. dicens. quid igitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista heres oririatur, non habuerunt necessitatem in hac difficiili ad soluendū questione, versari, quod procul dubio ficerent, si responderet talibus cogerentur?

Quantum ad ea, quæ non dogmaticè, sed contentiosè, & per condescendentia dixerunt Patres (nempe aliquid aduersarij concedentes, & non simpliciter assidentes) quod ex his non sumatur firmum argumentum manifestatur. Non enim quia in expositione fidei Gregorius Nazianzenus dixit, Patrem, & Filium iuxta mentis considerationem duos esse, hypostasi vero unum, Illico existimat-

# De Patrum sensu, & autoritate.

31

rimandum est Gregorium Sabellio subscriptissimum, cum non dogmaticè, sed contentiosè, & per cōdescendētiā accipienda sint ea verba ex Basilio epistola 64. sic dicente. Hoc autem non dogmaticè sed contentiosè in disputatione aduersus Aelianū dictum esse intelligere nequiverunt, qui propter intelligētiā subtilitatem beatos sese reputant, in qua concertatione nihil sunt eorum, quæ descripta sunt, lapsus, quemadmodum se Deus volet ex ipsis verbis ostendemus. Quandoquidem sane, qui Græcum infidelem ad credendum persuadere nititur, is non putat sibi circa verba exactius disceptandum esse, sed alicubi cōsuetudini eius, quem ad fidem inducit non nihil condonat, dummodo principalibus, ac necessariis non reluctetur.

Sed & S. Athanasius libello de decret. Nicen. Synodi, hac via Origenem vindicauit à multis, quæ poterant calumniam inferre dicens. Quod disputationē certandique gratia scripsit ea, non quasi ipsius sint verba, aut quasi ipse ita sentiat, sed eorum, qui cum eo contentiosus disputarunt, accipiēda sunt: post illa ergo, quæ certandi gratia quasi in palestrā aduersus hæreticos adduxerat, statim ista quæ propria ipsius subiunctulit. & S. Hieronymus Apolog. contra Iouinianum cum illi obijcetur, quod virginitatem defendendo matrimonium damnare visus est, sic respondet confirmādo supradictam nostram doctrinam. Legimus, & eruditissimi viri, in scholis pariter, & Aristotelē illa de Gorgia fonte manantia, simul didicimus plura esse genera dicendi, & inter coetera aliud esse Gymnasticos scribere, aliud dogmaticos. In priori vagam esse disputationem, & aduersario respondentem: nunc hæc, nunc illa proponere, argumentari, ut libet, aliud loqui, aliud agere, panem (ut dicitur) ostendere, lapidem tenere. In sequenti autem aperta frōs, & vi ita dicam ingenuitas necessaria est, aliud est querere aliud definire. In altero pugnandum, in altero docendum est, & paulo post exemplis rem confirmans, subdit. Origenes, Methodius, Eusebius, Apollinaris multis versuum millibus scribunt aduersus Celsum, & Porphyriū. Considerate quibus argumentis, & quām lubricis problematis diaboli spiritu contexta subuertat. Et quia interdum coguntur loqui non quod sentiunt, sed quod necesse est, dicunt aduersus ea, quæ dicunt Gentibus. Taceo de Latinis scriptoribus Tertulliano, Cypriano, Minutio, Victorino, Lætatio, Hilario, ne non tam me defendisse, quām alios videar accusasse. Paulum Apostolum profaram, quem quotiescumque lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua. Legite epistolas eius, & maxime ad Romanos, ad Galatas, ad Ephesios, in quibus totus in certamine positus est, & videbitis cum in testimoniosis, quæ sumit de veteri testamento quām artifex, quām prudens, quām dissimilator sit eius, quod agit. Videtur quādam verba simplicia, & quāsi innocentis hominis rusticani, & qui nec facere, nec declinare nouerit insedias, sed quo cumque res exeris fulmina sunt, hæret in causa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit, ut superet, fugā simulat, ut occidat. Calumnientur ergo illum, atque dicamus ei. Testimonia quibus contra Iudeos, vel cæteras hæreses usus est, aliter in suis epistolis sonant. Videmus exempla captiuia, ser-

uerunt tibi ad victoriā, quæ suis in volumini bus non dimicabant. Nonne nobis loquitur cum Saluatore? aliter foris aliter domi loquimur. Turba parabolās, discipuli audiunt veritatem. Proprius Pharisæis Dominus quæstiones, & non edidit. Aliud est docere discipulum, aliud aduersarium vincere. Mysterium inquit meum mihi, mysterium meum mihi, & meis, &c. ad causam autem suam deueniens ait, quod cum exponit Apostolū dicentem. Bonum est homini mulierem non tangere querendo, non definiendo, dubitando, non afferendo protulit ea, quæ prima fronte nuptias damnare videbantur. Vnde ait: Ille aper- tē dicit, nempe Apostolus: bonū est mulierem non tangere. ego timide querō si bonum est mulierem nō tangere. Si, dubitantis est, non confirmantis. Ille dicit bonum est non tangere: ego quid bono contrarium esse possi. adiungo. Statimque in consequentiis. Animaduertendo Apostoli prudentiā. Non dixit, bonum est homini uxorem non habere, sed bonum est mulierem non tangere. quasi & in tactu eius periculum sit, quasi qui illam tetigerit non euadat. Vide igitur non de coniugib⁹ nos expōnere, sed de coitu simpliciter disputationare, quod ad cōparationem pudicitiæ, & virginitatis, & angelicæ similitudinis bonum est homini mulierem non tangere. hæc Hieronymus se ipsum defendens, & nos instruens.

Ex doctrina ergo Hieronymi, & Basilij distinguae sunt in Patribus dogmaticæ assertiones a contentiosis disputationibus, etiam in materia fidei, nam ex illis firmum, ab ipsis vero non irrefragabile dicitur argumentum.

Quantum vero ad ea verba Sancti Vincentij, quicquid accipiendo, tenendo, tradendo firmaverint, &c. (quibus designantur notæ incōcussi sensus Ecclesiæ) habemus etiam proxim in Patribus. Anastasius Antiochenus lib. i. de rectis dogmatibus ait. Verum autem descriptionem fidei hanc pronuncio, non quia à me præscripta sit; sed quod doctrina hæc à viris profecta sit theologica sapientia prædictis, eiusq; exacta traditio peruenit, quasi sors quædam hereditatis paternæ legitimo iure, quasi per manus accepta. hæc ille.

Pro voce illa explicanda accipiendo S. Cyrilus, & synodus Alexandrina ad Nestorium ait. Sanctorum Patrum confessiones, quas in ipsis loquente spiritu ediderunt, sectantes, scopumque, ac sensum quem illi tenuerunt studiose ubique seruantes, & regia quævia incedentes, ipsum unigenitum Dei Verbum ex substantia patris natum. & e. dicimus, hæc ille. Pro explicanda voce illa, tenendo: S. Basil. epist. 60. Fidem autem nos neque recentiorem ab aliis conscriptam acceptamus, neque ipsi mentis nostræ factus aliis obtrudere audiemos, ne humana putentur pietatis verba, sed ea, quæ à Sanctis Patribus edotti sumus, ea rationibus nos annunciamus. Clerus Constantinopolitanus ad Synodum Ephes. ait, I am inde ab in-eunte etate in Orthodoxya educati, orthodoxo que dogmate probe spectati, toti in hoc sumus, ut Sanctorum Patrum traditionem incōcussam seruemus, hæc pro elucidatione particulae, tradendo, quæ sunt signa certi sensus Ecclesiæ.

CON-

## 32 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

### CONCLVSIO ORTHODOXORVM.

**T**unc firmum est Patrum argumentam, quando non unus, vel plures, sed cum omnes, vel ferè omnes, constanter non per transnam, vel obiter, sed perseveranter, non priuatim, sed publicum sensum exprimunt tradendo vel principia, vel principijs necessariò annexa, vel ex notissima regula veritatis pronuntiant.

**R**espondeo, dicendum, quod duo extrema cauenda sunt in hac materia. Vnum eorum qui Patrum auctoritatem sic proscindunt, ut nullum argumentum ex eorum dictis firmari posse adstruant, & tale est hereticorum dogma superius confutatum. Alterum extremum, qui sic Patrum scripta eleuant, ut in quaunque materia usque ad ultimum iota retinenda esse velint, ita glossa d. 9. c. noli meis, ubi docet, sic esse authentica scripta Patrum, ut usque ad ultimum iota retineri mandetur ex dist. 15. c. 5. Romana Ecclesia. Sed hoc non potest stare, nam eadem dist. 9. cap. neque quorumlibet, ex Augustino lib. 1. ad Marcell. cap. 23. dicitur, quod non debemus habere scripta Patrum tanquam scripturas canonicas, cū licet, salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere. Si forte inuenimus, quod alter senserint, quam veritas habet, diuino auctorio, vel ab alijs intellecta, vel a nobis. priuilegium ergo scripturæ Canonica est, ut nihil in ea contentum improbari possit. c. quis nesciat, eadem distinctione. Porro in distinctione 15. nō in uniuersum de omnibus Patrum opusculis usque ad ultimum iota omnia retineri mandatur, sed id solum dicitur de epistola B. Leonis Pape ad Flavianum, quæ cum sit dogmatica, & regulas fidei circa Incarnationem Christi Domini contineat, nec in minimo verbo labefactari potest. Media ergo via incedendum est, quod Patres dupliciter considerandi sunt, vel ut tractant res ad Philosophiam pertinentes, vel ad scientiam Theologicam. Primo modo tatum habent auctoritatem quantum ponderis habent eorum rationes. Si considerentur secundo modo, vel considerari possunt, ut tradentes res pertinentes ad publicam doctrinam, & fidem Ecclesiæ Catholice (quod ad principia pertinet) necno & res ex istis principijs necessario deductas, quantum attinet ad conclusiones; vel ut tradunt res probabiliter ex illis principijs collectas. Si ergo tradunt res probabiliter collectas, tunc cum haec magis ad subtilitates theologicas pertineant, quæ ad partem dogmaticam, tanta est eorum auctoritas, quanta est eorum firma collectio. Si vero tradunt regulas fidei, aut fidei regulis necessario conclusiones annexas, tunc (ut dictum est) firmum eorum est argumentum, quatenus eorum consensus, fidem Ecclesiæ, ita sentientis eo tempore, quo viuebant, attestabatur.

Sed quia fides non vnius est, sed omnium, propterea non quicquid unus, aut alter senserit, sed quod omnes, vel plures dicxerint attendendum, regulariter loquendo, nam pauci etiam sufficent, si pronunciarent ex notissima regula veritatis. Et licet non omnes sint eiusdem nominis, & auctoritatis: alia enim est auctoritas (exempli gratia) Athanasij, alia Victoris Antiocheni, &c. satis est, quod eiusdem fidei fuerunt, ut dicit Cassia. 7. de Incar. cap. 30. quod quidem, quantum ad hanc causam pertinet, sufficit, quia cum de fide agatur, omnes in eo idem sunt, quod optimi, in quo consertes sunt optimorum. Et quia possunt esse loco dissi, non repugnat, quod in unum concordari possint in uno sensu, eademque sententia, velut quodam consentiente magisterio e proprijs sedibus etiam defuncti loquentes, & tunc quid sit quis, non ubi sit considerandum, præsertim cum religio omnes vniat, & hi, qui in fide una sunt, in corpore quoque uno esse noscantur, vnde Cassianus cap. 28. de illis ait Qui est vita sancti sunt, etiam nunc auctoritate, & fide vivunt, & cum iam olim iam corpore absentiæ Ecclesia, tamen voce, & magisterio non recedunt, ut de Gregorio Nazianzeno ibidem exemplificat Cassianus.

Quia vero eadē fides non ab opinantium imaginatione dependet, sed certissima reueatione, & testificatione ad nos peruererit, per testes a Deo præordinatos Apostolos, & Apostolicos, sicuti in humanis, & forensibus iudicis testimonium vacillans, & dubium fidem non facit, sed illud, quod asseueranter, perseueranter, & constanter inducit, sic illa testimonia Patrum recipi habet, & firmitatem quando manifeste, si equenter, perseueranter, non priuatim sed publicum Ecclesiæ sensum tradunt, vel ex distinctionibus, aut fidei regula loquuntur.

### Solutiones Argumentorum.

**A**d primum, respondetur regulariter hoc contingere, ut plurimum Patrum consentiente magisterio, res controversæ finiantur; ceterum si ex uno teste omni exceptione maiore, firmiter aliquid tradente, & consignante aliquid probaretur, firmissimum esset illud argumentum, & maximum robur haberet. Vnde Augustinus 1. contra Iul. cap. 2. satis esse vnius pronuncianuit testimonium Nazianzeni. Audes omnes uno corde, uno ore, una fidei id ipsum dicere, & hanc esse catholicam fidem non dissonante contestatione firmatam. An tibi parva in uno Gregorio Episcoporum Orientalium videatur auctoritas? Est quidem tanta persona, ut neque ille hoc nisi fide Christiana omnibus notissima diceret, nec illi eum tam clarum haberent, atque venerandum, nisi hec ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis agnoscerent. Sed si vir addimus, & huic Sanctum Basilium, imo velis nolis addendus est, & mox, vide iam unum sufficiente tibi ex Orientis partibus duo isti tam insignes viri, & tam clara prediti sanctitate, & scilicet fertur, etiam carne germani, sed dic non sufficere. Habemus alios Orientales Episcopos quatuordecim, Eulogium, Ioannem, Ammonianum, &c. quos uno loco simul inuentos in istum confessum in uno-

# De Patrum sensu, & authoritate.

33

introducere valeamus, vnu ergo, vel duo ad minus testes viris probis, modestis, & eruditis; proterius vero plures necessarij, qnibus etiam nec mille sufficerent.

Et per hæc patet ad primam, & secundam confirmationem.

Ad secundam. etsi in actu signato (vt dicunt, in doctrinis sanctorum non explicatur, quod accepterint, quod tradant, &c. satis est si tanta firmate, & constantia aliquid affirment, vt ex sententiis pondere, verbis minimè circumductili animo prolati, alijsque circumstantijs eiusmodi appareat non suum, sed communem sensum proferre. Hoc autem non ab omnibus, sed ab ijs, qui sunt in Patrum lectione versati cognosci potest. Plurima horum obseruabis apud S. Augustinum in disput. contra Iul. vbi testimonii Patrum absque supradictis requisitis modis: definitionibus locutionum, rem confecit contra Pelagianos. Item Basilius prolati s. Sanctorum sententijs, absque ijsdem conditionibus, sed certis tamen verbis expressit adorationem, & glorificationem Spiritus sancti. Passim in Conciliis reperiuntur sententiae Patrum prolate sine illis conditionibus in actu signato, & tamen quia ex modo loquendi firmitas apparuit, ex eorum consensu dogmata sunt definita.

Ad tertiam, quod alijs fuerint dicta Patrum, præsertim obscura, occasio errandi, id accidit abundantium malitia. Nec enim necessarium fuit semper clare dicere, ne dicta vilescerent, vel quia res nondum erant aliquatæ maturius, vel quia in re non controuersa non opus erat explicatus loqui. Vnde signanter ad locum adductum ex S. Cypriano respondens Augustinus dicit: *Vides certè non ab eo dictum esse parvulos non coquinatos esse peccato sive peccatis sed nō habere peccata, intellige propria, & nulla contentio est.* At inquires cur non ipse addidit, propria? Cur putamus nisi quia disputans in catholicâ Ecclesiâ, non se alter intelligi arbitrabatur, tali questione nullus pulsabatur, vobis nondum litigantibus securius loquebatur.

Ad quartam, diligenter consideranda sunt motiva, & occasionses Patrum scribentium. Quandoque enim Patres ante exortam hæresim locuti sunt, & sic minus cautè locuti videntur, nulla existente erroris occasione. Plerumque Patres vidente aliqua hæresi in aliud extremum ad distinctionem hæresis, quam oppugnare intendunt videntur declinare. Sic ex confutatione Arrij quandoque videntur declinare ad Sabellium, ex condonatione Pelagi ad Manichæos, vnde ansam iniuste Pelagius arripuit calumniandi Augustinum, quod Manichæis saueret, sicut & nostro tempore impiè Caluinus traduxit Catholicos, ex gratiæ efficacitate, inferendo perperam tolli liberum arbitrium. Nec propterea præiudicium aliquid afferatur Patribus, ea enim est rerum conditio, vt dum contra unum oppugnandum omnes neruos intendimus, contra aliud remittimus. Sed illud rationabiliter etiam dici potest, consultò Patres in aliud extremum declinasse, ne aduersarijs daretur occasio ex eorum dictis argumenta roborandi, vel pro sua hæresi in testimonium allegandi.

Discernenda quoque sunt loca in quibus Patres

ex professo hæreses impugnant ab ijs in quibus se expositores, & commentatores exhibent. Aliter enim se habent, cum aduersus hæreses disputation, aliter cum commentarijs scripturam illustrant, vt propter multiplicitatem sensuum eiusdem litterarum, vel quia, quod litteraliter vrgeri debet contra hæreses, mystice ad mores translatum est. Exemplum habemus in expositione illorum verborum. *Ecce ego vobiscum sum*, quam multi Patres de præsentia corporali Christi Domini in Sacramento Eucharistie exponunt. Quia tamen Augustinus illum eundem locum exponit de præsentia spirituali per gratiam, & assistentiam in Ecclesia cōtinuâ in Io. trac. 50. *Sursa est Domini corpus in quo resurrexit in uno loco est, veritas ubique diffunditur*, hæretici animositate acerrima, peruiacci arrogantia voluerunt Augustinum infamare, ac si Eucharistie Sacramenti veritatem negasset, cum tamen eam veritatem disertissimis verbis semper sit confessus in locis innumeris.

Ad quintam multoties Patres de multis dogmatibus mentionem non fecerunt, quia de illis nō erat adhuc exorta controuersia. Vnde cum Augustino obijceretur Patres præcedentes mentionem non fecisse de prædestinationis arcane, sicut ab ipso asserebatur, & assensum præstuturos aduersarios tali sententiae si præcedentium Catholicorum tractatorum testimonia proferrentur, ait, vt supra annotauimus: *quid igitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficulti ad soluendum quæstione versari, quod procul dubio facerent se respondere talibus cogerentur.* [¶ postea] *Vnde factum est, vt de gratia Dei quid sentirent breuiter quibusdam scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent: immorarentur erò in eis, quæ aduersus alios inimicos Ecclesiæ disputabant, & in exhortationibus ad quacumque virtutes, quibus Deo viuo, & vero pro adipiscenda vita æterna, & vera felicitate seruitur, frequetationibus, aut orationibus simpliciter apparebat Dei gratia quid valeret, quibus ultimis verbis ad Chrysostom. præsertim respicere videtur, qui etiæ pressius de gratia locutus est, magisque antea exortâ hæresim Pelagianorum, videtur liberum attollere arbitrium.*

Et S. Basilius Epist. 78. reddens rationem de deitate Spiritus sancti cù à Patribus Nicæni Concilij, nulla fuerit facta mentio sic respondet. *Sententia vero de Spiritu sancto in transcurso sine omni diligentia posita est, propriea, quod nondum mota esset quæstio, sed adhuc credentium metibus securus, ac nullis obiectis insidijs inesset de Spiritu sancto intellectus, paulatim vero peruersa impietatis semina se exernerunt, quæ primum quidem ab Arrio hæresi authore seminata; postea vero ab illis, qui impia Arrij commenta suscepérunt, ad perniciem Ecclesiarum nutrita sunt, & ipsa impietatis series, ratio ad blasphemiam contra Spiritum sanctum respexit, necessarium est, vt aduersum eos, qui sibi ipsis nō parcunt, nec ineuitabiles minas prospiciunt, quos in blasphematores Spiritus sancti Dominus vibravit, hoc cautions protendatur, vt anathematizent, ipsi, eos, qui Spiritum sanctum creaturam esse dicunt.*

Et S. Hieronymus in Epist. ad Pammachium, & Ocea-

## 34 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

& Oceanum idem respondet laudatoribus Originis, qui sic obijecabant. *Quomodo damnabimus quos Synodus Nicæna non tetigit?* Quæ enim damnauit Arrium, damnasset utique, & Originë filius dogmata reprobasset, respondet Hieronymus, scilicet uno medicamine omnes simul morbos debere curari, & id circa Spiritus sancti negand a maiestas est, quia in illa Synodo de supersubstâlia eius silentium fuit de Arrio tunc, non de Origene quæstio fuit, de Filio, non de Spiritu sancto, confessi sunt quod negabatur, tacuerunt de quo nemo querebat, quanquam latenter Origenem fontem Arrij perciverunt: damnantes enim eos, qui Filium de Patris negant esse substâlia, illum pariter, Arriumque damnauerunt. Alioqui hoc argumento nec Valentinus, nec Marcion, nec Cataphryges nec Manicheus damnari debent, quia Synodus Nicæna eos non nominat, quos certe ante Synodum fuisse non dubium est. Sunt, & alia rationes cur apud Patres non sit facta mentio multorum dogmatum, sed de his iterum redibit sermo in ista Hæc eadem repetere haud inutile, cum passim hæc Nouatores ad nauseam obijciant.

Illud tamen diligenter aduertendum est, quod interdum apud Patres obiter, & non ex professo multa tractata videntur, vt propterea multoties appearat non esse factam mentionem apud illos de tali dogmate. Quia tamen adducuntur ad explicanda, vel confirmanda aliqua, quæ in controvèrsiam ab hæreticis adducuntur, maximam ass erunt firmitatem. Sic ad ostendendum manere vinculum conjugale in separatis coniugibus ob diuortium, obiter (sed tamen ex communi sensu Ecclesiæ) & à simili probat Augustinus ex charæctere ordinis, vel baptismi (qui in apostatis manet) Idem Augustinus 2. de adult. coniug. cap. 5. etiam peccati originalis doctrinam confirmat, ex verbis Cypriani docentis baptismâ parvulorum per paucos dies non esse differendum 3. de pecc. merit. cap. 5. sic soluitur ultimum argumentum.

### ARTICVLVS QVINTVS.

Num sententia priuata vnus, vel paucorum Patrum, communis Patrum, & Ecclesiæ auctoritati possit derogare?

*Hæreticorum fraus.*

**J**St, & alia Hæreticorum vafries, quam descriptis S. Vincen-  
tius Lerinensis cap. 11. cum  
sub alieno nomine hæresim  
coccinnat, & machinat. Cap-  
itâ, plerumque veterum cuius-  
piam viri scripta paulò inuolu-  
tus ædita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati  
suo quasi congruant, ut illud nescia quid quodcum-

que proferunt, neque primi, neque soli sentire videantur.

Sic Donatistæ, vt suam hæresim propagarent S. Cypriani auctoritate suam peruersitatem, ne veritatis impetu caderent, fulcire conabantur, vt scribit Augustinus 1. lib. de Bapt. contra Donat. cap. 1.

Sed, & moderni Hæretici passim ex ambiguis verbis Sanctorum, vel priuatum eorum lapsum sectantes, sub hoc prætextu Catholicam fidem impugnant, atque traducunt, sub prætenso vetustatis pallio (quod alibi lacerant) se amicire volentes, de his fusis cum agemus suo loco de Hæreticorum astutia.

### Oppositiones.

**V**Idetur, quod Sic. Primò, quia interpretatio sermonum donum Spiritus sancti est, & tam en vbi Apost. 1. Cor. 14. dixisset: *Prophetæ autem duo, vel tres dicant, & cæteri dijudicent, subdit, quod si alij reuelatum fuerit se seni prior taceat,* quorum verborum sensus est, quod Propheta (qui, & Tractatores diuinorum eloquiorum) sedeant iudicando, verba eorum discernentes, à bonis meliora, & à melioribus optima eligentes. Sed si interim à Spiritu sancto fuerit reuelatum aliquod melius alij sedenti, qui audiebat, prior qui loquebatur taceat, vt & iste loquatur, quod sibi diuinus est reuelatum. *Sæpe enim reuelat Dominus, quod melius est iuniori.* Hæc Aniel, mus.

Secundo, quia idem Apostolus 1. Philipp. 3. *Si quid aliter sapitis, & hoc quoque Deus reuelabit.* Potest ergo quis aliter sapere, quam cæteri Patres senserint, & hoc procedere ex diuino insinu: nec enim Deus multitudini se alligavit, immo per unum potest totam multititudinem corrigere, quæ est maior sapientia.

Tertio, quia ex Glossa in dist. 31. *vnius potest contradicere toti vniuersitati, si habet rationabilem causam,* cap. 12. immo, & sententia vnius potest alios trahere ad partem suam.

Conformatum ex Synodo Nicæna volente Ie-  
gem celibatus sacerdre pro clericis sacro ordine ini-  
tiatis: & quia hæc lex erat occasio fornicandi, sur-  
rexit Paphnutius confessor, inexperitus nuptiarum, & Synodo contradixit, ne talem condiceret  
legem, eamque Paphnutij sententiam laudauit,  
& approbauit sacra Synodus. Vnde ergo Pater  
potest vniuersitati contradicere.

### Confutatio ex orthodoxorum fir- mamentis.

**S**Ed contra est primo authoritas Augustini lib. 2. de Bapt. contra Donatist. cap. 1. qui allegâtes pro se auctoritatem Cypriani, quod affereret baptismum Hæreticorum iterandum esse, respondet his verbis. *Non me terret auctoritas Cypriani, quia reficit humilitas Cypriani, & infra. Si potuit inquam Petrus contra regulam veritatis, quam poscea tota Ecclesia tenuit, cogere gentes iudaizare (intellige quantum ad exemplum conuerstationis non errore doctrinæ, vt alias diximus*

# VI.

## De Patrum sensu, & authoritate. 35

ex Tertulliano) cur non potuit Cyprianus contra regulam veritatis, quam postea tota Ecclesia tenuit, cogere haereticos, vel schismaticos de novo baptizari? & lib. 6. cap. 2. quapropter reddens debitam reverentiam, dignumque honorem, quantum vales, persoluens pacifico Episcopo, & glorioso martyri Cypriano: audeo tamen dicere eum aliter sensisse de Schismaticis, vel Haereticis baptizandis, quam postea veritas prodidit, non ex mea sed ex universae Ecclesiae sententia, plenarij Concilij auctoritate roborata, atque sermata sicut veneras pro sui merito Petrum primum Apostolum, & eminentissimum martyrem, audeo tamen dicere, cum non recte fecisse, ut gentes iudaizare cogeret, & hoc etiam dico non ex mea, sed ex Apostoli Pauli salutari doctrina per Ecclesiam uniuersam retenta, atque seruata.

Idem Augustinus lib. 1. cap. 2. Certe nobis obiecte soleitis Cypriani litteras, Cypriani sententiam, Cypriani Concilium. Cur auctoritatem Cypriani pro vestro schismate assumitis, & eius exemplum pro Ecclesie pace respuitis? Quis nesciat sanctam Scripturam canonicanam tam veteris, quam noui testamenti, certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus Episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino dubitari, & disputari non possit, ut um verum, vel utrum, redum sit, quicquid in ea scriptum esse consisteret? Episcoporum autem litteras, quae post confirmationem canonum, vel scriptae sunt, vel scriptentur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re periti oris, & per aliorum Episcoporum grauiorem auctoritatem, doctorumque prudentiam, & per Concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deviatum est.

Et lib. 3. cap. 4. obiecta sibi rursus Cypriani auctoritate, respondet. *Iam legi fateor, & projecto sissem in eandem sententiam, nisi me ad diligenterem considerationem reuocaret tanta auctoritas aliorum, quos vel pares gratias doctrinæ, vel etiā fortasse doctiores per tot gentes Latinas, Græcas, Barbaras, & ipsam Hebræam Ecclesia toto orbe diffusa parere potuit, quæ ipsum quoque pepererat; qui mihi quoque nullo modo potuerunt frustra nullisse istam sententiam; non quia fieri non potuit, ut in obscurissima quæstione, verius pluribus, unus paucis sentirent, sed quia non facile prouno, vel pro paucis aduersus innumerabiles eiusdem religionis, & unitatis viros, & magno ingenio, & uberi doctrina preditos, nisi per tractatis pro viribus, atque perspectis rebus ferenda sententia est.*

Lib. 2. contra Crescon. cap. 32. respondens ad auctoritatem desumptam ex auctoritate Cypriani in Epistola ad Iubaianum pro baptismi haereticorum reiteratione, Respondit. *Ego huic epistola auctoritate non teneor, quia litteras Cypriani non ut canonicas habeo, sed eas ex canoniciis considero, & quod in eis diuinarum scripturarum auctoritati congruit, cum laude eius accipo: quod autem non congruit; cum pace eius respuo, & infra: Eius viri, cuius laudem consequi non valeo, cuius multis libris mea scripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius myrtorum veneror, hoc quod aliter*

*sapuit non accipio. Non accipio inquam, quod B. Cyprianus sensi, quia hoc Ecclesia non accipit, pro qua B. Cyprianus sanguinem fudit.*

S. Vincentius Lerinensis cum retulisset haereticorum astutiam, quod sua prava dogmata alicuius Patris auctoritate tueri conarentur dicit cap. 11. *Quorum ego nequitiam dupliciti odio dignam iudico, vel eo quod haereses venenum propinare alios non pertimescunt: vel eō etiam, quod sancti cuiusque viri memoriam, tanquam sopitos iam cineres prophana manu ventilant, & quæ silentio sepeliri oportebat, rediuita opinione diffamant: sequentes omnino vestigia auctoris sui Cham, qui nuditatem venerandi Noë, non modo operire neglexit, verum quoque irridendam ceteris enunciavit. Vnde tantam læse pietatis meruit offensam, ut etiam posteri ipsius peccatis sui maledictis obligarentur: Beatis illis fratribus longeque dissimilibus, qui nuditatem ipsam reverendi patris, neque suis temerare oculis, neque alienis patere voluerunt, sed auersi, ut scribitur texerunt eum, quod est terratum sancti viri, nec approbasse, nec prodidisse. Iterum idem argumentum assumens ad eandem haereticalem perfidiam infirmandam dixit idem S. Vincentius eodem cap. 11. O mira rerum conuersio, auctores opinionis Catholici, consecratores vero haeretici iudicantur, absoluuntur magistri, condemnantur discipuli, &c. Sanctus enim fuit, ait Canus lib. 7. de loc. cap. 3. qui credidit baptizatos esse rebaptizandos afferuit, Sanctus, qui in Christi corpore nec sensum penitentia, aut dolorem fuisse negavit. Sanctus, qui in Chiliasm dogma descendit. Sanctus qui viro ob adulterij culpam uxorem repudiavit, alterum matrimonium concessit. Sanctus fuit qui animis piorum usque ad iudicij diem, veram felicitatem ademit. Sanctus fuit qui animam hominis extraducere esse putauit. Sanctus fuit qui animam Adæ ante corpus fuisse editam opinatus est. Sancti fuere qui hæc existimarent, & tamen cum diabolico arturi merito haeretici deputantur, qui errorem, & lapsum, non modestiam, & humilitatem eorum se Ecclesie subiicientum, imitari voluerunt, in dogmate peruerso; vel temeritatis notam incurriendo, subiribentes sententiæ contra communem Ecclesiæ sensum.*

Secunda classis ex rationibus demonstratur propositum. prima ratio nam in tantum Patrum testimonium efficax est, in quantum fidem Ecclesiæ exprimit, atque demonstrat. Ergo ubi à sensu vnu, vel alter, vel pauci à reliquo Sanctorum choro (qui sensus Ecclesiæ est) discordant, firmitatem habere non possunt. antecedens probatur ex praecedenti articulo, consequentia est manifesta.

Secunda ratio, nam licet Ecclesia humano testimonio non innitur, sed diuino; & depositi traditi, hoc est Apostolicæ traditionis, sit diues depositorum, prudentia tamen non est destituta in investigatione traditionis, & dogmatum, sicut nec ratiocinationibus cum deducit conclusiones ex principijs fidei: sed hoc requirit prudentia, ut pluribus credatur, qui melioribus rationibus, aut fortioribus argumentis, & asseveratione aliquid docent, quam paucioribus: nec pauciores prudenter

## 36 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

ter præponantur pluribus, nec vnius sententia tanquam omnibus præualens eligitur: Ergo, & in casu nostro, vnde Augustinus 3. de Bapt. contra Donatistas supra, & profecto, ait, *issim in eandem sententiam Cypriani, nisi me ad diligenterem considerationem renocaret tanta autoritas aliorum, quos vel plures gratia doctrine, vel etiam fortasse doctiores, per tot gentes Latinas, Græcas, & ipsam Hæbream Ecclesia parere potuit, &c.*

Tertia Classis ad hominem, nam nihil aliud sicut, quod hæretici formidarent, quam si non vnum, vel alterum, sed multitudinem Doctorum, & Patrum obijcerent illis catholici. Vnde hoc præiudicium præscribere volebant. Petimus (aiebat Eunomius apud Basil. 1. contra eum) præ omnibus, ut ne velitis multitudine mendacium à veritate discernere, maiori parti, quod melius est, attribuendo, neque dignitatibus commoueri, aut ordini prægressorum plus tribuere, & posterioribus aures obturare. Cui Basilius. *Quid dicit, non tribuemus plus antiquitati? non reuerebimur multitudinem, tam eorum, qui non sunt Christiani, quam eorum qui nati sunt ab eo tempore, quo predicari coepit Euangeliū? nullā ratione habebimus dignitatis eorum, qui omnigenis donis spiritualibus clauerunt, quibus tu omnibus inimicam, & aduersam banc viam impietatis, recens excogitasti? sed clavis in totum animi oculis, & omnium Sanctorum memoria ex mente eiecta, ociosum, ac purgatum cor suum quisque inductionibus, ac sophismatibus tuis supponemus? magnam profectò potentiam nactus fueris, si que varijs suis insidijs diabolus non est assequutus, ea assequi tibi contingat, ut traditionem, que apud Sanctos obtinuit, vestro inuento impio viliorem iudicemus.*

### CONCLVSI O CATHOLICA:

*Priuatus unius, vel alterius sensus, communis Patrum, & concordi sententie, non potest præiudicare.*

**R**Espondeo dicendum, quod talis in primitiis Ecclesia erat ordo interpretationis, vt seorsim duo, vel tres Doctores, qui & Prophetæ, interpretarentur; ceteri vero dijudicarent, discernentes à bonis meliora, & à melioribus optima, vt dicit Anselmus: Totum autem hoc agebatur, ex Chrysost. homil. 36. in 1. Corint. 14. *Spiritu cuncta administrante, cuncta Ecclesia capita moderante affatu suo, unumquemque corripiente; & subdit: quod etiam num, duo loquimur aut tres, & seorsim quidem, & altero silente incipit alter, &c. & mox, ubi igitur nos cœpimus loqui, cum spiritu tuo plebs respondet; ita quosdam locutos SS. significare volens, nempè non sapientia propria, sed spiritus Dei instinctu. Talis autem erat subordinationis necessaria (vt dicit Chrysostomus) ne quis interea ariolus admiseretur, ne quis diabolicus præceptor ingredieretur. Insuper vt humilitas exerceretur, & charitas conseruaretur in unitate, & per eiusdem sententia approbationem conseruaretur. Quod si interim illis interpretibus dicentibus,*

istisque dijudicantibus, aliquid sedenti reuelatum esset, ex eodem Apostolo, qui stans loquebatur, tacere debebat, subiectus enim erat spiritus Prophetarum Prophetis, vt quando vellent tacere, possent. Vnde si prior Propheta non cederet alteri, signum esset non esse in eo spiritum Dei: non enim (ait Apostolus) est Deus dissensionis, sed pacis: esset autem dissensionis author non pacis, si & eum qui prior loqui cœperat non sineret tacere, & hunc qui interim repentina reuelatione impletus est non cogere loqui, spiritus vero, qui est auctor pacis, facit, vt alter rationabiliter cedat alteri. Nullo ergo modo vnius, vel alterius Doctoris, & tractatoris mentem sequi possumus, cum cœteri contrarium dijudicant, aut cum priuatum sensum minimè alteri cedendo aliquid pronunciat, cum à Spiritu sancto proueniat sententiarum concordia, & unitas, & propriæ sententia, alieno iudicio submissio.

### Solutiones Oppositionum.

**A**D primam respondeatur alij reuelari posse quod alios effugerit: sed ordo quidam requiritur subiectonis, & examinationis; insuper & proprij iudicij submissio, & cessio: vnde Augustinus 2. contra Donatist. cap. 8. Cyprianum ex hac submissione iudicij, sic benignè excusat. Nec arbitror B. Cyprianum propter aliud contra consuetudinem, quid sentiret liberius ex promissione, prioremque dixisse, nisi vt alium si forte existeret, cui esset melius reuelatum gratissime acciperet, & ostenderet imitandam, non solum docendi diligentiam, sed etiam docendi modestiam: si autem melius existeret, qui tale aliquid afferret, vnde ille omnes verisimiles rationes, quibus mouebatur, refellerentur, in eadem sententia permaneret, sibi bene conscientius, & non occultatae, qua putabatur, veritatis; & retentæ, qua amabatur unitatis. Nam & illud sic intellexit, quod ait Apostolus. Prophetæ autem duo, vel tres loquantur, & ceteri examinent: si alij sedenti reuelatum fuerit, ille prior taceat. Quia in parte, inquit, docuit, & ostendit multa singulis in melius reuelari, & debere unumquemque non pro eo, quod semel imbiberat, & tenebat pertinaciter congregari; sed si quid melius, & utilius extiterit libenter amplecti. (His utique verbis non solum eos admonuit sibi consentire, qui melius aliquid non videbant, sed etiam eos hortatus est, si qui possent afferre aliquid, quo prior consuetudo seruanda potius firmaretur; vt si tale esset quod refelli non posset, etiam ipse ostenderet quam veraciter dixerit, debere unumquemque non pro eo, quod semel imbiberet, & tenebat pertinaciter congregari, sed si quid melius, & utilius extiterit, libenter amplecti). Sed quia tunc non extiterant, nisi qui ei consuetudinem opponerent; defensiones autem ipsius consuetudinis non tales afferrent, quibus illa talis anima moueretur, noluit vir grauisimis rationes suas, eis non veras, quod eum latebat, sed tamen non vietas, veraci quidem, sed tamen nondum assertæ consuetudini cedere. Hec ille.

Ad secundam loquitur Apostolus de ijs, qui per ignorantiam, & huiusmodi, aliter suspicant quam

quam veritas se habeat, quibus Dominus aperit quid tenendum sit, ut dicit D. Thomas lect. 31 in hunc locum, unde Augustinus loquens de S. Cypriani lapsu, & errore, 2. contra Cresconium c. 31. sic dicit. Proinde cum dicat Apostolus, cuius epistola in autoritate canonica vident, quoquot ergo perfecti hoc sapiamus, & quid aliter sapitis id quoque vobis Deus reuelauit: quamdiu aliter sapuit Cyprianus, si scripta eius esse constat, quae pro vobis proferenda arbitramini, quamdiu ergo de hac re aliter sapuit quam veritas diligentius considerata patet, donec ei Deus id quoque reuelaret, ineffabili laude charitatis, unitatem, pacemque Catholicam etiam cum collegis suis, quibus aliter sapuit, non reliquit: & de his, Cypriano similibus, idem dicit Augustinus 5. contra Donatist. cap. 27. Cum autem aliquid aliter sapiunt, id quoque illis, in charitatis flagrantiam permaneantibus, nec rumpentibus vinculum pacis, Deus reuelabit. Nunquam tamen vni aliquid reuelatur, quod sit contra communem sensum Ecclesiae, quod si aliquid alicui reuelatur, quod vni, vel alteri reuelatum non sit, cedendum est illuc submissione ad communem sensum Ecclesiae, ait (ex S. Th.) Apostolus, si quid aliter, id est melius de vobis sapiatis, quam ego de me, hoc ipsum est vobis per reuelationem diuinam donatum, & quando aliis est vobis reuelatum aliquid, quod non mihi; non contradico, sed cedo vestrae reuelationi. Veruntamen nolo quod propter hanc reuelationem ab unitate Ecclesiae discedatis.

Ad confirmationem primam. In iudiciis forensibus, etiam Ecclesiasticis ante determinacionem, & in discussione, vnius sententia plurimorum sententiarum potest praeualeere; nunquam tamen vnius sententia, medijs, quibus discussio fit, potest praeualeere, cum secundum illa sit iudicandum. Et talis est Patrum auctoritas: vnde Damasus epist. ad Episc. Illyric. Cauendum sane, ne per eos, qui varias doctrinas comminiscuntur, in lubricum seducantur; ut potius quoiescumque illi variantibus consilijs circumferuntur, Patrum nostrorum à nobis sententiae sunt retinendae: multo minus, quando ex consensu Patrum dogmata statuta sunt, licet vnius sententiam toti vniuersitati Patrum præferre, vnde Cassianus lib. 1. de Sacram. Dominicæ Incarnat. cap. 6 loquens de communione cathol. consensu, ait, Sufficere ergo solus nunc ad confutandam heresim deberet consensus omnium, quia indubitate veritatis manifestatio est auctoritas vniuersorum, & perfecta ratio facta est, ubi nemo dissentit: ita ut qui contra hoc sentirentur, huinc prima statim fronte non tam sit audienda assertio, quam damnanda perueritas, quia præiudicium secum damnationis exhibuit, qui iudicium vniuersitatis impugnat, & audientie locum non habet, qui à cunctis statuta conuelliit,

Ad quintam confirmationem. Illa historiæ confita est. Et Socrates qui illam refert, mentitur. Similiter Sozomeni auctoritas, qui illam describit non facit fidem: de illa enim scribit Gregorius lib. 6. ep. 31. quod ipsam historiam Sozomeni, sedes Apostolica suscipere recusat, & mendacium manifestè depicenditur, nam ex-

pressè in Concilij Nicenij Canone 31. inhibetur Episcopis, Presbyteris, Diaconis ne ullam mulierem domi haberent, præter matrem, sororem, &c.

## ARTICVLVS SEXTVS.

An in aliquem errorem Patres aliqui prolapsi sint, vt propterea sibi, vel fidei aliquod præiudicium generant.

### Praxis Nouatorum.



Ibenter sectarij Patrum errata euulgant, & exagerant, vt eorum auctoritatem infirmit, & nulla illis fides præstetur. sic Brétius in prolegom. f. 120. ait, In Patribus sunt errores, Cyprianus anabaptizat, Hieronymus origenizat, &c. Sed

& Caluinus ad Regem Gallie Francicum (vt dicit Canus lib. 7. de loc. cap. 3.) vt Lutheranorum impudentiam excusaret, Catholicorum innocentiam traduxit. Cum enim Lutheranis verissime, ac grauissime obijceretur, quod Patrum essent vbiq; contéptores, & aduersarij, dixit. Multa ignorarunt Sancti illi viri, sèpè inter se conflictarunt, interdum etiam secum ipse pugnant. Tum deinceps præter falso illis impositos, quotquot priuatios Patrum errores colligere potuit enumerat. Paucos, & notiores enumerabimus in lectorum gratiam, vt inoffenso pede Patrum libros percurrent.

### EXTREMA SENTENTIA quorundam Catholicorum.

In alio extremo quidam P. Poza lib. 4. tract. 3. cap. 1. sic scripsit fol. 1128. Quacumque in scriptis PP. inueniuntur minus Ecclesiae fidei, aut sedis Apostolice sensibus consona, non ab eorum calamo, & mente promanarunt, sed à corruptione temporum, ab iniqua translatione, ab insidia, aut scordia amanuensium, ab erroribus Typographorum, ab hereticorum calumnijs.

### Oppositiones.

Arguitur primo, nam Patres millenarij, vt Ireneus, Iustinus, Laetantius, Victorinus introducentes illud dogma de Christi regno in terris futuro per mille annos post iudicium, aperiè locuti sunt contra fidem: Ioannis enim 18. dicitur Regnum meum non est de hoc mundo, &c. & Christus Dominus d. cebat Saducæis, Erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei: in re-

## 38 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

*Surrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli in cœlo.*

Secundo, etiam veteres docuerunt animas quæ nihil purgandum secum deferunt non ingredi cœlum, & eorum beatitudinem suspensam esse, vel differri usque in diem iudicij, ita Chrys. hom. 39. 1. ad Corinth. & 28 ad Hebr. Tertull. lib. de anima cap. penult. Origen. lib. 7. in Leuit. Ambros. 2. de Cain, & Abel c. 2. & de bono mortis cap. 10. Aug. in ps. 36. & 12. super Genes. ad Irām. Theoph. ad Heb. ij. Bern. ser. 3. & 4. de omnibus Sanctis, circa vero locum, ubi detinentur alij dicit in Paradiso voluptatis detineri usque in nouissimum diem, apertissimèq; contra orthodoxiam locuti sunt. Hi sunt Tertullianus in Apol. cap. 47. vt annotat Pamphilus paradoxo 9. Origenes 2. Periarch. c. 12. Justin. quæst. 75. ad Orthodoxos, & q. 95. quos sequi sunt è vestigio Prudentius, Theophilactus, & Euthymius in cap. 23. Lucæ, & Moyles Barcepha lib. de Paradiſo cap. 18. extat hic liber in Bibliotheca Patrum. Alij ponunt eas in sinu Abrahæ, ita Chrys. ad Hebr. cap. 5. hom. 33. ad popul. Antioch. & 53. in Matth. & 40. in Genes. & 24. in 1. ad Corint. Tertull. 4. con. Marcion. Orig. 4. Periarch. Hæc autem dogmata aperte fidei repugnant.

Tertio, B. Virginem venialiter peccasse contra fidem Ecclesiæ multi veterum sentire videntur, nam Ireneus lib. 3. cap. 18. nu. 7. scribit quod Dominus repelle s eius intempestiuam festinationem dixit. *Quid mihi & tibi mulier?* Athanasius ser. 4. contra Arianos docet aperte quod Christus matrem increpauit cum dixit. *Nondum venit hora mea.* Chrysost. homil. 20. in Ioan. Fortasse (ait) aliquo humano affectu batur affectu, quemadmodum, & fratres eius cum dixerunt, ostende te ipsum mundo, cupidi eius miraculis sibi famam comparare: idcirco asperius respondet. Idem dicit Euthym. & non dissentire videtur Gregorius Nissenus oratione in ea verba quando subiecerit sibi omnia, dicens: *Maternum consilium, ut quod minimè in tempore adhiberetur reiicit dicens.* *Quid mihi & tibi mulier.* Et Ambros. 2. in Luc. cap. 2. explicans illud, *quid est quod me quærebatis* (ait.) *Alibi eum ad mysterium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc ea quæ humana sunt exigat: & quod magis est eandem Virginem docent multi Patres à filijs sui fide defecisse, & de diuinitate eius dubitasse*, ita scribunt Orig. homil. 17. in Luc. Auctor qq. ex nouo testam. q. 73. cum Origene sentit, & S. Basilus ep. ad Optimum, vt refert S. Thom. 3. p. q. 27. art. 4. Amphibioch. homil. de occurso Domini Chrys. in ps. 13. illudque Simeonis Luc. 2. (& tuam ipsius animam pertransibit gladius) de gladio infidelitatis, & dubitationis exponunt. Acerbè quoque suisse reprehensam, Matth. 22. Mar. 3. & Luc. 8. cum publicè prædicantem Christum interpellauerit, unde Christus dixit. *Quæ est mater mea;* dicit Chrysostomus homil. 45. 1. Matth.

Quartò, Angelos suisse creatos ante mundum corporeum multi veterum defenderunt Hier. ep. ad Tit. 1. Basilus homil. 1. & 2. in Exameron, & Anastasius Sinaita lib. 1. Exameron. Nazian. serm. de Natiu. Ambros. Exameron. lib. 1. cap. 5. & alij, Hilar. in 12. de Trinit. & contra Auxentium, Isid. lib. de summo bono cap. 12. Damasc. 2. Orthod. fidei, c. 1.

Aug. 11. de ciuit. cap. 32. liberè permittit hanc sententiam teneri, quod tamen in Concilio Lateranensi sub Innoc. 3. reiectum est, dum definitur: ab initio utramque simul creaturam conditam spiritualem scilicet, & mundanam; sed queque esse corporeos contra eandem Ecclesiæ determinationem senserunt Orig. 1. Periarch. cap. 7. & 2. cap. 2. Cæsarius Dial. 1. in fine operum Nazianzeni, Basil. de Spiritu sancto c. 16. Athanas. ep. ad Serap. Aug. lib. 8. 3. 99. q. 47. 7. de Genes. ad litt. cap. 17. & alibi. Bern. serm. 5. in Cantica, & lib. 5. de consid. cap. 4. & alij in Biblioth. PP.

Quinto, asserere materiam coeternam Deo, Ideas separatas introducere, transmigrationem animarum defendere, plures mundos ante formationem primorum parentum somniare, & Angelos cum mulieribus permixtos, prolem procrease, & alia huiusmodi portenta edocere, apertissimè est contra fidem orthodoxam dogmatizare. At hac omnia Clemens Alexandrinus in suis Hypothypothesibus descriptis (ait Photius in sua Bibliotheca.) Imò & Catholici tractatores plures errores (vt dixit Cassiodorus) obseruarunt in eodem, nam primo Strom. docuit Christum anno ætatis suæ 30. passum esse, & lib. 6. dicit quod *Christus Dominus comedebat non propter corpus, quod sancta virtute continebatur, sed ne eis qui una cum eo versabantur in mentem veniret de eo aliter sentire, sicut certè postea quidam existimauerunt eum apparuisse visione, & phantasmate: ipse autem ut semel diccam erat impatibilis, quem nullus subibat motus affectionis, nec voluptatis, nec dolor:* & eodem libro docet Christum apud inferos prædicasse etiam iustis ex Philosophia, hoc est ijs qui moraliter benè vixerunt, & penitentiam egerunt.

Sexto, Baptizatos ab Hæreticis in forma Ecclesiæ iterum rebaptizandos, hæresis est manifesta. Sed hanc Agrippinus defendit, & postea S. Cyprianus cum Concilio Africano mordicus (contra decretum Stephani Papæ reclamantis nihil esse innouandum, nisi quod traditum esset, recipiendum) eam sententiam anabaptismi defendit.

Septimo, per adulterium matrimonium dissolui posse, hæresis est damnata ab Ecclesia in Conc. Trid. scis. 24. can. 7. at id asseruit Hilarius can. 4. in Matth. Cum lex, ait, libertatem dandi repudiij, & libelli autoritate tribuisset, nunc marito fides Euangelica non solum voluntatem pacis indixit, verum etiam coactæ in adulterium uxoris impo-  
suit, si alij ex necessitate nubenda sit, nullam aliam causam detinendi à coniugio præscribens, quæ virum prostitutæ uxoris societate pollueret: idem tenet Ambros. in comment. 1. ad Corint. 7.

Ottavo, animam rationalem propagari, & non creari à Deo error est manifestus, vt patet ex epistola Leonis Papæ ad Turib. cap. 10. & epist. ij. ad Iul. & tamèn in illum inclinat. S. August. 10. de Genes. ad litteram cap. 23. & 4. de Orig. animæ. & epist. 28. ad Hier. & 157. ad Optatum: & Augustinum secuti sunt Greg. Papa lib. 7. regis. epist. 27. Eucherius in commentarij 2. cap. libri Genes. & alij.

Nono, Spiritum sanctum à Filio non procedere, hæresis est damnata ab Ecclesia, illam tamen sententiam Theodoreus defendit. Sed & S. Tho-

mas aperte dicit q. 10. de pot. art. 4. ad ultimum Damascenum in eadem extitisse sententia, at enim primo de fide Orthodoxa cap. 11. [At vero cum non ex Filio esse dicimus, sed Filij Spiritum nominemus. *Sic quis enim Spiritum Christi non habet ait Apostolus hic non est eius, atque ipsum nobis per filium, & patens factum esse, & impetrari contemnuntur.*]

Decimo, Non esse licitum hominem occidere in iudicio à publica potestate, heres est manifesta; & tamen illam asseruit Lactantius lib. 6. c. 20. similiter nec licere Christianis militare fuit heres Manichaeorum, & eandem idem auctor asseruit cap. 25. Quin quod ornatum templorum, cultum externum, externumq; sacrificium de medio tollere videtur ibidem lib. 7. nec animas impiorum illico post mortem iudicari dicit.

Vndeclimo idem lib. 9. cap. 14. diabolum dicit pululatim pellexisse homines ad vitia, eosque mulierum congreßibus inquinasse, vnde nati sunt terrestres demones qui sunt hominum tentatores, quem errore tenuit Atenagoras, & S. Seuerus Sulpitius equalis, & amicus S. Paulini lib. 1. de sacra Historia, Chrys. homil. de decol. S. Io. Bapt. super illud Herodes tenuit Ioannem. Ambros. lib. de virginibus cap. 4. S. Iustinus in Apol. ad Antonium Pium. Clem. Alex. 3. & 5. Strom. Tertull. de habitu mul. Eusebius Cesariensis 5. de preparat. Euangel.

Duodecimo; in Eucharistie Sacramento non remanet substantia panis, qua convertitur, vel transubstantiatur in corpus Christi, & tamen Rupertus Abbas lib. 6. in Ioan. opus situm tenuit, docendo in Eucharistia sic panem assumi à Verbo, sicut humanitas assumpta est in Incarnatione. Verbum sit factum esse hominem non destruendo, sed assumendo humanitatem, & eodem modo in Eucharistia idem verbum fieri panem non destruendo, sed assumendo panem. Idem habet lib. 2. in Exod. cap. 10. & 2. de diuin. officijs cap. 2. & 9.

Decimotertio. ab Ecclesia in Concilio Florentino definitum est aliquas animas mox in cœlum recipi, vnde & qui mox à Baptismo moriuntur nullam Purgatorijs penam sentiunt, vt martyres &c. at omnes purgandos esse post resurrectionem vero igne, uno excepto Christo, scripsierunt Orig. 14. in Luc. Hilar. in psal. 118. B. Virginem, etiam per ignem transituram dicit in ea verba. *Concupiuit anima mea:* & Ambros. in eundem psal. serm. 20. Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 32. Lactant. lib. 7. cap. 21. omnes Santos per ignem transiituros docent.

Decimoquarto, dogma fidei est Episcopum differre à simplici Sacerdote: at S. Hieronymius cap. 1. in ep. ad Tit. ait. *Idem est Presbyter qui Episcopus &c.* idem docet in ep. ad Euagrium 85. idem docet Ambros. ad Eph. cap. 4. Chrys. in 1. Timoth. 2.

Decimoquinto, excepto infidelitatis peccato, per quodlibet aliud amitti fidē heres est damnata in Tridentino, at id asserunt Anastasius Nicenius q. 1. in script. ex Marco Monacho, dicit namq; *Quidam non facientes mandata exsuffiant se recte credere, quidam autem facientes regnum*

*Dei expectant: & Didymus in epist. Iacobi 2. Cum fides, ait, mortua sit propter opera, iam neque fides est, nam neque homo mortuus, homo est. idem docet lib. 4. de prouid. Saluianus Messaliensis.*

Decimosexto, species sacramentales Eucharistie corrumpi, aut putrefieri sentit Ecclesia, at contrarium docuit Guitmundus lib. 2. de Eucharistia. Similiter, & Algerus lib. 2. cap. 1. docuit non posse fideles suscipere Eucharistiam nisi sub utraque specie.

Decimoseptimo, Paradisum terrestrem esse locum corporeum, creatum à Deo in tempore certum est ex scripturis, & sensu Ecclesiae. At Origenes putauit esse allegoricè intelligendam Paradisi historiam, & Sanctus Ambrosius ep. 42. ad Sabinum enumeratis aliorum sententijs dicit in eo conuenire omnes, quod spiritualis sit: *Ex quibus colligitur, ait, paradisum non terrenum vivendi posse, non in solo aliquo; sed in nostro principali quod animatur, & vivificatur, animæ virtutibus, & infusione Spiritus Dei, & S. Hieronymus in qq. Hebreic. exponens illud. Plantauerat autem Dominus paradisum voluntatis à principio; scribit Paradisum, aut Cœlum, & terram suisse, creatum.*

Decimoctavo, peccatum mortale à veniali distinguuntur dogma fidei est; at S. Basilius in qq. q. 4. & 29, illud discrimen tollere videtur, imo in eo opere multi errores continentur, qui in Concilio Gangensi damnantur: ergo &c.

Decimonono, Afferere peccatum esse substantiam, Manichaorum dogma est, at in S. Machario Aegyptio hom. 15. habetur expressè quod peccatum sit substantia, & facultas Sathanæ: ergo.

Vigesimo, nullum refrigerium damnatis contingit: at illud eis concedit Aurelius Prudentius hymno, sac. ad incensum Cerai Paschalis, & S. Hieronymus serm. 5. de Assumptione. Amplius, Nec ab inferis damnatorum animas egredi fana fides docet, contrarium tamen asseruit Damascenus, Traiani animam è penitentia liberatam, cui S. Thomas videtur subscriptisse de ver. q. 6. art. 6. ad 8. & 1. d. 43. q. 2. 2. ad 5. 4. d. 45. q. 2. art. 2. q. 1. ad 5.

Vigesimoprimo, secundæ nuptiæ licite sunt ex fide Catholica: at illas damnat Chrysostomus serm. 32. in cap. 19. Matth. & S. Hieronym. lib. 1. ad vers. Iouini. non modo videtur polygamiam, sed etiam nuptias damnare.

Vigesimosecundo, Adventus Christi ad iudicium determinatum tempus ex scripturis ignoratur: at S. Germanus in Theoria docet, futurū anno 6500. vt & multi Patres; imo quod sex mille annis sit mundus duraturus docent apertissime Iust. q. 71. ad gentes Iren. lib. 5. c. 28. Andrasas Cesarez Archiep. in ea verba Apocalyp. Septem capita, septem montes sunt. Hilar. in illud Matth. 17. & post dies sex. Gaudentius tract. 8. in Exam. Hieronym. in epistolari expositione psal. 89. ad Cyprianum confirmatur.



# 40 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

## Confutatio eorundem Orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo; nam in decret. c.24. q.2. cap. dixit Apostolus, habentur hæc verba. Si qui sententiam suam quamvis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, quærunt autem tota sollicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenient, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Quæ sententia est desumpta ex S. Augustino epist. 162. Sed tales errores non sunt hoc modo asserti à Sanctis Patribus: ergo, &c. Minor ostenditur à S. Cypriano epist. ad Quintum, ubi cum adduxisset illum locum Apostoli 1. Corint. 14. Prophetæ autem duo, vel tres loquantur, & cœteri dijudicent: si autem alij reuelatum fuerit sedenti, ille prior taceat, subdit. Quæ in parte docuit, & ostendit multa singulis in melius reuelari, & debere unumquemque, non pro eo quod semel imbiberat, & tenebat pertinaciter congrexi, sed si quid melius, & utilius extiterit, libenter amplecti: non enim vincimur quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur, maximè in his, que ad Ecclesiæ unitatem pertinent, & spei, & fidei nostra veritatem, hæc ille.

Secundo, ut dicit Augustinus lib. 2. de Trinit. initio. Duo sunt quæ in errore hominum difficultate tolerantur, præsumptio priusquam veritas patet; & cum iam patuerit, præsumpta defensio falsitatis: ergo ubi absunt ista vitia, conditioni humanae ignoscendum: nec enim anima nostra errore, & stultitia irretita, sine Dei speciali munere inoffenso pede percipit veritatem, ut in nullo prorsus aberret.

Tertio, ut dicit idem in præfatione de hæresibus ad Quodvultdeum. Non omnis error hæresis est, quamvis omnis hæresis, quæ in vizio ponitur, nisi errore aliquo hæresis esse non posse, hæresis enim est error manifeste fidei Catholicæ contrarius, cum pertinacia, quæ si ab sit tunc illud vulgatum quoque Augustini veritatem habet: errare potero, hæreticus non ero: si vero ad sit, hæreticum facit: vnde hæresis, ait 22. de Ciuit. cap. 22. cum alijs peccatis inter milia alia computatur, ab illa erroris, & peruersitatis radice venientia, cum qua omnis filius Adam nascitur.

Quarto, quia in nullo errare, facultatem hominum excedit, vnde Augustinus epist. 7. ait, Reprehensibilis est illa laus, quam de Tullio dixit Lucanus: Nullum verbum, inquit, quod reuocare vellet emisisti: que quidem laus quamvis preclarissima videatur, tamen credibilior est de nimium fausto, quam de sapiente perfecto. Nam & illi quos vulgo moriones vocant, quanto magis à sensu communis dissonant magisque absurdii, & insulti sunt, nullum verbum emittunt quod reuocare velint, quia dicti mali, vel stulti pœnitere, vtique cordatorum est: sed ad missa illa laude subdit: hoc potius de hominibus Dei qui spiritu sancto acti, locuti sunt, quam de illo quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credendum est: & subdit de se. Ab hac ergo excellentia tam longè absum, vt si nullum verbum quod reuocare vellere protulero, fatuo sim quam sapienti similior, illius quippe

scripta summa sunt auctoritate digna, qui nullum verbum, non quod reuocare vellet, sed quod reuocare deberet emisisti. Hæc quisquis non est affectus secundas habeat partes modestia, quia partes non potuit habere sapientie, quia non valuit omnia non pœnitenda diligenter dixisse, pœnitentia quæ cognoverit dicenda non fuisset. Ex hac modestia ibidem subdit, se non festinare ad diuinagandum libros de Trinit. & de Genesi ad litteram. Similiter; ex eadē, libros retrahitationum compositus. Idem Sanctus cum ab hæreticis Donatistis, qui ex Hilario, Cypriano testimonio proferebant, imperteretur, sic responderet epi. 48. Noli ergo frater contra diuinatam multa, tam clara, tam indubitate testimonia, colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, sive nostrorum, sicut Hilari sive antequam pars Donati separaretur ipsius unitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primo quia hoc genus litterariorum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicuti forte aliter sapuerint, quam veritas postulet, in eo quippe numero sumus, ut non dedigneretur etiam vobis dictum ab Apostolo accipere, & se quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelabit, &c.

Quinto, si quæ dixerunt Patres aliqui, quod cum fide non coheret, eo tempore dixerunt, quando controuersia de aliquo dogmate erat, vel nondum ad plenum erat comperta veritas: qui postea comperta veritate ab unitate Ecclesiæ se non separarunt, & dogma illud in quod per imprudentiam inciderunt, potius sunt ab hominatu quam secessi: ergo, &c. Audiatur Augustinus lib. 1. de Bapt. contra Donatist. cap. 18. Nam illis temporibus, ait, antequam plenarij Concilij sententia, quid in hac re sentendum esset, totius Ecclesiæ consensu confirmaret, visum est ei, Cypriano, cum ferme 80. Coepiscopis suis Africanarum Ecclesiærum, omnem hominem, qui extra Ecclesiæ Catholicæ communionem baptizatus fuisset, oportere ad Ecclesiam venientem, denuo baptizari. Quod non recte fieri, tanto viro nimis propere. Dominus non aperuit, ut eius pia, & humilitas, & charitas in custodienda salubriter Ecclesiæ pace patosceret; & non solum ilius temporis Christianis, sed & posteris ad medicinalem (ut ita dicam) mortaliam, signarecurum enim tantu meriti, tanto Ecclesiæ, tanti pectoris, tanti oris, tanto virtutis Episcopus, aliud de baptismō arbitraretur, quam erat inquisita diligentius veritas firmatura, multique eius collegæ quamvis liquide non solum manifestatum: id tamen teneretur quod & præteritæ Ecclesiæ consuetudo, & postea totus Catholicus orbis amplexus est: non se illi tamen à ceteris diuersa sentientibus separata communione disunxit, & hoc etiam ceteris persuadere non destitit, ut sufferrent inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in vinculo pacis &c. & si ille se separasset, quam multis sequerentur, quantum sibi nomen inter homines faceret, quantum latius Cyprianistæ, quam Donatistæ vocarentur. Sed non erat filius perditionis, de qualibus dictum est: Deieristi eos dum extollerentur: sed erat filius pacis Ecclesiæ, qui tanta cordis illuminatione prædictus, propterea non vidit aliquid,

aliquid, ut per eum aliud supercidentius videatur, nempe per charitatem, &c. Cum autem minus illud prospiciens, hanc tamen humiliter, fideliter, fortiter, custodiuuit ad martyrij coronam meruit pervenire: ut si qua in eius lucidam meniem, ex humana conditione nebula irrepserat, gloria se renitate fulgentis sanguinis fugare ur.

Sexto, ex erroribus huiusmodi humilitas, & charitas Patrum satis eluxit, tantum ergo abest, ut sint ex errore despicabiles, ut ex humilitate maximè fiant spectabiles. antecedens monstratur ex verbis Cypriani epistola ad Quintum, vbi ait de S. Petro, quod non despexit reprehensionem Pauli, Documentum scilicet dans nobis, & concordia tribuens, ut non perinaciter nostra amemus, sed quæ aliquando à fratribus, & collegis nostris utiliter, & salubriter suggeruntur, si sint vera, & legitima, ipsa prius nostra ducamus. Quæ verba 2. lib. contra Donatist. cap. 1. ponderans Augustinus subdit. Si potuit Petrus non recte in aliquo ingredi ad veritatem Euangeli, ita ut Gentes cogeret iudaizare, quod Paulus in ea scribit epistola, in qua Deum non se mentiri testatus est: ait enim, quæ autem scribo vobis ecce coram Deo, quia non mentior &c. Si potuit, inquam Petrus, contra veritatis regulam, quam possea Ecclesia tenuit, cogere Gentes iudaizare, cur non potuit Cyprianus contra regulam veritatis, quam possea tota Ecclesia tenuit, cogere hereticos, vel schismaticos denuo baptizari? &c. quapropter cum Petrus illud faciens à Paulo postero se corrigitur, & pacis, atque unitatis vinculo custoditus ad martyrium, prout situr, quanto facilius, & fortius, quod per uniuersæ Ecclesie statuta firmatum est, vel unius Episcopi auctoritate, vel unius Provincie Concilio preferendum est? & cap. 4. dicit idem Augustinus. Satis ostendit facilè se correcturum fuisse sententiam suam, si quis ei demonstraret Baptismum Christi sic dari posse ab eis, qui foras exierunt, quemadmodum amitti non potuit cum foras exirent: unde multa iam diximus, nec nos ipsi tales aliquid auderemus afferere, nisi uniuersæ Ecclesie concordissima auctoritate firmati: cui, & ipse sine dubio cederet, si iam illo tempore quæstionis huius veritas eliquata, & declarata per plenarium Concilium solidaretur.

Septimo, Quia Patres homines quoque fuerunt, ergo non fuit contra naturam eorum uniuersali ter in aliquo (etsi non emnes, & concorditer) sic hallucinari. Hec etiam est ratio desumpta ab Augustino loco cit. cap. 5. Homines enim sumus, unde aliquid aliter sapere, quam se res habet, humana tentatio est: nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus, usque ad previdendæ communionis, & condendi schismatis, vel heresis sacrilegium peruenire, diabolica præsumptio est: in nullo autem aliter sapere, quam res se habet angelica perfectio est. Quia itaque homines sumus, sed spe Angeli sumus, quibus aequalis in futura resurrectione futuri sumus. quandiu perfectionem Angeli non habemus, præsumptionem diaboli non habeamus. Ideo dicit Apostolus. Tentatio vos non apprebendat nisi humana, i. Cor. 10. Humanum est ergo aliquid aliter, quam res se habet sapere: propterea dicit Philipp. 3. Quotquot ergo perfecti hoc sapimus, & si quid aliter

sapitis hoc quoque vobis Deus reuelabit. Quibus autem reuelat cum voluerit sive in hac vita, sive post hanc vitam, nisi ambulantibus in via pacis, & in nullam præfessionem deuanibus? non quales ipsis sunt, qui viam pacis non cognoverunt, nec propter aliud unitatis vinculum diruperunt. Ideo Apostolus cum dixisset, & si quid aliter sapitis, hoc quoque Deus reuelabit, ne putarem præter viam pacis, quod aliter sapiebant sibi posse reuelari, continuo addidit. Verumtamen in quod peruenimus, in eo ambulemus.

O Italo, quia multoties non tam suam, quam præcessorum exempla, & auctoritatem sunt secuti, & verisimilibus rationibus inducti priuatæ sententiae sua adhæserunt, sed cum tali animi præparatione, ut parati essent edoceri ab alio, vel si fortiores rationes inuenissent in melius sententiam mutare. Vnde in quæstione de anabaptismo hereticorum, ut dicit August. cap. 7. Irruente itaque iam magna quæstione, cum de remissione peccatorum, & de spirituali hominis regeneratione, virum posset apud hereticos, vel apud schismaticos fieri, difficile ratio redderetur, & præcederet auctoritas Agrippini, & nonnullorum, qui ei consenserant hominem in hac quæstione deficiendum, qui maluerunt aliquid nouum moliri, quam tenere consuetudinem, cuius defensionem non intelligebant, irruerunt in oculos anima verisimiles rationes, & intercluserunt iter peruestigande veritatis, & cap. 8. subdit. Nec arbitror Beatum Cyprianum propter aliud contra consuetudinem quid sentiret, liberius exprompsisse, priusque dixisse, nisi ut alium si foris existeret, cui esse melius reuelatum gratissime acciperet, & ostenderet imitandam non solum docendi diligentiam, sed etiam discendi modestiam. Si autem nullus existeret, qui tale aliquid offerret, vnde illæ omnes verisimiles rationes, quibus mouebantur, refellerentur, in eadem sententia permaneret, sibi bene conscient, & non occultare, que putabantur, veruauis, & retentæ quæ amabatur unitatis: nam & illud sic intellexit, quod ait Apostolus: Prophetæ autem duo, vel tres loquantur: & ceteri examinarent. Si atq; sedenti reuelatum fuerit, ille prior taceat. Quia in parte, inquit, docuit & ostendit multa singulis in melius reuelari, & debere unumquemque non pro eo, quod semel imbibatur, & tenebat pertinaciter congregari, sed si quid melius, & utilius existierit, libenter amplecti. His itaq; verbis non solum eos admonuit sibi consentire, qui melius aliquid non videbant, sed etiam eoshortatus est, si qui possent offerre aliquid, quo prior consuetudo seruanda potius firmaretur, ut si tale esset quod refelli non posset, eum ipse ostenderet, quam veraci dixerit, debere unumquemque non pro eo quod semel imbibatur & tenebat pertinaciter congregari, sed si quid melius. & utilius extiterit libenter amplecti. Sed quia tunc non extiterant, nisi qui ei consuetudinem opponerent; defensiones autem ipsius consuetudinis non tales afferant, quibus illa talis anima moueretur, noluit vir grauisimus rationes suas, etsi non veras, quod eum latebat, sed tamen non vietas veraci quidem, sed tamen nondum assertæ consuetudini, cedere, quam tamen consuetudinem; nisi prior ante Agrippinus, & nonnulli per Africam Coepiscopi eius, etiam per Concilij sententias differere tenuerint, non auderet iste saltus ratiocinari ad versus eam: sed in tam obscura quæstione turbatus,

## 42 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

Et ubique intuens uniuersalem, robustamque consuetudinem coarctares se potius, & prece, & intentione mentis ad Deum, ut quod postea plenario Concilio visum est, id verum esse perspiceret, & doceret. Sed cum fatigatum præcedentis Concilij quod per Agripinum factum est, exceptisset auctoritas, maluit prædecessorum suorum tanquam inuentum defendere, quam inquirendo amplius laborare: nam in fine epistole ad Quinicum ita ostendit, in quo tanquam lectulo auctoritatis, quasi fessus acqueuerit.

Accedit ut dicit Lerinensis lib. contra prof. volum nouit. cap. 8. quod in hac quæstione, tanta vis ingenij adfuit, tanta eloquentia flumina, tanti adsertorum numerus, tanta verisimilitudo, tanta diuina legis oracula (sed ea plane, nouo, ac malo more intellecta) ut mihi illa conspiratio nullo modo destrui posse videatur, nisi solam tanti molimini causam ipsa illa suscepia, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio deslufasset.

Nono, Amplius, quia putabant multoties Dei-  
loqui Patres non pertinere ad fidem nonnullas emergentes quæstiones, quæ tamen ad fidem pertinebant: vnde in epistola synodica ad Stephanum, Patres Concilij Africani, Cyprianus cum collegis ep. 72. in causa Anabaptismi, sic dicunt. Qua in re nec nos vim unquam facimus, aut legem damus, cum habeat in Ecclesia administratione voluntatis sue arbitrium liberum unusquisque Propriorum, rationem actus sui Domino redditurus. Similia repetit ad Iubaianum Cyprianus dicens. Nemini præscribentes, aut præjudicantes quomodo unusquisque Episcoporum quod putat, faciat, habens arbitry sui liberam potestatem. Quæ loca egregiè ponderat S. Augustinus 4. contra Donatist. cap. 7. ad quod alludens S. Hieronymus lib. contra Lucifer. c. 9. ait. Sciant illum (nempè Cyprianum) hoc non cum analbemate eorum, qui se sequi noluerunt edidisse: siquidem in communione eorum permanxit, qui sententia sua contrariebant: sed horum potius fuisse propriæ Nouatum, & alias tunc heres multas enascentes, ne quisquam ab eo sine damnatione sui erroris recipereatur, sermonem denique suum quem super hac re ad Stephanum Romanum Pontificem habuit, tali fine complevit. Hoc ad conscientiam tuam frater carissime pro honore communi, &c. Vnde & Firmilianus, qui durius contra Stephanum, & Ecclesiam Romanam impedit in epistola ad Cyprianum scribit, quod in exercitis quoque plurimis prouincijs multa pro locorum, & hominum diversitate variantur, nec tamen propriæ hoc ab Ecclesia Catholice pace, atque unitate aliquando discessum est.

Decimo, quia non ad singulos Patres seorsim promissio facta est infallibilis veritatis, sed ad omnes: vnde scriptit Apostolus. Ephes. 4. Quod quosdam dedit in Ecclesia Pastores, atque Doctores, non unum, aut alterum: vnde Cypr. ep. 57. egregie scripit, idcirco copiosum est corpus Sacerdotum concordia mutuo glutino, atque unitatis vinculo copularum, ut si quis ex collegio nostro heresim facere, & gregem Christi lacerare tentauerit, subueniant ceteri, & quasi pascere viles, & misericordes oves Dominicas in gregem colligant. Vnde mirum esse non debet, si unus, aut alter etiam in fidei materia, saltem inuincibiliter possit aberrare.

### CONCLVSIQ ORTHODOXORVM.

In nullo luditur Patrum authoritas, si quando aliquem, vel aliquos etiam in fidei dogmate contingat aberare.

R Espondeo dicendum, sicut scripsit de Manichæis Serapion lib. contra eosdem in fine, quod Heretici circumdeunt, partim pulsantes, partim fodientes, nempè Ecclesiæ fores, & parietes, ac pulsu quidem familiari vientes, & verum pulsuum imitantes, ut similitudine pulsus fortasse mens decepta tanquam domestico, & noto aperiat, qui non recusant parietes labefactare, immo studeant perfodere, ut per fallaciam, aut per vim mentes capiant, & verò alios quidem ut, alios præstigijs sefellerat. Pulsus quidem imitantur, dum se cum Patribus sentire, Patres citando simulant; parietes effodiunt, cum vel in parietes irrumpunt Sanctis affigendo, que numquam senserunt, vel iam per rimulas, & scissuras, id est errores quorundam parietum, hoc est voluminum Sanctorum intrare contendunt, ut perdant, & maectent. Ad illum ergo finem captant heretici Orthodoxorum veterum sententias, ut auctoritate talium virorum suæ perfidia testimonium perhibeant, ne ipsi soli, aut priores id séssisse videantur, eorumdemque auctoritatem imperitis obiscint, ut se quasi rectè facere ostendant, dum verba, & sensum, ut dicunt, Patrum imitantur. Quod si id non obtineant, ad alium finem lapsus, & foramina ostendunt, ut quia erroris species in uno, vel altero reperiuntur, præcipiti quadam severitate correpti, totum opus effodiunt, & authorem severissime damnent. Sed ut idem dicit ibidem. Quamobrem sapientes, & honesti custodes clauem scientiarum cum vigilancia miscent, ut quia vigilant non perfodiantur parietes, quia sapientes sunt non fallantur. Sapientia enim non præbet locum præstigijs, neque vigilancia perfodientibus. Quocirca honestis, & cauti, qui sumus mentes nostras clave custodiamus, scientia quidem fraudem vincentes, vigilia vero nos ipsi à dissectione seruantes: hec ille.

Sciendum ergo est Augustino 1. contra Iul. cap. 2. quod alia sunt, in quibus inter se aliquando etiam doctissimi atque optimi regule Catholice defensores, salua fidei compage non consonant, & alijs alio de una re melius aliquid dicit, & verius: alia vero sunt, quæ ad ipsa fidei pertinent fundamenta. In quibus adhuc distinguendum est, quod quædam ita sunt aperta, & manifesta ad fidem, pertinentia de quibus numquam extitit dubitatio apud omnes Patres: alia fuerunt obscura, ut ante exortas hereses (ut dixit Augustinus exemplificans de anabaptismo hereticorum lib. 1. contra Donatist. cap. 7.) magnos viros, & magna charitate prædiros Pares Episcoporum, ita inter se compulit salua pace disceptare, atque fluctuare, ut dui Conciliorum in suis quibusq; regionibus statuta mutauerint, donec plenario totius orbis Concilio, quod saluberrime sentiebatur, etiam remotis dubitationibus firmaretur: & si quid aliud alij, & aliud alij de ista quæstione sentirent, donec uniuersali Concilio unum aliquid eliquatum, sincerumque placuisse, humana infir-

*infirmitatis errorem cooperiret charitas unitatis;* Sed, vt dicit Tertullianus de præscript. cap. 11. *impunè erratur, nisi delinquatur, id est peccetur,* non quia omnis ignorans immunis sit à poena; sed quia ille potest excusari à poena, qui quod disseret non inuenit; vnde nequaquam inter hereticos potest computari: causa 24. q. 3. dixit Apostolus, tales sunt non pertinaciter ante definitionem Ecclesiæ errantes, parati tota sollicitudine querere, & inuenire, & retinere veritatem. Vnde idem Cyprianus epist. 73. ad Iubaianum dicit: *Ignosci potest simpliciter erranti, scut de se ipso Paulus dicit;* qui primò fñi blasphemus, & persecutor, & infuriosus, sed misericordiam merui, quia ignorans feci. Post inspirationem vero, & reuelationem veritatis factam, qui in eo quod errauerit perseverat prudens, & sciens, iam non invenia ignorantie peccat; præsumptione enim, atque obstinatione quædam nisitur, cum ratione superatur. Cur autem à diuina præudentia hoc permisum sit, docet inter cetera Augustinus 2. de bapt. cap. 4. his verbis. Et ideo plerumque Doctoribus minus aliquid reuelatur, ut eorum patiens, & humilis charitas, in qua fructus est maior, comprobetur, vel quomodo teneat unitatem, cum in rebus obscurioribus diversa sentiunt, vel quomodo accipiāt veritatem, cum contra id, quod sentiebant declaratum esse cognoscant; vnde tantum abest, vt sibi, & Ecclesiæ Patrum hi errores præiudicium generent, vt charitatis, & humilitatis exempla subministrarent.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primam Patres illi excusandi sunt, quia nondum erat determinatum per Ecclesiam quid credendum esset in eo articulo, & sicut (vt ponderat Feuardentius) Moysis lapsus, vt & Pauli, Marthæ, sanctitati eorundem non derogauit, sic nec hi lapsus horum Patrum sanctitatem obscurant. Vel dicendum nec hos Patres primos fuisse eiusmodi dogmatis auctores, sed Papiam, quemdam Apostolorum discipulum virum ingenij tenuis, carnaliter scripturas intelligentem, cui ob antiquitatis reuerentiam, posteriores Patres fasces submittere in omnibus putauerunt. Vnde scribit Eusebius lib. 3. cap. 33. *Alla preterea idem auctor, quasi traditione scripta ad se peruenisse demonstrat, que peregrinas quasdam Saluatoris parabolas, & nouas eius doctrinas, aliaque nonnulla commentitijs fabulic reserta continent, in quibus assert regnum Christi post uniuersæ carnis a mortuis resurrectionem mille annos, humano, & corporeo more in terra haec continuatum, & stabilitum fore, quæ quidem dogmata credo eum propterea excepisse, quod Apostolicas interpretationes, que ab illis essent arcanis figuris, & parabolis sub obscuris exposta, male intellexisset: nam homo erat, sicut ex eis scriptis facile licet conjecturam capere, ingenij pertenuis.* Ceterum plerisque Ecclesiasticis viris, qui hominis antiquitatem profuarum partium defensione citabant, persimilis erroris author extitit, vt Ireneo, & si quisquam alius eadem cum illo sentire videbatur. Vide ergo motuum cur Patres aliqui decepti sunt, nimirū quia à teste traditionis antiquæ ne tantillum ab

Apostolorum discipulo deviare voluerunt. Sed tamen illi dectum habere debebant, vt non quicquid & ab uno solo accipiebant, id tanquam ex Apostolica traditione descendens venerari debebant, cum illa sit tenenda traditio, quæ ab vniuersalis Ecclesiæ per manus omnium, vel pene omnium Apostolicorum virorum auctoritate, descendit. Postmodum vero qua Nepos Ægyptius Episcopus, deinde Coracion, postremo Apollinaris Laodicenus scriptis, & concionibus suis idem antiquatum dogma immutarunt, ab Ecclesia damnati sunt.

Ad secundam, quia illum errorem instaurarunt quoque Lutherus in Genesim apud Staphylum in Epitom. trimétri par. 2. Cornel. Agrrippa lib. 3. occulte Philosophiae. Calui. 4. instit. cap. 20. & cap. 25. §. 6. pro viribus entendunt ad dissoluendum ipsorum technas.

Quantum ergo attinet ad Chrysostomum, commodam habere possunt verba Chrysostomi expositionem, nempe, ut anima nostra incoronata maneat, & quod ultimo die sit unum definitum tempus omnium coronarum; hoc est, quod retributionem & præmium recipiet integrum, nempe etiam quantum ad corporis dores: ceterum quod animæ iustorum Deo fruantur, docet homil. cui titulus, quod oportet flere peccatores, dicit enim hi, & qui eo demigrarunt, iusti vñ. beatit, qui ad Christum profecti sunt. & mox, quod ibi propæ regem sunt, non per speculum, non per fidem, sed facie ad faciem. Lege Gennadium schol de fruitione Sanctorum cap. 4. legendæ homil. quoque Chrys. 16. ad Rom. & homil. 32. ibidem, homil. ad Philipp. & homil. de cruce, & Latrone. De Ambroſio Augustino, Theophil. & ceteris aduertendum quod cum duo sint status beatorum, unus ante iudiciū, alius resumpto corpore, post iudicium: primum appellantur sinus Abrahæ, paradisum voluptatis, altare exterius, securitatis requiem, & huiusmodi. Secundum vero domum Dei, altare interius, immortalitatis præmium, perfectam letitiam: & voluerunt insinuare Patres ijs locutionibus nondum completam, & consummatam adipisci beatitudinem, animas Sanctorum, quod clare insinuare videtur Bernardus dum serm. 3. sic subdit. *Accepterunt iam singulas stolas,* hoc est beatitudinem animæ, sed non vestientur duplicibus, donec vestiamur, & nos. Alij exponunt Patres, vt dicant perfaci visione quoad se, sed non quoad nos, quia hoc dependet ex manifestatione in die iudicij, vt omnibus innotescant: tunc enim declarabuntur, qui pertineant ad coronam; qui ad flammam: vnde Christus Dominus dicit electis. *Venite benedicti, &c. percipite regnum, & reprobis dicetur: ite in ignem æternum,* & tamen vt hi in particulari iudicio fuerint ad æternas flamas destinati, ita & illi ad beatitudinē adscripti. Vel exponi possunt, quod in die iudicij consummabitur gloria accidentalis Christi, terminum namque accipiet, cum tradiderit regnum Deo, & Patri, 1. Cor. 15. & hec in beatorum gloriam redundabit, qui sunt membra corporis Christi mystici, quæ gloriam beati nunc non habent, sed eis in iudicio referuntur. Quod si nulla harum interpretationum omnia loca Patrum,

trum, vel omnes Patres ad bonum sensum reducere potest: meminerint hos errores pietati, & eruditioni tot illustrium virorum non officere, cum Ecclesiæ definitionem factam per Benedictum XI. & Synodum Florentinam multis sequulis præcesserint. De Tertulliano vero, & Origene non oportet esse sollicitum cum manifesti hæretici sint adjudicati. Author vero questionum ad gentes, non est S. Iustinus, sed Græcus quidam ignotus author hoc simili errore conspersus. Euthymius, & Moyses Barcepha expresse errarunt, vt dicit P. Mag. Maluenda lib. de Paradiſo voluntatis cap. 90. ad quem virum eruditissimum studiosum Lectorem remitto:

Ad tertiam, sicut dicit S. Thomas de Chrysostomo sic de omnibus illis Patribus dicendum est, quod excederunt, quia tamen innuit ibidem posse explicari, explicare nunc quoque eos aggredimur. Quidam sic explicant, vt Christus Dominus non verè, sed simulatè dixerit illa verba increpationis, & reprehensionis, & gessisse se velut facit Iudeus, qui, illi quem vult absoluere, dura loquitur, vt omnem suspicionem affectus semoueat: sed hoc non potest stare, nam vt docet S. Thomas 2.2 q. 11. art. 1. simulatio in verbis nequit esse sine mendacio, quod alienum est à sanctitate Christi Domini. Respondebat S. Thomas posse exponi, vt intelligatur cohibuisse non inordinatum manis gloriæ motum, quantum ad ipsam sed id quod ab alijs posset extimari: sed insurgunt quidam nec hoc in Virgine admittendum vt verbis, vel factis villam dederit occasionem ne minimum quidam de ipsa suspicandi; ita Vasquez disput. 120. num. 58. Sed non oportebat pungere. S. Thom. certum est enim, non dedisse Virginem occasionem actiùe, sicut nec scandalum actuum: at quod occasio, vel scandalum passiuum, seu motum inordinatum conceptum scandalō passiuo reprehenderit, nullam culpam ponit in Virgine, & de tali inordinato motu sancti vindent loqui, non facto à Virgine, sed suspicibili absque culpa Virginis à non perspicacibus circumstantibus.

Véritas ergo est, quod ea nullo modo sicut reprehensio, sed instructio; nam si illud: *quid mihi, & tibi est mulier?* accipiatur secundum communem idiotismum hebraicum, idest, *quid mihi tecum est?* vt simile habetur Luc. 8. *quid mihi tecum?* sensus est, *quid mihi tecum est,* ad perficiendum miraculum, à qua si carnem habeo, deitatem non habeo? sicut igitur in Virgine ex charitate procedēs habetur manifestè charitatis opus, petendo miraculum, maternitatis titulum interponens; ita in Christo ostenditur instructio, respondendo matri, quod nihil in deitate sit virginis cum deitate participatio, vt opus non ex naturali affectu procedere, sed ex potestate ab affantibus nosceretur. Colligitur hæc ratio, ex Augustino tract. 8. in Ioan. & alijs Patribus. Quod si sensus sit, *quid mihi, & tibi?* idest, *quid tibi cura est?* idest, nihil de ea re cures ad eum sensum, 4. Reg. 9. *quid tibi, & paci?* idest, quid curas de pace, & Matth. 27. *nil tibi, & iusto illi,* idest, ne cures de causa Christi? ijs verbis inveniatur ne esset sollicita, vel curaret de ea re,

& sensus est, ne cures de ea re: vinum omnino non deficit, & proinde nondum venit hora mea: tunc enim illustrius erit miraculum, cum omnino vinum deficit, & nulla asperitas insinuatur, aliae responsiones legendæ apud interpetes, & aliae allatæ in nostro deposito nuper edito cap. 6. num. 8.

Ad illos, qui Beatæ Virgini attribuunt dubitationem de filij sui diuinitate, Origenes excusationem non patitur. Author vero questionum noui testamenti non est Augustini, & multis est refertus erroribus. Basilium vero exponit S. Thomas ut loquatur de dubitatione non infidelitatis, sed admirationis, & discussionis: ex una enim parte videns Christum abiecta pati, & ex alia considerans eius misericordia, in admirationem suspensta est. Et hoc modo possumus etiam alios Patres benevolè excusare. Gladius autem à Simeone prædictus vehemens dolor à ceteris Patribus, intelligitur: ita Augustinus epist. 59. ad 9. Sophron. serm. de Assumptione col. 15. Bernardus in sermone de Beata Virgine. *Signum magnum.* Rup. 13. in Ioan. Dam. 4. de fide cap. 15. & alij.

Illi autem verbis, *quæ est mater mea?* non est reprehensa virgo, sed vt dicit H. Jar. can. 12. in Matth. insinuatur Christum non facti diosa de matre sua sensisse, sed docere voluisse propinquitatis ius, atque nomen, non iam de conditione descendendi, sed de Ecclesiastica communione resinendū. Significare voluit ergo Christus propter propinquos, non esse opus Dei intermittendum, vt quoque dixit Augustinus lib. de fide contra Manich. Bernard. serm. 2. Dominicæ primæ Epiph. vnde, & in libello de castitate adscripto S. xto Papæ (sed falso) qui habetur tom. 5. Biblioth. PP. ea ideo dicta, non quod sanctam matrem despiceret, sed vt nos quales parentes magis computare debemus suo doceret exemplo, & ostenderet præferre nos, cum malis saltim, debere parentibus, quibus ille nec bonos quidem prætulit.

Ad quartam, propter decreta' em illam Concilij Lateranensis quidam è nostri aperte dixerunt, esse iam ab Ecclesia definitum Angelos cū mundo corporeo creatos, &c. ita Ferrar. 2. contra Gent. c. 83. Verū cum S. Thomis, qui post illud Cōc. descriptis, sententiam que asserit Angelos creatos ante mundum corporeum nullo modo suo tempore vocatam erroneam doceat 1. par. q. 63. art. 3. cum suis, & nostris interpetribus non audeo illam erroris insimulare. Nec Conciliū ex instituto per ea verba aliquid de novo definiuit: sed antiqua dogmata profiteri voluit contra veterum hæreticorum, & Philosophorum errores, qui omnia ab æterno producta asserebant, ad que destruenda posita est illa particula, *ab initio temporis,* vt habetur ex expositione S. Thome super illam decretalem, opusc. 23. & propterea S. Augustinus dixit lib. 11. de Ciuit. cap. 32. si quis alter sentiat non esse contendendum, dummodò Angelos coeteros Deo esse non dicat. Verum quia hodie communiter eam sententiam oppositam amplexi sunt scholastici, & etiam eandem multi veterum Patrum defenderunt aperte, Epiphan. hæx. 65. Theod. q. 3. in Genes. Procop. præf. in

in Genes. August. 11. de Civit. cap. 6. & 9. & 33. Greg. 32. moral. cap. 9. alias tom. 27. art. 24. alias 25. Beda tom. 4. in exam. Rup. 1. in Gen. c. 11. Hugo de S. Viatore 1. de Sacram. par. 1. cap. 5. & par. 5. per quinq; prima capita, ab ea non discedendum maximè propter decretalem Innocentij in Concil. Lateran. & certè Ecclesia illam particulam *ab initio* intelligere videtur, non tantum negat. ué, idest de initio temporis, siue durationis, siue angelicæ, siue humanæ, quasi proinde sit dicere ab initio, hoc est non ab æterno: sed intelligit in illa particula, initium; positivæ durationis, & temporis, seu creationis in qua sunt corporalia cum spiritualibus condita. Quare cum ex auctoritate Concilij non parua auctoritas accesserit communis scholasticorum doctrina, post Concil. etiæ hæreticum non sit, nec eroneum, temerarium tamen est contra sentire. Patres vero qui oppositum docuerunt, cum decretalem istam præcesserint nulla temeritatis nota, inuruntur, & caute legendi sunt, & illis alij qui oppositum sentiunt præferendi. Vel dñm posse intelligi creatos Angelos ante hunc mundum visibilem, i. antequam hic mundus ultimum ornatus complementum acciperet, ab omnipotenti Creatoris, quod ex S. Basiliū dictis accipi potest: it enim conueniebat ijs iam conditis mundus accederet, & adiungeretur qui in primis locis esset perducendis animabus hominum, atque eruendis sane, quam accommodis, idest antequam mundus quantum ad omnem ornatum perficeretur, & vsui hominum esset accomodus, Angelis iam tunc productis, nō autem antequam inextinctus mundus condi cœpisset: & idem dicendum est ex eiusdem Concilij auctoritate quantum attinet ad incorporeitatem Angelorum, quod non est de fide iam definitum: nam S. Thomas aperte in illa decretali dicit Concil. contra Tertull. definire, qui afferuit, animam esse corporream. Verum non leue argumentum sumitur de mente Concilij, quod inclinauerit in illam sententiam quod Angeli sunt incorporei: nam si anima, quæ est incompleta, spiritualis est, spiritualis quoque erit Angeli substantia, quæ perfecta, & completa est: quare temerarium est illi refragari, præfertim cum multò plures Patres citentur pro hac opposita parte, pro incorporeitate enim assertur Dionys. c. 1. de coelesti hierarch. & c. secundo, vocat enim *simplices substantias*, & Irenæus lib. 3. c. 23. ait, *sine carne Angelis sunt*. Athan. relatus à Germ. Constatinop. in epistola ad Thomam Episcopum relata in Niceno 2. A. & 4. Nazianz. oratione 34. quæ est 2. de Theologia, Nissen. lib. de oratione, & de vita Moysis. Basil. homil. 9. quod Deus non sit author malorum, Chrysostomus homil. 6. in Gen. Angelum *incorporeum* vocant, & homil. 44 in Matth eodem modo *incorporeos* vocat Cyril. 4. in Io. c. 10. 3. in Genes. circa principium, l. head. q. 20. & 47. in Genes. Didym. 1. de Spiritu sancto initio, & lib. 3. Damascen. lib. 1. de fide c. 17. Anastas. Nic. 99. sacr. script. q. 20 Leo ep. 93. ad Turibium. Hil. 8. de Trinit. circa finem Hier. in illa ve. ba. El. 63. *Spiritus Domini ductor eius fuit*, & c. 49. Ambr. in expositione Symboli c. 32. Greg. 4. dial. c. 22. & moral. c. 4. alias s. Riccar. 4. de Trinit. c. vlt. Quare paucioribus Patribus plu-

res opponimus; nec diffitemur Origenem, Eliam Creensem, & Cæsarium oppositæ fuisse sententie. Sed S. Basilius, cum alibi mentem suam exposuerit, dum vocat Angelum *spiritum aereum*, intelligendus est metaphorice propter subtilitatem inuisibilem, vel quia ut acr., quia corpore crassiori carens vix sentitur: ita, Angelus expers corporis sensu non percipitur. Augustinus verò cum fuerit Platonicus etsi valde in corporeitatis sententiam inclinauerit, in retractationibus postea videtur iudicare esse incorporeum, imo & 15. de ciuit. c. 23. cum dicit Angelos natura sua spiritus esse, videatur sentire esse incorporeos, licet id definire non audeat.

Ad quintam. quis sit Photius ille, qui tales errores in hypothesisibus adscribit Clementi, iam compertum est inter hæreticos adscribi: Et ipse met Photius, qui talia Clementi attribuit, subdit in sua bibliotheca hæc verba, siue ipse, siue alter aliquis eius personam suscepit, eundemq; Clementem co laudat, quod cōtra Græcanicos atheismos descripsit. Fatetur etiam librum pædagogi non habere similitudinem cum hypothesisibus, quippè qui nullas blasphemias cōtineat, & dictio erudita sit cum venustate coniuncta. Sed cum etiam Eusebius, Hieronymus, & alij antiquiores test monium perhibent Clementi, verisimile putatur ab Orientibus hæreticis multa opera Clementis hæresibus aspersa, quod testatur Alex. scribens ad Origenem apud Euseb. lib. 6. cap. 11. in fine, & Hieron. epist. 84 ad Magnum, & Ruffinus aperte testatur, suis commentariis multa ab Arianis suo dogmati congruentia fuisse inserta, quod ait Ruff. non est credibile de tanto viro tam in omnibus Catholico tamquæ eruditio, vt vel sibi contraria censuerit, vel talia, quæ de Deo non dicam, credere, sed & audire quidem impium est, scripta reliquerit. Hæc ille in Apol. pro Origene. Sed quantum ad illos alios errores, qui obiciuntur non diffitemur incautæ à Clemente eos esse assertos. Et ad illum de ætate ann. 30. in quo Christus passus afferitur à Clemete, dicimus quod alium modum supputandi tenuit: nam etiam videmus lapsus eundem in suppeditatione ætatis Nahum Prophetæ, quem dicit prophetaesse post Ezechiem. Facit etiam Amos parem Esaï, quod à Hieronymo in Amos, & Esaïam scribente refutatur. Quantum attinet ad impatibilitatem, lapsus est, vt etiam obseruavit Gentianus in hunc locum: quanquam potest habere commodam explicationem, vt in Christo non fuerit voluptas, vel dolor exorbitans à ratione; vnde in Christo hi affetti non passiones, quam propensiones à Patribus vocantur. Circa prædicationem apud inferos, non potest pati aliquam interpretationem. Fortè propter hæc, & huiusmodi, vel propter affixos illi errores, Gelasius Papa inter Apochrypha scripta recensuit opera Clementis, vel vt dicit Baronius tom. 2. anno 196. num. 26. ne occasione tam celebris authoris, fideles ad omnia sectanda que scripsit, vel sub nomine eius scripta erant, in errorem adducerentur. Quod etiam in operibus Sancti Cypriani propter eminentissimam eius auctoritatem sub eadem censura factum est, ne testimonio tanti viri

## 46 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

viri circa anabaptismum, vt fecerant Donatistæ, vterentur. Cæterum in hoc authore, Nouator si præsentis Ecclesiæ faciem velit attendere, & cum antiqua xtate comparare, inueniet, hierarchicum ordinem ab isto authore asseri: status tres, inter quos eminentem dicit virginalem, præsertim si nuncupato voto fuerit firmatus; ibi ieiunia celebrata, delectum ciborum indictum psalendi statutas horas, opera cum fide coniuncta, & serè omnia capita hodie controuersa, reperiet. Ad hæc velim attendissent fidei fundamenta, Nouatores Magdeburgenses, non in stipulas, & paleas, & quisquillas, hoc est lapsus humanos, vt Patres morderent oculos iniecissent.

Ad sextâ respondetur, quod in illa grauissima questione Agrippinus, cui successit Donatus, in cuius locum suffectus est Cyprianus, nihil unquam pertinaciter cum collegis asseruerunt, nec ab Apostolica Sede se separarunt huiusmodi contentiobus: sed hinc inde questiones ita tractatæ sunt sub Agrippino, & in Synodo, vt nunquam scinderetur Ecclesiastica vñitas. Vnde Cyprianus epist. 72. sic dicit. Cæterum scimus quosdam quod semel imbibierint, nolle deponere, nec propositum suum facile mutare; sed saluo inter collegas pace, ac concordia vinculo, quedam propria, quæ apud se semel sunt usurpata, retinere: Vnde ad dilucidationem maiorem veritatis, & finis confictui imponeretur, Cyprianus Concilium Africanum Prouinciale Episcoporum 71. celebrauit, vt quod olim sub Agrippino, & in alia Synodo statutum erat, pleniori Concilio firmaretur. Et ne viderentur, inconsulto Romano Pontifice, quidquam statuere, synodicam scribunt epistolam ad Stephanum fatentes necessitatem conferendi questionem grauissimam cū graviitate, & sapientia, & sacerdotali auctoritate Apostolicæ Sedis. Eadem epistola 72. ibidem protestatur, se non legem dare, vel adstringere, vt quod statuerat cum Concilio firma fide crederetur: & valde desiderans vnitatem, & pacem ad eundem finem, sicut cum Romana Ecclesia vnitatem tene-re satagebat, ita optabat ne collegæ: inter se, vel à capite Romano Pontifice scinderentur: vnde ipse met ad Iubaianum testatur scripsisse se libellū de bono patientiæ, timens ne scinderetur Ecclesia: in quo libro dignum illud inculcat documentum nimium, *Impatientia in Ecclesia hæreticos facit, & ad Iudeorum similitudinem contra Episcopi pacem, & charitatem, rebelles ad hostilia, & furiosa arma compellit.* Sed cū Stephanus synodicæ litteræ responderet, non esse à veteri consuetudine recedendum, ardentius, quam par erat, scribens ad Pompeium aduersus Stephanum stylū acut. Verum vt dicit Augustinus lib. 1. de bapt. contra Donatist. cap. 2. 5. Quamvis commotus, sed tamen fraterne indignatur, vicit tamen pax Christi in cordibus eorum, vt in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis orioretur. Sed & aliud Concilium celebravit Cyprianus Episcoporum 87 & parum honorifice Stephanum fugillasse videtur, dicens ad Iubaianum: Superest vt de hac ipsa res singuli quid sentiamus proferamus, nemini iudicantes aut à iure communionis aliquem, se diuersum senserit, amouentes neque enim quisq; nostrum

Episcopum se esse Episcoporum cōstituit, aut tyran-nico terrore ad obseruandi necessitate collegas suas adigit. Hæc Cyprianus tacito nomine Stephanū taxans, & quasi digito ostendens, tum quia more maiorum in decretis Stephanus præfixerat titulum *Episcopus Episcoporum*, qui titulus litteris A postolicis præfigi solitus erat à Romanis Pontificibus (teste Tertulliano) tum etiam quia oppositū sentientes excōmunicandos non esse censemebat, ex Augustino contra Petilian. lib. 2. de Baptism. c. 4. addens in eadem synodo, quod omnis Episcopus, pro licentia libertatis, & potestatis sua, arbitrium proprium tanquam iudicari ab alio non possit, quam nec ipse potest alterum indicare, verum nec ex hac licentiosa Cypriani obiurgatione, pax, & concordia rupta est. Nam S. Augustinus hæc ultima verba Cypriani lib. 3. de baptism. cap. 3. interpretatus est habere locum in his questionibus quæ nondum eliquatissima perspectio discussæ sunt, & subdit. Nouerat enim quantam Sacramenti profunditatem, tunc omnis Ecclesia varia disputatione versabatur, liberumque faciebat querendi arbitrium, vt examinata veritas panderetur: semperque Cypri-anum reperies suisse protestatum, se in omnibus, ac per omnia cum omnibus pacem seruaturum, quantumuis sua sententia aduersarentur. Sic in Ecclesiæ vnitate permanxit, vnitus cum Stephano, & cum Sixto eius successore, sub cuius passus est tempore. Quod vero duriusculè locutus sit in Stephanum perbellè quadrat Cypriano, quod scripsit S. Nazianz. oratione in laudem Basili. Non viles tantum, & plebeios, sed etiam præstansissimos quoque viros Momus interdum attingit, vt solus Dei sit omni prorsus peccato, atque omni perturbatione vacare: vnde & propter hoc si quid aliter sapuit. (vt dicit Augustinus 2. contra Cresconium in fine) pro tanti meritis flagrantissimæ charitatis corrigendum, proculdubio Dominus reuelauit, quia in ea vite permanxit tanquam farmentum, tanto fructu pacis, & dilectionis opulentum, vt etiam si quid in eo purgandum reperiatur si nulla, & alia certe false martyrij purgaretur. Alter autem sapienti Domini reuelasse S. Augustinus coniecurat 2. contra Donatist. cap. 4. Sed fortasse factum est, vt suam correxerit sententiam: sed nescimus: neque enim omnia, quæ in eo tempore inter Episcopos gesta sunt, memoria litterisque mandari potuerunt; & vt idem dicit Augustinus epistola 48. Non incongruenter de tali viro existimandum est, quod correrexit, & fortasse suppressum sit ab eis qui hoc errore nimium delectati sunt, & tanto velut patrocinio carere noluerunt. & accedit ad verisimilitudinem hanc de correctione Cypriani, quod S. Hieronymus aper-tè testatur contra Lucifer. supra cæteros Episcopos suam quoq; mutasse sententiam. Denique ait illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos Episcopos cum eo statuerant, nostrum emiseré decretum: nulla ergo hæresis, nulla pertinacia in Cypriano deprehensa est, error ex humana fragilitate deprehensus est Concluditur ergo breviter quod dictum est cum eodem Augustino, qui producenti Hæretico cum Donatistis Cyprianum tanquam authorem sui diuisionis sic dicit 2. centra Crescon. Grāmat. cap. 31.

## De Patrum sensu, & authoritate.

47

cap. 17. Primo, esto in Ecclesia, quam constat tenuisse, ac prædicasse Cyprianum, & tunc aude velut authorem sententiae tuæ nominare Cyprianum. Primo imitare pietatem, humilitatemque Cypriani, & tunc profer consilium Cypriani. Nos enim nullam Cypriano facimus iniuriam, cù eius quilibet litteras à canonica diuinarum scripturarum autoritate distinguimus, neque enim sine causa tam saluber vigilante canon Ecclesiasticus constitutus est, ad quem certi Prophetarum, & Apostolorum libri pertineant, quos omnino iudicare non audeamus, & secundum quos de ceteris litteris, vel fidelium, vel infidelium liberè iudicamus. Proinde cum dicat Apostolus, cuius epistola in auctoritate canonica vigent: quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis id quoque vobis Deus reuelauit; quamdiu aliter sapuit Cyprianus, si scripta eius esse constat, quæ pro vobis proferenda arbitramini: quamdiu ergo de hac re aliter sapuit, quam veritas diligentius considerata patefacit, donec ei Deus id quoque reuelaret, ineffabili laude charitatis unitatem, pacemque Catholicam etiam cum suis collegis, à quibus aliter sapuit, non reliquit, & tandem concludit: Nunc vero quoniam canonicum non est quod recitas, ea libertate, ad quam nos vocauit Dominus, eius viri, cuius laudem consequi non valeo, cuius multis litteris mea scripta non comparo, cuius ingenium diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyrium veneror, hoc quod aliter sapuit, non accipio; non accipio inquam, quod de baptizandis hereticis, & schismaticis Beatus Cyprianus sentit, quia hoc Ecclesia non accipit, pro qua B. Cyprianus sanguinem fudit.

Ad septimam. illud dictum Hilar. (quod etiam nonnulli veteres secuti sunt) non obscurat eius pietatem, nec in tantillo suspectam reddit auctoritatem eiusdem: humanus lapsus est, quem, sicut & alios eiusmodi virtute fidei, & charitatis aboleuit; Sic humanum quid passus est, vt non passus sit detrimenti meritorum. Ambrosium excusat Mag. 4. dist. 3. affirmans ea commentaria falsata esse ab impijis: vnde etiam nonnulli censem idem accidisse in commentariis epistole ad Romanos, vbi Pelagianismum alicubi redolent, & ab adversariis multa fuerunt intrusa. Quanquam viri docti non desint, qui eorum commentariorum, non Ambrosium, sed æqualem Ambrosio faciant auctorem, ita Bellarm. in Cathal. scriptor. Ecclesiast. & alij.

Ad octauam. circa productionem animarum S.Augustinus numquam dubitauit affirmare verius esse sententiam illam, quæ creationem adstruit, non propagationem. Aliquando Augustinum perplexum reddit argumentum Pelagianorum contra originale peccatum, ad quod dissoluendum (cum tamen multæ essent viæ) putabat Sanctus Augustinus difficile esse respondere tenendo animarum creationem: vnde epistola 157.ad Optatum ingenuè profitetur se neque legendō, neque orando, neque ratiocinando inuenire potuisse, quomodo cum animarum creatione peccatum originis defendatur. Verum lib. i. de orig. animarum, & epist. 28. & 157. verior illi semper visa est sententia de creatione, quam illa de

propagatione. Cumque hi libri sint posterius  
descripti post commentaria in Genesim, & epi-  
stolam 57. in hac persistisse sententia August. di-  
cendum est, quod si in loco citato 10. in Gene-  
sim cap. 23. inclinet in sententiam de propagatio-  
ne, sciendum quod ibi non comparat sententiam  
cum sententia, sed argumenta argumentis consert,  
dicens eam de propagatione fortioribus argu-  
mentis niti, imò si diligenter epistolam 157. inspi-  
ciamus videtur inuchi in eam sententiam dicens:  
*Itaque illi, qui propaginem animarum inconsidera-  
ta temeritate defendunt, &c.* & de sententia Ter-  
tulliani loquens, ait: *qua quid peruersius dici po-  
test?* Quare cum tam Augustinus in hanc senten-  
tiam propendeat, & cœtus aliorum Patrum con-  
spiret, ut Hilarius 10. de Trinit. Ambros. de Noë,  
& Arca cap. 4. Hier. in cap. ultimum Ecclesiastes,  
Chrysostomus homil. 13. in Matth. ex varijs, Nis-  
sen. lib. de anima cap. 6. qui ut exploratum erro-  
rem propagationem animarum refutat, Cyrill. I.  
in Ioan. 1. & Conciliorum astipuletur auctoritas,  
Lateranen. sub Leone X sels 8. dubium Augu-  
stinum cum alijs per certum Augustinum, & alios  
Patres, Ecclesia calculus emendauit.

Ad nonam. ea in re apertissimè Theodoretus errauit, qui aliquando etiam Nestorio fauit: unde eius scripta contra fidem Cyrilli damnata sunt in S. Synodo; unde & coactus est postea Nestorio dicere anathema; etiam in communionem Ecclesie receptus est, & qui male cœperat, bene perfecit. Quamobrem epistolis S. Leonis Papæ dignisque præconijs cohonestari meruit, ut patet in epistola S. Leonis Papæ ad eundem Theodoretum directa, quā m. merito tanquam nobile Epaphium lapidi sepulchrali affigendam exiitimauit Baronius anno 453. num 33. Quantum vero attinet ad Damascenum; dum S. Thomas alias benignus Patrum excusator, Damascenum non excusat, dicendum quod in hoc Damascenus excessit: quare miror, quod Suarez de hac S. Thomæ censura in Damascenum obmurmuravit, quod fit, ait, *nimia*. Sed in hoc S. Thomæ candor cum rigore apparuit, quia enim ut dicit in disput. quæst. 10. art. 4 ad 24. Theodoretus in ea fuit sententia (cuius doctrina in S. Synodo fuit condemnata) quam postea Damascenus fecutus est, id est ait S.D. in hoc non est standum sententiae Damasceni. Aassert etiam aliam responsonem p. par. quæst. 36. arr. 2. ad 3. S.D. quod sicut ijs verbis Damascenus non confitetur Spiritum sanctum, ita ex vi illorum verborum non negat. Sed & Genadius scholarius de processione Spiritus sancti sect. 3. dicit quod cum dictio per, causam significet, quæ principio latine correspondet, insinuat processio Spiritus sancti à Filio, dum per filium procedere Spiritum sanctum Damascenus profittetur. Et cum idem sanctus dicat aperte Spiritum sanctum nobis per Filium patesfactum esse, & impetriri, cum nulla persona (S. Thom. attestante) mittatur nisi ab ea, à qua procedit, sequitur dum mittitur à Filio, à Filio quoque procedere, Damascenum sensisse.

Ad decimam . sicut scripsit Hieronymus ad Pammachium,& Oceanum . Laetancius in libris suis,& maximè in epistolis ad Demetrianum Sp-  
ritus

# 48 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

ritus sancti omnino negat substantiam, & errore Iudaico dicit, eum ad Patrem referri, vel ad Filium, & ad sanctificationem utriusque personæ, sub eius nomine demonstrari, & subdatur. quis mibi interdicere potest, ne legem eius institutionum libros, quibus contra Gentes scripsit fortissime, quia superior sententia d testanda est? ita à simili quia multa detestanda scripsit etiam in ijs institutionibus, & alijs libr s (propter quæ à Gelasio inter Apochrypha recensentur) non propterea alia legenda non sunt, & in auctoritatem non habenda. Causa autem horum lapsuum fuit imperitia scripturarum, quod non obscurè dixit S. Hieronymus lib. 2. ad Gal. cap. 4.

Ad 11. ex illa lectione, Septuaginta *videntes Angeli Dei filios hominum quod essent pulchrae*, multi Veterum dixerunt gigantes ex Angelis, & mulieribus suis generatos. Vnde factum est ut deinceps cum eam sententiam tantorum virorum auctoritas verisimilem faceret, multi esse minati eam amplexi sint ad explendam exemplo existimatæ intemperantia Angelorum secundam lib. di- nemi, eandemque excusandam: Vnde Cyrus 2. contra Iul. multos scripsit, *Ea sententia turbari, & contemnentes meliora deliciarum amores eligere, dum considerant quam difficile, & arduum ipsas sit carnalibus voluptatibus omnino reluctari, & credunt etiam ipsis Angelos obscenæ affectiones sequi*. Verum S. Augustinus, qui magnum honorem antiquitatی deferebat cap. 23. lib. 15. de Ciuit. Dei, adeo modesta reiicit eam sententiam, ut seueritatem censuræ quam merebatut talis positio temperasse videatur. Damus ergo in ea sententia suis allegatos Doctores in argumento; Ambrosium nihilominus excipimus, qui etsi, ut castitatem extolleret lib. de virginibus, dixerit, Angelos propter intemperantia suā, libidine captos; tñ lib. de Noë, & Arca ait, scripturam eo loco nomine filiorum Dei, viros fideles significare voluisse, vnde etiam scriptura solet viros sanctos vocare Angelos Dei: fuerunt autem hi filii Dei, filii Seth descendentes per Enos, qui cœpit inuocare nomen Domini, vt exponunt Athan. quest. 19. & 95. ad Ant. och. & Cyrill. 9. contra Iul. & S. Augustinus 15. de ciuit. cap. 23. Quamquam filiorum Dei nomine etiam possint intelligi viri potentes, & fortes dicti filii Elohim, vt notauit etiā Cyrilus. Dato vero quod Angelorum hoc est Dœmonum opera, fuerint geniti illi potentes, & gigantes. nullo modo id effecerunt per corpora naturaliter sibi unita, vt communiter tradidit interpres, sed semine ab hominibus suscepto &c. Chrysostomus similiter, vt Ambrosius, exponēdus venit, quod mulier Angelos deiecit, hoc est fideles seruos Dei & c.

Ad duodecimā respondet manifeste errasse Rupertum: illum autem errorem egregie confutauit Algerus lib. 1. c. 6. qui fuit eius contemporaneus, & contra istam impanationem inuehitur, vt absurdissimam heresim, de quo errore si admonitus fuisset, facillimè ab eo discessisset: hoc enim de tam viro egregio, & sanctissima credere fas est.

Ad decimam tertiam respondet Origenem male sensisse in hac re, nec eius sententia standum. Ad Hil. respōdetur, quod dicit quidē ad indefesum ignem nobis veniendū, loquens de purgatorio, & postea subdit. *Beatae Mariæ animam gladius*

*pertransiuit, vt reuelentur multorum cordium cogitationes: si in iudicij severitatem capax illa Dei Virgo ventura est, desiderare quis audebit a Deo indicari? vbi loquitur de iudicio non quantum ad punitionem, sed quantum ad probationem meritorum, & præmiorum retributionem, quantum attinet ad Virginem: quātum verò ad reliquos Sanctos non dicit, omnibus esse ad ignem veniendum, nam animæ perfectoru, nec per ignem transibunt, quicquid dicant nonnulli, qui docent nec esse errorē afferere, & veritatē continere, quod animæ perfectorum sint transituræ per ignem materialiter, non formaliter, hoc est transituræ per ignem, non lædendæ ab igne; sed quia admittere istum transitum, quicquam modum transitibant per ignem filii Hebræorum qu: Moloch immolabantur, potius ad fabellas pertinet quam ad Theogiam solidam, melior est explicatio Hilarij, quod nomine ignis potest intelligi diuini iudicij examen, quod si hanc expositionem hi Patres non admittunt, excesserunt, & in hoc duriusculè locuti sunt, & merito ab illis discedimus, adhærentes cōi PP. choro.*

Ad 14. Michael Medina 1. de sacrorum hominum continentia c. 5. dicit Hieronymum, atque Ambrosium, Chrysostomum & alios omnino cum Aerianis sensisse, quem errorem etsi diu tolerauit Ecclesia, postea in Aero, in Vualdésibus, & Viclepho damnauit. Sed nimium audax responsio est, tot Patres cum Aerianis inuolueret, maximo nostro malo: qua enim fronte communem Patrū sententiam affermus contra hæreses, si omnes ferē Patres Græcos, & Latinos errasse in hac re dicamus? S. Thomas amicē, & bencuole excusat S. Hieronymum, 2. 2. q. 154. art. 6. scribit enim S. Hieronymū solum loqui de nominibus Episcopi, & præsbyteri, sed instat Bellarminus lib. 1. de Clericis c. 15. cum S. Hieronymus ibidem dicat magis cōsuetudine, quam dispositionis Dominicæ veritate, præsbyteris esse maiores, aliud significat quām solam comunitatem vocabulorum: sed responsio S. Thomæ refertur, cap. olim dist. 65. vbi dicitur, *Olim idem erat præsbyter qui & Episcopus*. Respondet etiam S. D. quod quantum ad ordinis potestatem, exp̄s̄e S. Hieronymus dixit epistola ad Eungrum, *quid facit Episcopus, excepta ord natione, quod non facit præsbyter?* at vero Aerius hoc discrimen non agnoscebat; vnde non est verū quod quilibet Sacerdos potest confirmare, ordinare &c. vt dicebat Aerius Vicleph, & sectarij alij. Quantū verò ad iurisdictionem S. Hieronymus agnoscit vera esse superiores Episcopos, Præsbyteris, & si dicat, nō iure diuino esse tale discrimen, sed Apostolorū introducto, vt indicat eius verba, quæ sententia licet falsa sit, cū ex institutione Christi habeatur tale discrimen inter Episcopū, & præsbyterū; nō satis est ad propositū, quod S. Hieronymus Episcopos agnouerit esse superiores atq; præpositos præsbyteris: vnde in Esa. c. 3. lib. 2. ait. *inter senes, & Principes hoc discrimen fuisse reor in veteri populo*, quod nūc est inter Præsbyteros, & Episcopos. Quare maxima fuit Vicleph vafricies, qui pro se illa solū verba Hieronymi citabat, *Olim idem Præsbyter, qui & Episcopus*, & alia subdicebat, quæ Hieronymus adiecit, nēpē: toto deinde orbe decretū est, vt unus de presbyteris superponereetur omnibus. Plura lege in scholijs confessionis Hieron. t. 3. c. 11.

Ad

Ad alios Patres Ambrosium, & Chrysostomum dicendum est similiter, intellexisse Episcopum a presbytero non differre in ordine ad conficiendum sacramentum corporis, & sanguinis Christi, quia eadem vis sacramenti, & idem character est episcopal, & sacerdotalis, licet ille scilicet episcopal ad plura se extendat. Differre vero in potestate iurisdictionis non negarunt, siquidem maior est iurisdictio Episcopi, quam simplicis sacerdotis in ordine ad corpus Christi mysticum, imo eam quam habet simplex sacerdos iurisdictionem, ab episcopo habere fides edocet.

Ad 15. illae locutiones possunt exponi de credere quantum ad meritum, ut qui charitate careat, et si vere credit, meritorie tamen non credit, & si fidem veram habeat, & hoc est verisimile Patres illos sensisse. Qui si talem expositionem non patientur, scias quod tales locutiones in eorum libris cautelae legendae sunt, & extendendae, & usurpanda non sunt, nec ut verae absq; explicatione proferenda.

Ad 16. respondetur verè illum motum loquendi non congruere cum sincera Theologia. excusandus tamen est si non ita limatus locutus est Guitmundus, quanquam in bonum sensum reduci possit ex sua doctrina, ex exemplo Christi Domini, qui peregrini formam assumpsit, & veritatem suæ essentiae non euacuavit, ita inquit Guitmundus, *si quando putredo, vel aliud simile indecens quid in Ecclesiae sacramentis appareat, ad negligentiam ministrorum puniendam, vel corrigendam, vel certe ad fidem, dilectionemue probandum, ut diximus, valet; veritatem tamen essentie dominicae carnis, & sanguinis euacuare non potest, proinde ergo, nec istas Ecclesia Dei hereticorum versutias metuat.*

Ad Algerum dicitur, quod non propter hoc minuitur Algeri auctoritas, qui multum pro sacramenti Eucharistiae veritate certauit: sed fragilitas humana ostenditur in huiusmodi lapsibus, quanquam circa id, quod dicit de communicatione sub utraque specie, ut non possit sumi corpus sine sanguine, non ad species, sed ad res contentas in speciebus referatur: non enim sumitur corpus Christi exangue, &c. verum, quia Gelasius citat, ad mentem Gelasi locutus esse videtur; Gelasius vero loquitur de solis sacerdotibus celebrantibus, quibus non licet dimidiare sacrificium, vel alteram tantum speciem in Missa sumere. Vel dicendum, quod in Manicheos inuenitur, qui putabant vinum esse malum, vel quod Christus Dominus sanguine caruisset, & idcirco à communione calicis abstinebat, quem morem ab hausto calicis hoc fine abstinentes, sicut taxat Leo serm. 9. de quadragesima; sic Gelasius quoque reprehendit: nullo autem modo reprehendit eorum morem, qui iustis, & pijs de causis sacram Eucharistiam tunc sumebant, sub utraque specie.

Ad 17. quantum attinet ad Origenem, S. Hieronymus epist. 61. inter alios Origenis errores recenset, [ quod sic Paradisum allegorizet, ut historie auferat veritatem, pro arboribus, Angelos, pro fluminibus virtutes celestes intelligens, to-

tamque paradisi continentiam tropologica interpretatione subvertat: ] legendus in commentariis in Daniele cap. 10. in eundem errorem inuenientem. Pro Ambrosio contra respondetur, nullo pacto in hoc errore Origeni consensisse: nam in expositione epist. 1. ad Corint. c. 6. clare affirmat duplē esse paradisum terrenum vnu in quo Adam conditus, & positus fuit, ut operaretur, & custodiret illum: alterum cœlestem, in quem Paulus raptus fuit. eius verba sunt, est & Hierusalem inferior, est & superior, quam matre nostram vocat Apostolus: est & inferior paradisus in quo homo peccatus, mandatum, & ut operaretur ibi, & ut custodiret eum accepit: est & ille cœlestis, in quem raptus Apostolus audiuit verba arcana. Verum nihil proficiet ista excusatio apud eos, qui tenent illa commentaria non esse Ambrosij.

Ad auctoritatem S. Hieronymi in allegatis locis respōdetur, rete de paradiſo sensisse Hieronymum: mens enim eius fuit, quod antequam Deus cœlum, & terram distinguendo, & ornando perficeret, paradiſum tertia die plantauerat. Vel dicendum illud dixisse Hieronymum non ex suo, sed aliorum sensu.

Ad 18. respondetur, quod ille quæſiones non sunt indubitate Basilij, ut colligitur ex Nicephoro lib. 9. cap. 26. & lib. 23. cap. 29. Vnde, & quæſione prima, & 95. traditiones reiūcere videtur auctor eius operis, cum tamen S. Basilij lib. de Spiritu Sancto cap. 27. adeo acerrim pro traditionibus dimicet. In regulis fusius disput. interrog. 2. quædam etiam continentur, quæ Messianis fauere noscuntur, & Basilij non existimatur.

Ad 19. nisi Macharius peccatum metaphoricè diceret esse substantiam, hoc est, esse opes, facultates, & vires Satanae, Manichæorum errorem spiraret, peccatum esse veram substantiam adfruendo. Vnde aut sic est explicandum eius dictum, aut si explicationem talem non recipiat, repudiandum.

Ad 20. respondetur ex nostro Sixto Senensi, quod ad leniendam hæresim Origenistarum de supplicijs inferorum aliquando finiendis, ne puilli aliqui in scopulos impingerent, varias quidam Patres indagarunt elabendi rimas, nempe refrigerium animabus damnatorum suffragia, & huiusmodi admittendo, quod nec dici potuit: Forte damnationis nomen ad purgatorium quoque extenderunt dicti Patres, vel forsan Prudentius, qui hanc expositionem non patitur, ad indicandam notitiam diei resurrectionis Domini poetico more lusisse putandus est, ut ex illis carminibus apparet. & S. Idelphonſus ad ostendendam latitudinem diei Assumptionis Virginis, idem refrigerium damnatorum animabus in inferno apportari parabolice dixit, vel forsan festiuè, sicut, & Prudentius locutus videtur.

Ad 21. expressè S. Hieronymus in Apologia ad Pammachium, suam sententiam expressit dicens. Non damno Bigamos, imo nec Trigamos, et si dici potest octogamos, vide eundem in cap. 1 ad Tit. vbi Tertullianum de Monogamia scribentem, & secundas nuptias dominante vocat hæreticum. Vnde si alicubi, idem Sanctus iteratas nuptias

E damnare

# 50 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

damnare videtur, non erat sermo ille ad illas taxandas, sed ad incontinentiam multorum cohendam dirigebat, qui non contenti secundo, tertio, vel quarto matrimonio, usque ad vigesimum aliquando progrediebantur, ut resert in epistola ad Gerontiam.

Quantum verò attinet ad Chrysostomum. ex prelè asserti homil. 20. ad Ephes. secundas nuptias non posse damnari. Quare quod habetur in serm. 2. in opere imperfecti, cum opus illud sit hominis hæretici, vel ab hæreticis, corruptum, illud pariter repudiamus, vel cum cautela recipimus. Sunt qui exponunt hunc authorem, ut secundæ nuptiæ vocentur fornicatio, non quod ita sint, sed quod minus bonum sit secundo nubere, quam in viduitate permanere, signumque incontinentiæ præferant: propter quod etiam in Concilio Laodiceno can. 1. etiam si fateatur, Patres legitimas esse secundas nuptias; certam tamen penitentiam illis contrahentibus iniungunt, ad carnem scilicet edemandam, non pro culpa, quæ nulla est in talibus nuptijs.

Ad 22. respondent quidam eiusmodi Patrum assertionem esse incertam, & commētrum nullius auctoritatis appellant. Et quidem si determinatè duo millia dierum Messiae assignatur, usque ad consumationem sœculi, certè posset præfiniri ultimus annus mundi, & totius rerum naturæ cursus: nimurum quod cum præcesserint mille, & sex centum decem, et septem, dum hæc scribimus, iam superint trecenti octuaginta tres. temerarium autem esset præfigere tempora, & momenta, quæ pater posuit in sua potestate, & ponderat Augustinus 18. de Ciuit. c. 53. Et quidem multi tentarunt præfigere annum consumationis, sœculi, vt Lactan. lib. 7. cum alijs. Sed & similes insanias determinantium tempus consumationis sœculi, idem Augustinus eodem loco expludit. Vel possent exponi ex doctrina eiusdem S. Augustini lib. 20. de Ciuit. c. 7. non esse improbare dicere, mundum non duraturum, ultra sex millia annorum, quamvis non id certè asseratur, quod notat Bellarm. 3. de Roman. Pont. c. 3. & optimam dicit esse moderationem, Quāuis enim (vt dicit Malu. lib. 1. de Antichristo cap. 30.) generale tempus durationis sœculi adscrutatur, nullum tamen in speciali tēpus præfigitur. Quamobrem cum accipiatur tempus indefinitè, præcisè nullum determinatum tempus assignatur; præsertim, cum nec quot anni sint elapsi ab orbe condito cognoscamus. & quod adhuc supersint ad finem sœculi ignoremus, sic semper remanet incerta ultima dies. Vel dicendum, quod etiam si præcisè sciamus quinque millia iā excessisse, ultimum millenarium, quod restat ad finem sœculi sub mille annorum nomine appellatum dicimus, eo loquendi modo, quo pars à toto appellatur. Et sicut senecta, licet sit ultima ætas, potest ulterius protendi, nec determinata est: ita & sextum millenarium, indeterminationem quoque habet, & tanquam senecta ulterius protracta potest, cum non habeat determinatam periodum, vnde S. Doctor. q. 5. de pot. a. 7. ad 1. vt Aug. q. 58. lib. 83. c. dicit: quia ultima ætas mundi comparatur ultimæ aetati hominis,

quæ determinato numero annorum non definitur, sicut aliae ætas definiuntur, sed quandoque tantum durat, quantum omnes aliae, vel etiam amplius: Vnde & ista ætas ultima mundi, non potest determinato annorum, vel generationum numero definiri. Similiter nec possumus in longum protrahere diem extremum, recurrendo ad motum cœli stellati, (quod compleat cursum suum 36000. annorum spacio, vt tunc finiendus sit mundus cum cursus cœli stellati complebitur) si quidem non est motus cœli propter hunc finem primarium, sed propter complendum numerum electorum, qui soli Deo est cognitus, & Christi animæ, quo cōplete, tunc motus cœli cessabit, &c. Inter duos autem, qui scire se dicunt ait S. Tho. loc. cit. in corpore ex doctrina Aug. periculosis errat, qui dicit in proximo Christum venturum, vel finem mundi instare, quia hæc potestesse occasio, vt omnino desperaretur esse futurum, si tunc non erit, quando futurum esse prædictur.

## ARTICVLVS SEPTIMVS.

An Patres posteriores Prioribus,  
& an Græcis Patres Latini  
consentiant.

### Hæreticorum prætextus.



Riuolus quoque prætextus hæreticorum, & schismaticorum fuit, eo titulo publica Ecclesiæ dogmata respuerre, quod posteriores Doctores, dicebant, prioribus aduersarentur: Semipelagiani in materia gratia nolebāt recipere Augustini, & Patrum Africanorum auctoritatem, quia dicebant, vt esert Hil. in ep. ad Aug. tot annis à tot tractatoribus, ante Augustini sententiam, de gratia Christi, fidem fuisse defensam.

Sed & Græci nolabant decretis Romanæ Ecclesiæ parere, quia Patres Latinos, Patribus Græcis (dicebant) aduersari.

Philippus Mornay in præfatione ad Ecclesiæ Romanæ sectatores in suo impio mysterio iniquitatis, ait: Orientem cum occidente ex diametro pugnare, in afferendo Pontificis Romani priuatu, &c.

### Oppositiones eorundem.

I. IN veteribus Patribus, minimè legimus multa capita, quæ dicuntur pertinere ad catholicam fidem, mirumque in ijsdem PP. silentium cernitur, quæ postea in alijs posterioribus Patribus depræhenduntur, vt patet intuenti ergo, &c.

II. Origen.lib. 7. in epist.ad Rom.c. 9. in ea verba, an

# De Patrum sensu, & authoritate.

51

Ba, an non habet potestatem figurulus, &c. dicit Jacob fuisse electum vas in honorem, quia se emundauit: videns enim Deus puritatem eius ex eadem massa Adami fecit ipsum, vas in honorem, & Chrysostomus hom. 15. ad Roman. & Theod. in ea verba: Non solū autem, sed & Rebecca, &c. docent electionem factam ex præuisis meritis: at contrarium sentiunt Augustinus, & reliqui Patres; & concors sententia Theologorum ergo, &c.

III. Quia Chrysostomus gratiam præuenientem negasse videtur, dum scripsit hom. 17. Io. 1. Deum non præuenire voluntates, sed à nobis incipendum, & alibi. [non antecedit nostras voluntates, ne liberum lèdatur arbitrium] contrarium vero docuerunt cum Ecclesia Patres Latini, Augustinus, Prosper, Fulgentius, & alijs.

IV. Quia multi Patres Græci vocant Patrem causam filij, ita Athanasius, Basilius, Theodoreius, & alijs relati apud S. Thomam contra errores Græcorum c. 1. Item filius dicitur secundus à Patre, Spiritus sanctus tertium lumen à Filio ab iisdem Patribus Græcis c. 2. & 3. apud eundem S. Thomam eodem opusculo. rursus Spiritus sanctus dicitur ingenitus à Nazianz. serm. de Epiph. Athanasius epistola ad Serapionem. Et multa alia huiusmodi, quæ recensentur apud S. Doctorem, ibidem reperies. Ergo: & tamen his contraria afferunt Patres Latini.

V. Quia Græci Patres non dicunt Spiritum sicutum procedere à Filio, quod tamen dicunt Latini: ergo, &c.

VI. Purgatorium afferunt Patres Latini ex illis verbis. Si quis super fundamentum hoc edificauerit, ligna, stenum, stipulam, &c. uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur et c. saluus erit sic tñ quasi per ignem, at contrarium sensum dant alijs Græci, illud referendo ad ignē tribulationis, &c.

Vltimo. Quia ipsi catholici aduertunt cautē esse multa in ant. quis Patribus legenda, eo quod eorum quidam congruē locuti sunt, quidam incongruē, quidam modum seruantes, quidam excedentes, &c.

## Pro Catholicis.

**S**ed contra est primo authoritas Conciliorum in Conc. 7. a. & 1. sic dicitur à Tharasio. In nullo sanctos Patres inuenimus discordes, sed cum omnes eiusdem sententiae sint, idem quoque prædicant & docent, & in eadem actione, sic dicitur: Vbiq[ue] enim Sancti Patres concordes inuicem sunt: contrarietas vero nulla est in eis. Verum contraria eos dicere putant, qui Oeconomiam, & intentionem eorum ignorant. Hic locus citatur sess. 25. conc. Flor. c. 2. Et in Synodo eadem in eodem cap. sess. 25. ratio assignatur: Idem enim spiritus (aut) in omnibus locutus est, quem sibi ipsi non consentaneum esse, nec cogitare fas est, &c.

Secundò ex Patribus, Ioannes Syrus ad Iordanem ait, sed eas, quas producunt authoritates consideremus, cum paternæ sint, & eis nullo modo contradicendum sit: at vero concordes, neque con-

trarios inuicem, & multominus sibi ipsis oppugnantes, decet probare Patres, & Doctores nostros, quorum de fide sententiam unicam, & indiferentem esse fecit una Spiritus sancti virtus, & illuminatio, hæc ille apud Cœcil. Florent. ubi sup.

Tertiò ex rationibus. Prima, vt adducitur in Concilio Florentino sess. 25. c. 2. quia ad Pastores quoque, & doctores promissas est spiritus reritatis, ergo ex hoc fit, & necesse fit eos sibi inuicem consentanea dicere, & ratio cogit fateri nihil ab illis dictum esse, quod inuicem repugnet, ne manumis quide in rebus ad fidē pertinentibus. Antecedens probatur ibidem eodem cap. nam illa verba: Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini; nemo est, qui ambigat, non modo ad primos illos referri Salvatoris discipulos, quibus datum est, ut eum presentem intuerentur, sed etiam ad Pastores Ecclesiarum, & Doctores cœteros, quib[us] post Apostolos Euangelium prædicauere: hoc enim & ipse Salvator probat, cum inquit: Quæ vobis dico, omnibus dico, & res ipsæ manifestissimè ostendunt: si quidem Prioris cunctis Doctores, iisdem claruerunt operationibus, & signis: quod diuinæ verbi prædicationem, diu num verbum, non minus per eos, quam per Apostolos sequentiibus signis confirmatum fuit, & palam omnibus suis, ipsis quoque SS. Patres & Doctores Christianæ fidei, per Spiritum sanctum locuto fuisse, verbaque ipsorum Salvatoris nostri extitisse cum aduersus Tyrannos, & Praesides, & veritatis hostes certare, scripsere & palam veritatem prædicauere. Consequentia patet: quia non veritatis magister, quād mendacij spiritus in illis locutus fuisse. Mendacij namque proprium est, nec hoc, nec illud afferere, quemadmodum sapientis signum est, sibi assidue constare, nullisque in rebus a cœteris sapientibus discrepare. ibidem. Secunda ratio, quia id afferere est dexteris miscere cum irfidelibus, & inimicis crucis Christi, vt ibidem dicitur, qui hinc fidem nostram traducere solent, quod in sacris literis quasdam configunt contrarietas, & Doctores illa loca, quæ speciemensus dissonare videntur, conciliantes; immo sibi undeque consentaneam scripturam demonstrantes, calumniatores veritatis arguunt.

Tertia, vt ibidem ponderatur, Philosophos eorumque doctrinæ præcones propterea rejicimus, quia in quamplurimis sibi contradicentes eos reperimus, ergo si fatentur in doctoribus nostris dissonantias, eos contra nos acceptabimus, doctores nostros eiusdem criminis reos facientes, quod esset sponte nostram fidem evuerte.

Quarta, quia Sancti Patres in Concilijs, vt ibidem appetat, non humanae sapientiae persuasib[us], non artificio verborum, non rationibus naturalibus, non denique syllogismis usos fuisse constat, sed auctoritate duntaxat, nudaque ipsa verba superiorum Doctorum, qui eos tempore præuenierunt tanquam rectam regulam, gloriam veritatis sequitos fuisse, & per ea quascumque fides questiones terminasse, Sanctorum Patrum vestigia sequendo. Quare nescio, quid de nostra fide sapere licet, si quis concedit posse hoc inconveniens Patribus imputari. Probatur hæc cō-

sequentia ibidem his verbis: *si enim fidei nostrae  
Principes non eadem omnes, sed alij quidem inui-  
cem, alijs vero etiam sebi ipsis (ò rem absurdā )  
contradicant: fides autem nostra in illorum ra-  
tionibus fundatur; inanis est ergo prædicatio no-  
stra, inanis est fides nostra, quod impium est di-  
cere, & blasphemum; ergo & id ex quo sequitur.*

## CONCLVSION ORTHODOXORVM.

*Nulla est contrarietas Patrum inter Græcos  
vel Latinos in dogmatibus, omnesque  
sibi mirificè consentiunt, qui si spe-  
cietenus discordare videntur,  
potius conciliandi sunt,  
quam eos de contra-  
rietate taxare.*

**R**espondeo dicendum, quod ( sicut dici-  
tur in eodem Concilio c. 3.) omnis fides,  
ac probatio, habet aliquid, quod demonstrar-  
proponit; habet verò aliud per quod probat, quod  
sebi proponit, neque potest idem esse, quod probat, &  
quod probatur: ipsum quidem per se ipsum, aut  
ipsum aliquid, per se ipsum probare, impossibile  
est: sed cum ex aliquibus concessis, & omnibus  
notis ad aliquid quæstum procedere oportet, per  
ea, quæ manifesta sunt ad incognita, & quæ sa-  
eundum est, & per notoria probanda, quæ nobis  
ignitora sunt. Cum ergo Ecclesiæ dogmata  
non rationibus naturalibus, sed ex doctrina, &  
traditione Apostolica accipiamus, quæ Patrum  
veneranda tradit antiquitas, vt certa accipi debet  
eorum doctrina, & consentanea in omnibus de-  
bet esse, vnde dogmata habeant firmitatem, vt  
nullum de ipsorum Patrum doctrina dubium  
restet, & amplius discussione opus non sit inue-  
to eo quod queritur. Quod si contrarietas spe-  
cietenus appearat. Primo perpendiculariter est  
quid ceteri, & singuli de eo dogmate, quod con-  
trouertitur senferint. Deinde aliorum sententiæ  
clariores contraponi debent, imo & eorundem  
Patrum clariora dicta rimanda, per quæ alibi di-  
cta rimemur obscura. Si autem de hac patrum  
intelligentia apud posteriores controvèrtitur,  
sapientibus, & pluribus victoria danda est. Nec  
passim repudianda est Patrum auctoritas ( ait  
Georg. Scholarius oratione 3. Synod. in Concil.  
Flor.) ex inuolutis dictis; confugiendo ad id, q  
dicere quis posset eorundem Theologiam suisse  
depravatam; hoc enim gratis fingi non debet,  
sed oportet ex incorruptis exemplaribus, ab  
omnis adulterationis suspicione liberis, german-  
nam lectionem probare, & quod est perspicuum  
depravatum deprehendere. Facit etiam ad co-  
ciliationem ex Georgio scholario, si tempora,  
usus, ac necessitas sensumque diversitas, & alia  
buiusmodi perpendantur, nam vt ibidem idem  
dicit, cum in unaquaque re multa considerentur,  
& alijs aliter illam concipiatis animo, varijsque  
sermonibus exprimantur, aut ijsdem sane, sed  
varie acceptis; nihilominus ex diversitate ista;  
vt frequenter occurrit; nobis per singulos dies di-

uersa, sed non pugnantia de ijsdem sentientibus:  
non propterea illa est dissonantia, & contradictionis:  
ita in dictis Patrum diversitas sensum esse po-  
test, contrarietas reperiri non potest. Et sic una  
harmonia ex ambabus partibus constat ex Græ-  
cis, & Latinis, & Græcorum inter se, sicut & La-  
tinorum in cōcordem, & consonantem Dei glo-  
rificationem, qui facit concordiam in sublimi-  
bus terminata. Quare ad tuendam fidem no-  
stram, & honorem Sanctorum, melius est eorum  
dicta, pietate cum veritate coniuncta, conciliare,  
quæ temeraria intelligentia, & expositione cō-  
junctos in eadem fide, fideique intelligentia dis-  
soluere, & melius, & modestius est esse eorum  
conciliatores, quam iudices, vt dicitur ibidem.

## Solutiones oppositionum.

**A**D Primam respondetur non est pugna-  
tia inter tacentes, & silentes Patres: non  
enim est consequens, ( vt aduertit idem Schola-  
rius,) quia tacuerunt, ideo usq; sunt silentio, quod  
hoc dogma damnarent, sed potius hoc cautioni  
Patrum debetur, qui sentientes idem quod alij  
postiores, qui postea rem apertius dixerunt,  
nihilominus abstinere voluerunt à promulgatio-  
ne sententia. Cum enim proposita esset Patri-  
bus utilitas ouium proferenda non erant ab illis,  
quæ obesse poterant, idque exemplo veri, com-  
munisque omnium magistri ostenditur, qui mul-  
ta Apostolis non aperuit, non valentibus illa  
portare. Ex alia parte cum necesse erat dogma-  
ta non silere, sed in medium proferre, occasione  
insurgentis erroris, vel ad perfectiores instruen-  
dos, tum publicata sunt dogmata: & tam hi lo-  
quentes quam illi ex charitate tacentes, sicut cō-  
cordes in charitate deprehenduntur, ita in eo-  
dem spiritu fidei cognoscuntur viniti: Hoc mo-  
do ita imbecillioribus prouisum est, per ea quæ  
tacuerunt, ne perniciies afferretur, ex sublimitate  
mysteriorum, in doctrinoribus, alios sapientes re-  
conditorum sensum faciendo participes. Vnde  
vt idem dicit Georgius. *Spiritus sanctus con-  
suluit utrique hominum ordini, congruentesque il-  
lis formans Doctores, imperfectiori quidem  
præfecit cautela usos, eminentiori autem intelle-  
ctu præditos dedit confidenius locutus, & con-  
cludit. Quare si Sanctorum alios quidem lauda-  
bimus, alios autem reprehendemus, quod tacue-  
rint expresserintue aliquid, & hos quidem proba-  
bimus; alios vero, quia non sunt nobis usui, reij-  
ciamus, liceat hæc eadē audere cōtra ipsum Spi-  
ritum, non solum quia is fuerit auctor, cur hi ta-  
cuerint, illi expresserint ( quo sit ut necessario, &  
ipse participet honores, & contumelias) sed etiam  
quod usus singulorum opera, hæc quidem ipse ta-  
cuerit, illa vero per Doctores expresserit, quibus  
sermonem veritatis infundebat.*

Vel dicendum, nec præponderare auctorita-  
tem tacentium, auctoritati aliquod dogma con-  
firmantium: nam si auctoritas ostendatur eorū,  
qui tacuerunt; alij certè sanctitate non sunt  
inferiores, quia ex eruditione non sunt longè su-  
periores. Si producatur multitudo, posteriores  
interdum

# De Patrum sensu, & autoritate.

53

Interdum ex parte vincunt. Si honor illis Cōcilijs delatus argumenta subministrat, non inferiorem honorum cumulum, posteriores Patres à Concilijs acceperunt. hæc ex eodem Georgio.

Quod si dicas durum esse, vt vna sententia recipiatur, quæ non sit ab omnibus approbata. Respondet hoc nihil esse: nam satis est si nullus contradicat, cum apertis verbis nemo contradicit: satis est, sententiam aliquam duobus testibus fulciri. Quod si omnium exigeretur affirmatum testimonium, miraculum Lazarī, & colloquium Christi Domini cum Samaritana oporteret de medio tollere, quia qui illud narrat, non habet omnes attestantes Euangeliū: iudicia forensia quoque tolleanda essent: nā aliorum silentium ad dandū testimonium aliorum etiā paucorum attestationibus, nunquam prælatum est, & imperitorū est exigere ab affrentibus testes sufficiētes, ut omnes homines proferantur ad testificandum.

Vel dicendum satis infirmum esse ex taciturnitate sanctorum argumentum; nam si eos, qui de aliqua re simpliciter pronunciant, non continuerū probare existimamus ea, quæ dicunt, nisi sint ex numero probatissimorum hominum, & quorum sermones necesse est cum dogmatibus conuenire, quis facile concederit ea, quia tacentur, ab iisdem improbari?

Vel dicendum quod tacuerunt, quæ tamen ab alijs postea fuere tractata, quia cum nesciret, quid alijs videretur, benevolentia, & humanitatis causa eorum arbitrio relinquebant: nec enim verisimile est idcirco tacuisse, vt ex silentio viatorum reportarent etatis posteriorum loquacium; nimis, ut posteros abhorrent loquentes, videntes priores atates taentes: nec enim impossibilia expectabant, quæ non euenerunt. Quare nihil horum adscribere Sanctis illis viris, pium est.

Vel dicendum, quod rationabiliter propter circumstantias temporum, & personarum multa Patres subticuerunt, licet multoties, & si non proprijs vocibus uterentur, sed æquivalētibus, & eandem vim habentibus ad diuinam explicanda. Hoc titulo illustris habetur Basilius à Greg. Nazianzeno ratione in laudem eiusdem Basiliū ( licet ab æmulis ea de re perstringeretur) nimis, quod sermones cum iudicio dispensare de Davidis consilio, & sententia necessarium esse indicabat, atque aliquantis per belli tempus, & hereticorum principatum tollerare, quo ad libertatis tempus tranquillatiisque successisset, linguaeque libertatem, ac licentiam attulisset. Illi enim nudam, atque apertam vocem, quæ Spiritui sancto diuinitatem tribueret, arripere cupiebant, &c. quas eorum infidias, vt eluderet Basilius, alijs quidem vocibus descriptura petitis, testimonijsque minimè dubijs, eandem vim habentibus, necessarijsque argumentis, aduersarios ita comprimebat, vt nullo modo repugnare, atque in contrarium nisi possent, &c. sed tamen propriam, & apertam vocem interim usurpare differebat, tū ab ipso Spiritu, tū ab alijs etiam sinceras ipsius propugnatoribus gratiam petens, ac rogans ne-

hoc suo consilio offendarentur, nec committerent, vt dum unam voculam morosus retinere conarentur, propter inexplicablem cupiditatē omnia perderent, cōnulsā nimis turbulentissimo tempore, ac distracta pietate. Ipsos .n.nihil ex eo comodi, ac detrimenti accepturos, si dictiones paululū immutentur, modo alijs verbis eadem doceantur, ( neque enim salutem nostram in sermone magis quam in rebus consistere ) quippe cum ne Iudei quidem rei sciendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo vocem vñcti sibi concedi posulantes, religioni nostræ assentiri vellent.

Ad secundam possunt facilimè illi Patres expōni, quod loquantur de electione ad gloriam quantum ad executionem.

Ad tertiam. olim Pelagiani ad suas partes trahere conabantur Chrysostomum etiam in materia peccati originalis, quem sic purgat S. Augustinus 1.contra Iul.c.p. ita ne ista verba S.Io. Episcopi audes tanquam econtrario tot, aliumq; sententijs collegarum eius opponere, eumque ab illorum concordissima societate seiusingere, & aduersari eis constituere? abſit hoc malum de tanto viro credere, aut dicere, abſit inquam, vt Constantinopolitanus Ioannes de baptismate parvulorum (dicamus nos de libero arbitrio, illud supra gratiam efferendo) eorumque à paterni chirographi liberatione per Christum, iot, ac tantis Coepiscopis suis, maximè Romano Incencio, Carthaginense Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanensi refutat Ambroſio: Quare vel illa verba sunt ab hereticis tali opera inserta: vel id dictum ad ignauiam secordiamque pellebam ex Senesi lib.5.Bibliot. annotat. 101. Vei cum errores Manichaorū impugnaret, in disputatione contentiosa contra Manichæos deprimentes liberum arbitrium, ut tunc opus erat, nimis extulit quasi per hyperbole, & tandem dum dicit: Non antecedit nostras voluntates, intelligit de antecessione per modum naturæ, & cum determinatione, vt indifferētiam tollat arbitrij; non enim hoc modo Deus præmouet nostram voluntatem. Vnde in c.3.ad Eph. Hom.6. totū Deo adcripsisse non semel dixit Apostolum: ostendit hic totum esse Dei. nihilque nos attulisse, & iterum huins rei gratia vinctus sum, sed rursus totum Deo adscribit, vide quām Pelagium confutat, & Semipelagianos prosterat.

Ad tertiam auctoritatem Patrum Græcorum, respondet ex S. Thoma Opusc. contra errores Græcorum, quod Sancti nomine causæ vñi sunt ad ostendendam originem personarum. Sic & nos Latini, qui vtimur nomine principij, quod vniuersalium est quām causa, & adducit auctoritatem Nisseni dicentis: causam autem, causasatumque dicentes, non naturam per hæc nomina significamus: neque enim hæc nomina loco essentiae, vel naturæ ratione damus, sed qualiter inter se habent differeniam demonstramus: vt scilicet Filium non ingenitum esse, neque Patrem per generationem aliquā demonstramus ab aliquo, quam doctrinam Bessarion Cardinalis secutus est in declaratione sua orationis dogmaticæ in Conf. Flo. sess. 25. dicens Sancti Doctores Orientales

## 54 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

tales etiam in diuinis vtuntur nomine causa, & causati, non quidem, ut limitationem importat: sed prout productionem, & emanationem à principio significat, & subdit propterea ad Græcos Græcè loquentem, cur nomine causa usus fuerit reddit rationem.

Dicitur quoque Filius secundus à Patre, & Spiritus sanctus tertius, non in dignitate, vel tempore, &c. sed in numerando, ita explicat S. Thomas loco cit. c.2.

Quod dicatur ingenitus duplicitate accipi potest nomen illud. Vno modo pro eo, quod caret principio, & id tantum Patri competit: altero modo pro eo, quod non est genitum, licet sit principium habens, & sic spiritus sanctus dicitur ingenitus, ita S. Thom. c.8. loco cit.

Ad quartam. In Concil. Florentino sess. 25. c.8. ostensum est c. 7. per multa testimonia Græcorum Patrum, Theodoreti, Cyrilli, &c. prodire, profluere, & emanare à filio spiritum sanctum: vnde in sensu à Latinis (& si in verbis) non discordant, qui vtuntur eorum loco, nomine processionis. Rursus cap. 6. per multas authoritates Athanasij, Maximi, Nisseni, Basilij ostensum est pariter Filium dici causam spiritus sancti, admittendo illam propositionem esse à Patre per Filium, quibus verbis insinuarunt Filium esse causam cum Patre, sive principium spiritus sancti, Græci enim nomine cause, principium intelligunt, idemque prorsus dixerunt, quod omnes Patres Occidentales, Hilarius, Hieronymus, Damasus, Augustinus, Ambrosius, &c.

Et dato (vt dicitur in codem cap. 8.) quod nullo modo Patres Orientales attribuerent Filio esse principium spiritus sancti, cum tamen nulli aliquis neget expressè processionem spiritus sancti ex Filio, nemo est, qui auderet eos dicere Occidentalibus Patribus contraria protulisse.

Ad quintam. Si unus, vel alter Pater exposuit aliter illum locum Apostoli è Patribus Græcis, unus pro omnibus sufficit nobis Theodoretus allatus à S. Thoma exponendo eum locum Apostoli in dicto Opusc. qui habet. Dicit Apostolus quod salvabitur, scilicet tanquam per conflatum ignem purgatorem, quicquid interuenit per in cautelam præterita vita ex puluere saltem pedum terreni sensus, in quo tandem manet, quandiu quicquid corpulentia, & terreni affectus inhaest purgetur, &c. quæ locū, vt benè aduertit Cardinalis Sirletus in præfatione Theodoteti super epistolas Pauli, licet modo non extet in operibus Theod. à Græculis non leuis suspicio est suisse abrasum.

Ad ultimum, vt dicitur in Concil. Florentin. oratione 3. si aliter, & omnes omnia dicunt, non pari doctrina cœlestique gratia, sed est inter eos vix sanctitatis laborumque proprietate susceptorum; ita quoque scientia, fœcundiæque, ac divinitatæ gratiae, per quam hæc omnia dantur, & confirmantur, ordo quidam, & gradus. Quid incommodi fuerit, si quæ alius multa usus fiducia dixit, hæc alium veritum tacuisse dicamus? & postea. Non omnibus hominibus dat omnia Deus. Sed hunc quidem hoc ornatum munere, alium ver-

alio decorat, & huic quidem largitus est unum, illi autem plura etiam addit, & sicut dona ipsa inter se differunt, ita unumquodque plus minusque perfectionis, ac pietatis habere dignoscitur. & postea. Doctri quidem omnes erant, sed doctrina modo inter se differebant, & veritatem quidem omnes attigerunt: sed iste non tantum veritatis apprehendit quantum ille. In quibuscumque autem loqui se iuto quisque putauit, aptè congruentaque locutus est: alius autem alio plus quidam est ausus, & audere quidam scientiæ erat, qua quisque pollebat: non aberrasset autem à veritate Dei munus, voluntatem eorum, qui querebant acceptam habentis studiumque, ac laborem commiserantis, & cautelam quidem adhibentis non obiurgantis rectè, autem confidencia utentibus, securitatem largientis. Et nos igitur oportet in his laudare cautionem: in illis vero loquendi libertatem admirari, & vera quidem existimare, que ab omnibus æquè sunt pronunciata. Si qua vero proleta sunt à quibusdam ultra progradientibus, tum abundantiori doctrina Patris, tu auxilio spiritus nequaquam paruipendere, neque eos, qui tacuerunt minores existimare, quod honorentur, altero, sanctitatisque opinione priuatos putare, si quid nos pro vero habeamus ultra quam ipsi proferre sunt aus. Si enim sanctitatis opinio, & corona, quam adepti propterea sunt, non fuit omnibus equalis, cum tamen omnes Deo cari fuerint, & germani ipsius cultores, & nullam sibi putant fieri iniuriam, quod gradibus quibusdam differant, neque inuident inferiores sublimioribus: minus certè propter sanctitatem, pro qua certabant veritatis cognitione, differeniam inter illos constituat. Ergo nihil officit, quod quidam clarius, quidam obscurius, quidam strictius, quidam liberius loquantur prototyporum statu, personarum, locorum, circumstantijs, & huiusmodi.

### ARTICVLVS OCTAVVS.

An PP. & Scholasticorum, & Posteriorum DD. eadem sit  
Theologia.



Omnimodo heretici preſſi argumentis catholicorum, & ex praesentis, vel Ecclesiæ veteris consensu conuicti ad illud asyllum confugerunt, vt dicerent: Patres valde dissimiliter loqui ab auctoribus recentioribus: nā exempli gratia, dicit Kemnitius 2. p. exam. p. 297. veteres in Chrismate inculcant manus impositionem, & nunc abolita est. Veteres nominant oleum, sed nullus probatus author addit mixtionem eiusdem cum balsamo. Veteres tribuunt Baptismo illos effectus, quos nunc recētores attribuunt Confirmationi, nempe dare gratiam, dare spiritum sanctum, perficere, armare contra Diabolum. Veteres deinde vñctio-

# De Patrum sensu, & autoritate.

55

non annexant baptismo recentiores separant, ac  
se essent, ait, duo sacramenta.

M. Antonius de Dominis in Consilio profectionis suæ c. 5. pro motu sua discessus docuit discrepantiam esse inter Theologos, & Patres his verbis. Observabam hinc in theoreticis dicta Patrum valde communi doctrinæ, qua imbutus in scholis fueram, in multis aduersantia; & ea, vel pretermissa à meis Magistris, vel non fideliter adducta, vel non suffcienter, aut etiam perperam explicata. Animaduertebam inde Ecclesiastica discipline, regiminique spiritualis nostrorum temporum normam, & praxim plurimum à veteri dissidentem non sine admiratione entuebar, &c.

## Oppositiones.

P Rimum argumentum. Sententia Theologorum est 2.d.18. & S.Tho. 1.p. q.92.ar.3. Euam verè formatam ex costa Adæ: at Chrysostomus dicit verba scripturæ, quibus talis formatio asseritur crasso more intelligenda, prout humana imbecillitati conuenire possunt.

Secundum. Theologi communiter affirmant 2.d. 20. & S.Thomas p.p. q.98. art.2. etiam in statu innocentie futuram generationem per coitum, & contrarium videtur dicere Nisenus, & Damas. 4.fidei Orthod. c.25. & inclinat August. 1.super Genes. c.19. & lib.1. de sermo. Domini in monte, & Climacus gradu 15.

Tertium. Theologica doctrina est non licere mentiri etiam ob bonum finem, 3.d.24. S.Tho. 2.2.q. 110. a. 3. & 4. at Chrysostomus laudat Abraham cum dixit ad Sarum. Dic igitur absecro, quod sōror mea sīs, Homil. 35. in Genes. & Homil. 45. & lib. 2. de proud. Esse proficiamendacia scripsit Clemens lib. 6. Strom. ex facto Iacob, Judith, Moysi opes Aegyptiorum in Israelis castra transferentis, Petri, & Pauli, qui (ait) simulata contentionē Antiochiae contendērunt: quem secutus est Hieronymus in comment. ad Halatas. Santos viros posse vti mendacio docet Cassianus in collat. 17. c. 17. usque ad 21.

Quartum. Theologorum doctrina est in circumcisione datam gratiam infantibus dist. 3. & 3.p. q. 70 a.4. at Chrysostomus Homil. 29. in Genesi solum signum fuisse asserit circumcisionem, vt Iudei à Gentibus distinguerentur, & nihil ad animæ virtutem contulisse. Idem docet Homil. 27. & homil. 40. in Genes. c. 17.

Quintum. Theologi tradunt columbam, quæ apparuit super Christi caput, fuisse verum animal S.Thomas 1.sent. d.16. & 3.p. q.39 a.7. sed solum speciem columbae fuisse disertis verbis tradunt Chrysostomus Homil. 12. in Matt. & Ambros. 1.de sacram. cap. 5.

Sextum. Theologi tradunt 4.d. 50. S.Thom. q.5. de pecc. orig. a.1. ad 3. in disputat. mitissimā esse p̄enam peruvolorum, nemp̄ solam carentiam diuinæ visionis: at Chrysostomus Homil. 24. in Matt. 7. dicit. ego tamen illius gloria amissionem multo amarius, quam ipsius gehennæ dico supplicium, & Hom. 14. ad Rom. 8. idem docet.

Septimum. Theologici tradunt 3.d. 25. S.Tho.

2.2.q.2.a.6. 7. & 8. fidem Christi saltem implicatam omnibus fuisse necessariam ad salutem: at Chrysostomus in Homil. 35. ibi, Ite, & renūciate Ioanni, &c. ait, licet tunc sufficiebat unum solum Deum nosse: nunc autem non est ita, & infra, sc̄ ab Idolis recesserunt, & Deum solum adorauerunt, & honestè vitam peregerunt, & eterna bona, & beatitudinem adipiscerunt.

Octauum. Theologi 4.d. 15. 2.2. q. 66. a.6. docent restitutionem faciendam ad aequalitatem, vt tantum restituatur quantum ablatum est: at Chrysostomus docet in Matt. Hom. 53. non satis esse hoc, sed vt plusquam decuplum redatur.

Nono. Theologi tradunt communiter prædestinationem non esse ex præuisis meritis ex P.p. q.23. a.5. at contrarium docet Chrysostomus dicens Hom. 1.ad Ephes. si homines, quando eligunt, optima sibi eligunt, multo magis Deus, & Homil. 31. ad Ephes. prædestinavit quos sibi elegerat, iuxta quod nos vident antequam in sortem ad sc̄cseremur, idem habet Homil. 31. & ad stipulari videntur Origenes hom. 7. Hieronym. ad Hebdi. q. 10. Ambr. ad Rom. in ea verba, His qui secundum propositum vocati sunt sancti.

Decimo. Theologi tradunt uirtutes acquisitas morales non esse charitati conne xas, ad aliquid tamen valere, & esse operatiuas boni in ordine ad finem naturalem, 3.d.36. & 1.2.q.65.ar. 1. & 2. at Chrysostomus homil. 78. in Matt. docet quod ieiunium, oratio, & ipsa virginitas, nisi eleemosyna ipsa comitetur, nihil valeant.

Vndecimo. Theologi communiter tradunt omnes morituros ante diem vniuersalis iudicij, 4.d.44. at Chrysostomus exponens illud omnes quidem dormiemus: sed non omnes immutabimur, non omnes morituros docet, quam sententiam Theodorus Heracleæ Episcopus in comment. in eum locum, Theodoreus, Theoph. & alij in eundem locum sequuntur.

Duodecimo. Theologi communiter singulis hominibus, singulos Angelos in custodiam attribuunt, 2.d. 11. 1.p. q. 113. a. 4. at Chrysostomus ad solos fideles restringit homil. 3. ad Coloss. 1. dicens. Angelos deputari nunc non secundum numerum gentium, sed secundum numerum fidelium. A tempore baptismatis hominibus assignari, docet Climacus gradu 27.

Tertiodecimo. Theologi docent eodē genere peccati, excepto voto, plus peccare sacerularem, quam religiosum 2. d. 44. & 22. q. 186. a. 10. at contrarium defendit Chrysostomus homil. 6. in illud: accedamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, & lib. 3. aduersus vituperatores vita monasticæ.

Quartodecimo. Theologi docent, 2.2. q. 111. a. 4. qui sanctitatem simulat non semper peccare mortaliter, etiamsi sit in peccato mortali. At Hieronym. in Esa. 16. illis verbis in tribus annis mercennarj, &c. ait, seuius est aperte peccare, quam sanctitatem fingerere.

Quintodecimo. Theologi docent, Beatos recordari præteriorum malorum, 4. d. 43. & D. Tho. ibidem q.1.a. 5. sed Hieronymus in illud Esaïæ: oblinioni tradite sunt, &c. dicit, de bonis quod

# 56 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

quod: omnes conuersationis pristine memorie  
eletur.

Sextodecimo. Theolog. docent 4.d.50. in Inferno esse verum ignem. At Hieronymus adstruit ignem metaphorice intelligendum, sicut et vermis metaphoricè accipitur, sic ait Ruffinus in A polog. contra Hieronym. Sed et Augustinus est in eadem sententia lib. 12. de Genes. et 21. de Ciuit. c. 10. sic ergo incorporalis illa flamma, & illa guttula, quam proponit diues epulo, qualia etiam sunt visa dormientium, sibi in extasi cernentium res incorporales. Similiter Greg. lib. 13. moralium cap. 17. dicit ignis gehennæ cū m. sit incorporeus, & in se mixtos, reprobos corporaliter exurit, neque studio humano succenditur, nec lignis nutritur, et Damaseenus 4. de fide Orthodoxa vocat illum ignem, non materialem, qualis est apud nos, sed qualem Deus nouit.

Decimoseptimo. Theologi Chlasciarum dogma, vt hereticum damnant in 4. sent. d. 48. S. Th. 4. contra gentes c. 43. at Hieronymus lib. 4. in Hieremiam ijs verbis contra populum istum, & civitatem istam nullam censuram adhibet, et Augustinus opinionem vocat tollerabilem, si referatur illud regnum mileniorum confitum, ad spirituales delicias 20. de ciuit. c. 7.

Decimo octavo. Theologi asserunt, 2. 2. q. 64. a. 5. nec pro castitate tuenda, nec alio bono fine posse quēpiam se interimere: At contrarium docet S. Hieronymus in Ionam cap. 1. ibi. Tollite me, & mittite in mare. S. Ambr. 3. de virginibus, id probat exemplo Pelagie Virginis Antiochenæ cum sororibus, et matre se in fluuiū prosciētibus, idem dicit S. Athanasius in A pol. de Virginibus Alexandrinis, quæ cū in eas graffarentur Ariani seiphas in puteum demiserunt.

Decimonono. Theologi decent, bigamum nō esse ordinandum 4. d. 27. at contrarium tenet Hieronymus epistola ad Oceanum exponens illud, oportet Episcopum esse unius uxoris virū, idem expresso ad Titum c. 1. asseuerat.

Vigesimo. Theologi communiter docent Angelos cognouisse futurum mysterium Incarnationis, ita S. Thomas 1. p. q. 57. a. 5. at Julius Firmicus Maternus docet, Angelos nescisse Christi aduentum in terris.

Vigesimo primo. Beatam Virginem in morte non esse passam angustias, communis est Theologorum pietas, et habetur ex S. Ioanne Damasc. oratione 2. de dormitione S. Mariæ, at in libello de transitu virginis in Melitone Sardensi legitur, quod virgo Apostolos superuenientes, vt eius funeris adessent, sic fuerit allocutat cap. 6. Dominus vos hoc adduxit in solatum ferendum angustias, quæ ventura sunt mihi, & ibidem dicitur, quod aduenit Paulus nondum scientia fidei plene instructus c. 5. et alia fabulosa à fide nondum à Theologia discrepantia, ibidem habentur.

Vigesimo secundo. communis sententia scholasticorum est cum Patribus, Antichristum in fine saeculi venturum 4. d. 46. Patres oppositum docent, ita Seuerus Sulpitius lib. 2. facr. historiæ, qui de Nerone lequens ait. Nescio, & an postremus explexit, si quidem opinione multorum recor-

ptum si ipsum Antichristum venturum, idem repetit in dial. 2. in fine.

Vigesimo tertio. Equare aliquem Sanctum. A postolis in gratia, et gloria temerarium est secundum veram Theologiam, præsertim ex S. Thoma 1. ad Eph. lect. 3. at Odo Cluniacensis tractatum edidit ad ostendendum, quod Beatus Martinus, meritò par Apostolis decantetur; et id fieri posse docet ex Dei omnipotenti, quæ non est coarctata, et etiam quia non impedit, vt puritatem gloriæ non obtineat ( ait ) quem vita similitudo commendat, et solum excellentia Apostolorum super Martinum est, quæ cum sint patres fidei, et religionis præcedant omnes, sicut principium principiatum, tanquam causa causatum, non tamen in gloria, et meritis præminent conuersis, et concludit, non est ergo, hereticum confiteri virum per omnia Apostolicum, ad Apostolica puritatis consorium sublimari.

Vigesimo quarto. communis Theologorum sententia est in 4. dist. 46. præter locum Purgatorij, et cœlum nullum alium quietis locum destinatum, at Florus in expositione missæ, nam sunt quorundam iustorum anima, quæ cœlesti regno, licet in beata requie, quibusdam adhuc mansionibus differuntur.

Vigesimo quinto. communis Theologorum doctrina est, imo, et Ecclesiæ dogma, non creari carnem Christi in sacramento, sed in eam panem transubstantiari, 4. d. 11. et 3. p. q. 75. per totum, & præcipue a. 8. At Paschalias c. 4. expressè dicit carnem suam, & sanguinem consecratione Spiritus sancti potentialiter creari, idem dicit Algerus lib. 1. c. 16.

Vigesimo sexto. communis eorundem Theologorum doctrina est species sacramentales converti in nostram carnem, etc. 4. sent. d. 12. et D. 15. 3. p. q. 77. ar. 6. at c. 20. ibidem dicit Paschalias novo modo caro, & sanguis Christi in nostram convertuntur, & verum nos a carnalibus eleuant, & spirituales efficiunt.

Vigesimo septimo. communis Theologorum doctrina est, non esse præceptum diuinum, sed positivum confidere in azymo, alioquin Græci peccarent mortaliter, cœfidentes in azymis, 4. d. 11. et 3. p. q. 73. a. 4. at Algerus lib. 2. c. 10. dicit hoc Christum Ecclesiæ suæ faciendum tradidisse, exemplo, testimonio, præcepto.

Vigesimo octavo. communis Theologorum, imo et doctrina Ecclesiæ est B. Virginem in vtero Annæ plenitudinem gratiarum obtinuisse, 3. d. 3. et 3. p. q. 27. a. 5. at Odo Cameracensis sic dicit, ex quo Angelica salutatione audiuit: gratia plena creditur purificata fide, etiam reliquum viæ custode Spiritu sancto vivisse sine omni culpa.

Vigesimo nono. sententia Theologorum est 4. sent. D. 11. et 3. p. q. 74. a. 8. aquam non transubstantiari in sanguinem, nisi prius vertatur in vinum: at Samonas Gazæ Archiepiscopus in disceptatione cū Saraceno de corpore Christi, ait, His igitur pane, inquam vino, & aqua nobis asuefactis, Dominus conjuncta sui diuinitate virtute sui verbi, qua omnia ut essent ex nihilo produxit.

# De Patrum sensu, & authoritate.

57

*duxit in proprium suum corpus, & sanguinem ea transferi, idem dicit Nicolaus Methanensis lib. de corpore, & sanguine Christi, addit quidam modernus grauiores P.P. Ambros. de sac. cap. 5. ante verba Christi calix est vino, & aqua plenus. Vbi verba Christi operata fuerint, sanguis efficitur (S. Aug. aqua mittitur in calicem, & fit sanguis consecratione celestis.) Damasc. 4.lib. Orthod. c. 4. & alij quos refert Conichius in 3. p. q. 83. art. 8.*

Trigesimo. animas certas esse de sua salute in Purgatorio existentes, communis Theologorum est, 4. d. 47. at in libro Hermetis non eas certas de sua salute insinuatur. Et in Iulio Firmico de errore profan. relig. c. 25. dicitur, *Christum per tri-dum iustorum turbam collegisse, ne iustorum meritum ex longa desperatione concideret.*

Trigesimo primo. communis sententia Theologorum est, Christum non esse dicendum hominem dominicum, 3. p. q. 16. a. 3. at in Marco Eremita appellatur Christus, dominicus, quam phrasim muti Patres tenuerunt: ta etiam Augustinus 1.b. 2. de serm. Domini in monte.

Trigesimo secundo. communis sententia Theologorum est, Angelos non amplius proficere in cognitione, p. p. q. 62. a. 9 at Climacus lib. de discretione, ait De eo quod, *nec ipsas quidem intellectuales, angelicasque substantias dixit carere profectu, sed eas quoque magis glorie gloriam, & scientiae scientiam semper adiuvare definit.*

Trigesimo tertio. Theologorum sententia est Angelos homines instruere, non econtra, 2. d. 11. 1. p. q. 106. a. 4. de verit. q. 9. a. 5. At ab hominibus, didicisse Angelos, dicit Chrysostomus homil. 1. in Ioh. dicens quod nobiscum Angeli dicerunt, quod nesciebant, idem dicunt Origenes 23. in Luc. Hieronym. in lib. 2. epist. ad Ephes. & Anastasius Synaita lib. 1. exam. docet Incarnationis mysterium primum nouisse homines, deinde Angelos per Ecclesiam.

Trigesimo quarto. communis Theologorum est in statu innocentiae passiones fore, 2. d. 1. 30. 1. p. q. 95. a. 2. at Chrysostomus passiones naturales post peccatum ex necessitate mortalitatis in hominem intrasse docet homil. 13. in epistolam ad Rom. 7. ibi: *ego autem carnalis venundatus sub peccato.*

Trigesimo quinto. communis Theologorum doctrina est plura pracepta superaddita in lege Moysi supra legem naturae 2. d. vlt. S. Thom. 1. 2. q. 48. a. 5 at contrarium docet Chrysostomus homil. 13. ad Romanos, *videns qui ante Moysem legem vixerit sub naturali lege eruditus, eos plura præstissemus, quam Moysem legem contenta essent, &c.*

Trigesimo sexto. communiter docent Theologi reliquias, & euangelia posse collo appendi, 2. 2. q. 96. a. 4. at utrumque morem damnant Hieronym. lib. 4. in Matth. & Chrysost. homil. 44. & habent, ut superstitionem.

Trigesimo septimo. communiter docent Theologi, 2. d. 7. 1. p. q. 62. a. 8. Angelos esse inflexibles ad bonum, vel malum. At in utrumque partem posse fluctere suam voluntatem docet Hieronymus in parabolæ illius explicatione, de filii prodigo, & frugi.

Trigesimo octavo. communiter Theologi nondant animæ Christi omnipotentiam, 3. d. 143. p. q. 13. at Ambrosius dicit in Luc. 1. potentiam, quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus.

Trigesimo nono. communiter Theologi, 3. d. & 3. p. q. 9. de scientia Christi, ar. 1. afferunt Christum dominum non proficisse in sapientia, & scientia. At Ambrosius in Lucam ait, *sicut proficiebat ætate hominis, sic proficiebat sapientia hominis.* lib. de Dominica Incarnationis Sacramento c. 7.

Quatrigesimo. communiter Theologi docent, 4. d. 14. & 2. 2. q. 14. a. 3. non dari delictorum mensuram, extra quam non sit salus: at Ambrosius Rom. 7. exponens illud, *fiat supramodum peccans, dicit, mensuram esse quandam delictorum, quam vi impleuerint peccatores vita digna minime iudicentur, sicut, & Pharao, qui istum modum impleuerat.*

Quadragesimo primo. communiter Theologi dicunt ignem Inferni esse eiusdem speciei cum nostro, 1. p. q. 64. a. 4. at Lactantius lib. 7. cap. 21. oppositum sentire videtur.

Quatrigesimo secundo. communis Theologorum doctrina est, licere Christiano in iudicio rerum ablatarum restitutionem, & iniuriarum compensationem repetere, 2. 2. q. 62. at Dia-dochus doct. 63. non licere sustinet apertissime, idem habetur in Marco Eremita.

Quatrigesimo tertio. communis Theologorum, non requiri intensionem doloris in contritione, 4. sent. d. 16. & 3. p. q. 87. a. 1. at in S. Cæsario Arelatensi homil. 19. dicitur, *non cui agendum est contritione.*

Quatrigesimo quarto. communis Theologorum sententia est, peccatum effectuè causari à Deo, 1. p. q. 49. a. 2. at Dorotheus doct. 14. permitti peccatum, tum causari videtur sentire, dices, *famem, pestilentias non fieri ex diuinâ voluntate aut dispositione: sed per missione ipsius.*

Quatrigesimo quinto. communis Theologorum sententia est, grauitatem peccatorum desumi ex obiectis, vnde maius peccatum est in Deum delinqueret, quam in proximum 1. 2. q. 73. a. 3. at Dorotheus doct. 6. iudicium temerarium grauissimum esse peccatum pronunciat, & S. Io. Climacus col. 347. ait *expedire magis in Deum peccare, quam in patrem nostrum.*

Quatrigesimo sexto. communis Theologorum cum Patribus, solum Henoch, & Eliam non esse mortuos testatur, & contra Antiehrustum præliaturos 3. d. 18. & S. Th. 1. q. 102. a. 2. ad 3. & 3. p. q. 49. a. 1. ad 2. sed S. Victorinus Pictaviensis in Apocalyp. putat Hieremiam non esse mortuum, sed venturum quoque eum Elia aduersus Antichristum.

Quatrigesimo septimo. communis Theologorum cum Patrum doctrina afferit Moysen mortuum esse, 3. p. q. 45. a. 3. at contrarium tenent S. Ambrosius 1. libro de Caim, & Abel: *non legitimus de Moyse sicut de ceteris, quia deficiens mortuus, &c. sed per verbum Dei mortuus, &c.* & Hilarius can. 20. in Matth. dicit *Moysem nondum esse mortuum: sed vivere usque ad tempore*

## 58 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

*pora Antichristi, in quo simul cum Elia occidetur.*

Quadragesimo octavo: Prædicatoribus licitū esse victū ab ijs, quibus euangelizāt sumere tradūt Schol. 4. d. 25. S. Tho. 2. 2. q. 100. a. 3. at Augustinus exponens illum locum Matth. 6. quærите primum regnum Dei, ait, non debemus ideo euangelizare, ut māducemus, sed ideo manducare, ut euangelizemus, ut cibus non sit bonum, quod appetitur, sed necessarium quid adiicitur, ut illud ampleatur: quærite primum regnum Dei, & deinde quærite ista, quamvis sint & necessaria: sed ait, hæc omnia adiicientur vobis; hæc quæ sequuntur si illa queratis, ne cum ista queratis, illinc auertamini, aut ne duos fines constitutatis, ut regnum Dei propter se appetatis, & illa necessaria propter illud.

Quadragesimonono: cōmuniter docent Theologi paruulos decedentes cum originali nō puniri pœna sensus, p. 2. q. 9. 90. a. 9. at contrarium afferit Augustinus lib. de fide ad Petrum, firmiter tene, & nullatenus dubites, paruulos, qui sine sacramento baptismatis de hoc seculo transierunt, æterno supplicio puniendos. Idem videtur afferre Gregorius 9. moralium c. 9. super illud multiplicauit vulnera mea sine causa, dum dicit, quod ijdem ad tormenta perueniūt.

Vltimo. communis sententia Theologorum est posse aliquem, occidere inuasorem cum alter euadere non potest 2. 2. q. 64. a. 7. sed contrarium afferit August. ad Publicolam dicens, de occidendis hominibus ne ab eis occidamur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles aut publica functione teneatur, & i. de libero arbitrio dicitur, quomodo apud diuinam prouidentiam à peccato liberi sunt, qui pro his rebus quas coniuncti oportet, humana cede polluti sunt? Quod si dicas cum S. Th. Augustinum solum velle non posse occidi inuidentem, intendendo mortē inuasoris, cōtra ait Turianus in 2. 2. disp. 26. dub. 2. hæc expositio, ait, S. Th. non quadrat menti Augustini, quia ibi dicit talē facultatē esse permisum à legibus ad vitanda maiora mala. Item dicit illos esse culpatos; leges inculpatas. Item dicit Augustinus nescire se defendere tales aggressores occisores, & tandem illa epistola excipit solum, autoritate publica alios occidentes. Aliena ergo est à mente Augustini talis expostio.

### Confutatio eorundem ex Orthodoxorum, firmamentis.

**S**ed contra est, quod dicit Leo Bizantius lib. 1. contra Nestorium, et Euthychetē. Conari Theologos ad contradictionem adducere, & dicere à seipsis dissentire, hic conatus suscepimus non est contra nos, sed contra illorum gloriam, imo verò contra Paulum, & adhuc contra Spiritus sancti auctoritatem, & Christum, qui in Paulo loquebatur: post enim Apostolos, & Prophetas, Doctores posuit in Ecclesia Deus, secundum prouidentiam Spiritus sancti incompræhensam, in opus ministerij, ad ædificationē corporis Christi, ita cum à simili, tam Patres, quam Schol-

astici pro Theologis, et Doctoribus in Ecclesia dati, & positi sint, illos velle ad contradictionem adducere, est Spiritui sancto contradicere, qui et illos, vt antesiganos, et Duces nostros constituit, hos etiam post Patres in Ecclesia ad docendum destinavit.

Sanctus Damascenus in epistola de Trisagio, obijcentibus Patrum authoritatem contra veritatem orthodoxam, respondet. Sed enim ea quoque loca, quæ ipsi proferunt excludamus; atque accurrate perpendamus, Patrum enim sunt: nec id inficiabimur, verum danda est opera, vt Sanctos Patres, ac Magistros, quorum coniunctionam, vtque ab omni varietate alienam de fide sententiam, una Spiritus sancti vis, & illuminatio demonstrauit concordes, non autem inter se contrarios, ac multò minus sibi meti ipsos aduersantes, ac secum pugnantes ostendimus, ita faciendum hoc loco, vt Patres præcedentium sæculorum cū præsentibus magistris concordemus:

### CONCLVSION ORTHODOXORVM :

*Scholastici, & Posteriores DD. in materia dogmatica, nullo modo à Patribus discordant, sed cum ipsis mirificè concordans.*

**R**Espondeo dicendum, quod vetus suit hereticorum mos se solos, & se sapientes, et honore dignos extimare; eos verò, qui pro Patribus in Ecclesia Doctores positi sunt illudere, et carpere, et quasi idiotas contemnere. Vnde Gregorius 36. moral. c. 17 dicit. Arrogantes igitur virtù, subductis de hoc mundo Apostolis, subductis ad superna martyribus, quibus et Doctores adiunge, quia fortasse doctiores, valentesque prepositos abundè deesse conspiciunt, quasi solos se remansisse intra eandem Ecclesiam suspicantur: sic Lutherani attendentes, ad sui temporis Scholasticos Doctores, illos despicientes ad Patres prouocarunt, et præsentibus illudentes, ad antiquos appellarent. Sed vt idem dicit Gregorius; Dicunt hæc profectò nescientes, quia omnipotens Deus Ecclesiam suam, digna sine administratione non deserit, etc. de quibus eidem Sanctæ Ecclesie dicitur, pro Patribus tuis nati sunt tibi filii, constituës eos principes super omnem terram. In virtute quippe antiquorum Patrum, si qui postmodum prælati sunt, subrogantur: quia & cum annosa arbusta succiduntur, in eorum robore tenera virgula jucrescant, pro Patribus ergo nati sunt filii, id est Scholastici, quos tanquam Doctores, post Apostolos, post Prophetas, id est tractatores spiritualium, tertio ordine omnipotens collocauit, vt dicit Apostolus Eph. 4. vnde ijd Audiendi sunt, non ab arrogantibus contemnendi. Et sicut dicit idem Greg. in Moralibus lib. 36. cap. 5. exponens illud. Qui auferit stillas pluviae, & effundit imbræ ad instar gurgitum, etc. cum Prophetas abstulit, eorum vice Dominus Apostolos misit, qui in similitudinem gurgitum pluerent, ita ablatis Doctoribus, Augustino, et Hilario, etc. ablatis inquam his

# De Patrum sensu, & authoritate.

59

his stillis pluviæ in morem gurgitum, imbres dedit, Scholasticos destinando. Certum est autem, quod reductis ad superna Apostolis per expositorum sequentium linguas diuinæ fluentia scientia, diu abscondita largiori effusione patefecit: nam quod illi sub breuitate locuti sunt, hoc exponendo multipliciter auxerunt: unde, & non immerito ipsa Expositorum prædicatio gurgitibus comparatur, quia dum multorum præcedentium dicta colliguntur, ipsi in eo quod adstruunt, profundius dilatarent: nam dum testimonia testimonijs innuntur, quasi ex guttis gurgites faciunt: ita similiiter Scholastici dictis Apostolicis, & Doctorum veterum inherentes eaquo explicantes, testimonia testimonijs iungentes, in similitudinem gurgitum, terram sanctæ Ecclesiæ irrigarunt. Cum ergo loco Apostolorum Patres, loco Patrum Scholasticos Deus omnipotens subrogari, summa arrogatio est, atque dementia nolle à presentibus Doctoribus pluviæ expectare clavis iam stellis sub signaculo. Et ratio est: *Quia peractis suis curibus, & etatibus in thesauris dispositionis intimè reconduntur, cresceret quippe terra, si subductis pluviæ stillis superna funditus fixentia cessarent.* Sed sicut ex eisdem sunt gutte, & gurgites in aquarum substantia (hoc eadem Apostolorum, & Doctorum subsequentium doctrina) ita eadem imbrum substantia, idest Scholasticorum, & Doctorum veterum sapientia. Verum (ut dicit Gregorius) nec propterea quod Apostoli stillis pluviæ comparantur, Doctores gurgitibus, propterea colligitur, quod sapientiores Apostolis fuerint Doctores posteriores; sed solum habetur, quod illi, quæ strictius locuti sunt veluti guttas pluviæ effundentes, Patres vberius dilatarunt: vnde subdit Gregorius. *Sed nequaquam se eisdem Apostolis expositores in scientia præferant, cum exponendo latius loquuntur, meminisse quippe incessanter debent, per quos eiusdem scientie inventiones acceperunt:* ita de Scholasticis respectu Patrum dicendum est, qui etsi diffusius materias easdem pertractarunt, agnoscant Patres, per quos profecerunt. Quare vna, & eadem est modernorum, & veterum Theologia, & doctrina, cum hac sola differentia, quod quæ concise veteres, vberius pluribus argumentis, & auctoritatibus posteriores pertractarunt, ex guttis gurgites faciendo. Quare omnino dicendum est quod vna & eadem est secundum substantiam Patrum, & Scholasticorum doctrina.

## Solutiones oppositionum.

**A**D primam responderetur, Chrysostomum ea verba protulisse non ad historiæ veritatem euertendam, sed ad haeresim Anthropomorphitarum confutandam, putant ut Deum corporeum, & operatione corporali, figuli more hominem de limo finxisse, & ex hominis costa Euam formasse. Eos ergo redarguit dicens, non esse, eo crasso modo formatam; nec per auulsionem, vel detractionem, cum veri doloris, & tristitia sensu. Oportere autem veritatem historiæ retinere, docent communiter Patres, & Theologi: alicuius fidei nostræ mysteria ruerent, vnde super little-

rali sensu mysticum fabricauit Apóst. illud scđū Sacramentum vocans, signum futuræ coniunctionis Christi cum Ecclesia, quam nunc de præsenti (addita matrimonio sacramentali) gratia & etiam designat; dicens, *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & Ecclesia*, Ephes 5. Quare sententia Caetani, quæ à litteræ veritate declinat, vt suspecta, & noua hodie communiter reicitur. Vide Senensem nostrum annct. 47. lib. 5. sua Biblioth.

Ad secundā illi Sancti Patres intelligēdi sunt negasse generationē futurā per eorum, non quātum ad coniunctionem; sed quantum ad deformitatem, immoderata concupiscentiæ, quæ in statu illo non fuisset. Vel dicendum, quod si maturius res cōsiderasset, retractasset sententias, sicut fecit Augustinus 1. retract. cap. 10. & 19. dicens: *Homines ante peccatum genitalibus membris ad procreandum imperare potuerunt, sine fœdæ voluptatis pruriu: & potuerunt esse in paradiso hupriæ honorabiles, & thorax immaculatus sine ardore libidinis, & sine labore pariendi. Sic & Climus est intelligendus.*

Ad tertiam respondetur, non fuisse mendaciū, cum occultatis animi consilijs veritatem aperire, noluit Abraham, qui etsi tacuit Sarah esse vxorem, indicauit tamen esse sororem: erat enim verē soror ex patre, licet non ex matre. sic pariter nō sunt mendacia bellica stratagemmata, medicorum simulationes, quæ remota omni falsitate in sola occultatione veritatis consistunt: tales sunt fictiones Judith, Holoferne obtruncatis, Moysis Ägyptū expoliantis. Addunt eodem modo, et dicunt alij, iuxta doctrinam Hieronymi, Pauli facta fuisse obiurgationem, cum Petrum legalia seruantem reprehendit Gal. 1. Sed hoc ultimum refutat Augustinus epist. 19. ad Hieronymum, verē enim reprehensibilis erat Petrus, Paulo attestante Gal. 1. veraciter dicente (restiti ei in faciem, quia reprehensibilis erat.) Jacob vero quia figuratè, & mysticè locutus est, et ex instinctu propheticō, dicens, *Ego sum primogenitus*, mentiri exterius visus est, sed re vera mentitus non est, quia verē ex diuina prouidentia primogenitus erat designatus: ita Patres, et Doctores communiter. Quēdam vero mendacia aliorum legimus, quæ à Deo probata non legimus, qui etsi fuerint remunerati, non tamē est fallacia laudata, sed vel pietas, et huiusmodi commendata, vt patet de obstetricibus Pharaonis, et sic Patres exponēdi qui in contrarium allegantur.

Ad quartam. Chrysostomus exponi potest de circuncisione absque fide Christi venturi: non enim ex se, sed virtute fidei in Christum venturum, quem Patres circuncisionis signaculo protestabantur, gratia conferebatur. Vel dicendum insinuasse Chrysostomum in circuncisione non fuisse collatam gratiam, perfectam, in ordine ad ultimam consumationem salutis æternæ; eam enim circuncisio præstare non potuit, cum tunc non esset regnum cœlorum referatum.

Ad quintam. Sententiam illam Scholasticorum expressè tenet S. Augustinus lib. de agone Christiano cap. 22. et satis rationabilior est ex ratio Sancti Augustini dicentis, *Sicut non oportebat*

*ut homines falleret Filius Dei, non apparet in vero corpore, sic non oportebat, ut falleret Spiritus sanctus, &c. Quare non omnes partes doctrinæ Scholasticorum contrariantur, sed pauci, quibus Augustinum præpoaimus meliorem rationem adducentem.*

Ad sextam. S. Thomas q. 5. de poena peccati origina 1. ad 3. in disputat respondet, quod grauitas poenæ potest ostendī, aut ex parte boni, quo priuat, aut ex parte eius, qui priuat: Primo modo carētia visionis est grauior secundū Chrysostomum. Secundo modo grauior est poena sensus quanto id, quod subtrahitur, est connaturale ei cui subtrahitur, sicut homo punitur magis si auferatur suum patrimonium, quam ne perueniat ad dignitatem regiam, quæ est supra se, & ad eum non spectat: & sic Augustini vera est sententia, quod sit grauior poena sensus poena damni, et utriusque conciliantur.

Ad septimam. Respondet Chrysostomum allusisse ad fidem, & cognitionem explicitam de Christo, quæ modo tempore reuelatae gratiæ omnibus necessaria est: non erat autem hæc explicita ante aduentum Christi, hoc modo necessaria, quia minoribus satis erat fides implicita mediatoris Dei, & hominum, quæ includebatur in diuino cultu in velaminibus sacrificiorum, quibus protestabantur Christum venturum.

Ad octauam. Grauitas culpe, & restitutionis obligatio, non solù desumitur ex natura rei ablatæ, sed ex modo; nempè si per vim, vel contumeliam, etc. Si res sublata spectetur, tantum restituendum est quantum quis rapuit. Si modulus, ubi quis condemnatus est, tantum debet restituere, quantum Iudex pronunciauerit restituendum, siue decuplum, siue plus, et hoc dicere voluit Chrysostomus.

Ad nonam. Respondet ex S. Thomas p.p. q. 23. art. 5. quod in prædestinatione sunt multi effectus, vocatio, iustificatio, glorificatio, et vnu est alterius causa, posterior prioris secundum rationem causa finalis, prior posterioris secundum rationem causæ meritioræ, quæ reducitur ad materialem: ita merita sunt causa præmij, nempè gloria in ratione causæ materialis. Et iuxta hunc sensum Patres sunt exponendi, qui dixerunt prædestinationem esse ex præuisis meritis, i. gloriam, causam meritioram, nempè merita, respicere, et à meritis dependere.

Ad decimam. Respondet S. Chrysostomus locutus est de virtutibus in ordine ad merendum, quorum actus si sine charitate sint, non sunt æternō præmio digni. signum autem charitatis est misericordia, ea actu exteriori charitatis, qualis est eleemosyna, S. Chrysostomus metitus est, quos si quis omiserit, maximè in casu necessitatis, charitatem habere, non depræhenditur, quare meritorij non sunt actus ieiuniorum, et ceterarum virtutum, si sint charitate destituti.

Ad yndecimam. Respondet, olim propter variam lectionem huius loci quosdam sensisse, nō omnes morituros, de qua re scripserunt Hieronymus in epistola ad Minerium, et Alexandrum, et Augustinus epistola ad Hesychium, et 20. de ciuit. c. 20. Sed Hieronymus affirmat illi sententia

Ecclesiam magis acquiescere tanquam magis veritati consonæ, videlicet omnes ante die nouissimum esse morituros, cui etiam sententia consensit Augustinus loco cit. sed in lib. de dogmat. Ecclesiasticis c. 7. dicitur, quod patroni alterius opinionis catholici, et eruditii, non ob id tamen censendi sunt hæretici: verum cum teste Hieronymo, Ecclesia illi sententia, quod illi sint morituri magis acquiescat, et maximè à tempore Synodi Tridentinæ, vbi vulgata editio super omnes editiones solemniter suscepta, in qua probatur illa lectio, *Omnes quidem resurgentemus, sed non omnes immutabimur; à temeritate non excusari censeo,* cum eam grauiores Patres etiam tradant, et Scholastici communiter uno, vel altero excepto.

Ad duodecimam. Responderetur ex altera parte stare Hieronymum in ea verba, Matt. cap. 18. *Angeli eorum, etc. asserentem singulis hominibus ab ortu, et nativitate Angelos singulos custodes deputari, et Nyssenum in lib. de vita Moysis, et Gregorium Nazianzenum, et Theod. in c. 10. Danielis. Chrysostomus vero homil. 60. in Matth. ex eo loco: Angelii eorum, etc. ait, manifestum est, quia omnes Sancti Angelos iacent, et 1. Corinth. 11. iubet mulieres velare caput propter Angelos, nempè custodes eorum, et phrasis Chrysostomi est conformis locutioni Basili, qui in Psal. 33. ait omni credenti in Dominum assedit Angelus, idem dicit lib. 3. contra Eunom. et adducit testimonium illud Psal. 33. *Angelus Domini in circuitu timimentiuum.* similes autem locutiones explicantur: credentibus, et timentibus Deum, præcipue afflere Angelos; non propter hoc tamen excluduntur alij homines ab Angelorum custodia. Ad Climacum respondet meliorem esse sententia Theologorum, et potest explicari despeciali deputatione Cl. macum suis locutum.*

Ad decimam tertiam. Respondet, quod si religiosus non ex contemptu, nec contra votum, (scandalo quoque secluso) sed ex infirmitate sola, vel ignorantia peccet, leuius peccat, quam secularis eodem genere peccati, quia absorbetur ex multis operibus bonis quæ fecit; si illud peccatum veniale est: et si sit mortale, ait S. Doctor facilis ab eo resurgit, propter intentionem quam habet erectam ad Deum, quæ si ad horam intercipitur, dc facili ad præsinum reparatur. Chrysostomus autem, vel loquitur est hyperbolice ad depellendam ignauiam quorundam secularium, putat orationes, ieunia, et vigilia solum Monachorum esse. Vel resipexit ad peccata, quæ religiosus ex malitia, vel ex contemptu, vel scandalo committit.

Ad decimam quartam. Respondet verba S. Hieronymi intelligenda esse de illo genere simulationis, quo quis ianitatem simulat, quam non solum non habet, sed nec habere desiderat, quin & eam odio habet, et in hoc sensu glossa loquitur in Iob. c. 1. dicens *simulata æquitas duplex iniquitas.* Quod si ex leuitate, vel vanitate sanctitatem quis simulat, secluso malo fine, veniale peccatum committit.

Ad decimam quintam. Respondet ex Magistro non excludi ex verbis Hieronymi simplicem memoriam præteriorum delictorum: sed memoriam

moriā cum adiuncta tristitia. Vnde Gregorius lib. 4. in Iob. in fine sic ait. *In illa beatitudine culpa memoria est, non quæ mentem polluat, sed quæ nos arctius lætitia astringat, sicuti incolumentis tempore ad memoriam dolores præteritos sine dolore reducimus.*

Ad 16. respondetur Hieronymum habere pro errore (in epist. ad Auitum) id quod scripsit Origenes, nempe ignem gehennæ non esse in suppli- cijs aternis, sed in conscientijs peccatorum. Idem docet lib. 3. ad Ephes. ad cap. 5. quare immerito Russinus Hieronymo attribuit, id, quod impugnat, vt errorem, quem solum referebat loco cit. Hieronymus, non sequebatur. Quare falsum est (vt oponebat Russinus) ex propria sententia id pro tulisse, cum illum errorem ibi relatum, impugnet. Ad Sancti Augustini auctoritatem respon- detur ex S. Thoma loco cit. quod dixerit ignem inferni non esse corporeum, quia anima in eo cor- poraliter non existit, seu circumscriptiuē, sed alio modo speciali sicut Angeli in loco, scilicet, defini- tiuē. Dicit etiam potest illa verba protulisse Au- gustinum opinando, non determinando. Et tan- dem ea verba hanc recipiunt interpretationem, quod solum Augustinus dixit ignem corporeum, non posse euidenter probari ex eo, quod diues ille in flamma arderet, quia facile eluderetur talis auctoritas ab eo, qui responderet. *Tales flam- mæ erant aliae, quales erant oculi, & lingua diu- nitis sine corpore patientis: non quod negaret ignem illum esse corporeum, quem talem esse toto illo capite demonstrat.* Ad auctoritatem Gregorij sicut, & Damasceni respondeatur ex S. Thoma, ne- gasse esse materialem perinde ac nostrum, & quod effectum punitionis: punit enim spiritua- li quadam actione, quæ nec consumit nec disso- luit, & ipsas animas multo magis spiritualiter cruciat.

Ad 17. respondetur, mitem fuisse illorum Patrum censuram: vnde, & plures alii catholici Pa- tres, eos qui eam sequebantur opinionem dam- nare videntur. Et excusatio quorundam mode- sta, non facit quin posteriorum Patrum, & docto- rum, censura non sit verior, quia eorum beni- gnius maximè cum iam pridem ab Ecclesia Chi- liastarum opinio sit reprobata.

Ad 18. Hieronymus intelligendus est in casu speciali, ubi est diuine voluntatis dispensatio. Vnde S. Augustinus 1. de ciuit. cap. 26. de illis mu- lieribus, quæ se interfecerunt ob amorem pudici- tæ, ait, quod si id fecerunt: *Non humanitus de- ceperæ, sed diuinitus iussæ, neque errantes, sed obe- dientes id fecerunt, sicut etiam de Sampsonie aliud nobis fas non est credere.* Et sic patet ad auctoritatem Ambrosij.

Ad 19. Augustinus, vt refertur in collectaneis Bedæ, & in in Glos. ad cap. 1. ad epist. Titum, & C. acutius 28. q. 3. contrarium sentit; nam, inquit, hic agitur de Sacramento, non de peccato, ideo, qui carnem suam in plures diuisit, siue ante, siue post baptismum, significationem non retinet unitatis Sa- cramenti: & ideo sacris ordinibus suscipiens id o- neus non est. Vnde Ecclesiæ praxis, & traditio, & decreta Conciliorum, & Pontificum cum Au- gustino sentiunt, relicta sententia Hieronymi, qui

cum posteriora decreta præcesserit, non est mi- rum si contrariam sententiam est secutus.

Ad 20. respondetur interpretari posse secun- dum mentem Theologorum, quod non cognoue- rint, quantum ad quædam circumstantias, quas edocente Christo didicerunt. Vnde secundum hoc omnes Angeli in cognitione diuinorum my- steriorum secundum processum temporis profe- cerunt. Vide Sextum nostrum Senense annot. 299.

Ad 21. respondetur, illum librum de transitu Virginis falsò esse adscriptum Sancto Melitoni, propterea esse apochryphum, & propter nonnulla immixta, inter quæ est etiā illud, quod objici- tur, quare omnino recisciendus. Vide Scholion Margarini operibus affixum, in Melitone.

Ad 22. respondetur ad auctoritatem Seuéri, quod non solus is fuit in ista sententia, sed & Sanctus Victorinus, & alij. Porro Neronem Antichri- stum appellarunt, non verè, & propriè, sed in ty- po, & ex quadam analogia, vt quemadmodum postremus dirum bellum contra Ecclesiam in- struet, ita & Nero primus omnium bellum aduer- sus Ecclesiam auspicatus est. Vnde, & Tertullianus in Scorpiano cap. 14. Orientem s̄dem Romæ, primus Nero cruentauit, & sicut omnium cri- minum summa in Antichristo colligetur, ita in Nerone vitiorum colluuius resedit, & Antichristi imago in Nerone, & sui similibus, præcessit.

Ad 23. quæcumque in ea causa dixerit Odo, se- cundum piam quandam hyperbole accipiendā sunt. Vel loquitur de quantitate secundum quādam proportionem Geometricam, fuit enim S. Martinus vir Apostolicus frequens hyperbole hæc est apud Sanctos: Vnde apud S. Gregorium Nissenum in funere magni Meletij sic dicitur. *Auxit nobis numerum Apostolorum nouus Apo- stolus, qui cooptatus est in ordinem Apostolorum: traxerunt enim Sancti ad se moribus consimilem, athletam athletæ coronati, animum castum corda puri, præconem sermonis, ministri sermonis.*

Ad 24. Bellarminus 2. de purgat. cap. 7. dicit eam opinionem non impossibilem, quæ assignat, præter Infernum, Purgatorium, & celum, aliud quendam locum, ubi animæ antequam ad regnum cœlorum, perueniant, detineantur, & adducit multas revelationes in fauorem huius sententia. Athanc sententiam sic alii impugnant: nam illæ animæ, quæ sunt in tali loco præter celum, & Pur- gatorium, tanquam in carcere honorario detentæ, vel perfectè satisfecerunt, vel non, sed remanet veniale peccatum, vel remissi mortalis pœna: si di- cas primum, iam in cœlum euolant mox absque dilatione, vt dicit Concilium Florentinum in de- creto ynioris: si dicatur secundum, quodlibet leuissimum peccatum, & quæcumque leuissime fortes tanquam stipulae per ignem, & per pœnam fons purgandæ sunt. Quare non potest cohæ- rere hæc sententia cum placitis Theologorum. illam præter Suarez 4. tom. disput. 46. sect. 1. im- pugnat eruditissimus Maluenda lib. de paradi- fo cap. 42. revelationes autem, & Patres, qui in contrarium allegantur metaphorice exponi pos- sunt, vt mitigatione pœna sensus, nomine amenita- tis paradisi significari possit.

Ad 25. exponitur commodè Paschasius, quod

## 62 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

ereari dicitur (impropriè tamen) Corpus Christi, prout incipit esse in Sacramento, cum scilicet panis in corpus transubstantiatur, & sic exponitur Algerus.

Ad 26. caute legendus est hic Algeri locus, vt admonent censores. Sed verè loquitur de præcepto factò Latine Ecclesie. nam infra subdit, *Dignum est, ut quod Christus instituit, & omnis Ecclesia, præter Grecam, à primordio sui ex traditione Principum Ecclesiæ Petri scilicet, & Pauli celebravit, indefinenter conseruet, donec Christus ad iudicium veniat, sicut ipse instituit.*

Ad 28. Odo Cameracensis intelligendus est non de prima gratiarum copia, ex qua consecuta est, vt nunquam venialiter peccarit, sed de secunda, vbi pleniorē gratiam adeptā est, vt etiam per reliquum vitæ spaciū, custode Spiritu sancto, vixit sine culpa, vnde præclarè S. Damasc. oratione de virginis Mariæ dormit. dicit, quod fuerit Beatissima Virgo: *Intemerata, in nullis terrae versata perturbationibus, sed cœlestibus educata cogitationibus [& Andreas Tersoly. in salutat. Angelica] nequaquam vincetur ab animi perturbationibus, quæ erat omnibus superior, quod autem ita visueret, vt non haberet omnino easdem quas aliae, proprietates, erat proprium illius quæ illi intercedebat cum Deo, propinquitatis.*

Ad 29. Samonas, & Algerus exponendi sunt de conuersione mediata, quod si de immediata conuersione loquantur, vt etiam aqua cōuertatur in sanguinem, caute legendi sunt, vt correctorius index Romanus aduertit, quare mirandum est, quod post correctionē Romanam, Conichius in comm. 3. p. q. 74 a. 8. dubio vnioco hanc sententiam sequi voluerit, dicendo non esse inusitatum in Ecclesia Dei, vt opinio aliqua, quæ aliquando fuit visa communis inter Doctores scholasticos, qui vnius fortè auctoritatē secuti eam minus diligenter examinarunt, postea ab alijs refutetur: nam longo tempore, ait, fuit communior, & sere Thomistarum sententia, validè absentem posse absoluī, quæ tamen postea etiam ante Bullam Clementis à plurimis cœperat rejici. sic in proposito (subdit) de communī ista sententia Theologorum, quod olim à plurimis tenebatur, postea reiecta est. eandem sententiam proprio de hac re opusculo defendit Aresius.

Sed hæc opinio, quam defendit Conichius nullo modo est tenenda, probatur quia tempore Innocentij cap. cum Marthæ de celebratione missarum, hanc communem Theologorum Innocentius Papa amplectitur, vt probabiliter sententiam, secundò quia in catechismo Pij V. eadem Scriptorū Ecclesiasticorū iudicio, & sententia probatur, aquā iti vinum prius transmutari: sunt autē scriptores Ecclesiastici Rabb. lib. de corpore c. 24. Innoc. lib. 4. de hoc myst. c. 32. omnes Scholastici 4. & in decret. c. perniciosus de celebrat. miss. Honorius, perniciosum vnum apud quosdam, quod multum aquæ apponetur, aboleuit. & Florent. vbi dixit solum vinum in calice, esse materiam, statim addit, modicissimam aquā apponendā esse. Proculdubio sentiebat Florentinum propterea modicam aquam apponendam, vt possit in vinum, quod est materia necessaria, transmutari.

Ex quo loco etiam colligitur propositum: nam si vinum est materia necessaria ex Christi institutione, aqua ex Ecclesiastico præcepto, si aqua in sanguinem transmutatur, seu vinum illud continens aquam, in vinum adhuc non transmutatur, ergo aliquid, quod est de endens ex institutione hominum sit materia in hoc mysterio, & non ex Christi institutione, cum tamen in confectione Sacramentorum nihil concurrat ad supernaturalem effectum, quod assumptum sit ex hominibus. Deinde in eodem Florent. & Triden. absolutè dicitur vinum conuerti in sanguinem Christi: non potest autem intelligi de vino mixto per iuxta positionem, quia species illæ aquæ non significat sanguinem sed populum, vnde nec hæc species continent sanguinem. Nec valet dicere, species aquæ per se solas non continere sanguinem, sed mixtas cum vini speciebus: nam ex eodem Concil. Trid. sess. 13. cap. 3. definitur Christum sub singulis utriusque specie partibus, separatio facta, integrum permanere. Detur ergo casus, vel quod species vini corruptantur, & in acetū vertantur, vel artificiose extrahitur aqua, oportet dicere Christum sub speciebus aquæ permanere, & consertari, quod est absurdum, & licet Conichius, formidet hoc, vt probable admittere, satis improbabiliter loquitur, ne dicam aliud. Vnde aliter respondet dicendo Concilium loqui de partibus illis, quæ sunt consecratae, & vbi potest seruari materia consecrabile, at partes istæ in casu dicto licet non corruptantur partes aquæ, seu species aquæ secundum se, corrumpuntur ut materia consecrabile; nam consecrables sunt, at ut iuxta ponuntur cum vino, & si non in vinum transmutentur.

Sed hæc extorta expeditio est: nam sola coniunctio, aut disiunctio specierum aquæ cum speciebus vini, non facit materiam consecrabilem, vel non consecrabilem, sed quod remanent consecrate, vel non consecratae; quia et haeretici possent hoc se scuro tueri, dicendo non esse Christum in qualibet minima particula, nec in sola hostia, quia non sunt coniunctæ, nec iuxta positi, & corrupti illas species non secundum substantiam, sed in esse sacramentali. Deinde cum ex aquo sit in speciebus vini, & speciebus aquæ, sanguis Christi secundum aduersarium, potest aliquis dicere, extracta aqua non esse sanguinem in speciebus vini, & mille huiusmodi portenta fingendi datur occasio. Mirum est quod voluerit hic author discedere à communī torrente Doctorum totius Ecclesiæ, & adherere debili rationis fundamento, quod difficile, atque conuerti stillas illas aquæ paucissimas in calice apponi consuetas, in vinum, maxime in Belgio, vbi vina sunt tenuia, quale est Mosellanus, aut Louaniense, quæ vix possunt parvæ aquæ quantitate absorbere Recolere debet, quod magis tenuia id possunt facere, quam fortia qualia sunt vina Vesuviana apud nos: nam si sym bola facile transmutantur, maior similitudo est aquæ cū vino tenui, quæ cū crassiori, quod si antiqui nihil aliud dixerunt esse vinum, quam aquam in vite putrefactam facile possunt quæcumque vina aquam in se transmutare, multo magis tenuam, quam crassiora, vnde experimēto cernimus, quæd in

in vinis crassioribus, si aqua sit vino minus grauis, supernabit, si grauior, petet imam: & nunquam fieri potest, vt quem pars vini aquæ partem in sui naturam conuertat, ita doctissimus Antonius Santorellus in Antepraxi medica lib. 16. ca. 7. obseruauit. Quod vero dicat, quod est vno tempore probabile &c. debet corrigi hoc dictum à censoribus, præjudicat enim auctoritati catechismi Romani, quando eam sententiam probat, & iudicium scriptorum Ecclesiasticorum priuato preferri debet. Quod verò simile afferit de communi sententia Thomistarum, quod olim docuerint communiter absentem valide posse absoluiri, miror, quod doctoribus Thomistis talis sententia imputetur, cum non Thomistæ, sed alij fuerint expuncti, eorumque glossæ ad decretum Clementis, fuerint reiectæ. Sed de hac re sho loco. lege nostrum sapientissimum Dominum Archiep. Aluarez p. 2. q. 19. a. 6. disputatione 80 in appendice, ubi imposturam hanc optimè manifestat, lege etiam nostrum doctissimum P. Fr. Hiacynthum Coquerium opusc. de hac materia.

Ad 30. liber ille Hermetis a S. Prospero contra Cassianum cap. 30 nullius auctoritatis pronunciatur, & fabulis, & erroribus est aspersus: unde à Gelasio reiectus est. Ad auctoritatem Iulij Firmici, quia spes, quæ differtur affligit animam, voluntate denotare ijs verbis, iustorum, ex longa expectatione Domini animæ ad limbum aduenientis, desiderium, presentia impletum, & ad modum nostrum loquitur, quod ea, quæ diutius expectantur sollicitudine, & diffidentia quadam præstolari solemus. Ceterum absolute non potuit cadere desperatio in ijs Sanctis Patribus, qui iam erant in gratia confirmati.

Ad 31. Sanctus Bonaventura 3. sententiarum d. 7. duos modos assignat, quomodo potest illa propositio explicari. Primus modus est, vt dominicus sit idem, quod dominum habens secundus, vt idem sit, quod ad Dominum spectans: sed cum hi sensus sint improprii, & vox Dominus dicitur de filio Dei secundum naturam, & essentiam, non debet dici de eo secundum denominationem. unde, & propter hanc rationem Augustinus 2. lib. retationum cap. 19. eam propositionem retractauit.

Ad 32. exponi potest Climacus, quod locutus sit de profectu Angelorum in gloria accidentalí, & quantum ad scientiam secundum nouas revelationes extra verbum: vide S. Thomam 1. par. q. 88. a. 1. q. 117. a. 2. & nostrum Sixtum Senensem lib. 6. Biblioth annot' 165. & 299.

Ad 33. Angelis non fuerunt nota mysteria gratiæ, quantum ad omnes circumstantias, quæ tamen illis per Ecclesiam innotescabant. Inter mysteria gratiæ, erat vocatio gentium, quæ quantum ad tempus, multitudinem, media, nempè quibus miraculis, & huiusmodi procurata est, non fuit agnita; sed A postolorum prædicatione illis manifestabatur: unde nec ab hominibus erudiebatur, sed ex ipsa mysteriorum gratiæ Dei execuzione, quæ siebat media prædicatione Apostolorum, cognoscabant Angeli hæc mysteria: quædoscilicet couertebatur Gentes, vel illa miracula siebant. unde & Apostolus dixit Eph. 3. ut inno-

tescat principiis, & potestatibus per Ecclesiam &c. quæ particula, vt non intelligitur causaliter, sed consecutiæ. vide S. Thom. in Ep. ad Eph. cap. 3. lect. 3. & contra errores Græcorum cap. 26.

Ad 34. prudenter dixit S. Chrysostomus, post peccatum introisse affectum turbam, hoc est perturbationum, & excessum: hi enim peccatum consecuti sunt. Vel exponi potest de vsu, & exercitio naturalium passionum: nam rei venereæ vsus, & dolores sensuum post Ad lapsum introierunt in mundum.

Ad 35. Chrysostomus dixit minora precepta esse per legem Moysi, quam per legem naturæ, quantum ad vim punitiæ, multa enim lex Moysi impunè permittebat, quæ in lege naturæ coercebantur; & propterea dixit Chrysostomus, quod lex vetus permisit pluribus vxoribus uti.

Ad 36. iampridem S. Thomas expositus Hieronymum, non damnare eos, qui pietatis, & religionis intu. Euangelia, & sanctas Reliquias, & alias res sacras secum gerunt, vel in collo suspendunt; sed illos, qui ex superstitione, vel ambitione inflati, eas deferunt, ob vanum finem, &c.

Ad 37. merito S. Thomas 1. p. q. 64 a. 2. Origens sententiam tanquam errorem, & hæc etiam repudiauit, quod dixerit omnem voluntatem creatam propter libertatem arbitrii, posse electi in bonum, & in malum: hec enim positio veritatem beatitudinis ab hominibus tollit, de cuius ratione est, quod sit stabilitas sempiterna. Etiam damnatorum, et Angelorum status immutabilis est; cum sint, sicut, & damnatorum hominum animæ, et Demones, in malo confirmati. Expondus ergo est Hieronymus de illo statu in quo primus homo, et Angeli creati sunt, unde postea boni, ex conuersione ad Deum, sunt confirmati in gratia, mali vero, obstinati remanerunt, vt electi non possint.

Ad 38. respondit iampridem Magister 3. d. 14. sententiæ Ambrosij intelligendam esse de persona Christi non in quantum est Dei, sed in quantum est hominis. unde, vt est Dei persona, semper, & naturaliter omnipotentiam habuit, in quantum vero hominis non semper habuit, alioquin creatura Deo exæquaretur.

Ad 39. respondet ex Senensi nostro lib. 6. annot. 141. quod non sic accipiuntur ea verba, vt notauit Magister lib. 3. d. 14. vt putemus puerum Iesum per ætatis incrementa, aliquid sibi sapientiæ comparasse sed quod expressione, et ostensione sua sapientiæ, quotidie magis, ac magis proficeret, vt iuxta hominum existimationem in dies sapientia eius crescere, ac proficere videretur. alias expositiones pete ex S. Thoma 3. p. loc. cit. in argumento.

Ad 40. respondet, quod S. Ambrosius se ipsum explicat, loqui de mensura quantum ad punitionem: nam sicut in prædestinatis est periodus taxata à diuina prouidentia meritorum, quantum ad coronas, ita in reprobis est delictorum mensura maior, vel minor, quam sibi metitur reprobi quantum ad culpam, & Deus metitur quantum ad poenam: nunquam tamen negavit Ambrosius, præfigi mensuram diuinæ misericordiæ ex quoconque peccatorum cumulo, quam

## 64 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

toties contra Nouatianos inculcat. lib. de penitentia.

Ad 41. quamvis non sit temerarium, vel in fide erroneum asserrere esse illum ignem diuersæ rationis à nostro, dummodo fateamur esse corporeū; nihilominus veræ Theologæ placitis magis concordat esse illum ignem eiusdem rationis. vel dicendum Lactantium dicere voluisse nō esse eiusdem rationis quantum ad proprietates, non enim pabulis nutritur, & consumit, & dissoluit, & cæt. quæ proprietates non sunt in igne inferni.

Ad 42. respondetur exponi posse illos Patres, vt non licet iniuriarum compensationem repetere, &c. priuate, amore vindicta, & odio, & huiusmodi. Vel dicendum, quod voluerunt innuere excellenteris esse perfectionis Euangelicæ, & de consilio, ob quamcumque priuatam iniuriam, offendentem in ius apud iudicem non trahere.

Ad 43. respondetur nomine contritionis intellexisse Cæsareum Arelatensem, in vniuersum dolorem de peccatis, & cum hic dividatur in perfectū, & imperfectū, vt imperfectus attritionem, perfectus contritionem constitutat, non quicumque leuis inter latitudinem attritionis, assumendus est dolor, vt remittatur culpa, sed magnus, qui excedat attritionis metas.

Ad 44. voluit fortasse dicere Dorotheus non fieri ista mala pro peccatis inficta, Deo volente, primario, sed secundario supposita culpa. Verum se ipsum explicat dicens. Non velle hæc Deum, vt cum eo pariter concurredamus, & voluntati suæ subseruiam⁹, sicut vult nos cooperari: non enim (vt ibidem exemplificat) quia Deus vult, vt viis diruatur, nos facies debemus immittere, aut securus accipere.

Ad 45. respondetur, quod Dorotheus vocat iudicium temerarium grauissimum peccatum, respectuè, nempe comparando illud ad oblocutio- nem, maius enim secundū se est iudicare, & dicere quod aliquis sit mendax, & iracundus, quam simpli- citer obloqui absque iudicio, quod aliquis talis sit, qualis temerè cum expressione dictio- nis iudicatur, vt ibidem dicitur. Vel dicendum, quod etiam hyperbolice loquitur. Ad Io. Chima- cum respondetur, debere intelligi grauius pecca- re Monachum contumacem in suum prælatum, cum scandalo communis, quam absque scandalio aliquod peccatum ex infirmitate contra Deum secreto committere: non autem ex suo genere.

Ad 46. respondetur, vt respondit Ambrosius Ansbertus, quod salua reuerentia martyrij S. Victorini aliter respondentum est (vt late, etiam ex Patribus demonstrat Thomas Maluenda lib. 9. de Antichristo cap. 9 & 10.) nempe solos Enoch, & Eliam non esse mortuos, & viuos reseruatos ad pugnandum contra Antichristum in extremis temporibus cōsummationis sacerduli, quare vni Patri cæterorum Patrum cœcum opponimus. Quāquam non desint conjecturæ, quod hoc opus in Apocalypsim, Sancti Victorini non sit, ita Sextus lib. 4. Bibliot. in Victorino, & lib. 6. annot. 347. & alij, vel si opus eius est, adiectionibus, detractionibus, transmutationibus vitiatum esse alij adnotarunt.

Ad 47. ad Ambrosium, & Hilarium respon- dēt quidam, eos p̄c posse interpretari, dum dicūt Moysen non esse mortuum, morte scilicet com- muni, vt ceteri homines, sed morte speciali quia mortuus est, dicūt, vt statim corpus reassumeret, vt Beatissima Virgo, sed hoc gratis assentitur. Quare melius dicendum, quod Ambrosius seipsum explicat c. 2. quod Moyses, Mortuus est quidem, sed per verbum Dei, per quod facta sunt omnia. Per verbum igitur Dei, non lapsus operis, sed fir- mamentum est, non ergo tanquam relapsus in ter- ram deprehenditur corporis solutione, sed tanquam verbis coelestis operatione donatus & munere, vt quicquid magis caro eius, quam bustum accepit, et propria, etiam ibidem ait, magis translationem, quam interitum dici mortem Moysi. Hilarius ve- rō etiam seipsum explicat, hoc enim dixit opinatio- ni, non assertiū, dicit enim, Quanquam ultra Euangelicam veritatem non necesse sit opinari, ta- men si quis ceditationem sepulchri, & mortis Moysis diligenter aduerterit, & secretorum scripturarum secundum Apostoli auctoritatem cognitionem ade- putus sit, intelliget omnia, ita esse tractata, vt Moy- ses per ueritatem videri, & haec quidem instruendū causa dicta sunt.

Ad 48. respondetur ex Magistro sententiarum loc cit. mentem Augustini esse non omnino præ- dicatoribus prohiberi, ne duos fines sibi praefi- gant, sed duos fines in diuersa tendentes ad ini- cem non ordinatcs. Vnde si regnum Dei primo, & propter seipsum appetant, secundo vero loco viatum, & vestitum, & habitatione expetant gratia ipsius regni, nō aberrat à scopo euangelico, quia hi fines sub uno fine tandem concluduntur.

Ad 49. respondetur ex S Tho. in disp. de malo q. 5. a. 3. ad 1. & 2. quod nomine tormenti, suppli- ci, & gehenna, et cruciatus, vel si quid simile in- dictis sanctorum inueniatur, est latè accipendum pro pœna, vt ponatur species pro genere. Ideo aūt S. Et tali modo loquendi usi sunt, vt detra- bilem redderet errorem Pelagianorum quiasse- rebant, in parvulis nullum peccatum esse, nec eis aliquam deberi pœnam.

Ad 50. optimam est responsio ibi data S. Thomæ, nec præluant instantiæ Turrianicæ con- tra S. Thomā, vt nec musca contra elephantem, nam leges permittunt, vt etiam intendatur ea occi- sio, quam prohibet lex diuina. Et stante hac voluntate nō videtur quomodo sint inculpati, licet leges permittentes sint inculpatæ, nec pariter poterat Augustinus reperire, quomodo tales occi- sores defenderet, nempe cum illa intentione. Ex- cipit vero eos qui auctoritate publica occidunt, quoniam cib publicum finem licet intendere tam occasionem, quæ priuato non licet, & sic ipsu- vanum Turrianus laborauit.

## ARTICVLVS NONVS

An liceat absque Theologia  
Scholaſtica Patrum lectio-  
ni incumbere.

### Hæreticorum versutia.



Vm videāt Nouatores, Doctores Scholaſticos, temeritatem, & audaciam, & vaſriciem ſuam in ſcholis, colloquijs, diſputationibus, ſolidē clarē, argutē retundere atque reuincere, in eam temeritatem ſunt prolapſi, vt Theologorum authoritate ſpreta, ſolos Patres audiendos proclamarint; eodemque amplificantes, ad illorum lectionem absque Theologiae documentis inuitarunt, non alio fine niſi (ſicut ſcripsit quidam) vt ſublatis de medio canibus in gregem Dominicum ſequiſſimi lupi irrumperent: vel vt captantes duriſcula quædam dicta Sanctorum ſub illorum velamine ſuos occultarent, & prædicarent errores.

### Oppositiones eorumdem.

**V**Idetur, quod ſic I. Quia pñcipia prius legēda quād ea quæ ex pñcipijs deducūtur. Sed Patrum doctrina ipſiſſima pñcipia ſunt Theologiae. ergo. Minor probatur, quia Patrum doctrina, ex dictis, eſt ipſiſſimus Ecclesiæ conſenſuſ hic autem inter pñcipia recenſetur. ergo &c.

Secundo, potius ē fontibus, quam ē riuis aqua haurienda, at Patrum doctrina fonti, Scholaſtico- rum verò riuis comparatur, ergo, Minor probatur: nam Scholaſtico-rum doctrina ex ſententijs Patrum collecta eſt.

Tertio. Patrum doctrina non ſolum intellegam, ſed etiam affectum mouet, eloquentiam vndique ſpirat, cum Scholaſtico-rum doctrina, affectibus, & eloquentia ſit deſtituta, & ſpinis, & ſentibus, hoc eſt asperis verbis, & inconcinnis ſit referta.

Quarto. quia ante Magiſtrum ſententiarum, Pa- tribus incumbebant Ecclesiæ filij. ergo nihil prohibet ad eosdem Patres primo recurre.

### Pro parte oppoſita.

**S**ed contra eſt maniſta praxis Ecclesiæ. nullus enim prudens his temporibus facile reperi- tur, qui vel de religione contra hereticos diſpu- tare, vel de ſubtilitatibus Theologiae traſtare au- deat, ſola Patrum authoritate iſtructus.

Secundo, ex experientia, nam multō plures he- res exortæ ſunt nunc, bonum fidei ſemen ſuffu- cantes, quam olim, ſiquidem absque studio alio ſapientie, & manuductio-ne ad intelligētiā Pa-

trum, ex toxtrina, ſutrina, & alijs officiniis ad ſug- geſtum conuolarunt, & ſcripturas traſtando, & Paulum intonando abſque PP. interpretatione, illotis manibus diuina traſtare auſi ſunt, quiq; nec de limine Theologiae falutantes, nec terminos addiſcentes, Patrum volumina manibus tere- re voluerunt, male glossando, interpretando, qui- bus melius fuifſet conſultum, vt tanquam brutæ pecudes rationalis ſcientiæ proſuſ ignari, à mon- te contemplationis Theologicae, in quo Deus in caligine videtur, exploſi fuifſent, quam quod te- merē ad illius confinia accessiſſent, ex documen- to Nazianzeni i. de Theolog. & Niffen. de vita Moysis.

### CONCLVSIO ORTHODOXORVM.

Prius exerceri debent Tyroneſ in pala- ſtra Scholaſtica, quād in PP. ſcri- ptis, propter diſſiciliora, & ob- ſcuriora, ut in offenſo- pe- de incedant.

**R**Espondeo dicendum ſicut dicit Augusti- nus 6. de ciuit. c. 8. Iouens de Gentiliū aſtutia, quod iſ diuidebant Theologia, in fabu- loſam, ciuilem, naturalem. Verum Theologia, quæ fabuſoſa dicitur, & cum omnibus huincemo- di interpretationibus ſuis, repreheditur, abiſſitur, improbabatur, nec ſolum a natura'i quæ Philoſopho- rum eſt, verum etiam ab iſta ciuili, de qua agi- mus, quæ ad urbes, populosque perinere affer- tur, & quod de dijs indigna confinxerit, merito repu- dianda diſcernitur, eo nimirum conſilio, quoniam acutissimi homines atque doctiſſimi, a quibus iſta conſcripta ſunt, ambas improbandas intelligebat, & illam ſcilicet fabuſoſam, & iſtam ciuilem, illam verò audebant improbare, hanc non audebat, illam culpandam proposuerunt, hanc etiā ſimilem comparandam expoſuerunt, non ut hæc p̄e illa tenenda eligeretur, ſed ut cum illa reſpunda in- telligeretur, atque ita ſine periculo eorum, qui ciuilem Theogiam reprehēdere metuebant, utraque contempta, ea, quæ naturalem vocant, apud me- liores animos inueniret locum, ita de Nouatorum aſtutia diſcurrendum eſt: quaſi enim diſtinctas Theologias habet, Scholaſticas, Patrum, & ſcripti verbi: illam publicè traducere abſque ullo colore veriti nō ſunt, ſed illis ſimile Theogia, quæ eſt in dictis Patrum, comparandam expoſuerunt, ad eius ſtudium, Scholaſticas contempsit, adhortati ſunt, non ut hæc p̄e illa tenenda eligeretur, ſed ut cum illi Scholaſtico-rum vale dicere permette- retur, Theogia Patrum, illi ſimillimæ, reſpunda libertas concederetur: & utraque contempta, Scholaſtico-rum, & Patrum, ſolam illam que de Deo habet ſermonem in ſacris litteris, cōtentam, in authoritate habendam eſſe (vt effecerunt) in- cautiſ, & deteriores animos habentibus, ſuade- rent.

Sed ſicut diabolicus aſtus fuit Theogiae ra- tionem ac Patrum auſtoritatem reſtringere, vt poſtmodum reſtrigeretur ad ſolum verbum Dei ſcriptum; ita diabolica aſtutia fuit, contemp-

ta Scholasticorum doctrina, Patrum lectionem cuius Rethorculo, & Grammatulo suadere: per eam enim uiam insidias pararunt, ut Patrum sententias nudas absque sensu, intelligentia, explicacione difficultatum, quæ sunt in eorum opuclis, proponerent, & insuper se extendentes, noua cuderent dogmata, quæ etiam a perte scripto Dei uerbo repugnarent; cum recta ratio suaderet prius in Scholasticis (qui apertius, explicatius, loquebantur, & Patrum intelligentiam tradebant, esse immorandum.

Semper autem in omni disciplina capessenda seruatum est, ut à faciliorib ad difficiliora Tyrones progrederentur: difficiliora autem esse Patrū scripta Scholastica Theologia deprehenditur. Primo, quia multa Sancti Patres (reputantes periculum, arcanam uera Theologia rationem passim omnibus de medio uulgi tradere) obscuris uerbis tradiderunt, & sic fieri debuisse docent S. Dionysius de coelest.hierarch.c.2. Clem. Ale-xand.lib.1 & 5. Strom. Origen.lib.1. contra Cel-sum, Nazianz. oratione 26. & oratione 1. de Theolog. Cyril. Alex.lib.1. contra Julianum Saluatoris nostri Dei doctrinam seruantes: *Nolite sanctum dare canibus, nolie mittere margaritas ante porcos.* multa etiam ex industria tacuerunt: unde Augustinus 2. lib. de bono perseuer. c.16. *Facile est [ait] imo, & utile, ut taceatur aliquid, verum propter incapaces, quoniam, sicut is, qui infantibus suppeditaret, eosdem, & eodem modo conditos cibos, quibus vesci viri solent, non præberet ijs alimentum, sed valetudinis nocumentum afferret, ita si Christiani rudes atque imperiti admittantur ad difficiles quæstiones de profundissimis fidei nostræ mysterijs, nihil omnino eis proderet ad salutem, sed oberit.*

Secundo, quia cum Patres, hæreticos, eloquentia instructos profligabant, simili eloquenti stylo (quo fidem illi impugnabant) eosdem retundebant. unde oratorio more magis quam dialectico differuerunt, inde difficillime sensus ex eorum scriptis interdum hauriri potest, propter eloquentiae tropos, excursiones, &c. quibus sunt respersa, & referta; cōtra vero Scholastica breui sylllogistiæ artis compendio, quæ longo apparatu à priscis doctoribus dicta sunt, uno, uel altero argumēto concludit, & soli indagandæ ueritati insistens phalerata uerborum ornamenta ommitit, & simplicia uerba nullo peregrino colore sucata sectantur. Vnde sicut clarius uidentur ea, quæ recte potius quam reflexè inspiciuntur, & quæ paucioribus, quam que pluribus reflexionibus nostris offeruntur obtutibus, quoniam breuiori uidentur radio; ita clarius, & perspicacius, ille breuori compendio simplici manifestatione ueritatis absque digressionibus, & uerborum ornamenti diuina cōtemplatur, quam hic qui pluribus reflexionibus, uerborum circuitibus, &c. eadem intuetur. quæ cum præstet Theologia Scholastica, rationabiliter ante Patrum lectionem eligenda propontitur.

Tertio, quia Patres, exigente hæreticorum instantia, & prout se offerebat occasio, modo de hac, modo de illa re disserebant, unde nō uniuersa fidei mysteria tractarunt, & quæ aduersus im-

pios defenderunt, nulla inter se seruata connexio-ne, & ordine proposuerunt: contra uero Theologia Scholastica doctrinam reuelatam in unum corpus compegit, & in articulos distinxit, nihil serè intactum relinquens, nec tantum ad fixam ueritatis radicem pertingit, sed minimas quæsique eius fibras perscrutatur, & inchoatas qua stices ab antiquis scilicet absoluit, ab iisdē prætermis-sas ex eadem doctrina, tanquam concepto semi-ne, nouos partus format, ad eorum normam, & fidei trutinam diligenter expendendo, & tanquam iterum parturientes dogmata, ueluti secundo usq[ue] partu, reformantur status: ea enim ad perfectū adducit, distinguens singulas materias, difficultates suis proprijs adaptando locis, exactissima methodo faciliter, ac dilucidè, difficilimam quæque explicando, procedens. Quare cum hoc præstet Scholasticorum labor, & sit ueluti Isago-ge, & manuductio ad Patrum intelligentiam hau-riendam, recte Scholasticae incumbendum est, priusquam, absque illius cognitione, ad doctrinā Patrum intelligendam procedatur.

Vltimo, quia multa sunt in Patribus, quæ caute-legenda sunt, & multa documenta seruanda, quæ ex Scholasticis documentis habentur, ergo non debet temere aliquis se Patrū lectioni com-mittere, nisi Scholasticæ prius formalitati incubat. Cautelas sequentes in studiosorum gratiam, exPatrū lectione obseruatas, ob oculos proponimus.

#### S. De cautelis seruandis in Patrum lectione.

**P**rima cautela, ut priuata sententia distingua-tur à communib, & receptis Ecclesiæ Ca-tholicæ decretis, hanc tradit Sanctus Vincentius Lerinensis cap.38. ubi cum dixisset non esse rece-dendum à communi Patrum magisterio subdit. *Quicquid verò quamvis ille Sanctus, & Episco-pus, quamvis confessor, & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias, & occultas, & priuatas opinio[n]culas à communis, & publicæ, ac generalis sententia auctoritate se-cretum fit.* Vnde hæretico spiritu aliquis sedu-citus si legens in Cypriano Anabaptismum hæreticorum, velit illud ex sententia Cypriani contra au[toritatem] Ecclesiæ defendere, nihil conficiet, quum debeat cum doctoribus fidem Ecclesiæ re-cipere, non cum doctóribus fidem Ecclesiæ des-cere, vt idem Lerinensis cap. 3.

Secunda cautela, ut attendamus scula in qui-bus floruerunt, vel scripserunt: nam quidam scrip-serunt ante exortas aliquas hæreses, vnde cum nullum extaret periculum, simplicius, & minus cautè locuti sunt: ideoque semper ad regulam fidei, quæ postea dogmata explicauit, eorum sententiae redigendæ sunt. Hoc documentum acci-pio ex doctrina Sancti Hieronymi lib.2. Apolog. aduersus Russin. *Antequam ait, in Alexandria tanquam dæmonium meridianum Arius nasce-retur, innocenter quædam, & minus cautè locuti sunt.* Et S. Augustinus idem asserit, quod Patres ante exortam Pelagianorum hæresim, etiam trans-feruerunt materiam prædestinationis, & gratiæ, ynde sic dicit de prædestinatione Sanctorum

Eorum lib. I. cap. 14. Quod igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac diffili ad soluendum quæstione versari, quod proculdubio facerent si respondere talibus cogerentur? unde factum est, ut de gratia Dei quid sentirent, breviter quibusdam scriptorum suorum locis, & transenuntur attingerent, immorarentur vero in eis, quæ aduersus alios inimicos Ecclesiæ disputabant, & in exhortationibus ad quasque virtutes, quibus Deo vino, & verò, pro adipiscenda vita eternæ felicitate seruitur, frequentationibus, orationibus simpliciter apparebat Dei gratia quid valeret.]

Et S. Thomas in præfatione opusculi contra errores Græcorum dicit. Quod autem aliqua in dictis Græcorum Sanctorum inueniantur, quæ modernis dubia esse videntur, ex duabus existimo prouenire. Primo quidem quia errores circa fidem exorti, occasionem dederunt Sanctis Ecclesiæ doctoribus, ut ea quæ sunt fidei maiori circumspectione traducerent ad eliminandos errores exortos, sicut patet quod Sancti Doctores, qui fuerunt ante errorem Arii, non ita expressè locuti sunt de unitate divinæ effeliæ, sicut DD sequentes: & simile de alijs contigit erroribus, quod non solum in diuersis doctoribus, sed in uno egregio doctorum Augustino expressè apparet, nam in suis libris, quos post exortâ Pelagianorum hæresim edidit, cautius locutus est de potestate liberi arbitrij, quæ in libris, quos edidit ante prædictæ hæresis ortum, in quibus libertatem arbitrij contra Manichæos defendens, aliqua protulit, quæ in sui defensionem erroris asserperūt Pelagiani diuinæ gratiæ aduersantes, & ideo non est mirum, si moderni fidei doctores post varios errores exortos, cautius, & quasi eliamius loquuntur circa doctrinam fidei, ad omnem hæresim uitandam. Vnde si aliqua in dictis antiquorum Doctorum inueniuntur, quæ cum tanta cautela non dicantur, quanta à modernis seruantur, non sunt contempnenda, aut abicienda, sed nec etiam ea extendere oportet, sed exponere reuerenter, secundo quia authores &c.

Hanc cautelam non obseruauit Pelagius, quia enim Patres multi occupati contra Manichæos negantes liberum arbitrium, nimium illud extulerant, occasionem inde sumpsit, ut dogmatizaret, posse hominem ex sua voluntatis arbitrio, per se absque gratiæ adiutorio præcepta legis seruare, tentationes omnes superare, à peccato resurgeare, & suo heretico dogmati sententias Chrysostomi, Hilarij, Ambrosij, imo & ipsius Augustini adaptabat, suam hæresim illis Ecclesiæ luminibus assigens. Sed Sanctus Augustinus dictam cautelam ob oculos Pelagianorum posuit, ne suis testimonij per transennam adductis abuterentur. sic ergo docit lib. I. retractionum cap. 9. tractans enim de libris suis inscriptis de libero arbitrio, ait. *Degratia verò Dei, quæ suos electos sic prædestinavit, ut eorum, qui iam in eis vtuntur libero arbitrio, ipse etiam præparet voluntates, nihil in his libris disputatum est præter hanc propositionem quæstionem: ubi autem incidit locus, ut huius gratiae fieret commemratio, transenunter commemmorata est, non quasi inde ageretur operosa ratio-*

cinatione defensa. Aliud est enim querere unde sit malum, & aliud est querere unde redeatur ad pristinum, vel ad maius perueniatur bonum. Quapropter noui hæretici, Pelagiani, qui liberum sic afferunt voluntatis arbitrium, ut gratia Dei non relinquant locum, quandoquidem ea secundum merita nostra dari afferunt, non se extollant, quasi eorum egerim causam, quia multa in his libris dixi pro libero arbitrio, quæ illius disputationis causa poscebat.

Tertia cautela, ut diligenter aduertatur intentionis authoris, num ex suo sensu, vel alieno loquatur: plerumque enim Patres de mēte aliorum loquuntur. Hanc cautelam obseruauit Sanctus Athanasius in lib. de decretis Nicenæ fidei, vbi agens de Origene ait. *Quare disputandi, certanique gratia scripta ea, non quasi ipsius sint verba, aut quasi ipse ita senserit, sed eorum, qui cum eo contentiosus disputarunt accipienda sunt. Post illa ergo, quæ certandi gratia quasi in palestra aduersus hæreticos adduxerat, statim ista, quæ propria ipsius sunt, subintulit.*

Interdum ad hominem, id est non ex suis, sed ex principijs, & iuxta principia aduersariorum loquuntur, vnu occurrit difficilis locus in Augustino lib. contra Adimantum cap. 12. scribens enim contra Manichæos calumniantes illum locum Deuter. cap. 12. vbi dicitur: *Sanguis est anima;* & quod Paulus dicat: *Caro, & sanguis, non possidebunt regnum Dei,* inferentes, quod si sanguis anima est, nullus hominum cœlum possidebit; respondit: *Ex eo quod scriptum est, sanguinem pecoris animam esse eius, præter id, quod supra dixi, non ad me pertinere quid agatur de pecoris anima, possum etiam interpretari præceptum illud in signo esse positum.* Non enim Dominus dubitauit dicere. *Hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui &c.* in quo loco ad hominem Manichæos Augustinus reuincit: cum enim Christo non verum corpus tribuerent, sed phantasticum externa specie, & apparentia constans, itemque passionem, nativitatem, in nudo signo, & apparentia ponerent, per consequens nudum signum corporis circa apparentiam ponebant in Sacramento Eucharistiæ. Assumit ergo Augustinus id, quod credebant falsò Manichæi, esse scilicet corpus Christi in Eucharistia signum corporis, ut ex eo, quod concedebant aduersarij, eosdem conuinceret, nempe eodem modo dici animam sanguinem in signo, sicut in signo ipsu corpus Christi adstruebant. Nec nouum, aut insolitum est Augustino Aduersariorum verbis, & concessis principijs arguere ad eoru errores euincendos, ut patet euoluenti libros de Genesi, & alijs tractatibus contra Manichæos descriptis. Vnde lib. 2. de bono perseu. c. 11. & 12. cum illi imponeretur pro errore, quod afferuerat naturalem esse ignorantiam, & difficultatem, cum qua nascimur (cum contra Pelagianos docuerit, ad originale pertinere peccatum) sic responderet huic criminationi. In libro tertio de libero arbitrio, vnde obiectio contra Augustinum sumebatur, id dictum esse ad Manichæos reuincendos: *Qui volunt duas, boni scilicet, & malicoeteras esse naturas, quæ positio ex eorum assertione dissoluitur, si congenita*

## 68 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

vniuersaliter nobiscum est difficultas , & ignorantia . Vnde subdit, quod propter hoc, non in dubium fides catholica renocanda, vel deferenda est, quam contra ipsos Pelagianos Catholica defendit Ecclesia , quæ afferit originale peccatum, contra Pelagium causatē easdem infirmitates nequaquam supplicia esse naturæ. .

Interdum ad condescendentiam, multa Patres prætermittunt, ne cogantur, in omnibus, quæ sunt in transcurso hærente, vt sic nunquam disputatio exitum inueniat: cum enim Gregorius Thaumaturgus reprehenderetur, quod in expositione fideli dixerit: Patrem, & Filium iuxta mentis quidem considerationem duos esse, hypostasi vero unum: à Bas. excusat, hoc non dogmaticè sed contentiore in disputatione contra Aelianum Gentilem dictum esse, & postea subdit. Sane qui Gentilem ad credendum persuadere nititur, si non putat sebi circa vera exactius disputandum esse, sed alicubi consuetudinem eius, quam ad fidem inducit, non nihil condonat, dummodo principalibus, & necessarijs non reluctetur. quare, & multis illic inuenies voces, quæ iam hæreticis plurimum addant roboris . ep. 64.

Interdum in uno sensu catholico probant, quod idem expressis verbis in alio sensu, eoque hæretico improbat. sic S. Augustinus supra in retractionibus eodem cap. adducens sua verba, quibus Pelagiani abutebantur, concludit. In his, atque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani, vel putare possunt suam nos tenuisse sententiam. Sed frustra hoc putant: voluntas quippe est, qua & peccatur, & recte viuitur, quod his verbis egimus. voluntas ergo ipsa nisi Dei gratia liberetur a servitute, qua facta est serua peccati, & ut vita superet addiueretur, recte, piequè vivi a mortalibus non potest. Ex hoc diuinum beneficium, quo liberatur, nisi eam præueniret iam meritis eius non daretur, & non esset gratia, quæ utique gratis datur, quod in alijs opusculis nostris sat egimus, istos inimicos huius gratiae nouos hæreticos refellentes, quamuis, & in his libris, qui non contra illos omnino, quippe illi nondum erant, sed contra Manichæos conscripti sunt de libero arbitrio, non omnimodo de ista Dei gratia reticimus, quam nefanda impietate conantur asserre.

Similiter hanc eandem cautelam non obseruantur alij hæretici (vt notat Cyrus epist. ad Acacium Melitensem) catholicos enim traducebant Nestorij sectatores, quod in duos Christum diuidenter, dum duas naturas fatebantur, alias voces humanitati, alias dietati adaptando. Contra quos dicit Cyrus [Arbitror autem, & causas esse assignandas, propter quas ad exquistiam istorum verborum diligentiam venerunt, quoniam qui Arij impietatem propugnant, veritatis vim impie cauponant. Verbum quidem genitum esse dicunt, sed ex maliere, corpore tamen usurpatum: unanihi faciunt autem hoc malitia studio, humanas illi voces assignantes, vt in diminutione infra Patris excellitiam constitutum, a se deceptos ostendant: dicunt autem eum verè alterius esse natura, eam ob causam qui ex Oriente sunt, veriti, ne quo pacto Dei gloria, & natura ab ijs, quæ huma-

nitus propter suscep tam cum carne dispensatione sunt gesta, diminuatur. Sed voces discriminant, non in duas, sicut dixi, Filium, ac Dominum secantes, sed alias diuinitati ipsius, alias humanitati, omnes tamen uni assignantes.] & ibidem S. Cyrillus afferit excusationem Ioannis Antiocheni de verbo ad verbum (qui de hoc incusabatur, atque arguebatur) cum doctrina Cyrilli cohærente.

Quarta cautela, quod etiam obseruanda est, phrasis, & modus loquendi temporum: nam multo locutionibus, & modo loquentium illius temporis se accommodabant, quando calumniam pati non poterat vocum illarum usurpatio. exemplum est de Synodo Antiochena, quæ personas, substantias vocat, & nihilominus S. Hilarius libro de Synodis, dicit eam loquendi phrasim non habere calumniam: accipiebatur enim substantia pro hypothesisi. Qui loquendi modulus postea non est usurpatus post hæresim Ariam. vnde Hieronymus in epistola ad Damasum, vnam substantiam admittit, tres negat, & lib. de Synodis admittit hanc propositionem. Hilarius, æterna substantia unigeniti filij generatur essentia, vnde S. Bonav. i. sent. d. 1. q. 1 dicit negandam, si legatur alicubi. Sancti enim quandoque ad confutandas hæreses expressus loquuntur, quam proprietas sermonis sustineat. Hilarius autem, accepit essentiam pro hypothesisi. Concilium quoque Laodicense de Christo Domino loquens dicit. Is (nempe Spiritus Sanctus) passus non est, sed homo, quo indutus est, quem assumpsi ex Maria Virgine, qui pati potuit. Verum vigente hæresi Nestorij, hunc modum loquendi Patres non tenuerunt, ne duplum personam adstruere videbentur. In Concilio etiam Laodicensi apud Theodor. lib. 2. hist. cap. 8. sic legitur: Hæretorum esse tres hypotheses afferere, Catholicorum vnam tantum. Sed Concilium accepit hypothesis pro essentia, quam hæretici obtrudebant.

Amplius Patres Concilij Antiocheni contra Paulum Samosatenum, negabant, Filium esse Patri homousion. Sed id dixerunt ante natam hæresim Arij, opposentes se intentioni Samosateni, qui illud verbum ita usurpabat, quomodo homo homini est coniunctus, ita ut sint tanquam duo individua eiusdem speciei. Vnde Athanasius in epistola de sentent. Dionys. Alex. cum Cœciliij Antiocheni auctoritas obijceretur, oppoſuit illis auctoritatem Dionysij Romani Pont. & Alexandri qui fuerunt antiquiores illo Concilio Anticcheno: deinde conciliat omnes, & dicit, Patres Antiochenos negasse homousion ad mentem Samosateni, non vero simpliciter. Quare Hil. lib. de Synodis. Malè homousion Samosatenus confessus est: sed nunquid melius Ariani negauerunt? oīt uaginta Episcopi oīl respuerunt; sed trecenti, decem & octo nuper receperunt, illi contra hæreticum improbauerunt, nunquid, & isti non aduersum hæreticum probauerunt? si & probando, & improbando vnum utique statuerunt, quid bene constituta conuelli mus? &c.

Quinta cautela, quod diligenter inspicienda est intentio auctoris, iuxta quā obscura per clariora, antecedentia per subsequentia loca, dubia per manifesta inter pretanda sunt, vt mens auctoris abs-

absque tergiuersatione intelligatur.

Exemplum potest esse in Dionysio Alexandrino (quem citat Athanasius lib. de sententia Dionysij Episcopi Alexadrini in epistola contra Arianos) vbi inter cetera ait Dionysius, *nunquam fuit, quando Deus non erat Pater.* Ex quo loco Arius Arianum illud assumpsit dictum. Erat quando non Filius &c. per sequentia autem explicandus est: nam ibidem subdit. *Iam quia splendor est aeternae lucis, omnibus modis, ipse quoque eternus est. Luce enim semper existente certum est, & splendorem existere &c.* Vnde ex subsequentibus, ait Athanasius, mens Dionysij conuincitur diuera ab Ario: nam Arius dicit. *Quod priusquam gigneretur, Filius erat, quando non erat: at e contra Dionysium cognoscit semper Christum Verbum, & sapientiam, & virtutem fuisse nihil horum cum Deus existaret factum esse, neque posterius Filium genuisse, Filiumque non ex se, sed ex Patre essentiā natum esse: insuper Deum aeternam lucem nunquam inchoatam, & nunquam desinente, ac proinde cum eternaliter cum Deo esse, eiusque indissociabilem splendorem sine principio, semper genitum, & a Patre promicantem referat.* Et tandem concludit Athanasius, quod illud: non erat priusquam gigneretur, & erat quando non erat; sollicitus ab ipso per splendoris comparationem. ecce quomodo obscura verba, per clariora, & antecedentia per subsequentia Dionysij verba manifestata sunt. Insuper cum Arriani sugillarent Dionysium a partibus suis stare, eò quod exemplo plantæ agricolæ &c. declarasset emanationem Filii a Patre (vnde non esse consubstantiale idem Arius Dionysium dixisse iactabat) ipsem et Dionysius se purgat apud Athanasium loco citato, quod obiter, & in transcursu talia exempla posuit, & in quo sensu dixerit se explicat dicens. *Plantam ibi dixi, siue ex seminio, siue ex radice succrescentem, aliam quidem esse ab eo, vnde pullulauerit, sed tamen, ut cum eo eiusdem naturæ maneat &c.* & alia loca affert Athanasius ad intelligentiam clariorem.

Sexta cautela, quod cum veritas catholica semper vigeat, & consistat inter duo extrema, cum unum extremum arguant, & ad illud impugnandum tota intentione Patres ferantur, in aliud extremum declinare videntur. Hoc autem accedit ex duplice capite, vt egregie aduertit noster insignis P.F. Petrus de Soto lect. 4. de eucharistia, vel ex conditione intellectus nostri (qui cum simul multi intelligere non possit, & vni intendere, vel multorum reminisci: vni intendit intensè, circa alterum remittitur) vel data opera, vt lectors præmunirent, ne offendenter. Hoc patet in hæresi Sabelliana, quæ, vt destrueretur, Patres sic locuti sunt, ac si differentia quantum ad substantiam in Personis induceretur, vnde ex huius confutacione occasionaliter Ariana hæresis introducta est, exemplum assertur a S. Basilio, & Dionysio Alexandrino, de quo Sanctus idem Basilios ep. 41. tale fert iudicium. *Quia de rebus Dionysij sciscitaris venerunt quidem ad nos admodum illius multa, libri vero non dum adsunt, atque adeo nihil dum misimus.* Est autem hec nostra de illo sententia. Non omnia viri huius laudamus: sunt quæ prorsus

etiam damnamus. Ipse propemodum, quantum nobis liquet, primus hominibus impietatis istius Anomianæ, quæ iam passim obstrebit, seminaria præbuit. Causam vero huius non puo animi malitiam esse, sed quod vehemeter cupit obfuscari Secundum bellio. Sole itaque illum similem estimare planatorum cuiusdam, qui recentis plantæ correcturus auersionem immoderatè illam retorquet, ut a medio abberret, ad contrarium latus ramulum adducat. Tale quid, & in hoc virò factum apprehendimus. Hic nempe dum impietati Lybianæ se opposuit acriori impetu, minus prudenter sibi propiciens, in malum huic oppositum præcepit abiit, & quidem nimio contendendi studio: satis enim huic fuit si argumentis doceret Patrem, & Filium non esse idem subiecto personali, & palmarium præsumpta victoria ex hoste blasphemо, nimirum Sabellio reportaret, atque is Dionysius, quod unū expetebat, perspicue obtinuit, sed ex superfílio. Hoc modo etiam Patres procedunt in materia gratiæ, & liberi arbitrii, &c. quorum studium excusandum si plus iusto in aliud extremum impingere videtur dum veritati inherentes, ab alio declinat. Sic etiam Epiphanius excusari potest, qui cum videret Beatissimam Virginem ab Antiochiam ianitis proscindi, & puritatem eius lacerari, in tantum voluit illam sublimare, ut in aliud extremum impingens, de morte eius dixerit heres. 78. Non autem omnino definio hoc, & non dico, quod immortalis mansit, sed neque affirmo an mortua sit: Excessit enim scriptura mentem humanam, & in suspenso reliquit propter vas preciosum, ac excellentissimum, ut ne quis ad suspicionem veniat carnalium de ipsa rerum,

Origenes quoque dum Iudeos, & Iudaizantes hæreticos contendentes debere seruari legem cum euangelico, oppugnat strenue litteræ carnaliter in hærentes, in alterum extremum ipse impingit, plus nimio allegorias insectando, ut illis se è diametro opponeret. Hoc notat Genebrardus epistola nuncupatoria in opera Origenis: imo idem Origenes hoc testari videtur homil. 15. in Iosue, vbi docens bella illa carnalia spiritualium esse figuras ait. *Vtinam haec crebro inculcata habeatis, ut non haec legentes, vel Iudaicam in his sensu teneatis, vel hæreticum, & 13 hom. in Iosue, historiam intelligendam putat non secundum hæreticos, neque secundum Iudeos, sed secundum Spiritum sanctorum, qui per Iosue, Iesum nostrum representauit, atque depinxit: per hæreticos intelligens Valentimum, Basilidem, Marcionem, qui alium putabant Deum legis, alium euangelij: per Iudeos, iudaizantes illos Cerinthum, Ebionem, Nazaræos &c. Verum contra easdem pestes, scripturæ litteram simul ac spiritum defendere homil. 14. profitetur, quod patet in lib. de principijs: quibusdam namque de hac re eum cauillantibus, quod historiæ veritatem non teneret, sic respondet: Ne quis autem, inquit, nos suspicetur hoc docere, quia nullam historiam scripturæ factæ esse sentiamus, quoniam ex ijs aliqua non facta esse suspicantur, vel nulla præcepta legis secundum litteram stare, quoniam secundum eam dicimus seruari non posse, in quibus, vel ratio, vel rei possibilis non admittit, vel ea, quæ scripta sunt de sub-*

substantia non putare etiam sensibiliter impleta, vel præcepta eius secundum litteram non debere seruari: Respondemus quantum à nobis evidenter decernitur, in quamplurimis seruari, & posse oportere historie veritatem: multa enim plura sūt quæ secundum historiam constant, quam quæ nondum sensum contineant spiritualem &c. verum quia in multis sensum letteralem reieciisse conuincitur, propter hoc etiam merito insimulatus est hæresis à Patribus, & Concilijs.

Sed, &c auct. Theororetum dialogo. 3. Eranites hæretici personam sumens, vbi Patrum autoritatem postulasset dialog. 2. dicens: *Ego autem sequor sanctorum, qui olim in Ecclesia fulserunt, ostendere ergo illos post visionem suis verbis naturas dividere. Orthodoxus eodem dialogo multa protulit testimonia Patrum ad iconiusionem naturarum demonstrādam, ostendendo per eorum verba diuinam naturam impabilem, humanam vero passionibus obnoxiam. Sed dicente Eranista in eodem dialogo se admirari Patrum concordiam: & in eorum scriptis esse dissonantiam, & diuisionem (alludens ad eos qui forte, qui cum Cyrillo alias voces humanitati, alias diuinitati tribuebāt, quod alij facere metuebant ne duas personas indicere viderentur.) Respondet orthodoxus his verbis: Ne agre tuleris. Vehemens enim aduersus aduersarios contentio in causa fuit, ut modum excederent. Hoc ipsum solent etiam facere qui plantat arbores: quando enim viderint inclinatam arborē, non solum eam exigunt, sed in alteram etiam partem inflectunt, & nimiam in contrarium inclinationem, ut recta sit, efficiant. Quam doctrinam Theodoretus quoque à S. Basilio est mutuatus a pertissime, & ex dictis supra patet.*

Septima cautela, vt non tantum voces, quam sensus in Patribus attendamus, qui per verbās æquipollentia explicātur. Vno namque tempore vna vox ad exprimendum mysterium vsi sūt, quam postea, vel non usurparunt, vel silentio dissimularūt Exemplum est de voce homouision, quæ cum esset de cetera à Patribus Nicenis, à Concilio Ariminensi non est usurpatā, eo quod, ait Hieronymus aduersus Luciferianos, in scripturis aiebant, non inuenitur, & multos simpliciores scandalizabat placuit auferri, non erat curae episcopis de vocabulo, cum sensus esset in tuto. ] confessi enim sunt, Filium Patri similem esse, & sub nomine similitudinis identitatem substantiæ cum Patre fitebantur. Vnde non ob id hæretici illi Patres habitib[us] sunt, sed solum imprudentes, putantes sepieliendam illam vocem, vt sub colorato nomine pacis, scandalum à simplicioribus ex voce consubstantialitatis auferretur, vide Baronium t. 4.

Alterum exemplum est in Basilio, qui cum de Spiritu sancto obscurè locutus fuisset, propria, & aperta voce non vtrendo, calumniam passus est, quasi male de Spiritu sancto sentiret. Sic in quodam conuicio inter cetera cum semel traducetur, vt scribit Nazianzenus epist. 26. ab eodem Nazianzeno excusatur his verbis. *Prestare itaque veritatis doctrinam cautius aliquanto minusque liberè proficeri, temporique, quasi nubecula cuidam cedere, quam eam aperta predicatione*

oppimere. Nos enim ea ex parte nihil danni facere, sex alij quoque dictionibus, quibus ad certò colligitur Spiritum sanctum Deum agnoscamus: neque enim in sono verborum potius, quam in mōte, & sententia veritatem esse fidam: Ecclesiast. autem graue detrimentum accepturam esse, si unius hominis oppressione veritas profigetur. & idem oratione in laudem Basili, dicit quod ad eludendum aduersariorum insidias, alijs quidem vocibus è scriptura petitis, testimonisque minime dubijs eandem vim habentibus, necessariisque argumentis aduersarios ita comprimebat, vt nullo modo repugnare atque in contrarium niti possent. Sed quæ maximè disputationis, & ingenij virtus est, proprijs vocibus constringerentur: quemadmodum is liber, quem hoc arguento editat perspicue ostendit, in quo calamum quasi ex Spiritu pīxide mouet. Sed tantum propriam, & apertam vocem interim usurpare differebat, tum ab ipso Spiritu, tum ab alijs etiam sinceris ipsius propugnatoribus gratiam petens ac rogans, ne hoc suo confilio offendentur, nec committerent propter inexplicabilem cupiditatem omnia perderent, conuulsa nimis turbulentissimo tempore, ac distracta pietate: ipsos enim nihil ex eo incommodi, ac detrimenti accepturos, si dictiones paululum immutentur, modo alij verbis eadem doceantur: neque enim salutem nostram in sermone magis, quam in rebus confessore, quippe cum ne Iudei quidem rei sciendi sint, si aliquod tempus pro Christo, vocem Vngui sibi concedi postulantes, religioni usq[ue] assentiri vellent. ]

Octaua cautela, quod ex proprijs sententijs ipsorummet Patrum, dicta sint interpretanda, vt non solum in uno loco quid dixerunt Patres attendendum, ad rimandam eorum intelligentiam: sed plura euoluere loca necesse sit. Vnde objicibus Arianis, scripsisse Dionysium Filium Dei esse opus, & quodam sanctitatem, neque Patri natura liter suum, ac proprium, sed alienum ab illius substantia, qualis est virtus à natura agricola, aut nauis fabri, eundemque quia opus est quoddam conditum, non fusse antequam fieret; respondet Athanasius, Dionysium scripsisse hanc epistolam: verum ait [Non hanc solam, sed plurimas ab eo postmodum scriptas esse dicimus, quas ab istis quo que legi oportuit, & ex omnibus simul non ex una duntaxat indicium de eius fide constitui posset. Non enim fabri peritia, solertiaque, qui multas trimes adfiscavit, ex unica nauि, sed ex omnibus simul diiudicari debet. ] Inter autem alias epistolās, vna eiusdem Dionysij scripta est ad Ammonium, vbi se excusat etiam, cur locutus sit, nimis ex usu rei pro conditione conscripsisse: quare non, Oportuit maligne, & odiosè interpretari: nam cum temporis, & personæ ratio, vt ibidem dicit Athanasius, *Dionysium impulit*, alias postmodum epistolās scripsit, quibus se de suspicione purgat, quin potius laudādus, quam incusandus. Fuit autem mens Dionysij populis quibusdam per quosdam Episcopos Sabellianos seduētis, Filium Dei abnegantibus, & humana Patri imputantibus, monstrare Patrem non esse Filium, & non Patrem, sed Filium esse pro nobis genitum, vt paulatim ad Filii Dei deitatem credendam, eo Patris

Patris cognitionem euehere posset: prouidè ergo hoc fecit Dionysius. Vnde Athanasius subdit. Medicus subinde ea remedia, que aliis inter se congruere non videntur, pro sua peritia vulneribus ad ibet: non alio tamen quam ad curationem mali respiciens. Probi itidem preceptoris est omnia in erudiendo ad morem discipulorum dispensare, donec eos ad perfectum absolutæ eruditionis euebat.] & de Apostolis exemplificat, qui prudenter admodum humana Salvatoris primum Iudeis attulere, eos iam Christum venisse ex signis, miraculisque persuasos, paulatim ad credendam eius diuinitatem perducerent, demonstratis certissimis rationibus, istiusmodi opera non hominis, sed Dei esse] vt igitur Athanasius subdit: Apostoli ob doctrinam pro tempore dispensatam admirationi esse debent, ita Dionysius ob epistolam Euphranori, & Ammonio contra Sabellium scriptam, culpan-  
dus non est Verum concludit Athanasius in fine: in aliis epistolis non ita scriptis, ubi, & recte sentire intelligitur, ac iure his verbis contra haereticos reclamauerit, non tamen vobiscum eiusdem opinio-  
nis, o Christi rebelles, neque nostra scripta Ario occasiōnem dedere suæ impietatis. In scriptis ad Euphranorem, & Ammonium proprie Sabellianos mētionem de agricola, & vite suis, aliisque, istiusmodi generis exemplis, ut humanis Domini ob oculos posuisse, persuaderem illis, ut observerent dicere Patrem esse hominem factum: vt enim agricola in vite non est, ita non Pater, sed Verbum in carne fuit: & quia verbum in vite erat ob corporalem cum palmitibus, hoc est nobiscum, cognatiō-  
nem, vitis nominatus est. Hoc quidem animo ad Ammonium, & Euphranorem scripti: aduersus autem improbitatem alias meas epistolas oppono, ut agnoscant sapientes, meam inibi defensionem, & rectam fidem in Christo sententiam: clarum ergo est ex mente Dionysij non ex uno loco, sed alijs mente Patrum venandam, & intelligentiam. Similiter in PP. attendendum, ut scripsit Nazianz. de fide. si in PP. aliquid est, quod ambiguum videatur in verbis, ad sensus debent conferri, hoc modo excusat, & interpretatur scipsum, quod quidam scrupulosi taxarint, quod dixerat: Pater, & Filius, & si duo nomina appellen-  
tur, tamen ratione, & substantia unum in: quasi per hęc Patrīpassianorum dogmati subscrīberetur, & dicit, quod ex antecedentibus, & subse-  
quentibus potuerat hęc suspicio non admitti, cum expresse damnari in eodem trāstatu haereticos Sabellianos, & nedum nominum, sed personarum distinctionē, & pluralitatem docuerit. sic exponē-  
dus est Basilius, cum lib. de Spiritu sancto docuit quod numerus in summa Trinitate sit exco-  
gitatus ab hominibus: nec enim loquitur de numeri realitate, sed de voce ad numerum assignā-  
dum, vel denotandum.

Sic excusandus est Clemens Alex. in parāngi ad gentes, dum paulo post principium, Verbum Dei, instrumentum vocauit: nec enim inferioritatem in natura inferre voluit, ubi (vt patet ex antecedentibus, & consequentibus) æqualitatem agnoscit, sed solum distinctionem hypostatum voluit demonstrare, & per Verbum, omnia crea-  
ta: quare impropriè vocē instrumenti usurpauit.

IX. Cautela, q̄ quandoque referendo alio-  
rū sentētias, & placita nihil assertiū statuēdo Pa-  
tres enunciant. vnde cum vitio datum esset Hieronymo, quod in recensendis aliorum opinioni-  
bus nimius fuerit, & quod eos qui ab Ecclesia  
descierunt magistros appellaret (quod erat eo-  
rum opiniones suscipere, & probare) ipse sic re-  
spondet in p̄fāt. vndecim. commentar. in  
Esiām. In commentariolis Danielis breuitati  
studii p̄ter ultimam, & penultimā versionem,  
in quibus obscuritatis magnitudine, necesse fuit  
me sermonem tendere, p̄cipue in expositione jep-  
tem, & sexaginta duarum, & unius hebdomada-  
rum, in quibus differendis, quid Africanus tempo-  
rum scriptor, quid Origenes, & Cæsaricensis Euse-  
bius, Clemēs quoque Alexandrinae Ecclesiæ pres-  
byter, & Appollinaris Laodicenius. Hypolitus-  
que, & Hæbræi & Tertullianus sententia, breui-  
ter compræhendi, lectoris arbitrio de clinquens,  
quid de pluribus eligeret. Itaque quod nos ve-  
recundia fecimus indicandi, & horum honore qui  
non antiquorum opinione, sed nostram sententiā  
scire desiderant: quibus facilis responso est, nolam-  
se me sic unum recipere, vt viderer alios condem-  
nare. Hoc intelligant, me non omnium probare  
fidem, qui certe intense contrarii sunt, sed ad di-  
stinctionem Iosephi, & Porphyrii dixisse, qui de  
hac questione plurima dispuarunt.

Item cum Ruffinus in inuestiuis contra Hiero-  
nymum multa collegisset loca, in quibus videba-  
tur idem Hieron. afferere, animas ante hunc mu-  
num corporeum creatas esse, nimirum in com-  
mentarijs, super ea verba: elegit nos ante mundi  
constitutionem. & super illud: secundum benepla-  
citum voluntatis suæ, & alijs locis dicit. Sanctum  
Hieronymum huiusmodi errorem sub alterius  
innominatae personæ ficta vafricie docuisse, ad  
imitationem Rhetorum, qui cum aliquos offendere metuunt, aut inuidiam declinare cupiunt,  
tunc Rhetorico quodam artificio, sententiam sub  
alterius persona proferunt. Et hoc quatuor iu-  
dicijs probare nititur, Primo quod authorem  
opinionis, illius non nominet, sed dicat, *alius in-  
quit*. Secundo quia non exprimitur utrum ille  
alius sit tibi contrarius, aut concors, neque ostendat  
an illi ipse discors sit, vel concors. Tertio  
quia alterius dicta non destruit, neque impugnat,  
neque authorem ipsum reprehendit, sed laudat  
eum, & diligentem vocat. Quarto quia senten-  
tiam suam sub alterius persona propositam, non  
solum non refellit, nec damnat, sed validis ratio-  
nibus, & multis diuinæ scripturæ testimonij mu-  
nit. Sed Hieronymus in apolo. contra accusa-  
tionem Ruffini confutat omnia contra se addu-  
cta. Et ad primam coniecturam respondet se  
nō posuisse nomina auctorum eius erroris, quia  
superfluum erat per singula Apostoli dicta, no-  
mina eorum expositorum ponere, quos iam in  
præstatione totius operis abundè nominauerat.  
Secundæ suspicioni satisfacit, dicens satis aperte  
ostendisse discordem esse ab ea sententia, quam  
sub alterius persona retulerat, & eodem loco re-  
darguerat. Tertiam coniecturam sic dicit, vt  
dicat se modestiæ, & Christianæ verecundiæ stu-  
dio, non reprehendisse auctores illos, quia cum  
com-

commentatoris officio fungeretur, non debebat eos explodere, quos imitabatur ex parte, & quorū sententias in lingua latinam trāsferebat. quod si eos ob diligentiam laudauit, diligentes appellans, parum, ait, refert, quandoquidem, fures etiam appellari solent diligentes. Ad conjecturam quartam, ait, se vna cum Origenis erroribus etiam attulisse rationes, & argumenta, quibus illi errores intererunt, vt lectoribus omnem sententiam Origenis aperiens, & nihil ab eo dictum prætermittens, maledictorum calumnias deuictaret, ne dicerent Hieronymum quæ ab Origene fortiter dicta fuerant, tacuisse, & Ilium in Græco robustius disputare. Vnde ex his etiam responsionibus disertè habetur, Patres interdum non assertiùe, sed relatiuè, ex aliorum sententia pronunciare.

X. Cautela, diligenter inspiciendum est quando dogmaticè loquuntur; quando verò se exhibent interptetes, commentaria edendo: in illis ad exactam trutinam, res expenduntur, in istis interdum ijs, quos exponunt, se se accommodant, vt à textu quem exponunt, licet difficultatem habeat, non descendant, eosdem interdum textus ijsque difficillimis verbis, citādo. Exemplum est in Hieronymo, qui expendens illa verba Apostoli, *Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat*, & cætera, lib. contra Iouian. ad Pamphach. sic interpretatur. *Si bonum est mulierem non tangere, malum ergo est tangere: nihil enim bono contrarium est nisi malum, si malum est, & ignoscitur, ideo conceditur ne malo quid deteriorius fiat*, quæ expositio cum calumniam patetur, quasi matrimonium suggillasset, dicit Hieronymus. *Nunc vero cum interpres magis Apostoli fuerim, quām dogmatistes, & commentatoris sim usus officio, quicquid durum videtur, ei magis imputetur, quem exposuimus, quām nobis, qui exposuimus, & postea. In quo differunt verba mea à sensu Apostoli: nisi forte in eo, quod ille pronunciat, ego dubito: ille definit, ego sc̄iō: ille aperte dicit, bonum est homini mulierem non tangere, ego timide quero, si bonum est mulierem non tangere: si, dubitantis eī, non confirmantis. Ille dicit: bonum est non tangere: ego, quid bono contrarium esse possit adiungo &c. & concludit. Vides igitur nos non de coniugio exponere, sed de coitu simpliciter disputare, quod ad comparationem pudicitiae, & virginitatis & Angelicæ similitudinis bonum sit homini mulierem non tangere. &c.*

Est alterum exemplum in S. Augustino tract. 50. in Ioann. ut supra etiam ponderatum est, qui exponens illa verba: ecce ego vobiscum sum &c. ait, Secundum præsentiam maiestatis semper habemus Christum, secundum præsentiam carnis rectè dictum est, discipulis, me autem non semper habebitis: habuit enim illum Ecclesia secundum præsentiam carnis, modo fide tenet, oculis non videt. Quam expositionem frustra pro se adducunt Heretici, cum hoc loco non dogmaticè, sed per modum commentarij loquitur, & quia sub vna littera possunt esse plures sensus, non propterea, quod vnum sensum cum littera se compatiētē fecutus est Augustinus, prop-

terea alium denegavit, qui ab alijs doctoribus expōnitur de præsentia Domini sacramentali, nec in dubium vertit, quod ipse docuerat dogmaticè Augustinus in Ioannem scribens, de veritate præsentie corporis Domini in Eucharistia.

XI. In ipsam dogmatica disputatione aduertendum est quid à Patribus tanquam Magistris dicatur, definiendo, aut quid ab ijsdem dicitur respondendo, &c. Aliud, ait S. Hieronymus (aduersus Ruff. apol. 1. vt aliàs ad aliud propositum allegauimus) *est esse yopvasinōs scribere, aliud δογματινῶς: in priori vagam esse disputationem, & aduersario respondentem, nunc hęc, nunc illa proponere, argumentari ut libet, aliud loqui, aliud agere, panem, vt dicitur, offendere, lapidem tenere. In sequenti autem aperta frons, & vt ita dicam, ingenuitas necessaria est: aliud querere, aliud definire, in altero pugnandum, in altero docendum est] quod testimonium vberius super articulo 2. positum est, illud consulat diligens lector.*

XII. Respiciēdus est finis, & occasio dictorum, ad quem finem, & occasionem dicta sunt. Exemplum sit in S. Augustino, qui illum locum Ioannis cap. 6. edifferens, nisi manducaueritis, &c. per cibum, & potum intelligit tract. 26. Societatem corporis, & membrorum quod est Santa Ecclesia. Quæ verba Sacramentarijs nequaquam fauere possunt, & si ad eum sensum Augustinum extorqueant. E scopo enim Augustini mens eius deprehendi debet: agebat enim contra Donatistas, qui putabant, communionem posse haberi à quocunque, recipiendo hoc sacramentum, etiam si esset in schismate, & Heresi: contra Augustinus inculcat, nihil prodeesse sacramentaliter edere corpus naturale Christi, nisi mysticè etiam communicetur Christo, & mystico coniuio, & mystico corpori eius: vnde nequaquam illud negat, nempe naturale, & si mysticum hoc adstruat: dicit enim ep. 50. ad Bonifacium. *Coniunctum Domini unitas est corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis, & ostendit, quod, & si foris sacramentum habeant, rem ipsam, nempe unionem corporis mystici non habent, tanquam unitatis hostes.*

Aliud exemplum in eodem Augustino: non enim quia Augustinus exempli causa dicit tract. 97. in Ioannem, quod, omnes insipientissimi heretici utuntur ea sententia euangeliij, & errores suos colorare conantur, quasi ea, quæ ipsi docent, & discipuli portare non poterant, ea docuerit Spiritus sanctus; propterea Doctores alij taxandi sunt quod ea uerba exponunt de Ecclesiæ in docendo infallibilitate ex suggestione Spiritus sancti: ibi siquidem S. Augustinus inuheitur contra Gnosticos, qui ad pernicioſa eorum secreta mysteria, prauos ritus, & nefandas immunditias sibi datum Spiritum sanctum asseuerabant: sed bene dicit Augustinus tract. 96. quod alia sunt mala, quæ non potest portare pudor humanus; alia sunt mala quæ portare non potest parvus sensus humanus: ad illa, quæ fiunt corporibus impudicis, non instigat Spiritus sanctus, sed spiritus nequitiaz, & immunditiaz: ad ista spiritus Paracletus (ut potè quæ remota à sensibus nostris, intelligibilis)

alia sunt, facultatem humanæ mentis excedentia mouet, & illustrat humanam paruitatem.

XIII. Cautela multoties indistincte loquuntur, qui cum distinctione sub intellecta nullam habent difficultatem exemplum in Basili. in ps. 44. vbi dicit: *Secundum humanitatem prorogatam Christo gratiam intelligi oportere, cùm premium heroicorum operum.* Quod ab solute falso est, extra enim meritum gratia Christi, profluebat ex gratia unionis: ceterum quo ad homines secundum humanitatem id obtinuit, vt gratus, & amabilis, & suscipiens appareret. Item cum Basilius dicit 1. contra Eunom. esse deridendum qui dicit in Deo, *creandi virtutem esse substantiam: si intelligatur de identitate reali,* falso est: si de identitate etiam secundum rationem, vera est propositio. Similiter lib. de Spiritu sancto cap. 16. ait, *virtutes invisibles esse liberas easq; ad virtutem, & virtutem vertibiles, ac proinde egere auxilio Spiritus facti,* quod dictum non post terminum Angelorum intelligi potest, sed dum taxat in via, & statu merendi. & c. 17. cum dicit Trinitatem nō probari scriptura, sed traditione, intelligentius est, non absolute sed ad hominem contra non recipientes scripturas, vel eas peruerentes. Item cum dicit Gregorius Niss. impossibile esse Deificationem si de vita Moysis, id intelligendum, viribus naturæ, & similiter in exhortatione ad baptismum, dum dicit cap. 7. *Peccatorem, nihil posse efficere gratum Deo intelligentius, meritorie, & in ordine ad vitam aeternam.*

XIV. Cautela. Multoties Patres figurate, & emphaticè loquuntur. Figurate, vt cum dixit Nissenus de opificio hominis c. 8. 12. Abraham &c. iustos adhuc per patientiam expectare: intelligentum est aut figurate id dictum pro gloria corporis, aut quomodo per Protopopeiam à Paulo inducitur omnis creatura ingemiscens, & parturiens, expectans reuelationem gloriae filiorum Dei &c. & de gemitu liberationis à seruitute corruptionis emphaticè queque loquitur S. Iræneus lib. 4. cap. 45. dicens: *Et illis [nempe veteribus] curatio, & remissio peccatorum mors Domini fuit: propter eos vero qui nunc persant, Christus non iam morietur: iam enim mors non dominabitur eius; sed veniet Filius in gloria Patris exquirens ab actoribus, & dispensatoribus suis pecuniam, quam eis credidit &c. & postea concludit nos debere [timere, ne forte post agnitionem Christi agentes aliquid, quod non placeat Deo, remissionem ultra non habeamus delictorum, sed excludamus a regno eius]* Hec enim dicta sunt ab Iræneo, non ad Nouatianorum dogma souendum, sed ad impios exterritos, ne quantum est ex parte ipsorum peccatorum, in eum deueniant statum, vt in penam delictorum precedentium hoc sit illis pœna peccati, quod non illis spiritus penitentia tribuatur, per quem delentur peccata. Sic Nissenus in hom. 13. in cant. emphaticè locutus est, cùzit, non licere omnino iuramenta. & sepè in S. Chrysostomo similia de iuramenti obseruādis, quibus volebant indicare rarissime cum debi-

tis requisitis iurandum: quam raritatē emphatica locutione, videlicet non esse iurandum, declarabant.

XV. Cautela, quod cum non essent quæstiones motæ ab aduersarijs multas propositiones PP. negarunt, vel assuerunt, que in sensu vero Catholicè sunt, falsæ vero, vt ab hereticis affluebant: putabant autem in sensu Catholicō ab omnibus sine tergiuersatione intelligi. Unde hæc perpendens Augustinus primo contra Julianum, cum obijceretur contra peccatum originale Chrysostomi authoritas, quod dixerit, parvulos non coquinatos peccato, ille excusat, & sensum bonum explicat (vt supra iterum annotauimus) intellexisse, non haberet parvulos peccata propria. & obijciente rursus Julianum, cur non ipse addidit propria? ait Augustinus: cur putamus? nisi quia disputans in Ecclesia Catholicā, non se aliter intelligi arbitrabatur, tali quæstione nullus pulsabatur. Sic etiam cum Nissenus dicit lib. de vita Moysis, eum qui facte, nempe animo peccandi, baptizatur, ne dum sacramentalem tetigisse aquam: intelligentius est pie, & Catholicè, nempe quantum ad fructum gratiae: alibi enim constat Nissenus sanam doctrinam continere in eadem thesi. Sic etiam cum dixit hom. 7. in cantica in resurrectione non futuram sexum distinctionem, pie intelligendus est, nempe quantum ad usum, sic enim uiuent, ac si non sint futuræ sexum discretiones.

XVI. Cautela, quod ne mysteria proderent infidelium oculis, & imperitis, in sermonibus, & homilijs maximè, obscurioribus uerbis usi sunt, id obseruauit S. Thomas in Dionysio. *Est autem considerandum (ait) quod S. Dionysius in omnibus libris suis obscuro uerbo styllo, quod quidem non imperitia, sed ex industria, ut sacra, & digna dogmata ab irratione infideli occultaret.* Unde & S. Ioannes Climacus scala 27. ait. *Non clare narravit contemplationem sanctus, eo quod noluit omnibus talia reuelare.* Quod si ut dixit Demetrius Phalerius, *mysteria allegorijs exprimebantur, ad terrorem, & horrorem tanquam in adyto, & nocte, ut ostenderetur reverentia sacræ dogmatibus, eo styllo obscuro usus est Dionysius, ne sacra à prophaniis contaminarentur, ex Clem. Strommati doctrina, tum ut altitudine nem mysterij altitudine sésus difficultorum uerborum delectu significant, & torporem excuterent ex difficultate nostræ intelligéti, indeque assurgeremus ad auditus inquirendum: unde nec uitio id illis uerti debet, etiam si alijs scriptoribus id uitio detur, uel ex conditione naturæ, uel arte suadente ex proposita obscurè loqui. Hinc est quod obscurè de Trinitate locuti sunt, item de mysterio Incarnationis &c. maximè de Eucharisti sacramento: modo enim ad carnalē intelligentiam remouendam dicunt, non sumi, uel non comedи corpus Christi, ita dicit Augustinus in psal. 98. sed solummodo sacramentum spiritualiter intellectū in illa mandatione intelligi, id est non carnali, & ordinario modo, sed extraordinario, nempe sacramenti &c. modo ad spiritualem mandu-*

## 74 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

erationem per fidem referunt, sacramentalem mandationem, sed hæc docent secundum sensum mysticum, non negando litteralem agentes enim maxime ad populum, inculcabant, tuac esse sacramentalem mandationem fructuosam, cum coniungitur cum spirituali mādicatione, ita exponitur uulgatum Augustini cum dicit. *Vt quid pāras dentes, & ventrem cōrede, & māducasti, &c. & illud Cypriani serm. de cœna, non dentes ad mordendum acūimus, sed fide sincera panē sanctum frangimus, & partimur.* Ita similiter cum dicunt, corpus Christi esse cibum spiritualem, intelligunt non esse cibum ordinariū ad refectionem corporalem ordinatum &c. sed de his plura in controuersijs de Eucharistia Deo dante.

XVII. Cautela, quod interdum Patres dījīs, de quibus nulla erat controuersia, parcissimè loquuntur, aut nihil ferē, ut uix cognosci possit sensus Ecclesiæ: ex hac autem parca locutione, non debent aduersari ansam assumere insurgendi cōtra Ecclesiā, imo potius ex hoc silentio obuoluto magis eā uenerari debet. est cautela obseruata in 6. Synodo act. 4. ubi cum testimonia pauca Patrum allata essent circa duas operationes, dicitur. *Enim uero ex diuersis probabilitib⁹ Patrib⁹ orthodoxe fidei, licet exiguis testimonij⁹, quiarem apertam, & omnibus claram, Patres laudabiles superfluum esse censebant differere &c.* Et apud Leontium lib. de sectis schola act. 8. tom. 4. Biblioth. obiectibus hereticis, à Synodo, & à S. Cyrillo nullā factam esse mentionem huius locutionis, nempe diuinam verbi hypostasim ex duabus naturis cōstantiæ, dicitur, quod obiectio facile soluitur. Verum uno verbo isthac omnia subuertimus. Synodus illa quasi quæ communia, & in confesso essent, omisſe: nam aduersus Euthych. differebat, qui ex diametro, cum Nestorio pugnans, & ista citra controuersiam fatebatur. Non est autem necessarium, vt quæ confessæ sunt, omnino ponantur, sed licet ea nonnunquam omittere. Satis hoc Synodi priores ostendunt, quæ pleraque confessæ in pluribus omiserunt.

XVIII. Cautela est, inspicere testimonia Patrum, à quo fonte sint citata; nam citatio ab hereticis facta, suspecta esse debet: unde cogendus est proferens, ut fontem limpidum, uel ex orthodoxis translatum proferat, non autem quæ u.g. ex Philippi Melanthonis, & similiū locis communibus sunt deprompta: uel urgeat aduersarium, ut Patris illius, qui citatur, clariora proferat, per quæ dilucidetur obscura, & inuoluta, quæ assumit in falsi sui erroris fulcimentū. Quare traslationes Patrum, à quibus auctoribus sint factæ, num ab hereticis, uel Catholicis diligenter inspiciendæ, Catholicorum tutò amplectendæ, hereticorum cum delectu rimandæ, exoplodendæ. Rursus oportet respicere alios interpres, si aliqua sententia duriuscule sonet. Sic putanda sententia Nissenii (quæ dicit, *nendum sacramentalem tetigisse aquam indignè sumentem baptismum*) non recte ueria. Item ad fontem originalem interdum recurrentum, sic putant quidam corrigit ex Græco illum locum

Nissenii de uita Moysis, impossibilem esse Dei visionem, & satis declarari. Sed commodiorem supra reddidimus responsionem.

XVIII. Cautela. Chronologia temporum, in quibus Patres uixerunt, ob oculos diligenter uersanda, & Patres, qui in communione Ecclesiæ decesserunt, ijs præponendi qui in fide clausi carunt. Rimanda, etiam que Patres nonnulli ante definitionem Ecclesiæ protulerunt, & per decreta Ecclesiæ emendata, ut dictum est ex prima cautela.

XIX. Quod circa consuetudines Ecclesiasticas, locuti sunt de illis tanquam adiaphoris antequam ab Ecclesia firmarentur, & in hunc sensum locutus est Hieronymus ad Lucillum cūscripsit, de consuetudinibus Ecclesiæ, quæ contra fidem non sunt, *vnamquamque prouinciam posse abundare in suo serufo.* Vnde perperam Adiaphoristæ hoc loco Hieronymi abutuntur ad tollendas tum generales tum particulares consuetudines, easq; abolendas, indifferentiam, & adiaphoriam introducentes: nam licet multæ consuetudines tam generales quam particulares indifferentes quondam fuerint, postea interueniente præcepto Ecclesiæ, uel longi temporis præscriptione, adiaphoræ esse desierunt: preterquam quam nihil aliud ibi intendit Hieronymus (qui eo loco de particularibus consuetudinibus loquitur) unius particularis prouinciaz obseruatione n, alterius prouinciaz contraria consuetudine non esse subuertendam. vnde expresse ait. *Aliorum consuetudinem, aliorum contrario more non debere subuerti, & quod hec sit mens Hieronymi apparet ex eo, quod loquitur de temporibus ieiuniorum, circa quæ varias extitisse Ecclesiarum diuersarum consuetudines, apparet ex Aug, Ambroſio, & alijs*

XX. Quod que iuxta subiectam materiam locuti sunt, non debent pro generali axiomate in omni materia usurpari. Exemplum est in edito Hieronymi, qui loquens de sententia quorundam dicentium Zachariam filium Barachie occisum inter templum, & altare (eo quod Dominicum prædicaret aduentum) fuisse Patrem S. Ioannis Baptiste, in cap. 23. dicit: *Hoc quia de scripturis autoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Quod tamen sub hac generalitate verborum perperam postea à Kemnitio in examine 4. sess. Trid. fol. 26. p. par. eleuatum est in hanc formam. *Quod de scripturis autoritatem non habet eadem facilitate contemnitur, qua probatur,* ad infirmandas traditiones, Hieronymus enim iuxta subiectam materiam loquitur, contra quosdam, qui apochryphorum somnijs delectati, illam fabellam de Zacharia Patre S. Ioannis inuexerunt; vt sensus Hieronymi sit. Hoc quod ab istis apochrypha tradentibus de scripturis autoritatē non habet, & ex apochryphis & nec legitimis historijs comprobatur, contemnendum est.

XXI. Quod interdum aliqua dogmata, quoad questionem *an sit* firmissimè suscipiunt, dubitant tñ de qualitate, & quomodo, (vnde prima facie sic loquuntur) vt de *an sit* dubita-

Dubitare videatur, cum minimè dubitent. exemplum esse potest in Aug. in Enchirid. c. 69. vbi prima facie de Purgatorio (vt obiecit Petrus Martyr in comm. 3 ad Cor. 1.) dubitare videatur: at enim. *Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile nō est, & utrum ita sit quæri potest, & aut inueniri aut latere nonnullos fideles ignem quandam Purgatorium, quālō magis minusnē bona pereuntia dilexerunt, tantō tardius citiusque saluari. sed nunquam de Purgatorio dubitauit Aug. tamē cum fide certa Purgatorijs, poterat cōtingere dubitatio de qualitate pœna tempore. Quamquam Augustin. de genere peccati dubitare videatur, hoc est de minutis peccatis, an solum satis sit huius vita penalitatibus, morte, iactura bonorum expiari, an vero restent reliquie talium peccatorum flammis Purgatorijs adhuc expiande.* Similiter cum 12. de Genes. cap. 31. dicit animam non videre Deum hac carne vt vident Angeli, non dubitat animas perfectorum non posse videre Deū sine carne, sed de modo nō sic se explicat. *Sed utrum ad contemplandum cordis oculis veritatem, sicut dictum est, faciem nihil ex hoc minus habent (quia videlicet carent corpore suo quod naturaliter appetunt) non hic locus est disputando inquirere] non ergo dubitat de faciā visione, sed de perfecta possessione, vt eis nihil defit, hoc est de perfectissima visione extensiū erit maior, faciens gloriosum corpus, & quia extensiū melius operatur anima in corpore glorificato, quam sine illo.*

XXII. Quod interdum præter communes modos loquendi nouum modum excogitarūt, qui piē intellectus plurimum valebat ad hæreticorum peruvicaciam retundēdam. Vnde S. Augustinus tract. in Io. 12. 1. dicit Ecclesiæ charitatem suorum participum peccata dimittere, & 3. de baptis. cap. 17. per orationes sanctorum spiritualium tanquam per columbæ gemitum, magnum dicit geritur sacramentum. & non est sensus ex opere operato à iustis peccata dimitti, sed signatur ea loquendi noua formula, non fieri in baptizatis remissionem peccatorum, nisi etiam quis fiat membrum viuum columbæ, & particeps orationum Sanctorum, qui impetrant baptizandis interiorē penitentiam, & hoc dicunt, & ad technas Donatistarum eludendas, qui putabant hæreticos non posse ministrare baptismum, cum sint maculosi, & extra Ecclesiam, illosque sudendos, non solum instrumentum, hoc est ministrum attendendum, sed etiam charitatē Ecclesiæ, & iustorū orationes, vt quāuis minister, ex potestate baptizet, charitas & oratio Ecclesiæ, valent quoque ad remissionem peccatorum. Sic locutus, est S. Basilus lib. 5: contra Eunom. dicendo, quod Spiritus sanctus sit, imago Filii, item Verbum filii, id dictum ad evitandum errores ne diceretur Spiritus sanctus Filius Filii, & ad solam congruentiam nominum respexisse videtur.

XXIII. diligenter annotandi sunt tractatus Patrum, an ad populum, an commentando, an disputando aduersus hæreses sint editi, an simpliciter doctrinam Ecclesiasticam tradebant:

plerumque enim quedam per excessum dicta sunt à Patribus, cum ad populum loquerentur. exemplum est in Chrysostomo qui hom. 3. in ep. ad Epehs. dicit quod, *frustra habetur oblatio quotidiana, cum nemo sit, qui participet.* vbi dicere vī, melius esse non interesse sacrificio, quam interesse, & non communicare: id enim per excessū dictum est ad segnitiem Christianorum depellendam, qui se indignos, & impares dicebant, ac proinde se à communicando abstinebant, contra quos inuehitur dicens, *melius facturos, non venientes ad sacrificium, & non communicantes, quam si conuenirent, & non communicarent.* Ceterum ex hom. 3. de incomprehensibili Dei natura, cū contra Anomaois disferebat, hortatur tantum, vt maneat, absque vīla communionis mentione. Amplius Basil. hom. 11. per excessum ait. *Angore, & horrore corripetur omnis creatura, sudorque anhelus & inexplicabilis coorletur, ipsi etiam pertrepidat, anxijs pro sententia, qua tandem proferetur: Abraham, & ipse tunc aderit, non sine agonia &c. & mox ne Angeli quidem sine timore sunt futuri. que verba per hyperboleū dicta, sicut etiam dicitur tremunt potestates.* Vnde idem S. ibidem hoc dicit de agonia dicta, non quasi veritus, ne in gehennam condemnetur, verius quem nam inter iustos sortitus sit ordinem, primum an secundum &c. codem modo locutus est Niss. orat. 5. de beatitud. vbi docet iustos in aduentu Domini dubios esse futuros. & quis non videt esse hyperboleū orationem? idem dicit orat. 2. de hominis procreatione.


XXIV. Phrasis in qua PP. scripsierunt attenda: multoties enim Latinis auribus incongrue sonat quod in Græco suam habet proprietatem, vt nomen cause in Patre respectu Filij, quod apud Latinos aptius nomine Principij exprimitur. Item in Basili. lib. 5. contra Eunom. bis repetitur ista vox. *Trinitatis unio: & certe in personis non est unio inter se, sed unitas est quoad diuinitatem, distinctio quoad personas.* quia tamen vox Græca unitu salior est quam Latina, in ea improprietas non repertitur. Hæ paucę cautelę de multis, quas alijs possunt obseruando, & his nostris addere lucubrationibus.

### Solutiones oppositionum.

**A**d I. & II. Respondetur opus esse scholastica, vt principia explicitur, & fontes foras, id est ad nos deriuentur.

Ad III. Verbis illis asperis, & inconcinnis, obstrusi sensus PP. explicitantur apertius.

Ad IV. Ante Magistrum, semper fuerunt in Ecclesia spirituales tractatores, qui antiquorum dicta elucidabant.



# 76 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

## ARTICVLVS X.

Vtrum magis in dogmatibus sit credendum PP, an populo, vt si ex vna parte esset populus, ex alia PP. chorus consentiens, diuersa tamen sentiens, magis debemus sequi populū, quam proceres Ecclesiæ,

### Positio Hereticorum.



Olenne fuit omnibus hereticis populi iudicium, Ecclesiæ, & Patribus præponere. Ariani suas hereses tuebantur, quod magnam partem populi suæ heresi haberet obsequentem, erexit vero hæc scintilla in eam flammatum, ex Socrate lib. 9. c. 2, quod peccatum euagata, primum inter satellites, qui palatium frequentabant, deinde per multitudinem animos, qui vibem incolebant, peruersitatem, & illius mali contagio ad alias prouincias permeauit.

Donatistæ eo titulo suos subornabant, quod maior pars populi ipsis, potius quam orthodoxis præbent assensum. ex Roffensi. lib. de lenti. contra capt. Babyl. cap. 9.

Lutherus ne latum vnguem ab his discedēs, plebis iudicio tantum detulit, vt illis de doctrina, iudicare concederet, dicens in libro captiuit. Babylon. de doctrina cognoscere, & iudicare perinet ad omnes, & singulos Christianos [& iterum] Hoc autem non solum ius, sed preceptum statuit, vt hæc sola autoritas satis esse queat aduersus omnium Pontificum, Patrum, omnium Conciliorum sententias &c.

### Oppositiones.

**P**rimo arguitur ex scrip. Io. 10. vbi dicitur: *oues meæ vorem meam audient &c.* vbi (ait Luther.) Christus oues facit iudices, & ius cognitionis transfert ad auditores.

**II.** 1. Corinth. 2. vbi dicitur *omnia vestra sunt, sicut Paulus sicut Cephas &c.* planum habent sensum ait idem, hoc est, de omnium dictis, & factis iudicandi ius habetis &c.

**III.** Quia multi orthodoxi docet fidem Ecclesiæ, laicorum testimonium non excludere, sed includere, vnde Paulus ad Galatas scribens cap. 1. *Paulus Apostolus &c.* & qui

*mecum sunt omnes fratres, Ecclesijs Galatia.* Ita Valdens. lib. 2. cap. 22. t. 1. firmum ergo ex illorum consensu desumi potest argumentum.

Confirmatur ex praxi veterum. Nam Ecclesiasticus scriptor apud Euseb. lib. 5. c. 27. Athemonis heretici perfidiam retundebat, ex popularibus hymnis dicens [Quot psalmi, quot hymni à fratribus fidelibus antiquitus præscripti, qui Christum verum Deum esse concentu quodam concelebrant?

Item S. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 29 ex populari quadam cantilena ad accensionem lucernarum facta hora vespertina, dogma de Spiritu sancti diuinitate, probat. *Quis autem ait fuerit Autor verborum illorum, quæ dicuntur, in gratiarum actione apud lucernas, dicere non possumus. Populus autem antiquam profert vocem, neque cuique dicitur impietatem committere, qui dicunt. Laudamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu.*

S. Augustinus, obijcienti Julianu dogma de peccato originali esse murum populi respondebat. Nec tibi ut calumniaris solum populi murmur opponimus, quamquam, & ipse populus aduersum vos propter ea murmurei, quia non est talis quæstio, quæ possit cognitionem etiam fungere populari. Diuines, & pauperes, excelsi, atque infirmi, docti, atque indotti, mares, & feminæ nouerunt quid cuique atati in baptismate remittatur: & postea. Quasi parua sit eius assertio, quod in hoc fide firmissimo fundamento, ipsa toto orbe diffusa, non à se descrepat multitudo. primo contra Iul. cap. 12. Ex eodem consensu populi 20 de Ciuit. cap. 19. docet aduentum Eliæ certò futurum. Celebre ait, hoc est in sermonibus, cordibusque fidelium. & Epis. 99. deliberatione Ad. à limbo sic loquitur. *De illo quidem primo homine patre humani generis, quod eum ibidem soluerit, Ecclesia ferè tota consensit, quod eam non inaniter credidisse credendum est, etiam si scripturarum canonarum expressa non proferatur authoritas.*

**IV.** Rationibus. quia plus vident oculi quam oculus, & multitudo plus potest penetrare aliqua, quam pauci sapientes. Nam sicut continet multitudem in unum conuenientem, esse meliorem, ac magis virtuosam, quam paucos virtuosos, ita, & in cognitione: vnde artes quoque sic perfectionem nactæ sunt, quod aliqui diuisim aliqua inuenerunt, sed omnes simul omnia, ergo idem in dogmatibus dicendum.

Confirmatur quia vulgatum, & tritum proverbiu est quod, *vox populi, vox Dei.* ergo &c. etiam ex populi instinctu firmum ducitur argumentum in Sanctorum canonizationibus. Quin? quod benè fortunati sunt potius insipientes, quam sapientes: vnde ex Arist. tract. de bona fortuna, ijsdem insipientibus non expedit consiliari, quia à Deo aguntur, & diuinis sequuntur instinctus, quod sapientibus non præstatur, qui prudentia, & consilio ducuntur, & ratione mouent se ad operandum.

# De Patrum sensu, & authoritate.

77

## Confutaones eorundem ex orthodo- xorum firmamentis.

**S**ed contra est Primo Scripturæ authoritas Exod. 23. dicitur, ne sequaris turbam ad faciendum iudicium, ubi glossa ibidem, non populum sequendum docet, sed Sacerdotes, quæ licet sint pauciores, sani tamen sunt consilii.

C. 18. Esto tu in populo in ijs, quæ ad Deum pertinent, ut referas que dicuntur ad eum, ostendasq; populo ceremonias, ritumque colendi, viæque per quam ingredi debent de populo vero dicitur. timuitque populus dominum, & crediderunt Moysi feruio eius. Sacerdotum ergo est iudicium, populi est obedientia, cuius non est legem præfigere, nec determinare, nec Sacerdotem præfocare, ut secundum ois placita definiat, &c.

Ad Ephes. 4. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & doctores ad consummationem SS. ut iā non simus parvuli fluctuantes, & circumfera aurum omni vento doctrina &c. Patres ergo, & Pastores positi sunt, qui populos tanquam parvulos instruere debent, non populi, qui consolidandi sunt per doctores atque firmandi.

P. Thimoth. 6. OT timothee depositum custodi, nomine Timothei, Sacerdotes & Doctores intelliguntur, ex communi interpretum, & Vincentio Lerinensi lib. contra profan. voc. nouit. c. 27. apud quos non apud imperitiam multitudinem conferatur.

II. Principaliter probatur ex PP. S Ignatius epistola ad Trallianos. At nollem obstruitora vobis scribere: & ne parvulis vobis obsim; metuo ne vim mysteriorum minimè capientes stragulimenti.

S. Dionysius. ad Timotheum. Sed observua diligenter, ne sancta sanctorum efferas, ne uero profanis hominibus violanda permittas, verum reuereberis magis, nequaquam ea passim rudibus tradens, sed sanctis solis, sanctorum rerum intelligentias sacratius pandens. Quomodo ergo iudicare possunt de doctrina, & sacris dogmatibus, quibus nec subtiliora mysteria credebant?

S. Gregor. Naz. in Apologet. Quamuis multi ad montem acciti, aduocati que fuisse, inter quos Aaron etiam erat, duobus filiis, ijsque Sacerdotibus comitatus, & septuaginta seniores, ceteros tamen omnes eminus adorare iussos esse; Moyses solum proprius accessisse, plebem vero ne simul quidem ascendisse, tanquam videlicet non cuiusvis esset Deo proprius iungi, sed eorum dunt taxat qui Dei gloriam. Moysis instar, conspicere possent. Cumque Moyses legem de manu Domini susciperet, fulgura, & tonitrua populos inferiori loco cohibeant, adeò, ut præclarè feci agi arbitrarentur, quod vel solum Dei vocem audire, idque hac lege, ut seipso ante summa cura diligentiusque purgarent. At Moyses ascendit nubemque perrumpit, & ergo que, & tabulas accipit, crassioribus quidem litterales, acutioribus autem spirituales. Quid ita? ut popu-

Ius ad subtilia dogmata rimanda non se intromitteret, nec auderet Sacerdotibus tabulas porrigerere, sed à sapientioribus, & Sacerdotibus diuinam legem, eiusque intelligentiam acciperet. Vnde idem Sanctus in Apologet. conqueritur quod populares auderent de diuinis differere, & iudicare: Metus omnis ex animis pulsus est, in eiusque locum subrogata impudēta, cuiusvis est scientia, & profunditates. Et iterum. Qui in plebeio ordine grandiores, atq; prestantiores sunt, quin potius hi aperitum quoque bellum Sacerdotibus inferunt, subsidium ad persuadendum habentes pietatem, an non bellum Sacerdotibus inferretur, si relictis Patrum, & antiquiorum doctrinis popularis, cōsensus illis præferretur?

Et in oratione ad Arianos, eosque qui multitudinem popularem Gregorio obijciebant, sic dicit. Vbi sunt qui Ecclesiam multitudine definiunt, gregemque exiguum auspicantur, qui diuinitatem metiuntur, & plebem appendunt? qui arenam in pretio habent, & ipsa mundi lumina contumelij afficiunt, qui denique conchas aggerunt, & margari as contemnunt? nec enim sciunt quanto arena, & conchæ stellas perspicueque gemmas multitudine superant, tanto vicissim illis, & puritate, & pretio, dignitateque præstare, pluris ergo stimanda iuminaria Ecclesie, quam minutæ populorum arenae.

Et oratione ad 50. Episcopos ait. Quemadmodum igitur se adolescentuli in medio foro lustrarent, turpe admodum esset nobis que indignū, relictis studijs nostris, vitaque institutis, cum illis colludere (neque enim puerorum ludi senectudem decent, eodem modo, nec se alijs mutro se versantibus, atque iactantibus melius quidem ipse quam vulgus seniū amenus eorum esse malum, quam, ut sum, cum obscuritate liber. Ac præterea ita quodammodo afficior, ut non admodum mihi cum vulgo conueniat, nec eamdem viam ingredi sustineam.

S. Ioannes Chrysostomus hom. 2. in Ioannem ait. Quid multitudinem esse arbitraris? procul dubio desiderem, & nullæ bone deditam respöderes. Quid autem an ex illius numero fieri optares? Si quis eundem iterum interrogaret, nō viique mihi assensurum persuadeo. Nonne igitur maxime ridetur cum est gloriam eorum (adde à sortiori iudicium) auçupari, quorum nemilis quidem esse velles? Si autem dixeris multos etiam constantes viros hac esse sententia; idcirco longè magis contemnendos dicimus, nam se sponte sua contemptibiles cum multi fuerint, maiorem in modum digni sunt, qui contemnuntur: singulorum enim amentia simul collectæ multitudine ipsa fit auctor. Quamobrem si quis eos signatim castigaret, facile quod vellet assequeretur. Sincuctos simul nullus esset correctioni locus, cum numero ipsa stultitia crescat, & pecudum more ducantur quorum inuicem secularem gloriam, atque opinionem fecuti.

Et tom. 5. de Sacerdotio lib. 2. Non oportere, ait, vulgarem infamiam, atque opinionem sequi, eaque esse contentum, & infra assignans rationem ait. Nam sepe vsu venit, ut vulgi opinio falsa sit: a qua tamen nihil periculi exoriri pos-

## 78 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

*Sit si res ipsa tota perte prius exactè ac diligenter discussa, atque examinata fuerit. multo magis per PP. examinatur.*

*Et lib. 5. de vulgo docet, quod *Eius est conditionis, citra omnē delectum, & iudicium audire, & eloqui cum assuefecerit, id omne quicquid occurrit, temere proloquatur, nulla prorsus veritatis ratione habita.* Et ibidem, plerumque ait propter *unius Præfusū imperitūam, qui ab hereticis impeditur, multis populus in extremā perniciem præceps reperitur, dum (ut eodem loco dicitur) aduerterit ducem vitium esse, ac nihil habere quo se contra aduersarios tueatur, & iam non vici infirmitatem, sed dogmatis potius imbellicitatem vitiumque causantur.* Quomodo ergo potest *Præfusū* docere, qui infirmatum *Præfusū* non potest ab errore renocare? en quantum existimat vulgi iudicium.*

*S. Ambrosius epist. 32. ad Valentinianum Imperatorem. Si docendus est Episcopus à laicis, quid sequetur? laicus ergo disputeret, & Episcopus audiat: Episcopus discat à laico. hęc ille. Similis ergo consequentia, fieri potest. si contra Patres populus est audiendus, populi ergo disputeret, & Patres audiant: Patres discat à populis, populi parentes edoceant.*

*S. Thomas Aquinas 3. par. quest. 46. art. 10. in respons ad 3. vbi recensisset ex Chrysostomo, quod Caluarie locus, sit ab eo euētu ita appellatus, quia ibi sit caput primi nostri Patris cum cadiuere conditum, subdit S. Doctor: Fauorabilis interpretatio mulcens aures populi, non tam vera, & non ob aliud, nisi quia grauiorum Patrum sententia obstat. Vnde potuit populi sensum, & gustum, sententiæ procerum Ecclesiæ præferre.*

*III. Principaliter rationibus. Prima quia, altiora, præsertim grauiora mysteria, fideique subtilitates captum popularem excedunt: non ergo ad populos spectat de illis discretio, atque iudicium. Antecedens patet experientia in materia de prædestinatione, iustificatione, peccato originali &c. Consequentia manifesta, alioquin, vt dicit Tertull. in Apologet. cap. 1. Nihil iniquius est, quam vt homines oderint quod ignorant, etiam si res meretur odium, tunc enim meretur cum cognoscitur an mereatur. Optimus autem ille iudex est qui cognoscit, & intelligit quod ignorat, etiam si res mereatur odium. Quare duplex peccatum erit populi temere iudicantis de dogmatibus, & de sua sapientia nedū super, sed contra senes, & Patres se extollentes; ignorantia scilicet eius dogmatis (quod tam Patres probant) & iniustitia, odio habendo quod nesciatur, cum bonum esse possit quod ignoratur.*

*Ad hęc accedit, quod cum crassa intelligentia sit populus prædictus, nec sensibilia trascendat, non potest ea capere quæ à sensibus carnibus sunt remota, & quæ sensibus non præsto sunt: fidem potius, quæ à sensibus elongata respicit, dementiam deputabit: non potest autem (dicit Tertull. ibidem) demetiam dicere, qui reuincitur ignorare. Insuper ex eodem, talis est popularium cognitione, quod *Laudant quæ scire**

*putant, vituperant quæ ignorant, & id quod sciunt, è quod ignorant corruptunt, cum sit iustus occultia de manifestis præindicare, quam manifesta de occultis damnare. Vnde idem Tertull. refert quod Anacharsis Philosophos ignorantes musicam, deridebat de musicis ferre iudicium, & dicit, quod multo magis imprudentes damnasset, si de prudentibus vidisset ignoratos, & populares iudicare; cum culpabili sit imprudentia quam amusia.*

*II. Quia vulgaria sectantes, & non sapientiū, & Doctorum sententias, cæco potius impetu seruntur, quam certa ratione atque iudicio: ergo &c. Vnde Seneca lib. de vita beata cap. 1. & 2. nihil ait magis, *præstandum est, quam ne pecorū ritu sequamur antecedentium gregem pergentes non quod eundum est, sed quod itur.* Nulla res maiorum nos malis implicat, quam quod ad rumorē componimur, optima rati ea, quæ magno assensu recepta sunt, inde est tanta coaceruatio aliorum super alios ruentium, & quod in omni vita accidere videmus, nemo sibi tantum errat, sed alieni erroris causa, & auctor est. Loquitur autem Seneca de populari multitudine, quibus sapiētum dicta, maximè antiquorum solent esse molestia, eiusque mens ex lib. 7. naturalium 99. c. 1. deprehenditur, ut enim ibidem. Qui antiquitate neglecta, nouitate magis dñeantur, similes ijs sunt, qui quotidiana, & si admiratione digna sunt, transeunt. Nos spectatores sol, nisi cuncti deficit non habet, nemo obseruat lunam nisi laborantem, tune omnes conclamant, tunc pro se superstitione vana trepidant: quare illa maiora sunt, quod sol toridem gradus quotidie habet, & annum circuitu suo claudit. Hinc illud prouerbium Pythagoricum relatum a Manutio in adagijs pag. 30. per publicam viam ne ambules, quod S. Hieronymus ita est interpretatus. Ne vulgi sequareis errores, seculi videlicet decurrentis cum impetu passionum, quas semper secuntur prava iudicia. Non autem intellegit de via antiquorum de qua scriptum est. interrogate de semitis antiquis, &c.*

*III. Quia si populi consensus præter vel contra PP. doctrinam esseratur, nihil esset inconstans fide nostra, nec enim tantum annuales sed menstruæ, immo diariæ fides in dies conderentur, inconstantiae, & varietati vulgi subiectis eius mysterijs. Patet id experientia. Nam Hebreorum populus, non obstantibus tot beneficijs diuinis suscepit, postposito vero Deo, conflatilem vitulum adoravit. Similiter idem populus miraculis Christi illustratus, cibo satiatus & post triumphi gloriam, eum quem, vt prophetam, & Messiam proclamarunt, cruci affixerunt. Sed & aduersus Paulum, & Barnabam, idem Lycaones, quos tamquam Deos colerunt, statuerunt diuinos honores parantes, vnius diei periodo, sic sunt immutati, vt aduersus eos insurgerent lapidibus Paulum impetentes, illum veluti mortuum relinquentes, Actorum cap. 14. Et vt idem, historijs Ecclesiasticis, ad oculum ostendamus; Alexandrinus populus aduersus Arij dogmata, Athanasio eorum Patriarchæ fuit deuinctissimus, & loco Petri Alex. viri orthodoxo-*

thodoxi, quem futurum Episcopum Athanasius commendarat, Lucium quēdam Arianum sufficerunt, ex inconstantia, & nausea populari, & ceterata fide Catholica, sub Arianorum vexilio militarunt, &c.

Vltimo arguitur ad hominem. Nam idem Lutherus, ut bene annotauit Roffensis inclitus Christi Martyr contra captiuit. Babyl. cap. 11. idem plebis iudicium quod toties magnificat, & inculcat, alibi extenuat, & infirmat; sic enim ait loco cit. Lutherus: *Quid mihi cum multitudine, & magnitudine errantium fortior est omnibus veritas.* ecce hoc loco confisus ei (quam opinatur) veritati, pro nihilo dicit, quod multitudo sibi aduersetur. Sed vetustior fuit hereticorum aliorum fraus, videlicet, modo multitudinem damnare, modo multitudine se tueri. De Nouatianis scripsit Socrates lib. 9. cap. 19. quod cum optimi Principis Theodosij studio, pax suisset Ecclesiae reddita, & Nouatiani relictis erroribus se Ecclesiae incorporassent, maximaque pars Arianorum, Eunominianorum, atque Macedonianorum à suis heresibus resipuerunt (paucis episcopis exceptis qui contumaciter in sua vesan a perstiterunt) quamvis prius hi de sequacum multitudine vulgari glorriarentur, ab istis destituti, illud Christi Domini pro se, falso tamen usurpabant, multitudem contemnentes: *multi vocati, pauci electi.* Ergo &c.

### CONCLYSIO CATHOLICA.

*Non est posponendus Patrum consensus populari iudicio.*

**R**espondeo dicendum quod etiam in Dei rebus lumine naturali cognoscibilibus, ut scripsit Tertull. lib. de resurrect. carnis cap. 3. Quædam natura nota sunt, quædam apud sapientes. Et quidem in ijs quæ apud omnes nota sunt ex Tertull. lib. de testimonio animæ, ex communi populum consensu etiam firmū deduci posse argumentū docet, dū ad probationem Dei existentia, immortalitatis animorum; vulgarem animam, simplicem, impolitam, non scholis firmatam, nō bibliothecis exercitatum, non in Academijs instructam, de conscientia testimonium proferentem, ac ita pronūciātem adducit: *Si Deus voluerit: Si Deus dedit: rit: te Deo commendo: Deus reddet: Deus inter nos iudicabit.* In ijs vero quæ apud sapientes nota sunt, quorum simplices, & vulgares rudes conceptiones habent, quæ à doctis sciri possunt, ab imperitis vero solum credi possunt, non à vulgo testimonium sumi debet, cum contra sapientes sentiunt, nec enim quæ tunc populus contra sapientes proferret, pertinerent ad pietatis rudimenta, sed ad impietatis elementa: nō enim tunc quæ profert simplex, & vulgaris animus à lympto fonte rationis emanat, quæ corrigit sensus aberrantes, sed ex turbatis sensibus ob phantasmatum permixtionem, vel familiaritatem opinionum, vel philautia passionum, aut sympathia sententiarum, aliquid sibi contra-

veritatem eligendo, & à lumine naturali discordanter, ut ibidem egregie idem Tertullianus præponderat.

Porrò in ijs quæ ad sacram doctrinam pertinent, & captum nostrum excedunt, distinguendum quoque est: quod quædam sunt ad fidem pertinentia, quæ ad notissimam pertinent regulam veritatis, omnesque fideles ad ea tenēda cōfingunt: quædam sunt quæ subtiliora sunt, & ad perfectorum pertinent cognitionem, cuiusmodi sunt arcana mysteria, quæ plebi abscondenda præcipiuntur, & sublimiora de quibus dicit A post. *Sapientiam loquimur inter perfectos,* & ea, quæ pertinent ad credendorum explicationem, ex creditis deductionem, eorumdemque defensionem, quæ proceres, & sapientes Ecclesiae cognoscere debent. Si ergo loquamus de assentiū rerum primi generis, benē ex consensu, & communī iudicio Fidelium ex doctrina maiorum, & pastorum atque Doctorum pariter emanat; & est viua imago fidei maiorum, quod, & si non sit distinctivum, est tamen testificarium, & signum doctrinæ Patrū, per quos fidei mysteria plebibus tamquam cibaria dominica fideliter sunt administrata. Vnde Sanctus Augustinus primo de peccatorum meritis, & remissione cap. 24. ex populi quoque voce, per baptismum dari remissionem peccatorum (quæ res ad publicam fidem pertinet) probauit, dicens *Opiimè Punici Christiani baptismum ipsum, nihil aliud quam salutem;* & *Sacramentum corporis Christi, nihil aliud quam vitam vocant.* Et huius consensus radicem, mox ad antiquam Patrum traditionem recensens, subiungit *Vnde, nisi ex antiqua, ut exissimo Apostolica traditione, qua Ecclesiae Christi insim tenent, præter baptismum, & participationem mensæ Dominicæ, nō solum non ad regnum Dei, sed nec ad salutem, nec vitam æternam posse quempiam hominem peruenire.* Si vero loquamus de secund. generis rebus, ijs scilicet, quæ populariē tarditatem effugiunt, tunc non ad populum (cum ex August. epist. 56.) simpliciores, non intelligendi vivacitas, sed credendi simplicitas tutissimos faciat) sed ad pastores, & Doctores recurrentum, & simplioribus in arcem fidei vt idem dicit) receptis, pro eis iam tuissimè positis, fortissima ratione pugnetur. Hac autem defensio, non per omnes de media plebe præstari potest, sed ex eodem Augustino, *Per pauciores piè doctos, & spirituales viros, quos copiosissimis apparatus clementissimus fidei nostræ Imperator etiā in uitissimæ rationis armavit.* Velle ergo populari iudicium in huicmodi, Patribus, & maioribus præferre, nō sapere sed desipere est, & hierarchiam Ecclesiasticam penitus eradicare. Quare meritò à Celestino Papa id sanctum est, & habetur d. 36. cap. 2. *Docendus, ait, est populus, non sequendus.*

# 80 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

## Solutiones oppositionum.

**A**D Primum oues Christi vocē eius audiūt, dum pastorum vocem auscultant, vnde Christus Dominus sequitur: *vocem alienorum non audiunt, sed fugiunt ab eis*: dum enim pastoribus, quos Christus posuit regere Ecclesiā suam, obsecuntur, fallorū prophetarū, & H̄esiarcharū dogmata, audire detrectant plebes. Quae autem vox sit pastoris, quae vero aliena, in communib⁹ dogmatib⁹, communī, & publico Ecclesi⁹ magisterio, & per maiores, & Patres qui ea tradiderunt agnoscunt, atque disiudicant, etiam vulgares, iudicio scilicet discretiō, quid ad publicam fidem attinent, quid vero ad perfidiam. Ex hoc autem communī iudicio, quod à Patribus emanat, firmum ducitur argumentum. si qui vero spretis Patribus muro irrupto intrare presumperit, sur, & latro deprehenditur, aliunde quam per ostium absque ostiarij introductio intrando.

Ad II. manifesta est eius loci à Luthero facta extorsio, eo namque loco, vt notat S. Chrysostom⁹ homil. 10. cohibet magistrorum insolentia, ostendens non plebem factam propter magistros, sed magistros gratiam acc pisse propter instruendam plebem. Propter hos enim ait tales facti sunt, sed & gratiam acceperunt. Ad cohibendum vero plebis temeritatem, ne supra magistros se efferret, subdit Apostol⁹ *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi: iudiciumque plebis quanti faciat ostendit, dicens: mihi autem pro minimo est, ut à vobis iudicer &c.*

Ad III. exponitur illud dictum Vvaldensis, quod habent fideles iudicium, vel testimonium unitatis fidei, confessionis, antiquæ præscriptio- nis fidelium: siquidem consensus in una sententia magis retūdit proteruos, & ex accessu multorum magis crescit authoritas, non inse, sed ratione recipientium auditorum. Nullo vero modo habent fideles testimonium autoritatum, & definitum aut obsignatum depositi Apostolici, quod munus est Pastorum, atque Doctorum.

Ad Authoritatem Eusebii, Respondetur re- tē illos hereticos confutatos ex hymnis quos populi decantabant, quia conformes erant Patrum doctrinæ, & à Patribus populi doctrinam illis hymnis conclusam acceperant. A maiorum quoque doctrina illa altera consuetudo (cuius meminit Basilius) effluxit. Nec ista dogmata cognitionem popularem effugiebat, nam quod Christus Dominus, & Spiritus sanctus sint Deus, inter symbolicos, & fundamen tales articulos recensetur, quos populus scire tenet, & sic patet ad Authoritatem Basiliij.

Ad Authoritatem S. Augustini responderetur, quod ibidem sanctus originem consensus populi tandem refert ad antiquitatem Patrum, quorum sententijs probarat originale peccatum, dicens [*in hoc fidei firmissimo, & antiquissimo fundamento, ipsa toto orbe diffusa à se non discrepat multitudo.*]

Ad IV principale respondetur, quod plus vident oculi quam oculus &c. quando oculi be-

ne sunt affecti, at quando oculi caligant, præstat ut oculus unus clarus dirigat corpus, quam plures lippi oculi. certè oculi sapientum in capite eius, stulti autem in calcaneo, scripsit Ambros. in cap. 10. Lucr̄, a sapiente accipiens. Multitudo quoque, quæ impetu passionum, & phantasia operatur, & vilis eit, ac bestialis carens ratione, & discursu, minus videt; illa autem multitudo, quæ ex sapientibus, & insipientibus constat plus videt, in quantum in sufficiētes dirigitur a sapientibus, & prudentibus, & sic directi, & regulati efficiunt, ut melius sit (*si regimen sit populare*) quod omnes simul sumantur, quam seorsim soli virtuosi, & sapientes, vt de republica Salomon statuit, ex 3. Politicorum. In monarchia vero satis est, vt sint cōsultores sapientes, quorum consilio regnum gubernetur, in qua Princeps plures oculos habebit, habendo sapientes, qui non vulgi placita sequuntur, sed leges, & iura seniorum. vnde Hescher. cap. 1. dicitur *Affuerus Rex interrogauit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum consilio cuncta faciebat scientium leges, & iura maiorū.* Accedit quod oculi plebis carnales sunt, sapientium spirituales: at vt dicit Chrysostom⁹ homil. 10. in Genes. cap. 2. *Neque idem præstare possunt corporales illi oculi, qui visibilia cernunt, quantum oculi spiritus, qui ea quæ non videntur, neque substitunt videre possunt.*

Ad Confirmationem. Illud axioma veritatem habet, cum ab antiquitate, & maioribus populi vox discordat: tunc vero non discordat, cum regulata est vox populi, nullo vero modo regulans. Hinc ingens illa fuit calamitas Athanasij tempore, ex Nazianzeno oratione, in eius laudem, quod fuerunt laici, profani sanctorum iudices, & noua atque inusitata mixito, mysticæ namque quæstiones, spectante vulgo tractatæ, atque iniqua rerum gestarum inquisitio, & precio conducti sycophantæ, & sententiae data mercede pronunciatae, &c. Pō ro nihil magis officeret fidei nostræ, si in eiusmodi quæstionibus difficultoribus, secundum vulgi sententiam de dogmatibus esset pronunciandum, vel secundum eius placita de sacris Antifitibus esset iudicandum. Vnde meritō Idem S. Epistola ad Philagrium quæ est 61. vulgares de doctis iudicantes, tamquam imprimis dimittendos, docet & Graculos esse aquilarum volatum explorantes. Præclare quoque Ioannes XXII. interrogatus: *quid esset à veritate remotius? dixit: vulgi sententia.*

Quando autem à populi sententia desumi potest argumentum hæ regulæ à Theologis sūt seruandæ, quas à PP. collegi.

Prima regula. In rebus fidei quas etiam populus tenet credere, ex consensu populorum tunc sumitur firmum argumentum. Patet ex doctrina Basili⁹ &c. supra exposita. ratio quia tunc populi consensus est imago sui prototypi (nempe fidei maiorum) & populi consensus procerum Ecclesiæ exprimit consensus.

Secunda regula. ad notissima, & peruvia omnibus dogmata comprobanda, eiusdem populi quoque plurimum valet testimonium, vt de

Eliz

# De Patrum sensu, & authoritate.

81

Eli aduentu ante iudicium, de primo parente  
a limbo liberato: B. Virginis assumptione &c.  
probatur ex authoritate August. supra allat.

Tertia regula. Quando nihil certi statuit  
diuina scriptura, tunc recte ait August. *mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege habenda sunt*, & de multis exemplificat epist. 118. ad Ianuarium. Nota vero diligenter, ab Augustino morem populi Dei cum institutis majorum  
merito esse copulata, nam si mos populi dissentiret à Patribus, per Patres potius corrigendus,  
quam Patres à populo emendandi. Sicut etiam  
in alijs quæstionibus fidei, nā vt docuit S. Gregorius Nazianz. in A pologetico, prouidentia  
diuina constituit, *vi alijs pascantur, imperiumque subeant, quibus id utilius est, & tum sermone, tum opere ad officium dirigantur: alijs astra, ad cōcinnitatem, perfectionemque Ecclesie Pastorum, magistrorumque munere fungantur, simirum qui virtute necessitudineque ad Deū, & familiaritate vulgus antecellat.* Vnde Iob. cap. 1 scribitur. *Boves arabant, & asini pascabantur quia S. Tho. 22. q. 2. ar. 6. minores qui significantur per asinos, debent in credendis, cohædere maioribus, qui per boves significantur,* [ut Greg. exponit 2. moral.] hæc S. Doctor.

In canonizatione quoque Sanctorum non leue testimonium est populorum, in quantum diuino instinctu mouentur ad testificationem sanctitatis, & miraculorum, ille enim qui facit concordiam in sublimibus, ipse mentem, & linguam populorum mouet, vt manifestentur opera eius, & ad idem sentiendum mouet: demque Deus est qui facit linguas infantium disertas, & dat linguam eruditam Esaie cap. 50. vt hoc sit maximum argumentum, magnumque miraculum per ineruditos, & parvulos, sublimia manifestari. Vnde in illud psal. ex ore infantium, & latentium perfecisti laudem, ubi alter alij legunt fundasti fortitudinem, dicit Cluyt. *Fozentiam tuam ex hoc maximè ostendisti, quod vires imbellis moueris, & linguam balbutientem ad illam fortificationem claram, & expeditam feceris.* & infra, quæ enim Apostoli non dum auerant (nempe per facte ante Spiritus sancti receptionem visibilem) & pueri laudibus, hymnisque celebrabant. Sed etenus habet firmatatem tale testimonium, quatenus pastoris summi calculo, à diuino instinctu profici sci declaratur: vnde & si sit manuductio Pastorum ad inquirendum, ex definitione eorundem postea, diuinæ virtutis argumentum talis sensus, & cōspiratio fuisse demonstratur. Accedit quod talis populorum sensus, atque consensus, interpretationū Pastorum habet consensum, qui propterea à Deo emanare digneſcitur, quatenus plures suis obsequuntur pastoribus, & populus suo non contradicit Sacerdoti. Quare nunquam euincitur solis populis seorsim, contra Ecclesiæ Pastores, & Doctores magis esse credendum.

Fatetur quoque magis fortunatos esse insipientes sapientibus propter perceptionem instinctus diuini, vnde magis aguntur quam agat, & se habet sicut bellum habentes instinctus naturales, vel vt ij qui amissio sensu magis distractio-

videlicet visus facultate, fortius memorantur. Verum cum bona fortuna, ex Arist. non sit circa bona moralia, sed circa bona externa, quæ actionibus nostris proueniunt nobis præter cogitationem, & prævisionem nostram, longe disparatio est de instinctu diuino in ordine ad supernaturalia, ab instinctu de quo loquitur Philosoph. nam ex Aristot. cap. 9. in multis priuatice residet: at diuinus instinctus definiendi &c. in Summis Pontificibus residet, & in Concilijs legitime à Papa congregatis, & in Pastoribus omnibus collectiu ne errant, extra concilia, cum uniformiter de aliquo dogmate sentiunt. vnde & Apostoli dixerunt. *Visum est spiritui sancto, & nobis, & Exo. 14. credidit populus in Deo, & in Moysen.* quem locum expendens Chrysostom. de fide, & lege naturæ scripsit. Coniunctus est Moyses Deo, non ut honore par Deo, sed ut minister Dei: sio & Apostoli iuncti sunt spiritui Prædicatores euangelij. quare populis demandatur illis credere, vt propinquius participantibus influxum, & instinctum Dei.

## ARTICVLVS XI.

An magis sit deferendum  
posterioribus Doctori-  
bus, quam antiquis  
Patribus.

### Hereticorum iactantia.



Hrasonicō superciliosam doctrinam extollens Lutherus, illud principium philaesticum, Germanorum animis instillauit, quod supra Patres intelligeret, & in alijs generationibus non sint agnita diuina mysteria, vt suo tempore ipsi revelatum est. Eius iactantiam audiamus lib. ad Duxem Georgium. Nullus ab Apostolorum temporibus Doctor, aut scriptor tam egregie conscientias secularium confirmavit, eruditus, confortauit, ac ipse speciali Dei gratia adiutus. Hoc certo scio, quod neque Augustinus, nec Ambrosius, omnium in hac re optimi, mibi pares sunt. & Tom. 2. contra Regem Angl. fol. 344. Dei verbum omnibus maius est, diuina maiestas pro me stat, nō vereor igitur se mille Augustini, mille Cypriani, mille Regis Henrici Ecclesiæ mihi aduersentur.

Alberus Lutheranus lib. 2. contra Carlidianos. non dubito (inquit suum magistrum ostentans) quin si viueret Aug. se Mariini Lutheri discipulum profiteri non erubesceret.

Musculus in prefat. in lib. German. de Diabolii tyrannide ait. Ab Apostolorum temporibus.

## 82 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

*bus, non surrexit maior Lutheru, de quo merito duci potest, Deum omnia dona illi soli imperti fuisse, tantumque Lutherum Præfatos illos Patres antecedere, quantum sol ipse lunam. Nec dubitandum est, quin si veteres illi primarij ( Hilariusputa, & Augustinus ) eodem tempore quo Lutherus vixissent, ac docuissent, lucernæ Dei, instar seruorum, subministrare non dignati fuissent. alias Lutheri discipulus apud Hospiianum in historia sacramentaria parte altera fo. 3. 46 se ait, *vnum folium in Lutheru præferre omnium Patrum scriptis.**

Caluinum quoque suum [sic Beza extollit præfat. in nouum testamentum, Principi Condexo dicatum, ut dicat, *In exponendis Sacris scripturis, tam verborum copia, quam rationum pondere, antiquis omnibus, & modernis anteferre.* Idem epist. Theol. i. pag. 5. soleo dicere inquit, nec sine causa opinor, dum tempora Apostoli vicina cum nostris confero, antiquos illos plus conscientiae, minus autem scientiae, nos è contra plus scientiae, minus conscientiae debere. *Hæc mea quidem sententia.*

Iacobus quidam Superintendens Caluinista def. tractatus de passionibus Christi anno 1600. pag. 146. sic ait. *Quid est gloriari de Patribus? si in hac re vlla hominum ratio habendasit, pluris certe moderni Doctores nostri extimandi sunt, quippe qui omni charismatum genere, antiquis saltē pares, inueniantur.*

Vvitgistus in defensione pag. 472. prope finem, ait, *Quam hodie docent, ac profidentur Antistites nostri doctrinam, longe perfectiorem, & saniorem ausim dicere, quam in vlo ab Apostolis seculo prædicatum accepimus. Et iterum pag. 473. in vlo ab ipsis Apostolis seculo, cætum Episcoporum ostendere poteritis, qui perfectiorē, & saniorem in omnibus doctrinam tradiderint, ac tenuerint, quam hodierni Anglie Episcopi.*

### Quorundam Catholicorum positio.

**S**ed, & quidam non infimi nominis Theologi dixerunt quedam posteriores Doctores rectius, & certius, quam Patres, in sacris litteris intellexisse. Vnde Gerson Cancellarius Parisiensis tract. de oratione, & eius valore s. denique attendatur, dicit, quod Doctores sancti priores videntes Rhetoricis persuasibus, in aggrauationem vitorum, & laudem virtutum, non ita tradiderunt resolutionem moralium, immo nec speculabilium, sicut DD. recentiores, qui per quæstiones, & argumenta processerunt ad virtus que partem, & per decisiones: propterea magis inservendum est illis doctrinis, quantum ad eruditionem intellectus, licet quantum ad inflamationem affectus, efficaciores alie iudicentur.

Gersonem quoque 4. p. in serm. de concept. consider. p. allegat, eidemque subscrabit Pater Canisius lib. i. de Maria Deipara cap. 7. & cum dixisset de Patribus, quod in quibusdam quæstionibus non ita grauioribus, re parum considerata, & in nullam adhuc disputationem adducta, suam dicere sententiam liberè potuerunt,

&c. subdit: *Demum habuerint Patres suorum temporum rationem, quibus multa, vel incognita erant vel obscura, neque satis evoluta, quæ posteriorius diligentius excutienda, & clarius illustranda, explicandaque, non sine certo Dei consilio relinquebantur: &c.*

Ioannes Baptista Luzana in A pologia pro conceptione cap. 30. ait. *Grauioribus, & magis ad Ecclesiam Dei spectantibus quæstionibus, aliqui ex antiquis PP. intenti, de minoris ponderis quæstionibus parum curabant: illisque preferunt nouiores.*

In legatione Carthagena pro concept. lect. 2. tract. 9. s. 1. 15. & 6. præferendos posteriores Doctores prioribus, ijsque pluribus, & grauioribus, clare insinuatur, & tract. 5. num. 14. dicitur. *Nihil ergo iniustitiae his (nempe veteribus DD.) aut alijs PP. irrogatur, cum noniores Theologi, quod illi non perceperunt, attingunt; nec honoris subibunt dispendium, si quidquam illis contrarium affirment.*

Nouissime quidam Anonymus in memoria li ad Iudices veritatis, & doctrinæ statuit, moderniores DD. cognoscere posse, quod magnos Doctores, & sanctos effugerit. Idem docet Poza l. 4. tract. 4. Eluc. c. 9. qui veteribus Patribus opponit præsentes DD. contendens in numero DD. Ecclesiæ reponendos, omnes, qui piè, & sanctè viuentes, post doctrinā orthodoxe defuncti sunt, & sunt (ait) quot quot sunt Prælati, præcones verbi Dei, præpositi sacrarum familiarum; & quod Ecclesiæ Doctores dici debeant: & si quando hi concordarent in aliqua pia opinione, ait, posse prævalere eos contra veterum PP. chorum. ] Hæc ille.

### Oppositiones.

**P**rimo, quia vna est vinea, sed diuersi diuersarum horarum operarij, omnes tamen in ipsa vinea, non in sarculis, aut cultris operarior laborant: satis est è Patribus didicisse studium, & diligentiam in scripturis laborand: non omne ergo opus eorum probari neceſſe est, si quidem, & diligentia pluribus quandoque non dat, quod dat vni sola occasio, & nescio quæ, spiritus incomprehensibilis impulsio. Lutherus in proæm. assertione.

Confirmatur, quia verbum Dei non est alligatum ex Apostolo, ergo non est neceſſe, vt secundum ætates, gradatim metiamur illius maiorem, vel minorem cognitionem, per maiorem, vel minorem distantiam ab Apostolis, ergo posteriores maiorem cognitionem, quam priores obtinere potuerunt. §.

II. Non hominis tantum, sed etiam Ecclesiæ Christi, tempus auget sapientiam, & Spiritus sanctus ait, ex Tertull. sup. adducto lib. de velandis virginibus) aliam doctrinæ lucem omnibus seculis patefacit, vt eadem fide manente in cognitione veritatis, sicut & in reliquis virtutibus paulatim. ] Hæc Canis. cap. 7. Sunt autem verba Tertull. quæ resert Canis. in cap. 5. Propterea ait Tertull. misit Paracletum Dominus, vt quoniam humana mediocritas, omnia simul cape-

# De Patrum sensu, & authoritate.

83

aperere non poterat, paulatim dirigeretur, & ordinaretur, & ad perfectum perduceretur, disciplina, ab illo Vicario Domini Spiritu sancto [et postea, quae est Paracleti administratio] nisi haec, quod disciplina dirigitur, quod scriptura reuelantur, quod intellectus reformatur, quod ad meliora proficitur. Hac ex Canis. & Carthagena legationis lib.

Confirmatur primo, quia unaq[ue] res in suis statibus prosecit, ergo & cognitio veritatis. Vnde & veritas dicitur filia temporis. Episcopus Carthagena. Vnde & Tertull. ibidem, tempus (inquit) omni rei. Aspice ipsam creaturam, paulatim ad fructum promoueri, granum est primo, & de grano frutex oritur, & de frutice, arbuscula enititur: deinde rami, & frôdes, & de flore fructus aperit: is quoque ruditus aliquandiu & infirmis, paulatim etatem suam dirigen, eruditur in mansuetudinem saporis. Sic & iustitia (Nam idem Deus iustitiae, & creaturæ) primò fuit in rudimento natura Deum metuens: debinc per legem; & prophetas promovit in infantiam: de hinc per Euangelium efferrebut in iuuentutem, nunc per Paracletum efferrebut in maturitatem.

Confirmatur secundo, ex Gregorio PP. homil. 46. in Ezech. dicente: Scientiam spiritualem Patrum per incrementa temporum crescere, ideoque Apostolos plusquam prophetas de diuinis mysterijs cognouisse. Huc refert sententiam Danielis 12. Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia, & tamen ita concludit. Quantò mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis eterna sapientia aditus longius aperiatur. Eandem doctrinam aperte tradit S. Bernardus Epistola ad Hugonem quest. 77. qui eundem locum Danielis citat: & eandem sententiam Sancti Gregorij transcritbit. Ex Canis. & Carthagena, & alijs.

III. Quia quotidie humanus proficit intellectus, naturalis crescit disciplina, & ipsa quoque diuina amplificatur doctrina; quotidie namque è sacris litteris arcana promuntur, quæque formidine prius opiniosis nutabant, sub cœlestis oraculi firmitate infallibilem sortiuntur certitudinem: vnde multa sunt nunc definita ab Ecclesia, quæ olim apud PP. & grauiores ex antiquis doctoribus duram sunt passa repulsam. ex Carthagena legat. lib.

Confirmatur primo Quia alias nullus in Religione profectus haberetur, si in modernis sapientia non proficeret plusquam in antiquis, vnde & David quoque dixit: super senes intellexi ps. 118.

Confirmatur secundo experientia, quia multa videmus vberius, & subtilius à posterioribus Ecclesiæ Doctoribus penetrari, quam fuerint à prioribus definita.

IV. Quia finis correspondet principio, ergo quod magis appropinquamus ad finem seculi, eo clarescit sapientia, vnde, vt in extremis temporibus erunt robustissimi Martyres, & multi in sanctitate perfectissimi, ita etiam sapientissimi quoque erunt ex ista proximitate. Vnde S. Thomas exponens ea verba Hebr. 10. Tan-

tò magis quanto videritis appropinquantem diem: assignat causam huius rei, dicens Posset enim aliquis dicere, quare debemus nos in fide proficere? quia motus naturalis quanto plus accedit ad terminum magis intenditur; contrarium est de violento: gratia autem inclinat in modum naturæ, ergo qui sunt in gratia, quanto plus accedunt ad finem, plus debent crescere, & allegat Iocum Prou. 4. iustorum semita quasi lux splendens proficit, & crescit, usque ad perfectum diem.

Et Confirmatur, quia propter hoc Ecclesia assimilatur auroræ, quia crescit in cognitione, & sanctitate, & ad meridiem glorie (vbi est perfecta sapientia, & gratia consummata perfectio) magis appropinquat: Cum ergo posteriores Doctores propinquiores sint fini, quam DD. media etatis, maior in ipsis, quam in vetustioribus Doctoribus, scientia, atque cognitio erit. Vnum quodque etiam est perfectius, quanto magis ultimo fini propinquius.

V. Nam illa regula Thomistica perfectior cognitione in ecclesia sumitur ex proximitate ad Christum, vt quanto proximior, &c patitur difficultatem; quia clariores DD. produxit quartum seculum, quam secundum. ergo &c.

Confirmatur ex dictis Thomæ V valdensis tit. 3. de horis cano, cap. 21. vbi ait. Profundamento oportet scire, quod in primitiva Ecclesia, omnia erant informia, sicut tempus illud habebat architectum optimum, sed opus rude, ita paulatim crescit species eius (sicut dicit Ambrosius) ad perfectum. Apostoli Christi multo fertiores, & fide constantiores sub magistratu Pauli (ffas sit dicere) quam sub prima corporali præsencia Iesu Christi: &c. Hac item ex cit. author. opponuntur.

VI. Præsentis Ecclesiæ consensus firmum obtinet authoritatis robur. Doctorum vetus posteriorum, & præsentium sensus consensum Ecclesiæ demonstrat. ergo vbi ab ipsis Patres veteres discordant, potius relinquendi sunt, & sequendi præsentes, quam veteres.

VII. Quia si PP. veteres, consensum præsentium temporum vidissent, in multis procul dubio sententiam mutassent. &c. possumus ergo veteres PP. relinquere, & posterioribus adhærere.

## Confutatio, ex orthodoxie firmamentis.

S Ed contra est primo authoritas sacræ Scripture, Deuter. 32. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas, interroga Patrem tuum, & annuncias tibi, maiores tuos, & dicent tibi.

Iob. 8. Baldad hæc scribit. Interroga enim generationem prælinam, & diligenter inuestiga Patrum memoriam. Iob 12. ipse patientissimus Iob, vt superstitionem audaciæ amicorum de singularitate sapientie gloriantium, reprimet; vbi eos hoc aculeo pupugisset: Ergo vos soli homines, & vobis cum morietur sapientia? eosdem, tali obiurgatione aculeatos, antidota ministrando, curare procurauit, in istam sententiam erumpendo: In antiquis est sapientia, &

## 84 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

*in multo tempore prudentia: illa namque ex S. Greg. lib. II. moral. cap. 4. in sapientiae radice solidata sunt, quæ per viuendi usum, etiam factum experimento conualescunt. Nam si de sapientia loquamus (ait S. Tho. ibidem lect. 2.) quæ ad contemplationem pertinet, antiqui multa audierunt. Si de prudentia, quæ experimento comparatur, multo tempore utilia, et nociva degustarunt, juniores pauciora cognoverunt, et experti sunt. Quare scitè Greg. Nazian. Senectus vero prudentia iuncta, imperite iuuentuti anteponenda est, non secus ac consulta tarditas inculta temeritati. Hæc ille in Apologetico I.*

*Prou. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui, quæ verba expponens Saloniūs in Prou. ait. Terminos antiquos dicit terminos veritatis, et fidei, quos statuerunt ab initio Catholici Doctores. Hoc ergo præcepit, ut eloquia SS. Scripturarum nemo aliter interpretetur, nisi iuxta unius cuiusque scribentis intentionem. Quid contra extorquentes, quid cōtra insanientes & aperto marte pugnantes contra venerandam antiquitatem non dicere? ad eundem locum respexit Ionas Aurelianensis dicens 3. de cultu imaginum. Noli transgredi terminos, quos posuerunt Patres tui, ne forsitan qui humilia eorum despiciens, ad altatibi volare videris, quo altius apud te ipsum subleuaris eō profundiō dāminatore superbiētium, ad ima tartara demergaris. Attendat hæc nouis Icharus qui Patres despicit, & super illos volare contendit.*

*Ieremia 6. Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris, & dixerunt. Non ambulabimus: ubi duo insinuat ait ibidem S. Thomas, præceptum de imitatione Sanctorum, & inobedientia eiusdem præcepit.*

*II. ex praxi SS. Patrum. S. Basilius 1. contra Eunomium, vbi antiquorum Doctorum iudicium floccipendebat, sic eum impedit. Quid tu marras? Nonne dabimus plus antiquitati? &c. nullam rationem dignitatis eorum faciemus, qui omni spirituali gratia claruerunt? & epis. 61. dogmata Patrum contemnuntur, Apostolica tradiciones annihilantur, recentiorum hominum inuenta Ecclesijs inseruntur. O vocem Basilius Spiritu dignam, miserrima nostra tempora deplorantem.*

*De eodem Basilio, & Nazianzeno dicit Rufinus 2. hist. c. 9 Basilius, et Nazianzenus solis diuinæ scripturæ libris operam dabant eorumque intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & autoritate sequabantur: quos, & ipsos ex Apostolica successione intelligendi regulam accepisse constabat. Si ergo magis à posterioribus quā prioribus regulam fidei accipere debuissent, non maiorum scripta consuluisserint hæc duoluminaria Ecclesie, sed proprios cogitatus obtrudissent.*

*S. Pacianus epistola ad Sympronianum Novatianum. Quid parua de nobis Apostolicis visi? parua de primis sacerdotibus? parua de beatisissimo Cypriano. Martyre, & Doctore currit*

*authoritas? an volumus docere Doctorem? an sapientiores illo sumus, & Spiritu carnis inflamur aduersus eum, quem aeternum Dei testem nobilis amor, & clarissimæ passionis corona produxit? quid tot eorum partium Doctores, quos per totum orbem cum eodem Cypriano pax una solidauit? quid tot annorum Episcopi, tot Martyres, tot confessores? Age se illis usurpando nomini huic auctores non fuerunt, nos erimus negando? vide quomodo antiquiorum sapientiam suscipiendam, & retinendam vrget Sanctus.*

*S. Hieronymus in psal. 62. Sicut Moyses percussit in eremo petram, & produxit populo aquas, ita & Dominus, quem Paulus percussum ait propter peccata nostra, immensos nobis protrulit fontes, & per quos fluxerunt torrentes: torrentes autem Doctores accipimus, per quos torrentes subsequentes Ecclesiarum Doctores replenti sunt, ex quorum nos prædicatione siim verbi Dei reslinguimus. Sunt ergo Apostoli fontes; Doctores Apostolici succedentes sunt torrentes; posteriores vero veluti conchæ, ad quos replendos canalis apostolice doctrinæ decurrit. Quanto ergo fôs tornente, torrens riuo vel concha sublimior, tâto Apostoli, viris Apostolicis, hoc est Patribus, & hi Scholasticis supereminent. Hinc est quod in controversijs sui temporis non ad præsentes Doctores, sed ad vetustiores semper prouocatum à Hierony; unde ad Pamachium in Apolog. sic scripsit. Ex unius perspicuum est, me nihil non de virginibus nuptisque dixisse, sed maiorum in omnibus secutum esse sententiam, tam huius videlicet (nempe Ambrosij quem citarat paulo ante) quam reliquorum, qui de ecclesiasticis dogmatibus disputatione, quorum auctor exacta negligenter potius, quam aliorum obscuram diligeniam.*

*Et epist. ad Marcellam 130. insulsas reputat epulas quæ Patrum veterum non sunt doctrina condita, & præfert ea Neothericis doctrinis dicens. Non sunt suaves epulæ, quæ non placent redolent, quos non condit Aplicius in quibus nihil de Magistorum huius temporis iure suffumat.*

*S. Augustinus 2. contra Tull. Pelagianum. Oportet, ut populi Christiani eloquia SS. vestris profanis nouitatibus anteponant, eisque potius eligant adhaerere, quam vobis. In eodem lib. iii fine cum produxisset in testes, Cyprianum, Ambrosium, Chrysost. Gregorium, Basilium, & alios, ad vetustiores, non Neotericos recurrat. Ego inquit à tenebris Pelagianis ad hæc tam clara lumina prouoco. Tu responde quid facias: dic quæ configuras? ego à Pelagianis ad istos, tu ab istis ad quos?*

*S. Ambrosius, introducetes quosdā quinqua gesimam, prætermissa deuotione quadragesime, refutat sermone 34. dicens. Quod id neque diuinis litteris iubetur, neque traditum sit auctoritate maiorum. Ergo vbi maiores aliquid tradunt, & posteriores contra vel præter veteres sentiunt, semper illi istis sunt præponendi.*

*S. Capreolus Episcopus Africanus epistola ad*

la ad synodum Ephesinam, quæ extat in actis eiusdem Concilij p.2. A Et. I. Porrò qui illam perpetuam stabilitatem retinere voluerit, quæ de catholicæ fidei ratione statuerit, is nō propria auctoritate, sed antiquorum Patrum iudicio sententiam suam corroborare debet; ita ut Patrum veterum, patrum recentiorum sanctionibus, & sententijs placa-  
cita sua comprobans, unam eandemq; Ecclesiæ veritatem, iam inde ab initio ad presentem usq;  
temporis articulum simplici puritate inuitata, aque  
constantia & auctoritate recurrentem, se docere,  
& tenere intendat. si ergo posteriorum doctrina  
cum antiqua nō copulatur, sed ab illa discordat,  
non veteres pro nouos corrigendi, sed per illos  
nouii emendandi.

Cyrillus Alex. Episcop. ad Nestorium. plurimi-  
mum refert, ait, si ad SS. Patrum scripta forte ac-  
cedentes, quam maximi illa facere studeamus:  
iterumq; atq; iterum an ad prescriptam ab illis  
fidei formā vivamus explorantes, omnesq; nostras  
cogitationes, rectis illorum inculpatijs, sententijs  
scitè conformare satagamus. non ergo veteres mo-  
dernis, sed moderni veteribus conformandi.

Ioannes Antiochenus epist. ad Nestorium. Nul-  
li nos periculo exponimus, si ea sentimus, & loqui-  
mur, que Doctores in Ecclesia Dei celeberrimos  
sensisse, & docuisse certo nouimus. saltem ergo ra-  
tione periculi, maiorum sententiarum plus quam no-  
nus doctoribus nos ipsos credere debemus, & non  
vetustam viam, pro noua commutare.

S. Damascenus epistola de Trisagio. Ne trans-  
grediaris enim (inquit ille) terminos antiquos, quos  
posuerūt Patres tui, atq; ut à Basilio Magno pro-  
nunciatum est: quicquid antiquitate excellit, ve-  
nerationem meretur. certa ergo dogmata, nō uue-  
nilia placita sequi debemus.

S. Bernardus Epis. 77. de quodam Neoterico  
sui temporis doctore nouum placitum de baptis-  
mate inducente scripsit. Miror admodum si nouus  
iste nouarum inuentor assertorum, & assertor  
inuentorum, in hoc ratione potuerit inuenire, quæ  
sanctos Patres latuerit Ambrosium. Aug. seu a-  
utoritate eorumdem autoritatēm potiorem, & in-  
fra. Ab his ergo duabus columnis (Augustinum lo-  
quor, & Ambrosium) crede mihi difficile auellor,  
cum his inquam me aut errare, aut sapere fateor.

Et Epistola 184 Numquid Patribus doctiores,  
aut devoteiores sumus? periculosè præsuminus quic-  
quid ipsorum in talibus prudentia præteriuit.

Idem epistola 190. contra Abailardum quid  
secretius tibi renelatum iactas, quod tot præterie-  
rit sanctos, effugerit sapientes? Tu vero de tuo no-  
bis tradis, & quod à nemine accepisti. Accipiemus  
ergo ne quod SS. effugit, & ab illis non est tradi-  
tum, sed à posterioribus inuentum?

S. Thomas 2.2 q.1. ar.7. ad 4. ait ultima consum-  
matio gratiae facta est per Christum, unde & tem-  
pus eius dicitur tempus plenitudinis. Gal. 4. & ideo  
illi qui fuerūt propinquiores Christo vel ante sicut  
Io. Baptista, vel post, sicut Apostoli, plenius mysteria  
fidei cognoverunt, quia & circa statum hominis  
hoc videmus, quod perfectio est in iuuentute, & tan-  
to habet homo perfectiore statum vel ante, vel post,  
quanto est iuuentui propinquior. Quam doctrinā  
commentans Caietanus ait. In determinatione

questiōnum fidei standum est doctrinæ antiquorū  
Doctorum Sanctorum PP. quos illustratos diuino  
lumine, & quo ad doctrinam, & quo ad vitam, ma-  
gis quam posteriorum, ubi discrepant posteriores ab  
illis, constat.

III. Rationibus. Prima quantō magis testes de  
auditū sunt propinquiores testibus de visu, tanto  
maiorem obtinent in testificando auctoritatem,  
quim testes remotiores, & qui sunt auditus de  
auditū. Sed PP. maximē primi seculi sunt propin-  
quiores testibus etiam de visu, quam DD. ultimo  
rum seculorum, ergo firmius habent auctoritatis  
pondus. Patres priores ut pote propinquiores,  
quam habeant DD. posteriores. Maior est clara.  
Et confirmatur egregio testimonio S. Aug. tract.  
1. in epistolam 1. Ioannis. in ea verba. Quod fuit ab  
initio; quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris  
&c. & vidimus, & testamur, & annunciamus vo-  
bis: vbi sic dicit. illi viderunt ipsum Dominum  
presentem in carne, & audierunt verba ex ore  
Domini, & annunciauerunt nobis. & nos ergo au-  
diuimus, sed nō vidimus, nō minus ergo sumus fe-  
lices, quam illi qui audierunt, & viderunt: ergo  
magis felices qui audierunt à videntibus de visu,  
vel illis proximiores, quam sint remotiores.

Confirmatur I. Quia unum ex medijs compo-  
nendi cōtrouersias hereticas, maximē quam totam  
Ecclesiam commaculare conatur, est, ad antiqui-  
tatem confugere, & maiorum cōsulere sententias,  
& maiorū præcepta rimari, ut tradit Lerin. con-  
tra proph vocū nouitates c. 6.7.8. sed antiquitas,  
& maioritas in vetustis Patribus magis deprehen-  
ditur, quam in posterioribus Doctoribus, illis er-  
go magis, quam istis deferendum.

II. Confirmatur, quia propterea vetusti Eccle-  
sia Doctores Patres dicuntur, quia antiquitatis  
sunt testes, & antiquam fidem possunt testificari,  
ergo illis magis standum, quam recentioribus. Vn  
de August. in Ioan. Epis. 1. tract. 2. in ea verba scri-  
bo vobis Patres, quia cognovistis eum, qui est  
ab initio & c. sic dicit. ideo Patres agnoscite; Pa-  
tres. n. sunt, agnoscendo, quod & ab initio. & poste-  
exponens sequētia verba Ioannes: scribo vobis iu-  
uenes subdit. Filij sunt, Patres sunt, iuuenes sunt  
supple recensiti à Ioanne: Filij quia nascuntur:  
Patres quia principium agnoscunt iuuenes, quare?  
quia vicissim malignum: in filijs nativitas, in Pa-  
tribus antiquitas, in iuuenibus fortitudo.

Et lib. 1. contra Iul. c. 2. dicit de DD. Ecclesiæ  
quod non solum filij, sed & PP. Ecclesiæ sunt: ex  
illo numero sunt, de quibus prædictum est: Pro  
Patribus tuis nati sunt tibi filij: ex quo filij rege-  
nerati sunt, ut discerent, eius PP. facii sunt, ut do-  
cerent.

Et Beda in eum locum. Patrum namq; est an-  
tiqua facta neminiſſe & nosſe, & hæc iunioribus  
pandere: unde scriptum est: interroga Patres tuos,  
& annunciantibz tibi: & ideo recte Patres appellat  
eos, qui eum ab initio est, eundem Dominum Chri-  
stum una cum Patre, & Spiritu Santo nosſe, &  
suis auditoribus fideliter prædicare didicere.

III. Confirmatur. quia in cacumen diuinorum  
mysteriorum gradatim tāquam per scalā Iacob  
debemus pertingere, & per quosdam gradus æta-  
tum doctorum sententijs inniti. Vnde Cassiodo-  
rus

## 86 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

rus in prol. dinin. institut. Sic dicit. Quia propter dilectissimi fratres indubitanter ascendamus ad diuinam scripturam. Primū per expositiones probabiles Patrum, velut per quandam scalam visionis Iacob, ut eorum sensibus protecti, ad cognitionem Domini efficaciter peruenire mereamur &c. Si ergo moderni clarius illustrarent, iam per saltum ascenderent, & absq; eo quod PP. consulerent, vel ab illis instruerentur, ad visionem, & intelligentiam peruenirent, quod nec Angeli fecerunt, qui per gradus ascendebant, & descendebat, assueti gradatim in cœlesti Hierarchia incedere, quando et gradatim illuminantur infimi à medijs medijs à primis, cœlestis Hierarchie exemplar monstrantes, ita vt sicut infimi Angeli per medios illuminantur, hic quoq; gradatim sit illuminatio, vt posteriores à medijs, medijs à primis nostræ religionis ducibus illuminationes mysteriorum accipiunt.

IV. Quia Patrum doctrina, traditionis Ecclesie est interpres, & ex Patrum testimonio, quid eo tempore in Ecclesia prædicaretur agnoscimus, plus ergo illis quam posterioris cui scriptoribus debemus deferre. Antecedēs probatur testimonio Aug. lib. 3. de peccat. meritis, & remiss. c. 6. vbi cū plures Patres adduxisset ad probandum parulos contrahere peccatum originale, post testim. Hieron. subdit. *Hunc doctissimum virum si facile interrogare possemus, quam multos viriusq; lingue diuinarum scripturarum tractatores, & Christianarum disputationum scriptores cōmemoraret, qui non aliud ex quo Christi Ecclesia est constituta, senserunt, non aliud à maioribus acceperunt, non aliud posterioris tradiderunt.* Sensus ergo Patrum testis est sensus Ecclesie, & traditionis. vide eundem Aug. c. 7. & lib. 4. contra duas ep. Pelag. c. 8. vbi sic dicit. *Ad curā nostrā existimō pertinere non solum scripturas Sanctas canonicas aduersus eos testes adhibere, quod iam satis fecimus, verum etiam de Sanctorum litteris, qui ante nos celebrimā fama, & ingenti gloria tractauerunt, aliqua documenta proferre: non quā canonici libris à nobis ullius disputationis aquetur auctoritas, tamquam omnino non sit quid melius, sed verius, quod ab aliquo Catholico, quā ab alio itidem catholico sentitur; sed vt admoneantur, qui putant istos aliquid dicere, quemadmodum de his rebus antenouā istorum vaniloquia sunt secuti, & sciant à nobis rectam, et antiquitus functionem Catholicam fidem aduersus recentem Pelagianorum hereticorum præsumptionem, perniciemq; defendi.*

Imo quando sunt graues Patres ad contestandum Ecclesie consensum, duo sufficiunt ex eodem Aug. 1. contra Iul. Pel. c. 2. sic. n. dicit. *An tibi parua in uno Gregorio Episcoporum orientalium videtur auctoritas? est quidem tanta persona, vt neq; ille hac nisi ex fide Christiana omnibus notissima, diceret, &c. & postea. Sed si vis, addimus, & huic tum S. Basiliū, imo velis nolis, addendus est, & postea. Vide iam, utrum sufficiat tibi ex Orientis partibus isti duo, tam insignes viri, & tam clara prædicti sanctitate, & sicut fertur, etiam carne germani. Ad unum testim grauen se quoq; restringit Aug. 2. contra Iul. versus finem dicens, sed nec illa omnia commemorare potui, vel debui,*

*qua gloriissimus in Domino Cyprianus posuit in epistolis suis, quibus demonstratur, quā sit hæc, quā tenemus, fides, verēq; Christiana atq; Catholicā, sicut per scripturas. Sanctas antiquitatis tradita sit à Patribus nostris, & usq; ad hoc tempus, quō isti eā conuellere tentauerūt, reventa, atq; seruata, & deinceps propitio Deo retinenda, atq; seruanda. Consequentia est manifesta.*

V. Quia successio doctrinæ ( quā veræ doctrinæ nota est, & traditionis Apostolica vestigium ) inde deprehenditur, quod ea quā à Patribus accepta sunt, & fideliter custodita, immutata permanent, vt nullo modo antiquitatī dogmatis, nouella præsumptio succedat; ergo tradentibus Patribus aliquod dogma, vel constanter aliquod ad sanam doctrinam pertinens, non sunt antependi nouelli DD. nouum, aduersum, vel diuersum tradentes, vel docentes, alioquin doctrinæ successio corrumperetur. Vnde S. Agust. 2. lib. contr. Iul. Quor. ait, *Sanctos Episcopos, qui scripturas Sanctas ingenit gloria tractauerunt, oportet, vt populi Christiani vestris prophanic nouitatibus anteponant, eiſq; potius eligant adhærere, quam vobis. Et exponens ib dem ex Ambrosio, Cypriano, Nazianzeno, &c. illud Apostoli. Non quod volo bonū hoc facio. Subdit. Proponimus hic auctoritatis mollem Sanctorum, qui Episcopi ante nos fuerunt, & postea, quod inuenierunt in Ecclesia tenuerunt, quod didicerunt docuerunt, quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt.*

Si ergo nouellis doctoribus, derelictis antiquis, magis esset credendum, oporteret credere ijs, qui non quod inuenierunt, sed inuenirunt: non quod didicerunt, sed quod excogitauerunt; non quod acceperunt, sed quod fixerunt, populis tradiderunt; nec successio doctrinæ esset, quando destituto patrocinio antecessorum, ad nouellos doctores referretur initium.

VI. Quia non est res ingenij, sed traditionis dogmata tradere, & docere: nec rem à nobis prolatam, sed ad nos perductam debemus consignare posteris; vnde quisq; doctor posterior, sicut, & quicunq; prior, vt docet Lerine. c. 27. dogmatis non debet esse auctor, sed custos, non institutor, sed seculator, non ducens, sed sequens. Sed si magis posteris daretur fides, quam vetustis PP. non essent sequentes. Postiores, sed ducentes, institutores potius, quam seculatores, authores potius, quam custodes veteris doctrinae. Magis ergo sequi debemus PP. veteres, qui nō sua, sed quod acceperunt à viris Apostolicis, & hi ad Apostolis acceperunt, quam posteriores, qui nō accepta configunt, vel proponunt, sed tradita consignant.

VII. quia ad modestiam spectat ( quando alia deessent ) sancti alicuius veteris sententiam sequi, maximè in re graui, & non tam suam, quam eius doctrinam extimare. Vnde Cassianus lib. vlt. de Incarnatione Verbi c. vltimo, vbi de doctrina Chrysostomi sui Magistri differuerit, & ad illius doctrinam sequendam lectores esset adhortatus, hæc subdit. *Quod ē si esse qui grande est, ac difficile, sequi tamen pulchrum, atq; sublime: quoniam in summa rerum non adeptio tantum, sed imitatio ipsa laudanda est: quia nunquam ferē aliquis eius rei portione ad plenum caret, ad quam scandere,*

ae peruenire cotendit. Ille ergo vobis in sensu semper, & quasi in conspectu sit: ille in animo atq; cogitatione veretur: ille deni i; ipse vobis etiam hæc quæ à me sunt scripta commenat: quia hæc quæ ego scripsi, ille me docuit, ac per hoc non tam mea hæc, quam illius esse credite; quia riuus ex fonte constat, & quicquid putatur esse discipuli, totum ad honorem referri conuenit Magistri.

Sed & S. Aug. 6. in Iul. c. 11. Quamuis diuersam sententiam, & expositionem attulisset (exponendo ea verba: ego autem carnalis sum venundatus sub peccato) retereo ea verba ad subiugatos carnis concupiscentijs solum, tamen legens aliorum interpetrum expositiones, referentium etiam ea verba ad iustos, atq; etiam ad ipsum Apostolum, subdit. Sed postea melioribus, & intelligenteribus cesset, vel potius veritati, ut viderem in illis Apost. vocibus, gemutum esse sanctorum contra carnales concupiscentias dimicantium, &c. Hinc factum est, ut sic ista intelligerem, quemadmodum intellectus Hil. Greg. Ambrosius, & ceteri Ecclesiæ sancti notiq; Doctores &c. e contra vero immodestia est nō sequi Patres, modernis adhærendo doctoribus à Patribus discordantibus, Patresq; corrigere velle, aut in eosdem insultare, de leuitate, & contrarietate taxando, vt quidam iuniores fecerūt, multos SS. Patres proscindēdo. Vnde Sic Julianum perstringit Aug. contra Iul. lib. 1. c. 2. I nunc, & mihi obijc orig' n'ale peccatum, dissimula ab isto finge te nescire quid dicant, & S. Ecclesiæ tot tantosq; Doctores, qui vita optimè gesta, debellatisq; suorum temporum erroribus gloriofissimè de hoc seculo, antequam vos ebullireis exierunt, velut eis non visis in me impetum faciens, & velut nesciens quod illi sub meo nomine lacerentur, tanquam securus iuulta, crederem te fateor, quid maij facias ignorare, nec impudentiae sed imprudentie tuae tribuerem, quod hæc lumina Ciuitatis Dei, audest hostiliiter insectari, quæ sectari fideliter debeisti.

VIII. Quia iniqua est Protestantum conditio atq; præscriptio, ad summum, primorū seculorū Patrum testimonia recipere, præsentis Ecclesiæ doctorum consensu relicto, ergo similiter non recta erit existimatio sic recipere doctores præsentis Ecclesiæ, ut propterea Patres profligentur.

Vltimo probatur ex aduersariorum testimonio. Lutherus in proemio assertionum, ait s; in Pontificibus, aut Doctoribus solis fidendum est, nec ad tribunal scripturæ vocandi sunt, cur nō scripturas s; explodimus tanquam superflas, & obscuriores, quam ut eas possumus consequi? eodem exemplo tandem & Patres. Sanctos repellamus, receptis in locum eorū apertioribus, ut iactant Theologis scholasticis, & his abiectis, Aristotelem, & quo quisq; remotior a sacris litteris, & sanctis Patribus fuerit, Duces habeamusque; sicut re vera habuimus, & habemus & c. vbi vides ex Lutheri testimonio inconueniens esse Scholasticos solum recipere rejectis Patrum doctrinis. Verum quia multa falsa in his verbis dicit, placuit cum Rossense martyre gloriosissimo ea aduertere dicendo, cum eodem, quod nemo solis Pontificibus aut doctoribus fidendum esse iubet, sed multo magis scripturis, quibus ipsi sua confirmarunt quoties scripturas afferre licuit, quod dico propter aliquas veritates, quas Ec-

clesia catholica, multorum seculorum usu, recepit, pro quibus tuendis priorum PP. testimonij, vel solis innitendum est, & maximè quod ab Apostolis multæ manarunt traditiones, de quibus in specie scriptura non neminit, sed solum Patrum relatione didicimus. Porro si qui sunt, qui relictis scripturis, & interpretibus, solis confidi Scholasticis ve- lunt, hi nimis ex altero deviant latere, verum non quantū tu ipse Luthere, qui relictis ijs ambo- bus, ac prorsus contemptis, solis scripturis, & ijsdē perperam intellectis, credendum iubes. Hæc S. Martyr concedens Luthero, deviare illum, qui solis scholasticis, relicto Patrum choro, adhædere vellet.

Confessio Bohemica in Harmonia confessionū pag. 400. versus finem ait. Ecclesia vero optima, magistra est posteritatis, quæ præeundo, nos viam docet.

Martinus Kemnitius p. p. Exam fol. 74. propo- initum nemo dubitat, quin primitiva Ecclesia ab Apostolis, & Apostolicis viris non textum modo scripture, sed etiam verum, & germanum eius sum acceperit.

Brancoftus in recognitione pag. 339. de Calui- no, & Beza loquens, qui supra Patres se iactabat, ait. Fateor tamen me Patres antiquos illis ante- ferre.

Saraui in defens. tract. de diuersis ministrorū gradibus pag. 8. post medium, sic ait. Spiritus sanctus, qui Ecclesiæ præsidet, verus est Scripturarū interpres. Ab eo igitur petenda vera interpretatio, & cum is sibi non possit esse contrarius, qui primitiva Ecclesiæ præsidet, & per Episcopos eam gubernauit, ipsos iam ab iacere consentaneum non est.

Iuellus in defens. A polo. 1571. pag. 35. Ecclesia (inquit) primitiva sub Apostolis, & Martyribus, semper præ ceteris omnibus longè purissima existi- mata est, per hoc suorum retundens symmistorū, perfidiam, qui illam, eiusdēq; seculi scriptores ut impurissimos, ijsq; nihil esse deferendum, calum- niabantur.

#### CONCLVSI O RTHODOXORVM. Magis vetustis Patribus, quam posterioribus DD. deferendum, in materia dogmatica, & Theologica.

**R**Espondeo: dicendum, quantum attinet ad he- reticos, solumne suis sanctos Patres de impe- ritia taxare, & super illos se efferre, ut scripsit Ireneus lib. 5. cap. 2. sed nesciunt (ait sanctus) cœci cœcos ducere, unde iuste cadunt in sublatente igno- rantia soueam, semper querentes, & nunquam ve- rum inuenientes, ex eodem ibidem. Quantum ve- ro ad Catholicos nonnullos attinet, sciendum est multiplex esse questionū genus, quæ à Patribus, & modernis DD. tractari solent. Quidam sunt quæ philosophicas materias, quædam verò sunt quæ Theologicas Theorias concernunt. Circa primum genus, cùm assertio positionum philoso- phicarum, non tam authoritate, quam ratione fir- matur, licitum est posteris meliori ratione inuen- ta, etiam minori parti Patrum se opponere, si in- firmiori rationi inhæsse eos deprehendamus.

## 88 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

Circa secundum genus questionum, vel sermo est de principijs, quæ sunt scriptura, eiusq; expositio, & legitimus eius sensus, & traditio, quæ ictiputram, eiusdem sensum, consignat: vel sermo est de conclusionibus, quæ ex illis eliciuntur, siue necessario, siue probabiliter. Et iterum vel sermo est de vniuersis Patribus, vel maiori parte Patrū ex una parte, vel de uno, aut paucioribus alijs contrariū sentientibus, ex altera, & è contra. Si sermo sit de principijs, & pauci sint contradictores in ipsamē Patrum serie, tunc non deserendi patres veteres propter subsequentes, & præsentes doctores, si magna eorum pars contraria sentiret. Cuius ratio est.

Prima, quia omne receptuum quantò est propinquius causæ influenti tantò magis participat de influentia eius. Vnde sicut Apostoli, qui propinquiores fuerunt Christo, participantes influentiā eius primicias spiritus habentes, plura, & plenius de pertinentibus ad fidem, & diuina mystria, cognoverunt, quām Doctores sequentes ipsorum temporis ita & Apostolici viri, quia Apostolis propinquiores fuerunt, magis participarunt de influentia cœlestis disciplinæ, quām eorum posteri successores.

Secunda ratio, quia Patribus maximè viris Apostolicis, i. qui fuerunt vicini Apostolorum temporibus, Apostolicum depositum consignatum est, hoc est scriptura, eius sensus, traditio, & Apostolica prædicatio; quod ergo illis tradebatur, & consignabatur, cognoscere necesse erat, ne & aut plurimum pro auro, libri pseudigraphus pro canonico, commendaretur, & pro sacra traditione, superstitione supponeretur. Quare etenim scimus hunc librum esse canonicum, non illum, quia ipsi testes sunt depositi, & ut dicit Aug. 2. contra Iul quia tales, ac tāti viri secundum Catholicam fidem, que ubiq; diffunditur, hæc vera esse confirmant. Vnde Arthemō vetustus hereticus negans Christi diuinitatem, quia gloriabatur hanc heresim ad depositum Apostolicum pertinuisse, sub Zepherino damnatus est. Vnde Eusebius lib. 5. c. 27 mutum fortasse videri potuisset habere probabilitatis, nisi primum sacram scripturæ testimonia illis contradicerent, deinde fratrum quorundam scripta superessent, Victoris temporibus ( hic Zepherino successit ) multo antiquiora, ut Iustini, Melitidis, Tatiani, Clemētis, & aliorum nonnullorum, in quorum omnium libris, Christus verus Deus esse confirmatur. Quis Irenaei? Quis Melitonis? quis ceterorum libros ignorat, qui Christum Deum, & hominem constanter asseuerant? ipseque Eusebius ( ex histor. Trip. lib. 2. c. 11. cur Arianam heresim sit derestatus in Cōcilio Nicēno, eiusq; Synodi doctrinā subscripsit) claram prosteruit dicens: Nos Concilium consensimus, quoniam, & priſtorum Episcoporum aliquos conscriptores, eloquentes, & nobiles nomine consubstantialitatis oīm usos fuisse cognouimus. Et S. Athanasius lib. de decr. Nicēn. Synodi, pro Cōcilio Nicēno tuendo, ex ista eadem depositi testificatione facta per antecedentes Patres, in hereticos insurrexit. Ecce nos demonstravimus eiusmodi sententiam à Patribus ad Patres traditam esse. Vos autem noui Iudei, & discipuli Caiphæ,

quos verborum vestrorum Patres, ac maiores de monstrabit?

Tertia, Quia ipsorum doctrina est veluti norma, & regula credēdorum, & tamquam critiōn, quo, seū, cui Ecclesia innititur in definiendis dogmatibus, ipsiſq; Patribus vtitur tāquam testibus, & Consiliarijs: quare, cum de hereticis dicat Irēneus, vbi supra, quod dum conſtentur semetipſos agnitionem habere boni, & mali, supra ſenſiunt quām est mensura ſensationis, non plus oportet ſapere, quam oportet, ſed potius oportet nos regulando Patribus committere, quām Patrum dūcta, per posteriorum inuenta regulare.

Sed si loquamur de conclusionib; quæ eliciuntur, cum lumen etiam naturale ſe immisceat, non est quod afferere formidemus, quædam vberius, & subtilius à posterioribus, quām fuerint à prioribus enucleata, & meliori methodo, & ordine discipline Theologie tradita, & expressa. Semper tamen in hoc quoq; Patribus honor deferendus est, quia talibus plantatoribus, nutritoribus, & adiutoribus creuimus, & veluti Pygmæi super humeros gigantum, qui portant orbem, collocati, nō est mirum si altius positi rectum attingimus. In his quoq; attendendum est, vt dicit Cassiodorus lib. diu. inst. , quod illud dictum, quod rationabiliter in tractatibus probatissinis inuenitur, hoc procul dubio videtur esse diuinū. Si quid dissonum, aut discordans Patrum regulis contigerit inueniri, vitandum eſſe iudicemus: origo n. ſenſiſſimi erroris est, inspectis auctoribus amare totum, & ſene iudicio defendere velle quod inuenis, scriptum eſt, n. omnia proba e, quod bonum eſt ienete, vt in ſumma quæ ſunt dicenda compleuantur, vt quæ antiqui expoſitores probabiliter dixerunt ſollicita mente tenenda ſint. illa vero, quæ ab eis intacta ſunt, ne in fructuoso labore fatigemur, primum rimanda ſunt, quas vires habeant, aut ad quæ nos conſtituta perducant, deinde quid nos velint de ſe legendo contrahere.

In pari ergo errore versantur per extrema incedentes, nempe, qui ſola Patrum dicta recipiunt, & ſcholasticos doctores repudiant, & qui ſolis ſcholasticis ſe ſequi profitentur, antiquitate relata, Regia vero via eſt vt vtroq; rec pere, vt quātum ad principiorum traditionem Patres primo habeantur loco, quātum vero ad explicationem accuratiorem, atq; vberiorem, ſuum quoq; demus locum ſcholasticis, & ſi ſubtilitatem maiores ſcholasticis quibusdam tribuamus, id cum recognitio ne sapientie Patrum ſiat necesse eſt, ſuper quos moderniores fabricarunt, vt explicatum eſt.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primum. Vna eſt vinea Domini, & vnuſ quisq; proprio ingenio, & talento elaborare potest humanam quoq; industriam adhibere ad eliciendas conclusiones. Quodcumq; tamen ( ait S. Vincentius Lerinensis c. 30.) in hac Ecclesia Dei agricultura ſatum eſt, hoc idem floreat, filiorum industria, excolatur, & obſeruetur: hoc idem floreat, & matureſcat, hoc idem proficiat, & perficiatur. Fas eſt etenim, ut priſca illa cœleſtis Philosophie dogmata proceſſu temporis excurentur, limentur, &

poliantur sed nefas est, ut communentur, nefas, ut detrucentur, ut mutilentur. Accipiant licet euidentiam lucem, distinctionem; sed retineant necesse est plenitudinem, integratem, proprietatem. tunc autem commununtur, cum pro antiqua doctrina, nouella præsumptiones, hereticorum maximè, proferuntur, ipsi simet hæc apud eundem Vincenzium c. 14. occidentibus: Nobis authoribus, nobis principibus, nobis expositoribus damnatae quæ tenebatis, tenete, quæ damnabatis, reicite antiquam fidem, paterna instituta, maiorum deposita, & recipite, que nam illa tandem horreo dicere, sunt nam superba, ut mibi non modo affirmari, sed ne refelli quidem sine piaculo aliquo posse videatur, &c.

Ad secundum. Verbum Dei non esse alligatum pronunciavit Apostolus, & si ipse secundum corpus alligatus esset in vinculis, quia ut dicit ibi S. Tho. 2. Timot. 2. in carcere quoq; multos conuertit, & quia ( ut dicit Chrysost. ) & si Apostolus vincitus esset, idem tamen verbum, liberè currebat, & solutum erat: certis temporibus, et locis non concluditur verbum Dei, quia Euangeliū fructificauit, atq; fructificat per vniuersum mundum, ut idem scripsit Apostolus, sed post plantatores, & rigatores, nempe Apostolicos Patres, qui in Ecclesia claruerunt, dilatatur. Et etiam Euangeliū, messis seuerunt. n. maiorer nostri antiquitus in hac Ecclesiastica segete triticæ fidei semina, ait Lerinensis c. 30. iniquum valde, & incōgruum est, ut nos eorum posteri, pro germana veritate frumenti, subdititum Zizaniæ eligamus errorem, & ut scripsit Aug. ad Honoratum de utilitate credendi c. 10. in religione quid iniquius fieri posset, quam ut Dei Antistites, cum Sacraenta recipimus, nobis fidem pollicentibus credant, nos autem eis præcipientibus nolimus credere! &c. Verum ergo, & consequens est ( ex eodem Lerinensi ) ut primis atq; extremis sibimet non discrepantibus, de incrementis triticæ institutionis, triticei quoq; dogmatis frugem demetamus.

Ad 3. augerit sapientia Ecclesiæ, sed non quantum ad fundamenta, quæ semel iacta sunt, neq; ad nouas reuelationes, & nouos articulos, unde Cyriillus in Epistola ad Nestorium. Accipias fidem verâ Ecclesijs per Beatissimos Apostolos. & Euangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstrantur, & Beda in illud. i. Io. 2. quod audistis ab initio in vobis maneat, sic ait, Illam fidem, illa dogmata toto corde sectemini, quæ à primis Ecclesiæ nascentis temporibus Apostolorum percepisti. ipsa n. sunt sola, quæ nos diuine gratiae participes reddant. Augerit autem quantum ad explicationem dogmatum, quæ ad nos ab Apostolis medio Patrum ministerio, per manus deuenerunt, ut intelligatur illustrius ( ex eodem Lerinen. ) quod ante a obscurius credebatur, per modernos posteros expicatum; intellectum gratuletur, quod ante a vetustas non intellectum venerabatur, ea etiam lege, ut cum dicantur NOVE, non dicantur NOVA, ut idem ibidem subdit.

Sed illud mirum est quod citati Doctores illâ authoritatâ usurpent ex Tertulliano, quia heretici contendebant astruere Paracletum plura dixisse in suo Montano, quam quod Apostolis reuelau-

rit: ille siquidem Tertulliani discursus ( ex Pamelio ) ad Montanistarum dogma firmandum pertinet. Ad sensum vero Catholicum applicando eadem verbâ dicitur, quod missus est Paracletus Spiritus S. ad Apostolos; quibus, quæ à Christo acceperunt, suggestit, & superuenientia reuelauit, integrum fidei regulam illis reuelando, ut diximus Tomo primo cum de traditionibus ageremus: post ad unumquemq; eiusdem Spiritus Sancti disciplina directa est icripturæ 13. reuelatæ, non quidem ad nouam compositionem, illud n. Apostolorum, & Euangelistarum fuit minus, sed quantum ad explicationem &c. ut dictum est.

Ad 1. confirmationem Respondetur ex Lerinensi c. 28. quod ad profectum pertinet, ut in semetipsa unaquæque res amplificetur: ad permutationē vero, ut aliquid ex alio in aliud transverteratur. Quando ergo posteriores, quod obscure Patres dixerunt, explicant, vel sensus eorum elucidant, vel ex doctrina Patrum aliquod colligunt, tunc habetur Religionis profectus: cum vero reliquo germano Patrum sensu, nouum introducunt, vel aduersum, vel diuersum, potius in religione transmutant, quam Religionis profectum intendant. Sed & Tertulliani exemplum, ad suum Paracletum comminiscendum, translatum ab ipso est. Propterea nāq; ficto illi Paracletu suo tribuit, plura, quæ neq; Apostolis ( aiebat ) reuelata sunt quæ tamen in Montano singit esse reuelata. Unde propterea hereticè Tertullianus ibidem subdit c. 1. Non n. nempe Paracletus, ab se loquitur, ad quæ mandatur à Christo. Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt usq; non olim prophetantem, virginis contingunt &c. contra siquidem consuetudinem Ecclesia de Apostolica doctrina venientem ( virginis n. quæ nuptui tradendæ erant, & virgines hominum dici solitæ erant, in Ecclesia, & extra, recte a capite incedebant, donec iam desponsatae, nuptui essent proximæ ) inuochit, & putat rationibus, & nouis reuelationibus Paracleti, esse veladas in consuetudinem iniurias, quam alias tantoper commendarat: unde ex istis nouis reuelationibus, ut notauit Pamelius in annotationibus, & antitodis) initium sua hæresis est auspicatus. Stando autem in similitudine Tertull. ex S. Vincentio c. 30. explicatur illud exemplum, quod, & si aliquid ex illis seminum primordijs, accessu temporis euoluatur, & nunc letet ur, & excolatur, nihil tamen de germinis proprietate mutetur: addatur licet forma, species, distinctio, eadem tamen cuiusq; generis natura permaneat; absit n. ut noua illa Catholicæ sensus plantaria, in carduos, spinasq; vertantur, &c. ad profectum, vero dogmata perducuntur, cum stante eodem fructu, eademq; fidei sententia, sensus dulcedo percipitur, qui intus latitabat.

Ad 2. Confirmationem, ex autoritate Gregorii, Respondeatur, propositum Greg. est ostendere per incrementa temporum creuisse scientiam spiritualium Patrum, nempe Prophetarum respectu Patriarcharum, unde ibidem subdit. Plus namq; Moyses quam Abraham, plus Prophetæ, quam

*Moyses plus Apostoli quam prophetæ in omnipotenti Dei scientia eruditæ sunt &c. Illud vero dictum Gregorij: quanto mundus ad extremitatem dicitur, tanto nobis æternæ scientiae aditus longius aperitur, non refertur ad tempora posteriora, & nouissima, (si loquamur quantum ad reuelationem mysteriorum gratiæ) sed ad ipsa tempora Apostolica, quæ proximiora sunt extremitati, quam tempora priora Moysis, & legis naturæ. Vnde, ut patet ex contextu cognitioni temporis ante legem tribuit vnam mensuram: postmodum latitudinem cubitorum decem, ad tempora sub lege, cubitorum verò tredecim mensuram, tribuit Apostolico tempori: & de ista graduatione exposuit dictum Danielis, & subdit mensura ergo calami, qui est sex cubitorum, & palmo, ducatur ad cubitos decem, & mensura decem cubitorum ad extremum surgit in tredecim, quia quanto mundus ad extremitatem dicitur &c. secundum ergo maiorem proximitatem ad finem seculi, ab ipso nascente mundo inchoatam, crevit scientia spirituum Patrum, quia talis ætas vicinior erat Christo. Vnde non ex propinquitate ad finem seculi, præcisè sumitur perfectior cognitio à Gregorio, sed ex proximitate per vicinitatem ad tempora Christi Domini, quod Bernardus videtur intellexisse, qui hunc locum Gregorij ponderans, sic dicit. Si ergo (ut etiam ait S. PP. Gregorius) secundum incrementa temporum crevit & scientia spirituum PP. & quanto viciniores aduentui saluatoris extiterunt, tanto mysterium salutis plenius perceperunt: non est dubium, quin in his qui & praesentes fuerunt, multò amplius contulerit rerum ipsorum exhibito, atq; praesentia exhibentis, vnde merito S. Thomas istud tempus reuelatae gratiæ comparat iuuentuti, cui precedens & subsequens ætas, quanto proximior tanto robustior. Vnde & Tertull. etiam loc. cit. sup. cognitionem Dei per evangelium effervuisse in iuuentutem, aperte demonstrat.*

Ad tertium argumentum. Quotidie proficit quoq; doctrina spiritualis fidei, sed profectus non est, (vt fingunt) quod de novo modernioribus reueletur, quæ Apostoli, & Apostolici patres profus ignorarint, vt dictum est. Etiam de fide definiuntur, quæ prius non erant definita, non quia de novo reuelantur, sed quæ Ecclesia à maioribus ait Lerinæ c. 32. sola traditione suscepereat, hoc deinde posteris etiam per scripturæ chirographum consignatur. Quibus & si inter dum Patres restituerint ante definitionem, non omnes nec senior pars illis restitit, sed aliqui vel pauci, quos reliquorum patrum concorsententia, & Ecclesiæ definitio, & authoritas cum ceteris, & præceteris Patribus emendauit.

Ad confirmationem. Illam obiectionem his verbis proposuit S. Vincentius c. 27. sed forsitan dicet aliquis: nullus ne ergo in Ecclesia Christi profectus habebitur religionis: habetur plane & maximus. nam quis ille est tam inuidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? sed ita tamen ut vere profectus sit ille fidei, non permutatione. si quidem ad profectum pertinet, ut in semetipsa unaquæque res amplificetur, ad permutationem vero ut aliquid ex alio in aliud transuerteretur. vt

supra dictum est.

Ad 2. confirmationem respondetur probare creuisse cognitionem posteriorum, non quantum ad substantiam credendorum, sed explicacionem, doctrinæ methodum &c. vnde quæ posteriores accumularunt, & superadficarunt, ad explicationem, & ornatum pertinent.

Ad quartum respondetur, quod cognitio quæ est per fidem est motus quidam intellectualis, per similitudinem ergo motus naturalis accipiendus, & explicandus. certum est autem ex Simplicio apud S. Doctorem 2. de Cælo c. 8. quod in motibus animalium in maximè velocitatē inuenitur à principio, nam quodammodo paulatim membra sua animalia expedient ad motum: neq; circa finem, quando membra eorum sunt desatigata, sed circa medium, quando sunt in ipso impetu motus; idē accedit ex S. Tho. ibidem in motibus projectorū, vbi in fine motus est etiam remissio. Ita in nostro proposito, nec cum mundus sicut in infantia, nec cum erit in senectute tantam habebit plenitudine cognitionis, quantā in medio annorum, nempe reuelatae gratiæ habuit. Locus autem adductus à S. Th. intelligitur de augumento, non ex parte obiecti, vt plura reuelanda sint in fine, quam in principio, sed ex parte subjecti, hoc est per actus fidei int̄siores, & huiusmodi. Correspondet autem finis principio secundum quandam proportionem, semper tamen primitiæ spiritus fuerunt tempore Apostolorū, eosq; magis participarunt viri Apostolici &c.

Ad confirmationem respondetur, quod Ecclesia assimilatur auroræ, quia quantum ad substantiam creuerunt articuli fidei tempore legis, & multo magis tempore reuelatae gratiæ, & posterioribus seculis propter illustrationem dogmatum, magis crescit, non in noua cognitione, sed in explanatione. Ex proximitate autem ad gloriam non est expectandus nouus status nouæ reuelationis, sed clarior illustratio, & explicatio, iam reuelatorum mysteriorum. Porro vnumquodq; eō perfec-  
tus est, quanto ultimo fini est propinquius, secundum statum, in statu autem est gradatio secundum loca, & personas, & ita dicimus cum S. D. p. 2. q. 106. ar. 4. quod nullus est perfectior status quam status nouæ legis, nihil enim potest esse propinquius ultimo fini quam quod immediatè in finem ultimum introducit. Sed vt dicit ibidem S. Th. status nouæ legis diversificatur secundum diversa loca, & tempora, & personas in quantum gratia Spiritus sancti perfectius, vel minus perfectè ab aliis habetur. & mox subdit. Non est tamen expectandus quod sit aliquis status futurus, in quo perfectus gratia Spiritus sancti habetur, quam hactenus habita fuerit, & maximè ab Apostolis, qui primitias Spiritus sancti acceperunt, & tempore prius, & abundantius, illis autem proculdubio Patres sunt proximiores, quam moderniores, & per consequens magis illustrati circa principia, & fundamenta fidei, & exinde excludit S. Doct. vanitatem Manicheorum, Montani, & Priscillæ, qui promissionem Paracliti ad Montanum & Manetem referebant, & aliorum, qui dicebāt esse expectandum aliud tempus Spiritus sancti, vt dicit in responsione ad secundum, cum

cum ergo proximiores Apostolis Patres sint, quā Schoasticī magis antiquioribus, in dogmate standū est, quā modernis, & posterioribus.

Ad quintum resp. illam regulam S. Tho. intelligi regulariter, ita S. Doct. exponit Caiet. in hunc locum. Vel dicendum proximitatem cognitionis majoris respicere statum, non singulas etates statuum, vt cum alia sit etas virorum Apostoliconrum, qui Apostolos inspicerunt, alia subsequentium Patrum, alia subsequentium scholasticorū, satis est quod viri Apostolici, & Doctores aliquarum etatum, & si non omnium, intrā tamen latitudinem etatis Patrum, ex proximitate ad statū Apostolica cognitionis, plenus, atque perfectius fuerint instructi, & tādem intelligitur (vt dictum est in corpore Articuli) plenius quantum ad principia Patres instructos, subtilius, & explicatius per comparationem ad subsequentium Doctorum, & scholasticorum etatem.

Ad confirmationem dicitur, illud Vvaldensis dictum, intelligi, quantum ad dispositionem ceremoniarū, & cultus, vnde Apostolus scripsit 1. Cor. 11. [cetera cum venero disponam] sed non quantum ad dogmata fidei, quæ ab Apostolis promulgata sunt primæ Ecclesiæ, cum eadem plenitudine cognitionis, qua Apostoli prædicti sunt. Vel dicendum fieri comparationem etatis Ecclesiæ ante aduentum Spiritus sancti, & post illius aduentum, & propterea scripsit Vvaldensis maiorem profectum fuisse post aduentum Spiritus sancti, quā sub corporali specie præsentia Christi Domini, tunc n. abundantius, præ ceteris subsequentibus primitias spiritus acceperunt.

Ad VI. maior pars præsentium Doctorum nūc efficit firmum argumentum, cum ab antiquitate non discordat. Additur, Doctores viuos non esse discretos à Patribus mortuis, nec Patres mortuos esse separandos à viuis. & præsentibus Doctoribus: sic Julianum Pelagianum conuicit Aug. dicens 1. libro. *Si Episcoporum synodus ex toto orbe congregaretur mirum si tales possent illic faciliè sedere, tot quā isti, qui nec uno tempore fuerūt. Loquebatur autem S. Pater de Chrysost. Basil. Olympio Irenō, iam vita sunt, quorum testimoniu adē magnificet Aug. vt illorum dictis palmā reportare videretur. Sed & Hil. scribens contra Cōstātium Augustum, eo etiam titulo iugulat, quia mortuos patres nolebat admittere: dicebat autē. Ceteri quidem mortales semper cum viuis bella gesserunt, dum homini ad hominem ultra mortem nihil causæ est. Tibi vero inimicitarum nullus est finis, receptos n. in æternam requie Patres lacescunt, & in decretis eorum peruersus irrumpis. Apostolus communicare nos memorij sanctorum docet, tu eos damnare coegisti. & Cassianus 7. de Incarnat. verbi c. 28. scriptit loco fides nō imminuitur & quid sit quis, non tibi sit considerandum, præferim cum religio omnes uniat, & hi qui in fide una sunt, in corpore quoq; uno esse noscantur. & allegans S. Greg. Nazianenum vita suntum, sic dicit. Qui cum iam vita functus sit, & nunc autoritate, ac fide viuit, & cum iam olim in corpore absit ab Ecclesijs, tamen magisterio, & voce non recedit.*

Ad ultimum. hoc non est sanctorum autoritatē tueri, sed sanctos emendare, non à sanctis trahi,

sed quō vellemus sanctos trahere. vnde illis respondendum, vt Cassianus loc. cit. 7. lib. c. 28. olim respondit Nestorio. Tu emendator priorum Antistitū? tu condemnator veterum Sacerdotum? tu Gregorio excellētior? tu Nectario probatior? tu Ioanne præstantior, omnibusque Orientalium urbiū sacerdotibus? qui & se non eiusdem nominis cum his, quos nominaui (allegabat autem Doctores posteriores) eiusdem tamen fidei fuerūt, quodquidem, quantum ad causam pertinet, sufficit, quia cum de fide agatur, omnes in eo idem sunt quod optimi, in quo consortes sunt optimorum. cogere ergo velle ad retractionem, & mutationē ipsos patres veteres, nihil aliud est quā velle, tot Ecclesiæ proceres emēdare, & nostræ ferulæ subiçere. Vtinā daretur ad sedandos hæreticos, vt è tumulis resurgerēt, vel daretur tātisper, vt loquerentur sancti viri quantum satis esset ad Phytonicas istas diuinationes retundendas. Sed nec id necesse est, nā qui non credunt eorumdem scriptis, neque si ex mortuis resurgent, credent, sed potius phantasma esse iudicabunt. De hoc argumento si quis plurimō desiderat, legat tractatum nostrum nuper impressum pro sacro deposito Apostolico, & multa diffusius curiosus lector, ex antiquitate, & vetustate deprehendet, quæ ad præsentis questionis faciunt plenam solutionem.

## ARTICVLVS XII.

An vnquam Catholica Ecclesia contrariam doctrinam definierit, vel diffinire posse, aut ad minus diuersum, vel aduersum cultum vel ceremonias præscribere posse, contra omnes, vel saltem plures, vel grauiores Patres.

### Hæreticorum impudentia.



Votidie Catholico, hæretica impudentia suggesta, dicens. Pontificios, novos Articulos cōdere, à prisca fide majorum degenerasse. Id expressit confessio Augustana variata anno 1540. a. 21. Non aspernamur (inquit) consensum Ecclesiæ Catholice, nec esse eius nobis ullum nouum dogma, & ignorantiam Ecclesiæ Sanctæ, inuehere in Ecclesiam. Nec patrocinari impijs, aut seditiosis opinionibus volumus, quas Catholica Ecclesia dannauit. Non n. adducti prava cupiditate, sed coacti autoritate verbi Dei, & veteris Ecclesiæ, amplexi sumus hæc doctrinam, ut & gloria Dei fieret illustrior. & cōsuleretur pijs mentibus in uniuersa Ecclesia. Constat n. plerosq; abusus irrepsisse in Ecclesiam, qui emen-

## 92 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

emendatione opus habent. Loquebantur autē Protestantes contra cultum Sanctorum. Centuriat. 2. c. 4 quosdam Episcopos autem rerum habenis potitos simplicem, & vulgarem consuetudinem immutasse, & se autem in alijs quoque Ecclesijs aliquae accesserint ceremonia, traditiones tamen nusquam plures, quam in Ecclesia Romana accessisse reperietur, & lib. 4.c. 6. Hoc primum in genere monemus lectores, ut attentè conseruant cum superioribus seculis, & obseruent quantum hoc seculum à primitiæ Ecclesiæ simplici statu degenerauit, cumulatis, & in Ecclesiam inuectis, tūm Gentilium, tūm Iudaicis ritibus, &c. et passim à primitiæ Ecclesiæ facie forma declinasse, & aberrasse. Martinus Kemnitius in suo examine apud Andradium lib. de pecc. originis, Tridentinos Patres eo nomine insimulat, quod (ait) contra Patres veteres decreta formarint. Marcus Antonius de Dominis Archiapostata Spalatensis in Consilio professionis sue c. 5. assignat unum ex motiis ad relinquendam Romanam Ecclesiam extitisse, quod (ait) Ecclesia Pœc. discipline, regiminisq; spirituallis nostrorum iemporum normam, & proxim pluriū à veteri dissidentem, non sine admiratione intuebar, & in libello Anonymo c. 10. ait, Papam libidine dominandi iu pœceps abiisse, & contra mores maiorum, contra leges, constitutiones, condere exorsum leges quibus Christianos ligavit, &c.

### Quorundam Catholicorum positio.

**D**efiniuisse iam, & posse quoq; Ecclesiam contra plurium grauiorumq; Patrum sententiam aliquid definire, multi ē nostris Catholicis docuerunt, libet verba eorum afferre. In libro legationis Reuerendiss. Antonij à Trejo Episc. Carthagena sect. 2 s. 5. & tract. 5. sect. 2. num. 2. hæc leguntur. *Multa contra multis Ecclesiæ Patres, non in eorum contemptum, sed in necessariam fidei veritatem, iam ab Ecclesia frisse definita, patet, & tract. 10. sect. 2. nu. 31. s. 6. ait, quod si quindecim, vel plures Patres aliquid affererent, non propterea Ecclesia potestatem corrictari, ut si consultum, & rectum duxerit, non possit contra altos cum alijs definire;* & subdit. *Plures sunt, & grauiores ij contra quos, cum alijs definitum est; circa animarum ante iudicii diem beatitudinem. Plures, & grauiores contra quos docet Ecclesia Angelos esse spirituales. Plures, & grauiores, contra quos, vel quibus dubitatis de variis libris, & scripturis canoniciis, evrung, editionibus plura sunt statuta ab Ecclesia, aliasq; multa sunt huiusmodi, que refragantibus, aut circa ea nutantibus multis DD. decisâ sunt, & Pontificibus, nec n. paruum DD. aggerem, sed Dei sapientiam, & spiritum pro regula, recte veritatis habet Sancta hec nostra, que falli non potest mater Ecclesia, quos tamen iusto honore veneratur, & contra quorum omnium unanimem consensum nunquam aliquid statuit, vel leuter senserit aliquando. In hac eadem sententia videtur prima fronte esse doctissimus. & eruditissimus P. Fr. Zacharias Bouerius t. 1. symbolic. demonstrationum dem. 4. symboli de unitate fidei ar. 15. vbi sic dicit. Quod si uniuersi Patres in aliquo fidei dogmate consiparet solus autem Pontifex differiret, ac oppositum*

*de fide esse decerneret, fidei veritas penes Pontificem, non apud Patrum consensum esset; neq; in eo sequendum esset Patrum consensus, cum Pontificis, qui errare non potest, at quiescendum esset. Possibile ergo iudicare vī, quod etiā si uniuersi Patres conspirent in dogmate, contrarium possit Ecclesia definire. Sed reuera P. Bouerius facillime ex suis dictis, & subiecta materia exponi potest ( sic tam virum egregium de Catholica fide benemeritum id sensisse amicè, benevolè, & reuerenter expono), & non est cur in hac sententia referri possit, quod non de SS. PP. Ecclesiæ loquitur, sed de Patribus in Concilio congregatis.*

P. Poza lib. 4. tract. 2. c. 14. sui clucidarij multa mutuatus à supra allegata legatione Episcopi Carthaginensis, eidem subscrabit, sed temperat suū modum loquendi, vt loquatur non de Patribus, sed scriptis eorum depravatis nimirum, vt contra talia scripta depravata definierit, vel possit ecclesia definire. Sed in eodem cap. 4. versus finem se prodit, quod de Patribus etiam loquatur in suo fonte puro, dicens hæc verba, quod si consensus Ecclesiæ inualuit contra plura, & clariora antiquorum PP. testimonia, ubi etiam nulla est expressa scripturarum, & Conciliarum propria autoritas, quæ innocentiam Virginis circa delicta actualia tueatur, & ex eo consensu fidelium, vel definitum, vel definitum esse declarauit Tridentinum Concilium, ex privilegio singulari etiam levissima vita se delicta, quid dicendum erit de proxima facultate definendi circa Articulos fidei, opinione p̄ am de immaculata conceptione Deiparae c. 17 vbi aper te Tridentinos PP. contra Santos definiti, vel definitum esse declarasse, docet manifeste.

### Oppositiones Protestantum.

**A**rguitur à Protestantibus, quod in Ecclesia sint multa definita de quibus apud Patres nimirum silentium, multa quoq; in Ecclesia inuecta, & de cultu SS. exemplificant, & alijs articulis controversis Protestantes Augustani in Apol. & Magdeburgen. in centuriis.

### Oppositiones citatorum Catholicorum.

**P**rimo multi PP. dubitarunt de libris quibusdam, an essent reponendi in Canone Biblico, quos Ecclesia postea Canonicos definit. legatio Carthagena. Idem argumentum facit. Poza lib. 4. tract. 7 c. 1. dicens / non est verita Ecclesia contra aliquorum sensum, & mentem certum canonem prescribere. Item multi PP. vulgate refragati sunt, illi præferentes versionem Septuaginta: in specie Aug. epis. 8. 10. 19. ad Hieron. & secundo de doctrina Christiana c. 15. lib. 18. de Ciuit. c. 43. quod postea apertum est, & in ultimis Conciliis definitum. Idem accidit in controversia de Processione Spiritus S. à Filio, quamuis n. à multis PP. Græcis id sit negatum, postea tamen ab Ecclesia contra haeticos definitum est.

Amplius de origine animæ nedum tempore Aug. vt patet ex eius epis. 7. ad Marcell. sed etiam tempore S. Gregorij dubitatum est, sic n. scribit ad Secundinum: Sciat dulcissima mibi tua charitas,

# De Patrum sensu, & authoritate. 93

*tas, quia de origine anime inter SS. PP. inquisitio non parua versata est. Sed utrum ipsa ab Adam descendenter, an certe singulis detur, incertum remansit, eamq; insolubilem fasse sunt esse questiones, gratias n. est quæstio, nec valet ab homine comprehendi, & multi in affirmatiuā sententiā inclinarunt, & tādē procedente tempore contrarium est definitū.*

*¶ Leone IX. in explicatione fidei Rom. ad Petrum ep. sc. Antioch. & S. Tho. i. p. q. 118. ar. 2. docuit esse hereticum. Idem argumentum facit Poza tract. 6. lib. 4. c. 3.*

Insuper multi veterum scripsierunt animas iutorum, non videre diuinam essentiam ante d. em Iudicij, ita Iustinus ad Gentes q. 60. & 70. Tertull. 4. contra Marcionē, l. b. de anima c. vltimo; Orig. hō. 7. in Leuit. Lacta. 7. Insti. c. 2. V̄ctorinus Martyr. in Apocalypsi. & alij relati à Castro verbo Beatitudo heres. 6. Sande. 7. de visibili Monarch. Bellarm. de Sanctis lib. 1. c. 9. tamen sententia illa quamvis esset tot DD. Sacerdotū nixa testimonij, explosa est à Bened. sto XI, non habens tantorum Patrum rationem, & non obstatit, tam magna autoritas, quin contrarium definiret Benedictus. Idē argumentum facit Poza c. 7.

Item culpam venialem in Sanctissima Deipara Virgine ponunt multi Patres graues, tam Græci, quam Latini, quos referunt recentiores ad tertiam p. q. 27. & supra recensiti sunt. contrarium tamen sensit Ecclesia in Concil. Claramontano, & Tridentino sess. 6. can. 13. Idem argumentum amplificat Poza lib. 4. tract. 2. c. 4. vbi plures PP. refert, & Tract. 7. c. 1. sic dicit [Non est exiguis numerus DD. qui prioribus seculis arbitrati sunt Deiparæ leuiā quedam peccata commisere, quorum sententia, vt pluribus, & gravioribus placet, tandem ab Ecclesia Catholica de heresie damnata est.]

Amplius, innumeri PP. Concilij Africani cum Cypriano Anabaptistum Hereticorum tutati sunt, & solus Stephanus PP. se opposuit, contrariū definiens. Hęc ex legatione Episcopi Carthagena. Et tandem definiri potest Angelos ante mundum corporeum non suisse conditos, & esse incorporeos, cum tamen complurimi, & grauissimi PP. oppositum tenuerint, relati à Vasquez. 1. p. disput. 114. & si excusat: Poza c. 5. & 6. Imò definitum est in Concilio Lateran. esse incorporeos, & non creatos ante mundum corporeum.

Secundo, quia Patrum consensus non modo viam fidei, sed nec aliam certitudinem veritatis potest inuehere, ergo aīs p̄. ex dictis PP. Africani.

Confirmatur, solus PP. consensus in Concilio, vbi maximē authoritas viget, nihil in definiendis fidei rebus obtinet, sane multominus id extra Concilium poterit.

Tertio alii arguant, dissidente toto Concilio, & Pontifice contradicente, magis stādum est sententia Papæ, quam totius Concilij, ergo discrepante Sanctorum Choro à Pontifice, magis standum est sententia Papæ, quam Patrum autoritati.

Confirmatur ex Authoritate S. Th. 2. 2. q. 10. a. 12. dicente: magis standum est Authoritati Ecclesiae, quam authoritati, vel Augustini, Hieronymi, quia & ipsa doctrina Catholicorum DD. ab Ecclesia autoritatem habet, ergo &c.

Quarto. In doctrina fidei Patrum concors sententia, non est necessaria, sed congrua, qua etiam Ecclesia in definitionibus, vti solet, non ergo ad. Stringitur ad sentiendum cum PP. præsertim si aliundē alia argumenta suppetant, nempe præsentium Doctorum sensus, Ecclesiarum consensus, optimæ rationes, & huiusmodi.

Quinto. non ex vi alicuius medij, sed ex assistētia Spiritus Sancti Papa determinat, & non ex mō quo definit, sed ex authoritate cogit qua definit, quia per eam Christus Dominus voluit esse decernendum quid sit, vel non sit c. edendum. ergo & contradicentibus PP. Eccles a potest aliquid determinare, quia ex instinctu Spiritus Sancti mouetur, vt Patres relinquat. antecedens probatur, quia Eccles ē determinatio, non est argumentatiua, sed prophætica.

Confirmatur, quia determinationes Pontificum sunt legistrationes Spiritus Sancti, vt egregie ponderat Chrysost. in acta Apost. c. 15. hom. 33. commune autem est legislatoribus, vt edicta promulgant, rationes non reddant, nec media ostendant, quibus innixi leges promulgarunt. Vnde Chrysost. ser. 3. de prouid. Non sicut hi, qui regiones nostras inhabitant, legibusq; nostris gubernant, & iisdem quibus nos Regibus subsunt, persuadendi non sunt, nec usum nobis Persicarum legum inueniunt, sed prohibendi. Ita & in proposito sat est ad ista promulganda authoritas Pape, etiamsi medijs non vtatur, nec eadem ostendat quibus innixa est, nec quod Patribus inniti opus sit.

Sexta. Patres afferuntur, vt testes traditionis. At Ecclesia non solum est testis traditionis, sed et iudex: certè iudex si contrariis administriculis eruditur, potest non stare dictis testimoniis, maximē si esent intestantes, & vacillantes.

Septimo. Data illa hypothesi, q; sit vniuersalis PP. sententia, & Ecclesia determinaret oppositum, possibile posito in eēnō segē impossibile, & magis deberemus stare authoritati Ecclesiae, q; Patrum, non ob aliud, nisi ob infallibilitatem Ecclesie determinantis, ergo non obstat quin possit definire contra PP. ex ista infallibilitate.

Vltimo. Pontifex in definiendo, & si debeat consulere regulam fidei, illa tamen est tam latē patens, vt non sit necesse hanc, vel illam consulere regulam, ergo etiamsi concors PP. sententia ad regulam fidei quoq; pertineat, quia tamen sub illa continetur alia via, puta consensus fidelium, Doctorum præsentium &c. nō ad stringitur huic magis, quam illi; & hanc magis, quam illam sequi potest, & sic inniti consensui præsentium contra veterum sensum.

## Pro parte opposita.

Ed contra est Primo authoritas Apostoli dictis ad Timoth. p. c. 6: O Timothee depositum custodi. Quæ verba exponeus Lerinensis cap. 27. per Timotheum ait intelligitur, vel vniuersa Ecclesia, vel specialiter totum corpus Præpositorum. Per depositum fidei talentum inuolatum, & illibatum, quod traditum est, & ad posteros perductū. Quod ita creditum est, vt sicut acceptum à Patribus, ita tradi debeat: ne &s; plumbum, vel zramē-

## 94 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.

ta pro auro subiiciatur, &c. Cum ergo in Patribus Ecclesiæ ex Irenæo lib 3. c. 4. tāquā in depositorio dīsite dogmata Apostolica recondantur, impossibile est, si aurea dogmata tradita sunt, & ab illis custodita, vt ab Ecclesia transmutentur, aliaq; pro illis supponantur, & nouella posteriorum temporum dogmata obtrudantur.

Secundū ex autoritate Summorum Pontificum. Damasus Papa ad Episcopos Illyriæ. Cauēdum, ne per eos, qui varias doctrinas comminiscuntur, ī lubricum, seducamur, ac potius quiescunque illi, variantibus consilij circumferuntur, PATRVM nostrorum à nobis sententiæ sunt retinenda.

Leo Pontifex ad Patres prorocauit, vt Euthy-  
chetis errorem destrueret, scribens ad Imperato-  
rem. Vt autem pietas tua cum venerabilium  
Patrum prædicationibus nos cōcordare cognoscat,  
aliquantas eorum sententias huic credidi subsciendas  
esse sermoni, quibus si digneris attendere, nos  
non aliud prædicare reperies, quād quod Sancti  
PP. nostri toto orbe docere, nec quidquam ab illis,  
nisi solos hæreticos discripare. J allegat autem eo  
loco Hil. Athanaf. Epis. ad Epictetum, Ambros.  
de fide ad Sabinum, Aug. ad Dardan. & Volusi.  
Cyrill. ad Nestorium.

Sed & Pontifex Xistus III apud Lerinen. c. 43  
Nihil ultra, inquit, liceat nouitati: quia nihil ad-  
di conuenit veri statu: Perspicua maiorum fides, &  
credulitas, nulla cœni permixtione turbetur, & sub-  
dit Lesinensis. omnino Apostolicè, vt Maiorum  
credulitatem perspicuitatis lumine ornaret, noui-  
tias vero prophanitates cœni permixtione describeret.

Hilarius ad consulta Cæsarij Arelatensis, Eu-  
cherij, & aliorum, contra Semipelagianos pugnā-  
tum, respondens. Capitula quædam, quæ ab  
antiquis PP. de certis scripturarum voluminibus  
in hac præcipua causa collata sunt, ad docendos  
eos, qui aliter quam oportet senserunt, ab omnibus  
obseruanda. J transmisimus.

Simplicius, Zenonem Episcopum Hispalensem  
sic adhortans est. Apostolicæ institutionis decre-  
ta, vel Sanctorum terminos PP. nullo modo tra-  
scendi permittimus.

Hormisda Ep. 5. 6. ad Possessorem, inuehitur in  
contemptores auctoritatū vete: um, nouarum  
cupidos quæstionum, solam putantes scientiæ rectā  
viam, quamlibet conceptam facilitate sententiam:  
eousq; tumoris elatos, vt ad arbitriū suum utriusq;  
orbis putent inclinandū esse iudicium: nec in nu-  
mero fideliū deputantes, sequaces traditionis  
paternæ, si suæ viderint cedere nolle sententiæ.  
Et mox In Episcopū Faustum inuehitur, quæ de-  
fendere nonnulli tanquam unum ex PP. volebāt,  
dicens. Neq; Faustum Gallum, neq; quemquam,  
quos in auctoritate PP. non recipit examen Catho-  
licæ fidei, aut Ecclesiastice discipline, ambiguita-  
tem posse gignere, aut religiosi præiudicium com-  
parare. Fixa sunt à PP. quæ fideles sectari debet  
instituta, siue interpretatio, seu prædicatio seu ver-  
bum pro populi ædificatione compositum; si cum fide  
recta, & doctrina sana concordat, admittatur; si  
discordat aboleatur. Vnum est fundamentum, ex-  
tra quod quælibet fabrica si consurgit, infirma sit

super illud quisquis super ædificat, seu vilia, seu  
preciosa consideret, Errat autem is qui à via  
quam PP. electio monstrauit, exorbitat.

Nicolaus PP. contra Photium. Quod vero opor-  
tet nos Maiorum nostrum statuta immoto mentis  
intuitu conservare, & in omnibus SS. PP. semper  
dogmata venerari, definitus &c.

Secundo pater ex Praxi Conciliorum. In Con-  
cil. Nicæn. non contra i. P. sed ex Patrum doctri-  
na definitam esse cōsubstantialitatem contra Ari-  
anos testatur Athanas. epi. ad Afros. ex Hist. itri  
part. c. 7. Episcopi non suæ ingenio verba exco-  
gitantes, sed à Patribus testimonia sic sumpe-  
runt.

In Concilio Ephes. vt scribit Lerinen. c. 42. ne  
qua illic forsan prophana nouitas in modum per  
fidia Ariminesis obtegeret, vniuersi sacerdotibus,  
qui illo ducentū fere numero conuenerant, hoc ca-  
tholicissimum, felicissimum, atq; optimum facere  
visum est, vt in medium SS. Patrum sententiæ  
preferrentur, quorum alios martyres, alios confes-  
sores, omnes vero Catholicos sacerdotes fuissent, &  
permanessent constaret: vt scilicet ritè, atq; sollempni-  
ter ex eorum consensu, atq; decreto antiqui dogma-  
tis religio confirmaretur, & prophana nouitatis  
blasphemia condemnaretur. ibidemq; Patres, qui  
ibi fuerint, recenset, nempe. Petrum Alexandrinū,  
Athanasium. D. Theophilum, Gregorium Nazian-  
zenum, Basiliū, Gregorium Nicænum, Felicem,  
Iulium, Cyprianum, Ambrosium, &c. & mox sub-  
dit. Hi sunt igitur omnes apud Ephesum sacrato  
decalogi numero magistri, cōsiliarij, testes, iudicisq;  
producti, quorum, beata illa synodus doctrinam se-  
quens, credens testimonio, obediens iudicio, absq;  
tædio, præsumptione, & gratia de regulis fidei pro-  
nunciavit. Quamquam multo amplior maiorū nu-  
merus adhiberi potuerit, sed neceſſe non fuit: quia  
neq; multitudine testium, negotijs, tempora occupa-  
ri oportebat, & decem illos non aliud fere sensisse,  
quam cæteros omnes collegas suos, nemo dubitat.  
Quem locum supra contra Pozam ponderauimus  
& nunc iterum diligenter aduertendum pro-  
ponimus, & ponderamus (contra Carthagena m à  
quo Poza mutuatus est) videlicet non vniuersos  
Patres, sed solum denarium numerum Patrum  
sat fuisse Concilio ad definiendum: & multo ma-  
gis quindecim PP. sufficerent ad definiendum.  
Nec contra decem reclamauit Synodus, sed eo-  
rumdem doctrinam secuta est, ergo ne contra  
quindecim (si compertas haberet totidem Patrum  
sententias) definiret? & sequitur S. Vincentius de  
eadem synodo. Post quæ admirati sumus & præ-  
dicauimus quanta Conciliij illius fuerit humili-  
tas, & Sanctitas, quot numero Sacerdotes, & pene  
ex maiori parte Metropolitanani, tante eruditio-  
nis, tantæq; doctrinæ, vt propè omnes possent de dogma-  
tibus disputare; quibus quum ipsa in unum congre-  
gatio audendi aliquid a se, & statuendi addere  
videretur fiduciam; nihil tamen donarent, nihil  
præsumerent, nihil sibi penitus arrogarent, sed om-  
nimodè præcaverunt; ne aliquid posteris traderet,  
quod ipsi a Patribus non accepissent, & non solum  
in præsenti rem bene disponerent, verum etiam post  
suiuris exempla præberent, ut & ipsi B. Sacrae  
veri statu: dogmata colerent, prophana vero Noui-  
tatis

stat's adiumentum dāmnarent. Nota singulare exē  
plarē formā omniū synodorū à posterioribus in  
perpetuū imitandam pro vt semper imitatæ sunt.  
Si ergo nō aūsi sunt Patres Concilij tradere quod  
non accepissent à Patribus, multo magis nō est  
formidandum, Concilia traditura contrarium eo  
rum dogmatum quæ à Patribus sunt prædicata.

Vide similiter modestiam, humilitatem, & san-  
ctitatem PP. Concilij, qui non authoritati soli, vel scie-  
tiæ, vel multititudini confisi de dogmatibus pro-  
nunciarunt (vnde & falso conqueruntur hereti-  
ci quod multitudine prælatorum opprimantur)  
sed PP. testimonij rem agunt, vt non sua, sed quæ  
acceperunt, posteris bona fide consignent.

Nota similiter reverentiā huius magnæ synodi  
erga Patres, quos voluit habere tanquam magistros,  
coſiliarios, testes, iudices; magistros quidem & coſiliarios  
ob eorum eruditioem, & sanctitatem;  
testes, quia non aliunde hoc, vel illud esse tradi-  
tum, agnouimus, nisi ex Patrum monumentis; iu-  
dices, quia multi eorum Episcopi fuerunt votum  
in Concilijs non tantum consultuum, sed etiam  
decisuum habentes, qui licet mortui, à præsenti  
Ecclesiæ fide, & magisterio non recedunt, & è  
proprijs tumulis iudicij rationem exercent: pro-  
pterea absolutis rebus coſiliarijs, in fine acclama-  
tionum, sic Patres vni conclamauit atq; conclama-  
mant, appellando Patres mortuos, *Hec est fides*  
*PP. hæc est fides orthodoxorum.* Vnde S. Aug. Iu-  
lianum Pelagianum ad mortuos Patres tanquam  
ad viuum quodum Cœcilium sanctorum Patrū,  
testimonijs eorum allegatis prouocauit, dicens  
[Introduxi te ad sedādum, atq; sanandum, non in  
alicuius Philosophi auditorium, sed in sanctorum  
PP. pacificum, venerandumq; conuentum, sit opere  
premium obsecro te, aplice illos quodammodo aspi-  
cientes te, &c.] & post allegatas sententias, Am-  
brosij, Chrysostomi, Basilij subdit. *Ecce quo te in-  
troduxi. conuentus iste sanctorum est, non est mul-  
titudo popularis, non solum filij, sed & Patres Ec-  
clesiæ sunt, ex illo numero sunt, de quibus prædictū  
est, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij &c.*

In Concilio Romano sub Martino I. secret. 2:  
legatio refertur, quam misit Victor ad Theodo-  
rum Papam, vbi cōtra hæresim Monothelitarum  
loquens, ait. *Vestrū est Frater charissimè cano-  
nicā discretionē contrarijs catholicæ Fidei  
obuiare, nec permittere nouiter dici, quod PP. vene-  
rabilium authoritas, omnino non censuit.*

In Calcedonensi Concil. A ct. 4. sequentes igitur  
SS. PP. docemus &c. in S. Synodo legitur sequimur  
per omnia SS. Patres & doctores Ecclesiæ, Atha-  
nasium, Basilium &c. In 6. Synodo recitantur Epi-  
stola Synodicæ Agathonis PP. in quarum una  
recsentent authoritates PP. in mediū, & prolatæ  
sunt tam à Concilio, quam hereticis, factaque ad  
inuicem collatione, damnati sunt Monotheliti,  
& dogmata catholica approbata.

In 7. Synodo aduersus Iconomachos PP. testi-  
monij triumphatum est. In 8. Synodo quæ eis sy-  
nodus Florentina, Patrum doctrina Spiritus san-  
cti processio ex Patre, Filioque aduersus Græcos  
demonstrata.

In Concil. Trident. in salvo cōducto dato pro-  
testantibus sess. 18. causæ controvæ, tractandæ,

& sibi proponuntur, authoritate sacrae Scripturæ  
controversæ secundum sacrā Scripturam, & Apo-  
stolorum traditiones, probata Concilia, & Catholi-  
cæ Ecclesiæ consensum, & SS. atrum autoritates  
in prædicti Concil. Trid. tractentur.

Tertio p̄batur rationibus 1. Nā vt in nostra ana-  
lysi tom. 1. nostrarum præscriptionum cap. 1. de-  
monstrauimus, hæc sunt inuicem cōnexa, traditio,  
Ecclesiæ sensus, & Patrum consensus, vt ex Patrū  
consensu, sensus, & traditio agnoscantur. Ad de-  
monstrandum autem consensum, satis est consen-  
sus plurium, & grauiorum Patrum, firmiter, & cō-  
corditer, rem aliquam tradentium, vel docentiū,  
imo duos grauissimos Patres sufficere ad demon-  
strandum consensum Ecclesiæ, vbi alij non con-  
tradicunt aliás ostendimus, & egregiè ponderauit  
P. Magister Frater Petrus à Soto in lib. defensio-  
nis catholicae confessionis c. 69. & ante. Sotum ex-  
preſſe S. Aug. docuerat, tractans n. de prædesti-  
nationis sententia lib. de bono perseverantia c. 18.  
ait *Puto tamen eis qui de hac re sententias tracta-  
torum requirant, sanctos & in fide, & doctrina  
Christianæ laudabiliſter diffamatoſi viros, Cy-  
prianum, & Ambroſium, ororum tam clara testi-  
monia posuimus, debere ſufficere, & inf. a. Sed hiſ  
duobus qui ſufficere debuerant, S. Gregorium ad-  
damus, & tertium. & primo cont. a Julianum post  
adductas autoritates Gregorij & Basilij contra  
Pelagianam hæresim, sic dicit. *Vide iam atrum  
ſufficienti tibi ex Orientis paribus duo iſi, tam  
iſiſignes viři, & tam clara prædiſi ſanctitate &c.*  
& de uno solo G. e. orio Nazianzeno loquens ait.  
*An tibi parua in uno Gregorio Episcoporum oriē-  
talium videtur authoritas, eſt quidem tanta per-  
ſona, ut neq; ille hoc, niſi ex fide Christiana omni-  
bus notissima diceret. Nec illi eum tam clarum ha-  
berent, atq; venerandum, niſi hæc ab illo dicta ex  
regula notissimæ veritatis, agnoscerent. ecce quo-  
modo pauciores, & grauiores, & ex paucioribus,  
& grauioribus Patribus, duo & etiam unus cum  
pronunciant aliqui d. ex regula notissima verita-  
tis, quod Ecclesiæ ſenſum, traditoremque atte-  
ſtatur q; ſufficiunt ad probandum. Quid non te-  
ſtarentur quindecim? maximè ſi in aliquo prouin-  
ciali Concilio vniſi eſſent, vel abiq; concilio, in  
proprijs ſedibus conſidentes, conſtanter aliquid  
doceſſerunt aduersus iſiſ pronunciaturam Ecclesiæ  
provinciabant oppoſitores?**

2. Quia non ex nouis reuelationibus Concilia,  
& Pontifices decernunt, ſed quicquid in deposito  
Ecclesiæ reperiūt. I. in corde Ecclesiæ & monu-  
mentis Patrum repositum, idem immutatum pro-  
ponunt & recipiendum publica conſignatione &  
definitione decernunt, ipſiſimū, illud prorsus  
eſſe quod ab Apostolis receperunt, firmiter illud  
in verbo veritatis attēſtantes. vnde in fine defin-  
itionum in concilijs maxiſi ponderis illa vox *hæc  
eſt fides, B. Petri, & Apostolorum PP.* *Hæc eſt fi-  
des Patrum.* impoſſibile ergo eſt contra custodes  
ſacrosancti depositi, Pontificem, & Concilia, ali-  
quid definire diuersum, vel aduersum, cum non  
alia regula ſint dogmata definita. At quis contra  
regulam qua aliquid mensuſ eſt, artifex facit?

3. Quia ſontalis doctrina Catholica in Aposto-  
lis, &

## 96 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

lis, & Apostolicis viris conseruata est, ( quibus ut dicit Aug. in Julian. post Apostolorum S. Ecclesie, tamquam plantatoribus, ædificatoribus, rigatoribus creuit ) que postea ad posteros, eadem numero per eundem canalem successionis ad nos peruenit. certum est autem non esse diuersam aquam riui, & fontis, non ergo pot est esse diuersa, tradita doctrina à Concilijs, & PP. ab ea, que originaliter reperitur in fonte Apostolorum, & Apostoliconrum Patrum Ecclesie.

Cōfir natur I. quia in omnibus facultatibus, regulis artis, eiusdemq; principijs, aut axiomatibus positis, vel demonstratis ipsi quoq; Magistri, & periti quodammodo subiiciuntur, vt secundum regulas artis procedant, vt nec illis contraria docce e possint, ( & si artem non discant, sed potius doceat, ipsiq; parti præsint, vt docēdæ quod alios ) ergo similiter etiam si Pontifices, & Concilia non præsint fidei secundum se, sed quod ad alios docendæ, & administrandæ, iudicando h̄c non illa reuelata, ( & propterea ex d. 20. c. 1. authoritas decretalium maior est authoritate Patrum. ) tamē regulis præscriptis vtuntur, illisq; in hoc sensu subiiciuntur, vt contra illos docere non possint, cū sint regulæ, quibus iudicant, diuinitus præfixe.

Confirmatur II. Quia iudex animatus, cū pronunciat secundum legem, pronunciat tamquam critorio, quo, & quantum ad directionem illi subiicitur pro exercendo iudicio; licet lex illa quantum ad interpretationem, & manifestationem iudicis subiiciatur, ergo &c. Vnde Chrysostomus ho. 8. in ep. ad Ephes. scut. n. qui regulas certas exhibent, non compellunt decem millia metra scrutari, sed illud quod traditum custodiore debent, sic & in dogmatibus. vnde d. 4.c. in istis, de legibus iustitiae, & prefixis dicitur. Non licet iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas, quia ait glossa, quod semel est approbatum, amodo non potest reprobari. Diuinitus ergo prefixi sunt Patres, vt magistri, Consiliarij, judices. vt supra dictum est, non ergo sicut umquam, vt contra ipsos iudicet Ecclesia, sed vt semper factum est, secundum ipsos, controversias finiat.

Quarto. Ecclesia fides fabricata est super fundatum Apostolorum, & Prophetarum, hoc est super scriptum & non scriptum verbum; quod licet respectu nostri ab Ecclesia recipiat autoritatem, in se tamen authenticum est, & in tali arte locatur, vt ei seruire debeat omnis p̄us intellectus, vnde Ecclesia non est supra verbum Dei, sed à verbo Dei dependet, vt nihil contra Dei verbum possit decernere, imo ex verbo Dei decernat, illudq; habeat, vt regulam directiuam iudicij Ecclesiastici: sed verbi Dei scripti v. g. quod hic, vel ille liber sit canonicus, similiter & non scripti, testis est Patrum sententia, atq; consensus, non ergo potest fieri, vt aliquid contra PP. sententiam, vt neq; contra traditionem decernatur.

Vnde Lerinensis p̄oderans illud dictum Apostoli ad Galatas primo, licet aut nos, aut Angelus de Celo Euangeliz et vobis, præterquam Euangeliz, animus vobis, anathema sit, sic exponit, Etiam si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioannes, etiam si postremo omnis Apostolorum Chorus Euangeliz et vobis, præterquam quod Euangeliz, animus,

anathema sit &c. sc̄t iam, inquit, fiat, quod non potest fieri, quisquis ille traditam semel fidem mutare tentauerit, anathema sit &c. 13. concludit annunciare ergo aliquid Christianis Catholicis præter id quod accepérunt, namquam licuit, nusquam licet, nunquam licebit, & anathemare eos, qui annunciant aliquid, præterquam quod semel acceptum est, nunquam non oportet, nusquam non oportebit.

Quinto. impossibile est ab eodē Spiritu Sancto contrarias prodire sententias: sed Patrum sententia concors, vel grauiorum PP. sensus à Spiritu Sancto dimanat, vt ostensum est supra ar. 1. q. 1. decreta similiter Ecclesia, Spiritu Sancto suggerente, dictata sunt: ergo in impossibile est decreta Ecclesia contra Patrum concordem, vel grauiorum, aut plurium sententiam (alijs non reclamantibus) prodire posse.

Sexto, quia ea hypothesi admissa, sopia hæreses iam pridem damnatae hoc medio, ex SS. auctoritate reiectæ, reuiuiscent, infirmum, sic dicēt, esse locum arguendi à Patrum auctoritate concordi, vel plurimum, vel grauiorum, in re graui, & vbi à nullo alio contradicitur; cum tamē hoc firmissimum sit, quod omnium hæreticorum commenta disiecit, & diabolicum tumorem hæreticæ elationis elisit, vnde cōtra Semipelagianos cauantes ceteros Patres, præsertim Augustinum sic insurgit S. Prosper Aquitanicus contra Collatorem in principio. Cur de his armis quibus communis fides est defensata causantur? cur bellum confectū retractant, & munitiones secure pacis infirmant? an victores displacent, & victi placent? tantaq; insolentia damnati fouentur errores, ut prauitatis inuidia, & Audores nostri pulsantur, & indices? Ipsis etiam hæreticis, prædictis Nouatoribus nihil plausibilius esset, quam audire, Catholicos numeros, vel Prapositos, contra PP. plures, vel grauiores sentire, vnde Hil. aduersus Arianos, obijcentibus hæresis Ariani se p̄it, & orthodoxe sentire, dicendo: Pium est quod volumus, respondet sic S. Hilarius, ne damnamus Patres ne animemus hæreticos, nedium hæresim expellimus, hæresim nutritamus.

Vtimo ad hominem. Nam ( vt alios præteramus Nouatores supra recensitos ) Iacobus Rex Anglie in prefatione monitoria, plurimum se Patrum sensu deferre ( vitam fecisset in omnibus articulis ) profitetur, dicens. Patribus autem eam venerationem exhibeo, qua nec ipse maiorem, nec Iesuitæ partem ullam detulerunt; quicquid n. quadrigentis post Christum annis unanimi sensu Patres ad æternam salutem esse necessarium statuerunt, aut cum ijs ita esse sentiam, aut modesto silentio obm̄tescam, reprehendere certè non audeo, sed priuatis singulorum Patrum sententijs, ita mētem meam adstringere, ab eis recedere integrâ fide nō possim, quare id mihi ingum imponam, quod ipse à se Bellarminus molitur, hec ille, & in ed. C. German. pag. 48. & pag. 69. ego vero id ingenuè spondeo, quoties religionis, quam profiteor, ullum caput offendetur, non antiquum, non Catholicum, et Apostolicum, sed nouitium esse, ac recēs, in rebus s. spectantibus ad fidem, me statim ab ea discessurum totum ergo locum Vincentij Lerinensis auctoritate

sic concludam, me nunquam ullum fidei dogma, quod quidem ad salutem est necessarium complecti, ne ve saturum, quod tota Catholica Ecclesia, iam inde ab Apostolorum temporibus sine intermissione multis post seculis constanter docuerit, & crediderit. Hæc ille, & docet, vt non ab uno, vel altero, sed ab omnibus, vel penè omnibus, vel multis, vel pluribus, magnisq; magistris traditas sententias dogmataque accipiamus. §

Ad hominē cōtra citatos auth. Cath. Poza tract. vlt. c. i. ad obi. 3. hæc habet. [Impiū, & temerariū, vel, vt alii malūt, erroneum est dicere posse aliquā opinionē probabile appellari, s; ex aduerso unani- mi SS. Patrū sensus occurrat in controversiis, quæ ad pietatem spectant.] Sed sibi met contradicit Poza lib. 4. c. 11. docens contra veterū sensum, op- ponit posse modernos Doctores, omnes. n. in cen- su Doctorum Ecclesiae (ait) computantur, qui piè sancte; vixerunt, & in communione Ecclesiæ mortui sunt, quod est dicere contra veritatem, & seipsum, s; præsentū Doctorū sensum, posse oppo- ni, vñanimi sanctorum sententiæ de qua re alias in peculiari opere de hoc argumento tractabimus.

### Conclusio ex Orthodoxorum fir- mamentis.

Nec contra vñanimem, vel plurium, aut grauiorū Patrum (vbi alii non reclamant) constan- tem sententiā, Ecclesia Catholica aliquid hucusque diffiniuit, neque contra omnes, vel plures, aut grauiores (vbi nulli ex opposito contradicunt) definitur am possibile est.

**R**espondeo dictum sicut dicit Lerinensis c. i. quod Fides Catholica duobus innitur fundamen- tis, Scripturæ sacrae testimonio, & Eccle- sia traditione. Primo, vt dictum est, traditio in vniuersitate, & antiquitate fundatur, in vniuersitate eam fidem retinendo, que per vniuersum orbem in Catholica prædicatur Ecclesia: ex eodē c. 3. in antiquitate, non recedendo a sensibus quos Maiores, ac Patres nostros celebrasse manifestum est. Confessione quoque itidem, si in ipsa vetustate omnium, vel certe penè omnium Sacerdotum, & magistrorum definitiones sententiasq; sectemur. Et non in omnibus materijs, sed solum Theologicis, & ad publicam Ecclesiae doctrinam pertinenti- bus, & vt idem dicit, non in quibusdam diuinæ legis quæstiunculis, sed in rebus ad regulam fidei pertinentibus, seu Ecclesiae publicam fidem, & sanam doctrinam spectantibus, non quomodo licet, & quocunq; modo prolatis sententijs, sed quæ accipiendo, tradendo, firmando, docendo scripsérunt, vt superius in præcedentibus art. dictum est. Vnde individuo nexu ista conuincta sunt, Ecclesia traditio, & Patrum sensus, omnium, vel penè om- nium, in his quæ ad publicam doctrinam, & fidē attinent, vt vnum ab altero separari non possit, mutuoq; se inferant atq; corroborant. Ex quo prin- cipio Athanasius epist. ad Epictetum Arianos consulat dicens, tantummodo respondendum est, quæ afferunt, orthodoxæ Ecclesiae non esse, neq; Maiores nostros ita sensisse. Sicut autem impossibile est, vt decretis suis Ecclesia aliquid statuat contra

ipsiusmet traditionem, & consensum, ita (vt nun- quam factum est) nec fit, nec fiet, vt contra vna- nimem sententiam sanctorum Patrum, vel maiore, vel grauiorem partem, alijs non reclamantibus (quod signum est, ex non contradictione, pacificæ possessionis in dogmate) aliquid statuat, atq; de- cernat, imo potius secundum illos, & per illos de- creta promulget. Nec enim, ait idem Lerinens. c. 32. quidquam præterea, hæreticorum nouitatibus excitata, Conciliorum suorum decretis Catholica perfecit Ecclesia, nisi vt quod prius à maioribus so- la traditione suscepereat, hoc deinde posteris etiam per scripturæ chirographum consignaret. Merito ergo venerabilis antiquitatis scrutator Thomas Valdensis tomo primo aduersus Vitaleph in præfatione, ait. Solum id adstruam, quod maior pars Patrum à tempore Apostolorum successiue ad nos usque sensit, & credidit, à qua professo- ne, nullus sub pena perfidiae potest declinare fidelis, nec Papa, nec Generale Concilium, quia articulus fidei est, ubi in symbolo dicitur: Credo sanctam Ec- clesiam Catholicam. Fides autem Catholica in traditione quoq; fundatur, quoniam sicut impossibile est Ecclesiam posse à fide exorbitare, ita impossibile est à traditione, & doctrina PP. de- uiare, & contraria, veldiuersa, ab eorum doctrina sentire, quando vñanimiter PP. in fidei dogmate concordant, vel plures, vel grauiores PP. nullo re- clamante ex opposito, constanter dogmata præ- scribunt.

### Solutio Argumentorum.

**A**D argumentum Nouatorum. Cur apud PP. de aliquibus, iisque paucissimis, dogmati- bus non fiat mentio, discutietur plenius infra con- trouers. secunda generalissima, sed aliud est dicere aliquid definitum, de quo apud veteres non fuerit mentio facta; aliud quod contra PP. expre- se aliquid docentes sit definitum; de priori, & si- dari possent aliqua exempla, nunquam de poste- riori aliquid simile proferetur. Quod multa sint in Ecclesiam inuicta calumniosa, & mendax obiectio, & multæ in præcedentibus allata, & tā- quam nebula dissolutæ. §

Ad I. Cathol. illorū argumentū, negatur plures Patres fuisse, aliquos libros è canonorum librorū albo expungentes; de aliquib; conceditur, pau- cissimis, quib; reliquorum Patrum vniuersaliore consensum anteponimus; & meritò factum est, vt qui ab aliquibus Patribus, vel omisi, vel reieci- fuerunt, ab alijs sint recepti, vt matura habita de- liberatione postea ex uberiori Patrum testimo- nio, & plurium Ecclesiarum, in Canonem refer- rentur, iuxta regulam Augustini de doctrina Christiana lib. 2. c. 8. ubi sic dicitur. In recipiendis scripturis (& loquebatur ante Canonem præ- scriptum ab Ecclesia) hunc ordinem seruandum oportere, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur Ec- clesias Catholicis, præponat doctor fidelis eis, quæ quasdam non accipiunt. In eis vero, quæ non acci- piuntur ab omnibus, præponat, quas plures, gra- uioresq; accipiunt, eis quas pauciores, minoresq; au- thoritatis Ecclesiae tenent. Si autem alias inuene- rit a pluribus, alias à granioribus haberi, quam

## 98 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

quam hoc inuenire non posset, aequalis tamen auctoritatis habendas puto. Vnde & Bilsonus Superintendentis Vintoniensis in lib. recognitione passionis Christi, non omnes uel plures Patres suisse docet, qui de canonicis libris aliquibus, dubitabant, dum ait Quod Pares aliqui quasdam scripturæ partes negauerint, aut eraserint, eorundem auctoritati nihil derogare putandum: Aliquos dicit non omnes.

Ita in simili in dogmatibus ante definitionem Ecclesiæ dicendum est, ut plures paucioribus Patribus, grauiores minoris grauitatis, preferantur. Quo canone cum in ceteris dogmatibus finendis usus sit Ecclesia, non est expectandum, quod pauciores, Patres minoris notæ, Patribus plurimi, & grauioribus anteponat.

Ad illud de uulgata, supra tom. 2. diffuse tractatum est, cum de vulgatæ auctoritate ageretur; plures, & grauiores Patres pro illius defensione stare ostendimus, præsertim Augustinum, Hieronymi versionem celebrantes, eō lectorem remittimus. Ad illud de processione Spiritus sancti. falsum est quod aſſumitur, nempe plures Patres aſſeruisse Spiritum sanctum non procedere à Filio, nam fermè omnes, tā ex Græcis, quum ex Latinis DD. quos refert S. Th. in opus. contra errores Græcorum, & Synodus Florentina ſeff. 7. & in oratione Bessarionis c. 5. 6. 7. & 8. constanter tenent Patres plurimi Spiritum sanctum à Filio procedere, verum est quod paucissimi eorum in oppositum declinant errorem, inter quos recensentur Damasc. in lib. primo Orthod. fidei cap. ij. & Theophil. c. 3. in Io. Verum Damascen. excusat S. Thom. p. p. q. 36. ar. 3. vt supra ostendimus artic. 9.

Ad illud quod assertur de origine animæ; & si aliqui PP. addūbitant, concors ferè eorundem sententia fuit non esse ex traduce, tam ex Græcis, quā Latinis, sic Clemens in const. Apostolicis lib. 1. c. 6. Athenagoras de resurrectione mortuorum, Clemens Alex. 4. Strom. Methodius apud Epiph. hæref. 3. & innnumeris quos diligenter refert cum suis locis Iodocus in ſuo Thesauro p. 2. de natura hominis ar. 1. ad quem Lectorem transmittimus, inde meritò maiori parti Patrium, imò fere concordis innixa Ecclesia, oppositum sentientes proscriptis.

Ad id quod adducitur, multos veterum scripſiſſe animis iuſtorum non habituros beatitudinē, niſi resurgent eorum corpora &c. Respondetur, Patres loqui de perfecta consummatione felicitatis. Vel quod cōſummatā perfectio felicitatis Sanctorum, & Christi Domini capit is nostri ad iudicium refertur, tunc enim iuxta Apostolum, omnia erunt subiecta Christo Domino. Si qui verò, ijq; pauci ſint, qui interpretationem iſtam nō patiuntur, opponimus reliquos PP. Orig. 2. Periarch. Cypr. in exhortat. martyri, Basil. oratione in 40. martyres, Gregorium Nazianz. in funere Basili, & in funere ſororis ſua Gorgonę, Hieron. in funere Blesillię, Paulę, & Ambros. Epis. 59. Aug. tract. 49. in Ioan. lib. 20. de Ciuit. c. 9. Chrysost. in Epis. ad Rom. homil. 16. & 32. Greg. 4. moral. c. 25 ſuſſeq; ſententiam Ecclesiæ omnium Patrium Latino-rum demonstrat Bellarminus de SS. Beatit. lib. 1. c. 5. exceptis Tertull. Lactantio Victorino; imò

imò ſuisse quoq; communem Græcorum, præter allegatos PP. ostendit, recenſendo authoritates, S. Ignat. ad Rom. Dionys. p. 1. Eccles. Hierar. c. 7. Iustini q. 75. ad gentes. Irenæ lib. 1. c. 2. & 7. mirū ergo est quod aſſeratur, ſuisse grauiorum, & pluriū PP. ſententiam oppositam, & cōtra illos Ecclesiæ definiuſſe, cum Bell. Patrium ſententiam in hac re eſſe ipſiſſimam Ecclesiæ ſententiam luce clarius manifestet.

Ad aliud exemplum quod adducitur de B. Virgine. Respondetur omnes Patres agnouiffe B. Virginem ſuisse expertem omnis culpæ venialis, vt fuſe recenſet eos Iodocus Coccius in ſuo Thesauro tom. 1. lib. 3. Si qui vero ijq; paucissimi aliter ſenferunt, beneuole, & amicè à S. Tho. modiſtia ſunt excusati.

Ad v' timum exemplum Patrium Africano-rū. Illis Episcopis merito restitit S. Stephanus Papa dicens nihil innouandum, niſi quod traditum eſt, nam, vt ſubiungit S. Vincentius Lerinensis. c. 10. intelligebat vir sanctus, & prudens, nihil alind rationem pietatis admittere, niſi ut omnia qua fide à Patribus ſuſcepta ſunt, eadem fide filiis conſignarentur: nosq; religionem nō quō vellemus duce-re, ſed potius qua illa duceret ſequi oportere: idque eſſe proprium. Christianæ modiſtiae, ſr paruitatis, non ſua tradere posteris, ſed à maioribus accepta ſeruare. Pauci quoq; fuerunt illi Episcopi reſpetuē ad Episcopos totius orbis, ſola n. Provincia Africana habuit cum uno Agrippino, & Cypriano Episcopos 60. fautores anabaptismi hæreticorum, antiquorum PP. reclamante ſententia, & viuis Episcopis totius orbis reluctantibus.

Ad secundum: negatur antecedens, cōſensus n. omnium Patrium firmissimum præstat Theologo argumentum: grauiorū quoq; Patrium conſensus magnam quoq; præstat Theologo firmitatem, maximè vbi alij Patres non contradicunt: eosq; ad probandum Ecclesiæ conſensum ſufficere, iam ſupra probatum eſt. Ad probationem antecedentis, paulo ante iam reſponſum eſt.

Ad Confirmationem, & ſi SS. Patrium conſensus ante fidei decreta non obtineat robur irrefragabile, ita vt illis contradicere ſit hæreticum; eſt tamen tanta illorum authoritas, vt illis vtantur Episcopi in Concilijs congregati, tanquam consiliarij, testibus, & iudicibus, ex Lerinensi c. vltimo; ita vt tam in Concilio, quam extra Concilium nullus audeat torrenti PP. ſe opponere, vel maiori, & grauiori parti, maximè alijs non contradicenti-bus, & temerarium videtur, ſi quis id aliquis au-deat attentare.

Ad tertium: eſt dispar ratio de Patribus Concilijs, & de Patribus Concilia p̄cedentibus: Patri-n. Concilijs ſunt iudices animati dependentes à Summi Pontificis potestate, cuius primario eſt inspicere, quid ſit diuinitus traditum, & quid in reuelatis contineatur; in huiusmodi autem iudicio difinitiuo primas ſoli Pontifici assignanias partes: tam cum Concilio definiunt, quām abſq; illo. Ad videndum autem quid ſit reuelatum, vel in reuelatis contineatur, non ex proprio arbitrio, ſed ex PP. magisterio tanquam directio iudicij Ecclesiastici Papa, vel Concilium à Papa congregatū procedunt ad definiendum; unde non eſt poſſibile,

bile quod nec eadem Concilia, nec Pontifex summus contra sensum PP. vel seniorum, & grauiorū PP. nullo alio, ex opposito, Patre contradicente, aliquid definiat, cum contra regulas, quibus hucusq; ad destruendas omnes hereses vni sint, age-re nequeant, à Spiritu sancto directi.

Ad 4. Patrum doctrina, & si non necessaria, & infallibilis sit ad coactionem, est necessaria, & in fallib; quantum ad directionem eius iudicij coatiui quod in Pontifice residet, certa namq; via, & methodo procedit Pontifex ad definiendum, nempe per scripturam, traditionem, Patrum sensum, atq; consensum &c.

Ad 5. non ex vi alicuius medijs syllogisticj aliquid decernitur credendum, sed ex assistentia Spiritus sancti decernitur ad credendum hoc, vel illud esse à Deo reuelatum, in hoc, vel illo sensu, vnde absolute in Concilio Apostolorum A&t. c. 15. dictum est. *Vixit est Spiritui sancto & nobis.* vnde, vt excluditur omnis alia intermedia causa inter principalem (qua est Spiritus sanctus) & instrumentale, animata tamen (qua est Summus Pontifex, vel Concilium cum Pontifice) ita omnis alia formalis exploditur, cuius vi aliquid formaliter, & syllogisticè concludatur. Cum hoc tamen stat, media assumi ad inuestigandum, an aliquid in scriptura, vel Patribus contineatur, qua se habent, vt manudictiones quædam ad intelligenda, & inuestiganda reuelata; vt faciente Ecclesia quod in se est, Spiritus sanctus assit, ne in dogmate definiendo aberret.

Ad confirmationem, non ex vi medijs alicuius syllogisticj credimus Ecclesiae proponenti (nec ea examinant Catholici) sed immediatè, hoc est quia Ecclesia dogmata proponit: non tamen sequitur Ecclesiam prætermittere modum, viam, & rationem quibus decernat, qua sint traditiones adhibendo Patres, vt testes & consiliarios, vt dictum est.

Ad 6. adhibentur Patres ex dictis Vincentij Lerinensis, nedum vt testes, sed vt consiliarij, & iudices, non quidem iudices viui, sed tanquam iudices mortui, quorum sensus per iudices viuos explicandus est, sicut & eorum doctrina ab Ecclesia quoq; autoritatem habet. Damus vero alia adinicia, si qua essent, ad definiendum, vbi ex Patribus certò aliquid non constaret.

Ad 7. nunquam fit, vel fiet, vt nec factum est, vt Patres concorditer aliquid sentiant, vel maior, aut senior eorum pars in aliquo graui dogmate conspirent, nullo alio e contra contradicente, & Ecclesia sentiat oppositum, quare non est possibile, sed impossibile quod assumitur in argumento.

Ad ultimum, sicut doctor, & præceptor vt operetur secundum artem, & non erret in arte, artis regulas sequitur, sic Ecclesia, sic Pontifex cum prouunciat secundum fidem, regulas fidei sequitur. Fidei autem regulæ amplectuntur, verbum scriptum, & nō scriptum, cuius custodes, & testes sunt veteres PP. Ecclesiae consensu & c. sunt autē regulæ, & viæ seu modi inuestigandi quod reuelatum est, subordinatae, vt posteriores Doctores consilendi sint, post priores præsentis Ecclesiae consensu; cum difficile possit innoscere, nisi in Cōcilio congregatis Episcopis: è cōtra verò antiquo

ris Ecclesiae sensus in monumentis Patrum facilius deprehendatur, & à primitiui, & medij tēporis statu dependet: vnde firmius argumentum desumitur in hoc dogmate, quod à Patribus traditur, quām in alio, quod à DD. & pastoribus præsentibus adstruitur, nec etiam omnes Pastores viuentes, & DD. consuli possunt, si in uno dogmate firmiter cōspirent, vt sit in monumentis PP. Nunquam tamen accidet, quod sit veterum Patrum vñanimis, & grauiorum talium consensus; & posteriorum DD. & pastorum sit indubitus in oppositum consensus, tanquam de re ad fidem pertinente. Propterea nunquam accidet, quod deseritis Patribus veteribus, Pontifex, vel Ecclesia contra Patres pronunciet, maximè si sensus præsentis Ecclesie non sit certus, & exploratus, sed in pietate, vel in aliqua probabilitate fundatus. Sed de hoc argumēto plura diximus in nostro Sacro deposito capitulo 16. ea consulere eruditus lector non grauctur, valde. n. ad huius articuli elucidationem conferunt. Plura etiam scripsimus in commentarijs nostris, & notis in S. Vincentij Lerinensis opuscolum contra prof. voc. nouitates, non dum impressis, Deo duce quam primum in luce edendis, & in alio opusculo anonymi imposturas contra SS. Patres detegente, & confutante.

## P R A X I S

### SIVE VSVS ECCLESIAE.

Quomodo prolati veterum sententijs, secundum temporum seriem, sacrosancta dogmata sint firmata, & hæreses explosæ.



Ntiquorum vero Patrū auctoritatibus Romanos Pontifices, Concilia, nec non & sequentes Patres semper vños suis, in fidei decretis cōfirmandis, praxis est vetustissima ab Ecclesiae incunabulis vñque ad nostra tempora deducta, vt videbimus: & meritò, quia n. communis erat animi conceptus, etiam apud hostes, veteres Apostolis proximiores, vel sanctiores, aut puriores ab omni studio partium existere, vel extimari posse, & iampridē vita functos præsentibus, & viuentibus nullo affectu deuinctos; rationabiliter quoque existimata eorum testimonia illibata, qui posteriores litigantes non agnoscebant; ac proinde nec alterutris poterant ex amore tanquam ignotis sauere, vel ex odio contrarie. Inde merito tanquam ab omni suspitione liberos, & omni exceptione maiores

# 100 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

suscipiebant atque suspiciebant, eorum iudiciorum, & controvierias terminantes.

Deinde conantibus impijs hinc inde Verbum Dei, siue scriptum, siue traditum pro se afferre, vel scripti verbi intelligentiam obtrudere, ex mutua, et priuata philautia, proprioque interpretandi iudicio, se excludentibus, nonnisi Ecclesiaz antiquioris (ut dicit) monumentis, & recepto iam pridem veterum coniensu, partes iste reconciliari poterant: quare merito ad indagandum quis fuerit iste consensus à viuis ad mortuos Patres, secundum temporum successiones, ab ipsis quoque prouocatum est. Seruato ergo ordine disciplinæ, primò ostendemus summos Pôtifices. 2. Concilia 3. ipsos metu Patres, secundum suorum temporum & statum seriem, tandem posteriores doctores, hoc modo, & regulari via ad præsentium contoversiarum nodos dissoluendos, vños fuisse: eandemque optimam esse viam ad hæreticorum presentium, atque futurorum in posterum lites terminandas, ut sola series antiquitatis ex se esset sufficiens, etiam ad concuincendos proteruos, quando alia argumenta non adducerentur, & non esse nupera vel Nouititia (quæ in Ecclesia prædicata sunt vel prædicantur) abundè quoq; (producta antiquitate) demonstratur: vnde scripsit S. Athanasius epistola ad Serapionem, ego secundum Apoliticam à Patribus acceptam fidem ista tradidi, nihil prorsus aliunde adiiciens.

## O S T E N S I O I.

Quomodo summi Pontifices ex PP. doctrina, dogmata vel finierint, vel confirmarunt. S. 1.

*Ex Leone I. epistola 97. ad Leonem Augus.*

**P**rodeat ergo in medium magnus ille Leo, qui Eutychianam, & Nestorianam heresim refellens diuidentem personam Christi, aut naturas duas confundenter, cum scripturarum testimonijs Christum Dominum verum esse Deum, & hominem probasset, mox ad Patrum sententias recurrens, subdit. *Vt autem pietas tua cum venerabilium Patrum prædicationibus nos concordare cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subiiciendas esse sermoni, quibus si digneris attendere recensis, non aliud nos prædicare reperies, quam quod sancti Patres toto orbe docuerunt, nec quemquam abillis nisi solos impios hæreticos dispareare &c. & postea in hanc formam testimonia allegat: videlicet.*

*S. Hilarij Pictaviensis Episcopi, & confessoris in libro 2. de Trin. inter cetera. Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, vna hec fidei Petra, Petri ore confessa. Tu es inquit Christus Filius Dei viui, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantè peruersitatum questiones, & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in ceteris dispensatio voluntatis Paternæ est; Virgo, partus, & corpus postque crux, mors, inferi, salus nostra est: humani enim generis causa Dei Filius natus ex Virgine est, & Spiritu sancto, ipse sibi in hac*

operatione famulante, & sua Dei vide licet inumbrante virtute, corporis sibi initia cōseuit, & exordia carnis instituit, vt homo factus ex Virgine, naturam in se carnis acciperet, perque huius admixtionis societatem sanctificatum, in eo vniuersi generis humani corpus existeret, vt quemadmodū omnes in se id quod corporeum se esse voluit cōderentur, ita rursus in omnes ipse, per id, quod eius est, inuisibile referretur. Dei igitur imago inuisibilis pudorem humani exordij non recusauit, & per conceptionem, partum, vagitum & curas, omnes naturæ nostræ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tantæ dignationis afferetur? Inenarrabilis à Deo originis vñus vñigenitus Deus, in corpusculi humani formam sanctæ Virginis vtero insertus accrescit. Qui omnia continet, & intra quem, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur, & ad cuius vocem Archangeli, atque Angeli, tremunt celum, & terra, & omnia huius mundi resoluentur elementa, vagitus infantis auditur. Qui inuisibilis, & incomprehensibilis est, non uisu, sensu, tactuque moderandus, curis est obuolutus. Hec si quis indigna Deo recolit, tanto se majoris beneficij obnoxium confitebitur, quanto minus hec Dei conuenerint maiestati, non ille eguit homo effici, per quem homo factus est, sed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, debet assumptione carnis, unius membra uniuersæ carnis incoleret: humilitas eius nostra nobilitas est: contumelia eius noster honor est, quod ille est Deus in carne consistens, hoc nos uicissim in Deum ex carne renouati.

*Item eiusdem in lib. nono inter cetera.*

**N**escit planè vitam suam nescit, qui Christum Iesum, vt verum Deum, ita, & verum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est, Christum Iesum, vel Spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo, inquit, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego coram Patre meo, qui in cœlis est. Hæc Verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus Dominus maiestatis docebat: mediator ipse in se ad salutem Ecclesiaz constitutus, & in illo inter Deum, & hominem mediatoris Sacramento vtrique vñus existens, tum ipse ex vnitate in idipsum naturis, naturæ vtriusque res eadem est: ita tamen, vt neutro careret in vtroque, ne forte Deus esse homo nascendo desineret, & homo rursus Deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum, & hominem prædicare, Verbum, & carnem confiteri, neque Deum nescire, quod homo sit, neque carnem ignorare, quod Verbum sit.

*ITEM EIVSDEM  
in eodem libro inter cetera.*

**N**atus igitur vñigenitus Deus ex Virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso prouecturus in Deum hominæ, hunc per omnia Euangelicis sermonis modum tenuit, vt se filium Dei credi doceret, & hominis filii prædicari

# De Patrum sensu, & authoritate.

101

dicari admoneret, loquens, & gerens homo vniuersa, quæ Dei sunt, loquens deinde, & gerens Deus vniuersa, quæ hominis sunt, ita tamen, vt in ipso illo utriusque generis sermone nunquam nisi cum significatione, & hominis locutus, & Dei sit.

## ITEM ALIO LOCO in eodem libro inter cetera.

**H**inc itaque fallendi simplices, atque ignorantes hæreticis occasio est, vt quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ diuinæ infirmitatē mentiantur; & quia unus, atque idem est loquens omnia, quæ loquitur, de semetipso omnia eum loquutum esse cōtendant. Nec sanè negamus totum illum, qui eius manet naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus Christus, & homo, & Deus est, & neque cum hominum primum Deus, neque cum homo, tum non etiam, & Deus, neque post hominem in Deo non totus homo, totus Deus; unum atque idem necesse est dictorum eius Sacramentum esse quod generū. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem à Deo; Dei tum atque hominis discerne sermonem: & cum Deum, atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dijudica. Cum vero ex homine, & Deo rursum totius hominis, totius iam Dei tēpus intelligis, si quid aliud ad demonstrationem eius temporis dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt: vt cum aliud sit ante hominē Deus, aliud sit homo, & Deus, aliud sit post hominem, & Deum totus homo, & totus Deus: non confundas temporibus, & generibus dispensationis Sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarū, alium ei in Sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam ēterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus manens & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ loquutus est: non tamen omittens naturæ suæ esse, quod Deus est. Nam tametsi in partu, & passione, & morte naturæ nostræ rem peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit, & reliqua.

## ITEM ALIO LOCO In eodem libro inter cetera.

**V**ides ne ita Deum, & hominem prædicari, vt mors homini, Deo vero carnis excitatio deparetur: non tamen vt alias sit qui mortuus est, & alias per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro, Christus est mortuus, & rursum Christum à mortuis excitans, idem Christus est carne se expolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce: & cum sint utraque suis gesta naturis; unum tamen Christum Iesum memento esse, qui utrumque est.

Item post pauca.

**H**æc igitur demonstranda à me paucis fuerunt, vt utriusque naturæ formam tractari in Domino Christo meminissimus, quia qui in

forma Dei manens, formam servi accepit, ipsedij uinitatem nequaquam amisit.

**SANCTI ATHANASII**  
*Alexandrina Ecclesie Episcopi, & Confessoris  
ad Epictetum Corinthiorum Episcopum.*

**Q**uomodo autem, vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, si is Dominus, qui ex Maria Virgine processit, Filius quidem substantia, & natura Dei est, id vero, quod secundum carnem, ex semine David est, & carne Sanctæ Mariæ.

**SANCTI AMBROSII EPISCOPI,**  
*& confessoris Mediolanensis Ecclesie testimoniū, quod misit ad Imperatorem Gratianum, in lib. de fide inter cetera.*

**V**Nde illud, quod lectum est, Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus, sed quia id est Deus, idem homo, per diuinitatem Deus, per susceptionē carnis homo Christus Iesus, Dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturæ, id est humanæ atq; diuinæ, in naturæ hominis subiit passionem, vt indiscretè, & dominus maiestatis dicitur esse, qui passus est, & Filius hominis sicut scriptum est, qui descendit de Cœlo.

## ITEM ALIO LOCO In eodem libro inter cetera.

**S**ileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasione verbi est, sed in offenditione virtutis. Feruimus distinctionē diuinitatis, & carnis. Unus in utroque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones, quasi Deus loquitur, quæ sunt diuina, quia Verbum est, quasi homo dicit, quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur.

*Item eiusdem in libro de Incarnatione  
Domini contra Apollinaristas.*

**S**ed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini dicant, & diuinitatem, unius naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna uomuerunt? Iam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiae robur adolescit, ut maiore contentione asserant, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unius non esse substantię, quia isti diuinitatem, & carnem Dñi substantię unius dicere tentauerunt.

*Isem infra.*

**E**t hi mihi frequenter Nicæni Concilij tractatum se tenuere cōmemorant, sed in illo tractatu Patres nostri, non carnem, sed Dei Verbum unius substantię cum Patre esse dixerunt. Et Verbum quidem ex paterna processisse substantię, carnem autem ex Virgine esse confessi sunt. Quo-

I 3 modo

## 102 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

modo igitur Nicenii Concilij nomen obtenditur, & noua inducuntur quæ nunquam nostri sensere maiores? & reliqua.

### ITEM EIVSDEM Ad Sabinum Episcopum inter cetera.

**V**NDE pulchre Apostolus eiusdem verbi repetitione usus est, dicens de Domino Iesu Christo, *cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens*. Quid est in forma Dei, nisi in plenitudine deitatis, in illa perfectionis diuinæ expressione? ergo cum esset in plenitudine deitatis exinanivit se, & accepit plenitudinem naturæ, & perfectionis humanæ. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque formâ. Vnde & David dicit. *Speciosus forma præ filii hominum*. Concluditur Apollinarista, nec quòd se vertat habet, suis clauditur retibus. Ipse enim dixit *formam serui accipit, non seruus locutus est*. Iterum ergo interrogo. Quid est in forma Dei? Respondit in natura Dei, sunt enim, ait Aug. qui non sunt natura Diu. Querò quid sit *formam serui accipier*? finè dubio perfectionem naturæ, & conditionis, ut dixi humanæ, ut esset in hominum similitudine. Et pulchre non carnis, sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem est. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato: in specie hominis videbatur, sed ultra hominem, cum mundaret. Vnde & Propheta ait. *Et homo est, & quis cognoscet eum?* homo secundum carnem, sed ultra hominem diuina operatione. Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur, sed ultra hominem cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum ficeret, mortuum quasi homo flebat; sed supra hominem erat, cum mortuum vincit sacerdotem pedibus exire. Homo videbatur cum penderet in Cruce, sed supra hominem cum referatis tumulis mortuos suscitaret.

### SANCTI AVGUSTINI Episcopi Hippomensis Ecclesie ad Dardanum inter cetera.

**N**Oti itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, vnde venturus est, memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris; nec aliunde, quam inde ad iudicandos venturus est vivos, & mortuos, & sic venturus est, illa Angelica voce testante, quemadmodum est ire visus in cœlum, id est in eadem forma carnis, atque substantia cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit.

### ITEM EIVSDEM IN EPIST. ad Volusianum inter cetera.

**N**UNC vero ita inter Deum, & homines mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utramque naturam, & solita sublimaret insolitis & insolita solitis temperaret.

### ITEM EIVSDEM In expositione Euangeli secundum Ioannem inter cetera.

**Q**VID igitur hæretice? cum Christus Deus sit, & homo, loquitur ut homo, & calumniaris Deū? ille in se naturam commendat humanam, tuilla audes deformare diuinam?

*Et iterum infra.* Agnoscamus geminam substatim Christi, diuinam, scilicet qua æqualis est Patri, humanam qua maior est Pater; utrumque autem sumui non duo, sed unus est Christus; ne sit quaternitas non Trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis, & caro, sic unus est Christus Deus, & homo; ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis, & caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo, per quem factus est mundus? Christus Iesus; sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui.

*Item eiusdem, cuius supra.* Quis non est derelictus in Inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulcro? Christus Iesus, sed in carne sola, dicitur ergo in singulis Christus Verus haec omnia non duo, vel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dixit: *si diligenteris me gauderetis utique, quia vado ad Patrem*, quoniam natura humanæ gratulandum est, eo quod sic assumpta est à verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in cœlo, atq; ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis federet ad dextram patris.

### SANCTI IOANNIS Constantinopolitani Episcopi, & Confessoris in homilia de Cruce, et latrone.

**S**ED cur cum Cruce veniat videamus, scilicet ut hi, qui cum crucifixerunt, sive sentiant dementia cœcitatem. Et ideo impudentiae eorum signum portatur. Ideo Propheta ait. *Tunc lamentabuntur omnes Tribus terræ*, videntes accusatorem, & agnoscentes peccatum. Et quid mirum est, si Crucem portans adueniet quando & vulnera corporis ipse demonstrat? *Tunc enim*, inquit, *videbunt quem crucifixerunt*. Et sicut post resurrectionem Thomæ voluit dissidentiam confutare, & illi clauorum loca monstravit, & lateris vulnera declaravit, & dixit. *Mitte manum tuam*, & vide, quoniam spiritus carnem, & ossa non habet sicut me vides habere, sic, & tunc ostendat vulnera, crucemque demonstrabit, ut ostendat illum se esse, qui fuerat crucifixus.

*Item eiusdem in homilia de Ascensione Domini,* Nam sicut duobus iurgio separatis unus in medio positus a tercantum item, discordiamque dissoluit: ita & Christus nobis fecit. Deus nobis iustè irascibatur, & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus, & se medium Christus ingessit, & sociavit utramque naturam, & nobis quod imminebat supplicium, ipse sustinuit.

*Item eiusdem, in eadem homilia inter cetera.* Christus igitur nostræ naturæ primitias obvulit Patri,

Patri, & oblatum donum miratus est Pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur nulla macula se dabatur: Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suæ dexteræ collocauit Cognoscamus quis est ille, qui audiuimus. *Sede ad dexteram meam: quæ natura est, cui dixit; esto meæ particeps sedis: illa natura est, quæ audiuimus. Terra es, & in terram ibis.*

Item eiusdem in eadem homilia inter cetera. Quo sermone utar? quo verbo dicam, reperire nō possum: natura fragilis, natura contempta, & omnibus monstrata deterior; omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna die meruit excellior reperiri. Hodie Angeli diu vota desideratae receperunt: hodie Archangeli, quod multo tempore cupiebant inspiere valuerunt: naturam nostram ipsi in sede dominica, immortali fulgentem gloria prouiderunt,

**S A N C T I T H E O P H I L I**  
Episcopi Alexandrini de Epistola Paschali  
quam per Aegyptum destinauit.

**C**uius rei testis est ille, qui loquitur. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Et Prophetæ Christi auxiliū deprecantes: Domine inclina cœlos tuos & descende. Non ut mutaret locum, in quo omnia sunt: sed ut propter salutem nostram, carnem humanae fragilitatis assumeret, Paulo Apostolo eadem confidente: *cum esset diuines pro nobis pauper factus est, ut nos illius pauperitate ditaremur.* venitque in terras, & de virginali vtero, quem sanctificauit egressus homo, interpretationem nominis sui Emanuel, idest nobiscum Deus, dispensatione confirmans, mirum in modum cepit esse, quod nos sumus, & non desijt esse quod erat: sic assumens naturam nostram; ut quod erat ipse non perderet. Quanquam enim Ioānes scribat. *Verbum caro factum est,* idest alijs verbis, Deus homo factus est; Verbum tamen non est versum in carnem, quia nunquam Deus esse cessauit. Ad quem & Spiritus Sanctus loquitur. *Tu autem idem ipse es,* & Pater de cœlo contastatur, & dicit: *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Ut & homo factus nostra confessione permanere datur, quod fuit priusquam homo fieret; Paulo nobiscum eadem prædicante: *Iesus Christus heri, & hodie, idem ipse, & in eternum.* In eo enim, quod ait ipse, ostendit eum priusnam non mutasse naturam, nec diuinitatis suæ minuisse diuinitas, quia propter nos pauper effectus, plenam similitudinem nostræ conditionis assumpserat.

Item eiusdem in alia Epistola Paschali contra Origenem inter cetera.

Vnus Filius Patris, nostrique mediator, nec qualitatem eius amisit, nec à nostro confortio separatus est: Inuisibilis Deus, & visibilis homo, forma serui absconditus, & dominus gloriae, confessione credentium, comprobatus. Neque enim priuauit eum Paternaturæ suæ nomine, postquam pro nobis homo, & pauper effectus est. Nec in Jordane fluui baptizatum, altero appellauit vo-

cabulo, sed Filium vnigenitum: *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Nec similitudo nostra in diuinitatis est mutata naturam. Nec diuinitas in nostræ naturæ versa est similitudinem.

**S A N C T I G R E G O R I I**  
Episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphonia inter cetera.

**C**um ergo processisset ex Virgine Deus, in ea, quam assumperat, humana natura, vnum e duobus sibi inuicem contrarijs existens, carne, & spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud deitatis gratia præstat.

Item infra. Missus est quidem, sed vt homo; duplex enim erat in eo natura. Inde denique & laborauit ex itinere, inde, & esurit, & sitiuit, & contristatus est, & fleuit humani corporis leges.

**S A N C T I B A S I L I I**  
Episcopi Cappadocij.

**C**um ergo quædam in Christo ita videmus humana, vt nihil à communi mortalium fragilitate distare videantur quædam ita diuina, quæ nulli alii, nisi illi ineffabili naturæ conueniat deitatis; & etiam humani intellectus angustia, & tanto admirationis stupore perculsa, quo declinat, quid teneat, quod se vertat ignorat. Si hominem putet, deucto mortis regno, cum spolijs redeuntem à mortuis cernit. Propter quod cum omni metu, & reverentia contemplandū est, vt in uno eodem que, ita utriusque naturæ veritas demonstretur, vt neque aliquid indignum, & indecens de diuina illa, & ineffabili substantie sentiatur, neque rursum quæ humanitas gesta sunt, falsis illusione imaginibus ait: mentur.

**S A N C T I C Y R I L L I**  
Episcopi Alexandrini,

**H**omo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei patris Verbum, quoniam similiter, vt nos sanguini communicavit, & carni, sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam, in sua ratione perfectam.

Item eiusdem in libro, qui dicitur *Golias.* Vnus gitur est, & ante Incarnationem Deus verus, & qui in diuinitate mansit, in qua erat, est, & erit. Non discernendum igitur vnum dominum Iesum Christum, in hominem seorsum, & seorsum in Deum, sed vnum, eundemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentias naturalium: sed eas inconfusas inter se seruantes.

Item cuius supra. Dicitur namque tanquam aliud in alio inhabitare, idest diuinam naturam in humanitate, non perpeſam commixtionem, vt esset quod non erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id, in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in Verbi persona, & humanitatis, nobis scilicet differentiam designat diuersitas naturarū. Ergo in enim ex utraque intelligitur Christus. Ergo in-

inconfusione, ut ante dixi, seruata inhabitasse, ait Verbum in nobis. Scit enim vnu esse Filium unigenitum carnem factum, & hominem.

*Item cuius supra ad Nestorium.*

**A** It igitur sancta, & magna Synodus, ipsum, qui est ex Deo Patre natus naturaliter, Filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem, & cum quo omnia fecerit Pater, hunc descendisse, in carnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus ad caelos &c.] Igitur ergo testimonij sanctorum, Christi Domini admirabilem Oeconomiam defendit Leo.

S. 2.

*Alterum paradigma ex Ioanne II.  
Epistola de duabus naturis contra Eutychianistas apud Baronium tom. 7.  
anno 434. n. 24.*

**S** Ed & Ioannes II. proposita illa questio fidei, san vnu ex Trinitate Christus, & Deus noster dici posset, hoc est vna de tribus personis sanctæ Trinitatis sancta persona, dicit. *Probaimus in his catholicam Imperatoris fidem, & ita esse propheticis, & apostolicis, vel Patrum exemplo euidenter ostendimus vnum ex sancta Trinitate Christum esse, hoc est, vnam de tribus sanctissima Trinitatis personis, sanctam esse personam seu substantiam, quam Graeci hypostasim dicunt, in his exemplis euidenter ostendimus.* & post allata testimonia scripturarum, & Nicenisi symboli confessionem subdit Patrum testimonia.

*Item sanctus Augustinus cuius doctrinam secundum prædecessoru meorum statuta Romana sequitur, & seruat Ecclesia. in lib. II. de cin. Dei sic dicit. Credimus, & tenemus, fideliter prædicamus, quod Pater genuerit Verbum, hoc est sapientiam, per quam facta sunt omnia, vnu vnum, æternus coæternum, summus bonus æqualiter bonum. Et quod Spiritus sanctus simul & Patris, & Filiij sit Spiritus, & ipse consubstantialis, & coæternus omnibus, atque hoc totum Trinitas sit, propter proprietatem personarum & vnu Deus, propter inseparabilem unitatem: sicut vnu omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam, ita tamen ut cum de singulis queratur vnu quisque eorum, & Deus omnipotens esse respondeatur.*

*Eiusdem lib. 2. contra Maximinum. & Pater Deus est, & Filius Deus est, & Spiritus sanctus Deus est, & hi simul tres vnu Deus est, nec huius Trinitatis tertia pars est vnu, nec maior pars duo, quam vnu est.*

*In libro S. Augustini 15. de Trinit. Ratione etiam reddit, intelligentibus clarum est substantia veritatis, non solum Patrem Filio non esse maiorem, sed nec ambo simul aliquid esse maius quam spiritum sanctum, aut quoslibet duos in eadem Trinitate maius aliquid esse, quam vnu, &c.*

*Gregorius Nazianzenus ex sermone de Epiphania, Deus cum omnino uno de lumine illuminatur, simul, & tribus quidem secundum vniuersales proprietas sive substantias sicut pla-*

cet aliquibus dicere, sive personas: nisi enim vocabulorum diuersitate dissidendum est, cum ad eundem sensum nominum diuersitas prouocet, & intellectum. Vnum autem secundum substantiam, vel deitatis ratione, diuiditur ergo, ut ita dicam, indivisibiliter, coniungitur diuisibiliter, vna est in tribus deitas.

*Item ex epistola Gregorij Nisseni ad Ablamii. aestimat hæc opera vtrum vni assignentur personæ eorum, que in sancta Trinitate creduntur, an per tres eas virtutis effectus.*

*Item ex epistola Procli ad Occidentales. super hæc etiam confitemur vnum ex Trinitate increta, atque ineffabili, Deum Verbum factum hominem.*

*Eiusdem. Quid enim nos sapimus, atque sentimus, quia in ipsa diuina natura, quia coniunctus, & vnitus est filius Patri, sanctoque Spiritui, non dicimus eum deitate passum fuisse, sed carne, quæ pro nobis assumpsit in nobis. Vnus igitur ex Trinitate crucifixus est carne, qua factus est, non tam deitate, quæ vnitus est Patri, & Spiritui sancto, perpeccus est, ne & illos crucifixos pariter afferaamus.*

*Hæc igitur ex plurimis pauca digessimus. Deum vero carne passum hic nihilominus roboremus exemplis.*

*Ex libro Exodi per Moysen Dominus locutus est. Et videbitis vitam vestram in ligno pendente: Deum autem esse vitam Dominus noster in Euangeliio Ioannis prædicat, dicens, Ego sum via, veritas, & vita.*

*Item Propheta dicit. Si affigit homo Deum suum, quia vos affixisti me.*

*Princeps quoque Apostolorum Beatus Petrus in Actibus ita dicit, dum impietates Iudeorum argueret. Vos autem virum homicidam petitis dimitti vobis auctorem autem vitæ peremisis.*

*Item Act. 2. V. as electionis. & doctor gentium sic prædicat. si enim cognouissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent. Dominus autem glorie est Deus. sic psalmographus ante p̄dixit. Quis est iste Rex glorie?*

*Item in actibus Apostolorum. Attende vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*

*Cyprianus Episcopus, & Martyr in epistola de patientia. Iudicatur iudicaturus, & Deiterno ad victimam tacens ducitur.*

*Gregorius Nazianzenus: & indiguimus Deo incarnato, & mortificato, ut nos viuamus.*

*Ex libro S. Augustini de charitate. Ille enim, qui venit per crucis irrisiones carnis perimere corruptionem, & vetustatem vinculi nostri, sive mortis nouitate dissoluere, mandato novo facit hominem nouum, res enim vetus erat, ut homo moreretur, quod sine semper valeret in homine, res noua facta est, ut Deus moreretur, sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate.*

*Cyrillus cap. 12. si quis non confitetur Verbum passum carne & crucifixum carne, & morte carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundum quod vita, & vivificans est, & Deus, anathema sit.*

# De Patrum sensu, & authoritate.

105

*In Epistola Leonis ad Iuuenalem.* Veram igitur generationem crux vera confirmat, quoniam ipse in carne nostra nascitur, qui in nostra carne crucifigitur.

*Etusdem ex Epistola ad Flavianum.* Impensis Deus, non designatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subiacere. Ex hac quoque parte plura ex dogmatis lectio ne poteritis agnoscere. Gloriosam verò sanctam semper Virginem Mariam, & propriè, & veraciter Dei Genitricem, Matremque Dei Verbi ex ea incarnati, ab hominibus catholicis confite ri rectè esse docemus propriè, & veraciter, & idem ipse ultimis temporibus incarnatus, ex Sancta, & Gloriosa Virgine Matre nasci dignatus est.

Propterea ergo, quia propriè, & veraciter Dei Filius ex ea incarnatus est: ideo propriè, & veraciter Matrem Dei ex ea incarnati, & nati esse con fitemur. & ne Dominus Iesus per honorificentiam, vel gloriam Dei nomen accepisse carnem, credatur ex Virgine, sicut asseruit impius Euthy ches. Cuius rei probamenta ex Patrum traditionibus, consequenter Sanctus Augustinus in lib. i. prædestinationis. Prædestinatus est ergo Iesus, ut futurus secundum carnem filius David eset, in virtute autem Filius Dei simul, & filius hominis, propter suscepsum hominem, & Filius Dei per fuscipientem Vnigenitum Domini propriè, & veraciter dicitur.

*Leporius in epistola, quam Aurelius Episcopus Carthaginensis, & Beatus Augustinus, & Synodus Africana firmavit.* Nascitur ergo nobis propriè de Spiritu sancto, & Maria semper Vir gine Deus homo Iesus Filius Dei.

*Gelasius ex libro aduersus Nestorium, & Eu tychen.* Propter quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Ex te nascitur, ait, ut proprietatem de matre sumendam nostræ conditio nis exprimeret.

## O S T E N S I O I I .

### *Ex Concilij Generalibus.*

**C**um ad dogmatum Nestorij examinationem deuentum esset. Flavianus Philippensium Episcopus (ex Concil. Ephesin. p. 2. Act. i. nouissimè Rom. Impress.) dixit cum p̄fissimorum, & Religiosissimorum, & Sacerdotum nostrorum Acacij, & Theodori narratio manifesta existat, consequens est, ut BB. Patrū nostrorū sentēt, a d̄ presens institutum facientes in medium proferantur, prolatæque, & lecta in acta referantur.

*Petrus Presbyter Alexandriae, & Notarij primarius dixit.* Quandoquidem sanctissimorum, sacratissimorumque Patrum, & Episcoporum, & diuersorum præterea Martyrum codices in promptu habemus, nonnullaque capita ex illis selegimus, ea si vobis ita visum fuerit prælegemus.

*Flavianus Episcopus Philippensium dixit.* Legantur, & in Actorum monumenta referantur. Et lecta sunt in hunc modum. Cum verè gratia, & veritas per Iesum Christum facta sit,

hinc secundum Apostoli doctrinam gratia salua ti sumus. Ait enim, & hoc non ex nobis: Dei enim donum est: non ex operibus ne quis glorietur Dei voluntate verbum factum est caro, habituq; inuentum ut homo, non recessit à Deitate. Neque enim ea de causa egenus factus est, cum esset di ues, vt virtutis, aut maiestatis suæ perfectione exueretur. Sed vt & mortem pro nobis peccatoribus susciperet iustus pro iniustis, vt nos of ferret Deo mortificatus quidem carne, viuifica tus autem spiritu.

*Et post pauca rursum.* Quare & Euangelista quoque vera prædicat, dum ait. Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tum videlicet cum Angelus sacram Virginem salutauit dicens. Ave gratia plena Dominus tecum, hoc est Dei verbum: nunc tecum est. Nam illa Gabrieli salutatio Deum verbum in utero virginem natum, & carnem factum insinuat. Hinc & scriptum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoq; quod natum est ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et paucis interiectis rursum [ Deus autem verbum circa viri commercium, sola Dei, qui quiduis efficere potest, voluntate, in Virginis utero incarnatum est, uiri operatione, aut præsentia ad hoc minimè requisita, Dei namque uirtus Virginem per Spiritus sancti aduentum obumbrans, uiro quoque efficacius operata est.

*Athanasi Episcopi sanctissimi Alexandriæ ex libro contra Arianos.* Multi sane, & sancti extitere, & ab omni peccato immunes. Siquidem Hieremias ex utero sanctificatus est. & Ioannes adhuc intra materna uiscera delitescens Deipara Virginis Mariae uoce percepta, præ gaudio exultauit. Veruntamen regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Atq; ita homines morti, & corruptioni, ceterisque miserijs, que in ipsorum naturam conueniunt obnoxij manebant. Nunc autem posteaquam Verbum incarnatum est, & ea, que carnis sunt propria, sibi adscivit, eiusmodi passiones in corpus non amplius desequunt propter Deum Verbum, quod in eo factum est, sed ab ipso quidem consumptæ sunt. Restat ergo ut homines secundum propriæ naturæ passiones peccato, & morte non amplius resticti teneantur. Sed Verbi uirtute exuscitati, perpetuae immortalitatis, & incorruptionis beneficio potiantur. Carne proinde ex Deipara Maria nata, ipse natus prohibetur. Qui alijs rebus, ut sint, largitur, quo uidelicet nostra natuitate in seipsum translata, & transformata non amplius tanquam terra tantum simus, in terram abeamus: sed tanquam cœlesti Verbo coniuncti ab ipso in cœlum uehamur. Ad hunc modum alias quoque corporis passiones haud incongrue in seipsum transfluit ille, ne in posterum sicut homines moriamur, sed tanquam Verbi Dei proprij effecti, sempiternæ uitæ participes existamus. Neque enim ultra iuxta priorem generationem, omnes in Adam morimur, sed tam natuitate, quam reliquis omnibus carnis infirmitatibus in Verbum translatis, à maledictione per peccatum nobis inflicta, per eum, qui in nobis nostri causa factus

# 106 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

Sactus est maledictio, resurgimus.

## Eiusdem ex epistola ad Epictetum.

**Q**uomodo autem quidam, qui inter christianos censemur in questione uocare audent; Dominus ne, quem Maria in lucem edidit, natura quidem, & esentia Dei filius existat, secundum carnem verō ex semine Dauid, ex sancta Mariæ carne ortum ducat? Quinam vero in eam temeritatem prolapsi sunt, ut dicere audeant Christum, qui carne passus est, & crucifixus est, nec Deum esse, nec dominum, nec saluatorem, nec patris filium? Quomodo rursum christiani hominis appellationem usurpare non verentur, quod verbū in hominem sanctum perinde atque in aliquem Prophetarum descendisse afferunt? ipsum autem verbum, quod corpus ex Maria sumpsit, hominē non esse factum, sed alium Christum, alium rursum esse Dei verbum, quod ante Mariam, & secula erat filius patris; aut quomodo christiani non merentur, qui alium dicunt esse filium, & alium Dei verbum.

Et post alia rursus. Hæc autem, ut quidam existimarent, non agebantur fieri, absit, sed realiter, & verè vt Saluatore re ipsa incarnato, toti homini salus obueniet: nam si iuxta illorum opinionem fictione tatum, & imaginatione Verbum in corpore erat, cum illud, quod fingitur, sit quidam phantasticum, & imaginarium, consequens fit (quod impissimus decebat Manichæus) hominum salutem, & resurrectionem esse rem quampiā commentitiam, & imaginariam. Atqui salus nostra non est inane commentum, aut res fictitia, sed vera; neque salus tantum corpori comparata est, sed toti homini, hoc est anima, & corpori. Siquidē Saluatoris corpus, quod secundum scripturas ex Maria sumptum est, suapte natura humanū erat, & verum.

## Iulij sanctissimi Episcopi Romæ ex epistola ad Docimum.

**A**d fidei plenitudinem Dei Filius ex Maria Virgine natus prædicatur, qui proinde inter homines moratus, non potenti quadam vi in homine operatus, est: hoc enim in Prophetis, & Apostolis locum habet. est autem perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu, non duo filii, unus quidem germanus filius, qui suscepit hominem, hoc est humanam naturam, alter vero homo mortalis à Deo assumptus: sed unus unigenitus in celo, unigenitus in terra Deus.

*Felicis sanctissimi Episcopi Romæ & Martyris, ex epistola ad Maximum Episcopum, & Clerum Alexandrinum.*

De verbi autē Incarnatione, & fide credimus in Dominum nostrum Iesum Christum ex Virgine Maria natum, quod ipse est sempiternus Dei filius, & Verbum, non autem homo à Deo assumptus, vt alius sit ab illo: neque enim hominem sumpsit Dei filius, vt alius ab ipso existat: sed cū perfectus Deus esset, factus est simul homo perfectus ex Virgine incarnatus.

*Theophilii sanctissimi Episcopi Alexandriae, ex*

## quinta paschali Epistola.

Extant & nūc veterum miraculorum reliquiae. Nemo dubitet quin Dei virtus efficere id queat, vt virgo pariat, in qua vtique nobis vt assimilatur, viuum Dei verbum extitit. Alia namque ratione familiariter inter nos versari non poterat: neque enim è uoluptate, & somno, vt in alijs hominibus contingere solet, corpus sumpsit, nostraque similitudine accepta homo ex Virgine prodit. Ceterum licet secundum seruilem formam nobis haud dissimilis cerneretur, ex operibus tamen, opera enim diuina patrabat, omniū & Dominus & opifex esse ostendebatur.

## Eiusdem ex sexta Paschali epistola.

**E**TENIM vt præstantissimi quique artifices nō solum in nobili quamam materia artem suā ostendentes, magnam sui admirationem excitare solent: verum etiam vitem ceram, & lutum, quod dissoluit, saepè fumentes, artis suæ vim in ea explicant, ac non vulgarem, imo cumulatiorem laudem promerentur: ita sane omnium optimus artifex uiuum illud & efficax Dei Verbum, quod uniuersam hanc rerum molam mira ordinis concinnitate exornauit, non nobili aliqua, aut pretiosa materia, hoc est cœlesti corpore sumpto ad nos descendit, sed in utili abiectoque luto artis suæ magnitudinem declarauit, dum hominem ex lino formatum instauratus, noua quadam ratione homo ex Virgine processit. Et quamuis natiuitatis modo à nobis differret, similitudinem tamen nostram, peccato duntaxat excepto, per omnia amplectendam existimauit: nam & nascitur, & fascijs inuoluitur, & lactatur, & in præsepio ponitur, et omnes teneaque, propter antecedentia peccata, natura, nostræ infirmitates experitur. Interim tamen cum infans adhuc esset, inimicum ipsiusque cohortem exterruit, Magosque ad pœnitentiam adduxit, & vt regis, à quo pœceptū acceperant, pœceptum contemnerent intrepidè fecit.

## Cyprianis sanctissimi Episcopi, & Martyris ex tractatu de eleemosyna.

**M**ulta, & magna sunt fratres, charissimi beneficia diuina, quibus in salutem nostram Dei Patris, & Christi larga, & copiosa clementia, & operata sit, & semper operetur, quod conseruandis, ac uiuificandis nobis pater filium suum misit, vt reparare nos posset, quodque filius missus esse, & hominis filius voluit, vt nos Dei filios faceret, humiliauit se vt populum qui prius iacebat, erigeret; seruauit vt ad libertatem seruientes extraheret; mortem sustinuit, vt immortalitatem mortalibus exhiberet.

## Ambrosii sanctissimi Episcopi Mediolanensis expositio de fide.

**S**IMIHI non credunt, credant Apostolo dicēti. Postquam vero venit plenitudo temporis misit Deus filium suum sanctum ex muliere, factum sub lege. Filium, inquit, suum, non vnum de multis non

# De Patrum sensu, & autoritate. 107

non communem, sed suum. Suum cum dicit, generationis & ternę proprietatem significauit. Hunc postea factum ex muliere afferuit, ut factura non diuinitati, sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per obseruantiam legis, generatio autem illa cœlestis ante legem, ista post legem.

*Eiusdem ex lib. 2. de fide.* Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis, & carnis. Vnus in vtraque loquitur Dei Filius, quia in eodem vtraque natura est, & si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt diuina, quia verbū est, quasi homo dicit, quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Hic est Panis viuus, qui de Cœlo descendit, Panis hic caro est, sicut ipse dixit, hic Panis, quem ego dabo, caro mea est. Hic est, qui descendit, hic est, qui ascendit, hic est, quem Pater sanctificauit, & misit in hunc mundum. Hic ipsa littera nos docet sanctificatione non diuinitatem eguisse, sed carnem.

*Gregorij Magni sanctissimi Episcopi Nazianzeni.* Non fallant, neque fallantur homines, hominem Dominicum cum ipsis loquuntur, metiisq; exorrem eum esse rati, qui potius Deus, ac Dominus noster est. Neq; enim hominem, sed Deum, & Filium vnicum, ac sæculis omnibus antiquorum, omnisque corporis, & eorum, quæ corpori conueniunt, expertem; in fine autem etiam hominem propter salutem nostram assumptum, carne passibilem, diuinitate impassibilem, corpore loco definitum, incircumspectum spiritu, eundem cœlestem, & terrenum, visibilem, & inuisibilem, comprehendens, & incomprehensibilem, ut in toto homine, eodemq; Deo totus homo, qui sub peccato iacebat, reformaretur.

Si quis Mariam Deiparam esse inficiatur, à Deo alienus est.

Si quis per Virginem perinde, ac per fistulam measse, nec in ea diuino, humanoque modo simul formatum esse dixerit, diuino quidem, quia citra viri commercium, humano vero, quia communipregnantium lege, anathema sit.

Si quis Dei verbum in hominem iam antea formatum se demisisse, ac quasi insinuasse dixerit, damnationis teneatur reus. Hoc enim dicere non est Dei nativitatem statuere, sed euertere.

Si quis duos introducit filios, vnum quidem ex Deo, & Patre, alterum vero ex Maria, non autem vnum, atque eundem, is ab ea adoptione excidat, quæ rectam fidem seruantibus promissa est. Sanè Deus, & homo duæ naturæ sunt, quemadmodum & anima, & corpus, non tamen duo sunt filii, neque duo Dij, quemadmodum in humanis non duo ob id constituendi sunt homines, quod Beatus Paulus de interiore, & exteriore homine alicubi loquitur. Atqui ut paucis rem complectar, aliud, & aliud est, ex quibus Salvator constat. Siquidem non vnum, & idem sunt visible, & inuisibile, & ternum, & temporaneum: at non

est tamen aliis, & aliis, absit hoc, vtraque enim hec admirabili quadam coniunctione vnum sunt, Deo nimurum humanitatem, atque in homine diuinitatem suscipiente, siue alio quocumque nomine rem hanc explanare quis velit. Dico autem aliud, & aliud diuersa ratione ab ea, quæ in Trinitate reperitur. Ibi enim est aliis, & aliis, ne hypostases confundantur, non tamen aliud, & aliud, quoniam tria diuinitate vnu, & idem sunt.

Si quis Deum in Christo per gratiā non secus atq; in aliquo Prophetarum operatum dixerit, & non secundum substantiam eidem coniunctum, coadunatumque esse confessus fuerit, is melioris operationis virtute frustratus sit, vel potius contraria rep'atur.

Si quis Crucifixum non adorat, sit anathema, & inter Dei interfectores censeatur.

Si quis eum ex operibus perfectum, aut post Baptismum, aut Resurrectionem ex mortuis in Filium adoptari meruisse dixerit, quemadmodū ethnici adscriptios inducent, anathema sit. Si quidem quod initium habet, quod proficit, quod consummatur, hoc non est Deus, etiā ob successuum incrementum tale quipq; de eo interdum dicatur.

*Basilij Magni Cesareæ prime Cappadocie Episcopi.* Non cœlum, non terra, non marium spacia, non quæ in terris, & in aquis degunt animaltes, non plantæ, non stellæ, non aeri non anni tempora, non uarius denique totius Vniuersitatis ornatus, tantum potentia excellentiam ostendit, quantum immensus illum, infinitumque Deum impassibiliter per carnem assumptam confluisse cum morte, quod nimurum per propriam passionem suam nobis impassibilitatem impertiretur.

*Gregorij sanctissimi Episcopi Nisseni.* Hoc enim sapite, inquit in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē Deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens. Quid serui forma de Deo dici potest ab eō? quid de omnī Rege humilius, quād q; sponte ad abiecta naturæ nostræ commercium se se abiectit? Rex Regum, & Dominus Dominantium seruili forma induitur, omnium Iudex mundi huius dynastis vectigalis efficitur, creaturæ Dominus in antro diuerteratur (qui omnia palmo concludit) locum in diuersorio nullum inuenit; sed in brutorum animantium præsepi reclinatur, mundus, & immortalis humanæ naturæ sordes non auersatur, & omnem mendicitatem nostram transgressus, ipsam demum mortem perpetitur, voluntariæ huius paupertatis, & abiectionis mensuram perpendite. Vita degustat mortem, Iudex in prætorium adducitur, omnium viuentium Dominus Iudicis sententia subiiciuntur, omnium cœlestium virtutum Rex, carnificum manus experiri non grauatur. Hoc inquit humilitatis exemplum, hunc abiectionis modum respicite.

*Attici Episcopi Constantinopolitani.* Hodie Christus Dominus benignitatis nativitatem suscepit: nam in diuina dignitate præexistebat; deinde iversus his addit: benignitatis verbum exinanitur, cum tamen natura non sit exinanibile; se ipsum enim exinanivit, formam serui accipiens.

Qui

# 108 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

Qui carnis expers est, propter te incarnatur. Verbum caro factum est, qui sub tactum non cedebat, ob incorporeitatem palpatur. Qui sine principio est, sub initio fit corporeus, qui perfectus est crescit, qui immutabilis est, proficit, qui diues est in diuersorio gignitur, qui operit celum in nubibus pannis inuoluitur, qui Rex est in præsepi deponitur.

*Item ex eodem.* Si quem ambiguum facit Vnigeniti inhumanatio, & Virginis partus, & passionum communicatio, & crux, & mors, & resurrectio, discens agnoscat hæc mundo salutem parere, non tamen indigna benignitate præstantioris existimari debent. Si enim turpe est, Deo in Virgine habitare, turpis fuerit, & eam condere. Quod si eam condens, nullam incurrit ignoramiam, nec habitare in creatura dignum opprobrio iudicauit. Si vero pati malum est, liberare passionibus quantum est. Quare, & mortuus est immortalis existens, ut morti mortem inferret, & resurrexit, nostram constituens resurrectionem. Et hæc omnia suscepit, non natura deitatis, sed assumptione carnis: illa quidem in afylis sue habitans impassibilitatis, hac autem omnia passus, & tolerans, vt fieret optimi instituti Dux, & Legislator.

*Amphilochij Episcopi Iconij.* Quoniam enim idem Rex, & Deus est, & mortem ob passionis dispensationem gustauit. Munera mysteriorum sunt indicia. offerunt Magi aurum cognoscentes ipsum esse Regem: offerunt thus, norunt enim se Deo offerre, offerunt myrrham propter mortem in mysterio passionis. ] Multa alia exempla in alijs Concilijs reperimus, vt in Concilio Niceno secundo, vbi sacrarum Imaginum cultus testimonij Patrum luculentissime probatus est. In Concilio Lateranensi sub Martino Papa I. vbi Monothelitarum heresis vnicam in Christo voluntatem asserens, testimonij Patrum confessa est. Non opus est ea transcribere ne paginas oneremus, &c. legat ea lector in fonte.

## O S T E N S I O III.

*Ex ipsissimis Patribus, qui præcedentium Patrum authoritate, vel dogmata confirmarunt, vel heresiis confutarunt.*

## PARADIGMA EX S. ATHANASIO.

*S*anctus Athanasius, cum videret Arianos Synodum Nicenam calumnijs impetrare, ac si consubstantialitatis vocem tanquam nuperam adiuenisset, illaq; approbassent esse filium ex non entibus productum; ille ad vetustiores Patres conuigiens hæc scripsit in tract. pro decretis Nicen. Synodi contra Arianos.

Quia igitur (ait *Sanctus*) Patres, qui Nicen. conuenerunt, non ex se, quod aduersarij obiciunt, hæc vocabula finxisse, sed ab alijs olim accepisse constat; age in præsentia declaremus ne ea eis cauillatio integra relinquatur.

*T*heognostus in 2. Hypotyposion, ita locutus est: Non forinsecus atque ex rebus extraneis Filij substantia constat, neque ex non entibus producitur, sed ex Patris substantia ita progenitus est, ut à luce iubar: vt ex aqua vapor: neque enim vapor id ipsum est quod aqua, neq; iubar id ipsum, quod Sol, sed non alienum tamen, verum ut profluentem eum esse dicas Patris substantiæ, idque ut interim substantia illa Patris divisionem non patitur. Quemadmodum enim Sol non diminuitur suis ex se profluentibus radijs, ita nec substantia Patris diminutionem sustinet, &c.

*Dionysius Alex.* ab eodem Theognosto citatus, scribens contra Sabellium dixit [ Patrem non fuisse carnem factum, sed Verbum eius fuisse quod carnem induerat, quemadmodum à Ioanne dictum fuit.] & in suspensionem raptus (vt notat Athanasius) quod filium creaturam nominasset & eumq; factum esse, & consubstantialem Patri dixisset, ad Dionysium Episcopum Romanum eiusdem secus nominis, pro defensione crimini, ut scribit, se non dixisse Filium esse factum quem Patri consubstantialem confiteatur, illius autem forma loquendi talis est [Et in alia epistola scripsi, qua demonstravi falsum esse crimen, quod mihi obiciunt, quasi dixissem, Christum non esse consubstantialem Deo. Et si hoc non men consubstantialis dixerim non inueniri in sacris litteris, tamen argumenta mea, quæ ipsi tacita omiserunt, à re ipsa, significatione que vocabuli non ablidunt. Nam & humanam procreationem in comparationem adduxi, ut congenerem eoque solo esse parentes diuersos à liberis, quod ipsi sui liberi non essent, neque vicissim liberi sui ipsorum parentes, &c. ]

*Dionysius Romanus in Sabellianos sic dicit.* Merito deinceps dixere in diuisores, sectoresque & peremptores, Reuerendissimi Ecclesiæ de Deo preconij, qui monarchiam in ternas potentias, ternaque substancialias, & ternas deitates carpunt, audio enim quosdam apud vos diuini verbi Magistros huius sententiæ professores, qui ex diametro, vt sic dicam, cum placitis Sabellij pugnant. Ille enim cum blasphemia dicit Filium esse Patrem, Patremque Filium: isti autem quodammodo tres Deos constituant, dum in tres substancialias alienigenas, & inter se omnino segregatas sanctam unitatem dispartiuntur; vñri enim necessum est omnium Deo Dei verbum, & in eodem hrere versarique Spiritum sanctum, & Sanctissimam Trinitatem in vnum omnium rerum Deum, omnipotentemque principemque consummari, & coalescere. Marcionis enim vaniloqui doctrina, sectio nem diuisionemque Monarchia in tres principatus instituit, &c. pluribus verbis atque sententijs diuinorum Filij, & Spiritus sancti consubstantialitatem cum Patre probando.

*Origenis* testimonium etiam profert Athanasius his verbis apud eundem descriptum. Si est, inquit, vlla imago inuisibilis Dei, ipsa quoque imago inuisibilis fuerit, imò hoc quoque ausim addere, quod quum sit ille similitudo Patris, fieri non posse, vt fuerit quando non fuerit, quando enim Deus, qui secundum Ioannem Euangeliastam lux dicitur, splendore caruit suæ Maiestatis?

ut quis audeat Filio principium ascribere quasi antea non dum existenti? &c.

*Idem Origenes*, ait Athanasius, *alibi dicit*. Sed fas non est, neque periculo vacuum est, ob infirmitatem nostram, quantum in nobis est spoliare Patrem Vnigenito suo semper secum existente Verbo: spoliare item cum sua Sapientia, in qua latabatur; inde enim colligeretur, eum non semper latatum fuisse. *Et post hæc testimonia subdit Sanctus Athanasius.*

Vos autem noui Iudæi, & discipuli Caiphæ quos verborum vestrorum Patres, ac maiores demonstrabitis, quum ne vnum quidem ex prudentibus, aut dictis in Authorem citare possit? Cuncti enim vos præter diabolum istius vobis à Christo defectionis Authorem auersantur, ille & olim vobis hanc impietatem inseuit, & nunc vobis author est, vt orbis terrarum Concilium repudietis, non alia de causa quam quod in eo Concilio non que vestræ facti patrocinentur, sed illa sicut scripta, quæ ab initio ipsi qui testes oculati, & ministri verbi fuere, tradiderunt. Fides enim quæ scriptis decretisque Synodi sancta est, ea est totius Ecclesiæ, hanc cum asserere vellent Beati Patres, istis verbis concipiendam putauerunt, condemnaruntq; Arianam hæresim. Hec Sanctus Athanasius ex Patribus antecedentibus in Nicene Synodi calumniatores, Nicenam, seu totius Ecclesiæ fidem acerrime propugnans.

## S.

**ALIVD PARADIGMA**  
Ex Sancto Basilio lib. de Spiritu sancto.

**C**VM apud me reputo se quis veterum, ac Beatorum Virorum, his quibus nunc reclamatur vocibus usus sit, nempe laudandum Patrem, & Filium cum Spiritu sancto, multos reperio quibus antiquitas fidem conciliat, qui iuxta exactam eruditio[n]em, non iuxta horum temporum homines, quorum alijs prepositione, alijs coniunctione in glorificatione sermonem copulant, statuerunt nihil referre, sanè quod ad rectam attinet pietatis intelligentiam, Ireneus, Clemens Romanus, & Alexandrinus Dionysius.

Dionysius, ergo sic dicit, *Transcribam autem vobis ipsa hominis verba. In ep. 2. ad sibi cognomen epistola de accusatione, ac defensione.*

His inquit congruenter, & nos etiam firma regulaque à Senioribus, qui ante nos vixerunt accepta, concordibus vocibus cum illis, gratias agere, ac nunc etiam vobis scribere desinemus. Deo autem Patri, & Filio Domino nostro Iesu Christo cum Sancto Spiritu, gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Clemens Antiquior. Viuit inquit Deus, & Dominus noster Iesus Christus, & Spiritus sanctus.

Ireneus, autem ille, qui vicinus fuit Apostolorum temporibus quomodo mentionem Spiritus faciat disputans aduersus hæreses, audiamus, Eos vero, inquit, qui effrenes deferuntur ad suas

concupiscentias, nullum habentes Diuini Spiritus desiderium, meritò Apostolus carnales vocat, & alibi dicit idem. Ne expertes facti Diuini Spiritus frustrentur Regno Cœlorum. Inclamat Apostolus, quod caro non possit hereditatem capere Regni Cœlorum, subdit Basilius.

*Quod si cui Eusebius Palestinus*, propter eruditionem variam idoneus videatur cui habeatur fides, & ex illo voces easdem ostendimus in dubitationibus de priscorum multiplici coniugio: loquitur enim hunc in modum exhortans seipsum ad verba Prophetarum. Dicit ergò;

Eusebius, Sanctum Deum lucis auctorem per Salvatorem nostrum Iesum Christum, cum Sancto Spiritu inuocantes.

*Iam vero, & Origenem multis in locis expostionum, quas in psalmum edidit, deprehendemus, cum sancto Spiritu gratias agentem Deo, virum qui non omnino sanas habet in omnibus opiniones: nihilominus, & hic veritus consuetudinis robur, piæ voces emisi de Spiritu. Quicquidem in sexto, ni fallor, libro enarrationum in Euangelium Ioannis, etiam ad adorandum Spiritum, evidenter pronunciat, ita scribens ad verbum.*

Origenes, Quoniam aquæ lauacrum significat purgationem animæ ab omnibus malitiæ sordibus abluta, nihilominus, & per seipsum, & qui se ipsum præbet Diuinitati adorandæ Trinitatis, per virtutem inuocationum gratiarum principium ac fontem habet.

*Et rursus in Commentarijs quibus exponit epistolam ad Romanos. Sacra, inquit, virtutes capaces sunt Vnigeniti, & Sancti Spiritus Deitatis] & subdit Basilius mirans de Origene de Spiritu sancto alias sinistrè loquente, & nunc Deitatem ipsius confidente. Ad hunc modum opinor, traditionis vis, sàpè compellit homines, etiam suis ipsorum dogmatibus contraire. Africanus historicus, in quinto de temporibus epitoma, & ipsum ad hunc modum loquitur. Nos vero qui & illorum verborum mensuram didicimus, nec ignoramus fidei gratiam, gratias agamus ei, qui præbet nostris Patribus omnium seruatores ac Dominum Iesum Christum, cui gloria maiestas cum sancto Spiritu in secula seculorum, Amen.*

Idem fuit glorificationis modus quem instituit Gregorius, & is, cui nunc contradicitur, ex illius institutione Ecclesiæ obseruatus.

Hanc fidem, & Firmiliano nostro fuisse, testatur illius libri quos reliquit.

Insuper & Meletium illum admirandum, in eadem fuisse sententia narrant, qui cù eo vixerunt.

Et concludit Basilius. *Igitur apud cordatos homines, ad purgatio[n]em mei, sufficiunt hæc quæ dicta sunt, quod recipimus vocem adh[er]e gratiam, & amicam Sanctoris, insuper & tam diuino usu comprobatum, que ex quo tempore est annuntiatum Euangelium usque ad præsens, demonstratur in Ecclesijs usitata fuisse & quod est omnium maximum, que pius ac religiosum habet sensum.*

Hec Sanctus Basilius, primo loco recensens Patres prioris etatis Apostolis proximiores, & sanctitate illustres, nempe Ireneum, Dionysium

# 110 Catholicarum Præscriptionum. Lib.IV.


Clementem. Secundo, succedentes alios nempè Eusebium, Origenem, Africanum. Sed Eusebium, & Origenem cum cautela nominans, quia aliis suspecti. Tandem contemporaneos suos Firmilianum, Meletium, Gregorium. Dans nobis normam, vt ad probationem dogmatum per eandem liæcam vetustatis incedamus, ritum Patrum, & vestigia insequentes.

*Aliud exemplum ex Sancto Augustino.*

<sup>9</sup> **S**ed aliud exemplar proponimus ex Augustino, qui hac via firmissima usus est ad Pelagianos euincendos, & probandum Christum Dominum in euacuando chirographo paterni debiti, liberatorem hominum ex Adam descendentiū lib. I. primo contra Julianum Pelagianum. Primo loco affert Irenēum. Secundo Cyprianum. Tertio Reticium. Quarto Olympium Hispanū, Quinto Hilarium. Sexto Ambrosium. & post allatas, & ponderatas eoru sentētias adiecit. Septimo, & Innocētiū Papā, de quo dicit, quod si ponatur, post dictos PP. tempore, prior est loco. Octauo Gregorium Nazianzenum iisdem adiungit. Nono Basiliū. X. Ioannem Chrysostomum, quem prædictis Patribus per omnia conformem idem S. demonstrat, obiectionem friuolam pro se tantum Doctorem adducentis, Juliani inquam Pelagiani, acerime dissoluens, & post prolata horum omnium proprijs verbis testimonia, mox subdit idem Augustinus propè finem libri sic dicens.

Propter quam Catholicam veritatem Sancti, ac Beati, & in diuinorum eloquiorum pertractatione clarissimi Sacerdotes, Irenaeus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Ioannes, Basilius, quibus adde velis, nolis Hieronymum, ut omittum eos qui non dum dormierunt aduersus vos proferunt de omnium hominum peccato originali, obnoxia successione sententiam, unde nemo eruit nisi quem sine lege peccati repugnante legi mentis, virgo concepit. Quid est quod exultas, & mihi si in conspectu iudiūm esse mus quasi vīctor insultas, tanquam non inuenire quid facerem, quod confugerem, si iudicūm præmerer-

potestate si in medio auditorum consistenter tecū, si verè, quam dicis rationis tuba à te 53. magno iubice in flata. si auditorum arma circumstantium, et tibi fauentium concreparent. Ita n. tibi ponis ante oculos nostrum in disputatione certamen, & te argumentante, me quid respondeam non habentem, singis, vt placet? Sic tecum vana, & insana tui cordis imaginatio fabulatur, quasi me ante Pelagianos iudices tecum constitutas, quibus plaudentibus tibi liceat exaltare tanquam tubam, vocem tuā, & prædicare contra Catholicam fidem, & contra gratiam Christi, quia pusilli cum magnis liberantur a malo, communem tibi, & illis nouitiae huius impietatis errorem. Tales iudices in Ecclesia Dei, nec sine aduersario ex altera parte stante potuit eruditior uester Pelagius inuenire. & infrā in fine eiusdem libri loquens de iudicibus à se productis ante quam Augustinus, vel Pelagius nascerentur, ac proinde nō suspectis, tanquam alienis ab omni studio partum, concludit Augustinus His igitur eloquijs, & tanta auctoritate Sanctorum profetto, aut sanaberis Dei misericordia donāte, quod quantum tibi optem vider qui faciat, aut si quod abominor, in eadem, quæ tibi vider sapientia, & est magna sc̄lūtia, perduraueris, non tu iudices quæsturus es, ubi causam tuam purges, sed ubi tot SS. Doctores Egregios atq; memorabiles Catholicæ veritatis accusés, Irenaeum, Cyprianum, Reticiū Olympium, Hilarium, Gregorium, Ambrosium, Basiliū, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, ceterosq; socios, ac participes eorum, insuper, & uniuersam Christi Ecclesiam, cui diuinæ familiæ Dominica cibaria fideliter ministrantes, ingeniti in Domino gloria claruerunt. Plura alia in alijs PP. extant exempla, vt in Theodoreto in Dial. in Leone Byzantio lib. contra Eutychianos, hec factis sint ad nostram instructionem, ut in quocumq; nouitio dogmate ad antiquitatis seriem indagando procedamus, non nostra nouitiae sectantes, vel Enthusiasmos, & nouas reuelationes, conjecturas, & humanas ratiunculas, sed vetusta dogmata veterumq; sententias consulentes, sic n. nouitios errores cauebimus, & quæ tradita sunt, prudenter inuestigabimus &c.



QVAE-

# Q V A E S T I O I I P R I N C I P A L I S.

Quanta sit apud eosdem Catholicos, Patrum authoritas  
in speciali .



Einde considerandum  
est quanta sit eorundem  
PP. authoritas in spe-  
ciali. circa quod sequē-  
tes Articuli sunt ex-  
aminandi.

Articulus I. quinam  
in particulari in nume-  
ro Patrum cōmu-  
ter recenseantur.

Articulus II. An ex  
scipsis suam habeant authoritatem, an ab Eccle-  
sia .

Articulus III. An ex ista approbatione Eccle-  
sia, qui probati sunt, p̄æ alijs maiorem obtineant  
firmitatem.

Articulus IV. An receptis, & approbatis eo-  
rumdē opusculis, tanta ab Ecclesia authoritas  
tribuatur, vt omnes, & singula sententia sint pa-  
riter approbatæ.

Articulus V. Vtrum quando opuscula quo-  
rumdam PP. recepta quidem sunt, sint etiam ap-  
probata, & quam authoritatem habeant .

Articulus VI. Vtrum omnes qui cum opinione  
sufficientis litteraturæ sub confessione S. Eccle-  
siae Catholica obierunt, possint inter DD. Eccle-  
siaz colloqui .

Articulus VII. An qui malis moribus, imbuti  
fuerunt, vñquam intet PP. & DD. Ecclesiaz recen-  
siti sint, & an recenseri possint .

Articulus VIII. An conuenienter supradicti  
PP. ad ostendendam ipsorum authoritatem, spe-  
ciosis titulis, & encomijs celebrati sint .

Articulus IX. quanta in particulari sit S. Augu-  
stini authoritas in Ecclesia Catholica, & de eius-  
dem encomijs .

Articulus X. An ex maioribus encomijs, & titu-  
lis, quibus ab Ecclesia vel à PP. alijs coherenstan-  
tut, maiorēm sibi vendicent authoritatem .

## A R T I C U L V S I.

Qui nam in particulari in numero  
Patrum recenseantur .



Atrum nomine eos intelligimus,  
qui Apostolicas traditiones, &  
prædicationem acceperunt im-  
mediate ab Apostolis (qui consi-  
gnatæ fidei à Filio Dei, & à Spi-  
ritu sancto acceptæ, ipsi testes sue  
runt) vel eos qui ab his configna-  
ta dogmata suscepserunt, & sequentibus DD. tra-  
diderunt; & sic deinceps, per duodecim secula  
decurrendo: quorum quoq; laboribus, vel sacræ  
litteræ ex eadem traditione expositæ, vel debet  
lati hæretici, vel de suggesto populi ad mores, &  
virtutes informati. In quo genere principes, & pa-  
mares existimantur p̄e ceteris, qui, vt loquitur  
Augustinus lib. 2. contra Julianum [post Aposto-  
los, fidei nostræ extiterunt plantatores, rigatores,  
edificatores.]

Horum, vt clarius excurrat oratio, tripartita  
classis est, & in tres quasi periodos ætatis Patrum  
eorundem, eam possumus distinguere. Prima est  
eorum, qui A postolos viderunt, vel ab A postolo-  
rum discipulis immediatè edicti fuerunt. Secū-  
da, quæ est media, continens eos PP. qui proxi-  
miores fuerūt Apostolorum, vel Apostolicorum  
temporibus. Ultima eorum, qui hos proximiores,  
& vetustiores subsequitur, comprehendit. Con-  
tinent verò hæ tres ætates 12. secula, quæ digestæ,  
& partitæ, in lectorum commodum, in sequētem  
formam exhibētur, in modum tabulæ Analyticæ.

### Primi seculi Patres.

**H**æc ætas primi seculi ab Eusebio lib. 1. Hist.  
c. 13. *Apostolica successio* vocata est. Eos ve-  
rò cōtinet qui Apostolorum vel Apostolicorum  
fuerunt discipuli, tam Græcos, quam Latinos, &  
sunt sequentes.

# 112 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

## EX GRAECIS.

C Lemens D. Petri auditor.  
Euodius.  
Ignatius martyr.  
Dionysius Areop. D Pauli discipulus.  
Papias D. Io. Euangelistæ auditor.  
Hermes.  
Polycarpus.  
Prochorus.  
Castor Agrippa.  
Eusebius.

## EX LATINIS.

Martialis Lemouicensis Episcopus,  
Anacletus Papa.  
Euaristus Papa.

## Secundi seculi PP. Apostolicorum doctrinæ depositarij.

### EX GRAECIS.

I Vftinus Martyr.  
Dionysius Corinthiorum Episcopus.  
Melito Sardensis.  
Apollonius.  
Polycrates Ephesius.  
Theophilus Antiochenus.  
Athenagoras.  
Serapion.  
Irenaeus.  
Rhodon Asiaticus.

### EX LATINIS.

|   |             |     |
|---|-------------|-----|
| A | Alexander   | PP. |
|   | Sixtus      | PP. |
|   | Thelephorus | PP. |
|   | Higinus     | PP. |
|   | Pius        | PP. |
|   | Anicetus    | PP. |
|   | Sother      | PP. |
|   | Eleutherius | PP. |
|   | Victor      | PP. |
|   | Zephyryus   | PP. |

## Tertii seculi PP. depositi Apostolici fidissimi conseruatores, quod ab ipsis, & flammis persecutionis pariter lustratum, & excoctum.

### EX GRAECIS.

C Lemens Alexandrinus.  
Ammonius.  
Hippolytus Episcopus Portuensis.  
Alexander Hierosolymitanus.  
Origenes.  
Theon  
Iulius Africanus.  
Gregorius Neocæsariensis.  
Dionysius Alexandrinus.  
Eusebius Alexandrinus.  
Proclus  
Methodius Tyrius.  
Pamphilus  
Petrus Alexandrinus.

### EX LATINIS.

|   |                            |     |
|---|----------------------------|-----|
| T | Ertullianus                | PP. |
|   | Cajus                      | PP. |
|   | Calixtus                   | PP. |
|   | Minutius felix.            | PP. |
|   | Pontianus                  | PP. |
|   | Antherus                   | PP. |
|   | Cyprianus martyr.          | PP. |
|   | Pontius Cypriani diaconus. | PP. |
|   | Cornelius                  | PP. |
|   | Lucius                     | PP. |
|   | Stephanus                  | PP. |
|   | Sixtus II.                 | PP. |
|   | Dionysius                  | PP. |
|   | Zeno Episcopus Veronensis. | PP. |
|   | Victorinus Pictauiensis.   | PP. |
|   | Felix                      | PP. |
|   | Marcellinus                | PP. |
|   | Arnobius.                  | PP. |
|   | Methodius.                 | PP. |

# De Patrum sensu, & autoritate. 113

Patres quarti seculi, qui Apostolicæ doctrinæ thesauros paternos custodierunt: & plumbum, & æramenta, ab argento, & auro distinxerunt, & segregarunt.

## EX GRÆCIS.

Eusebius Cæsareensis.  
Didymus Alexandrinus.  
Dorotheus.  
Eustatius Antiochenus.  
Antonius Eremita.  
Athanasius Alexandrinus.  
Petrus Diaconus.  
Euthalius Sulcensis.  
Cyrillus Hierosolymitanus.  
Macharius Ægyptius.  
Theodorus Antiochenus.  
Basilius Magnus.  
Ephræm Syrus.  
Amphilochius.  
Epiphanius.  
Pachomius.  
Gregorius Nazianzenus.  
Gregarius Niſenus.  
Timotheus Alexandrinus.  
Theophilus Alexandrinus.  
Chrysostomus.

Quinti seculi Patres, qui probati assertores dogmatum, & veluti argenti exclusores, meritò dici possunt.

## EX GRÆCIS.

Iannes Hierosolymitanus.  
Marcus Eremita.  
Philo Carpatus.  
Synesius.  
Nilus Abbas.  
Flauianus Antiochenus.  
Lucianus Atticus.  
Cyrillus Alexandrinus.  
Proclus.  
Paulus Emissenus.  
Theodoreetus.  
Basilius Seleuciae Episcopus.  
Victor Anthiochenus.  
Titus Boſtrensis.  
Isaac Syrus.  
Gennadius Constantinopolit.  
Olympiodorus.  
Nemesius.  
Diadochus.  
Chrysippus Presbyter.  
Nonnus Panopolitanus.

## EX LATINI S.

Augustinus Episcopus Hippoensis.  
Gaudentius.  
Paulinus Nolanus.  
Bacciarius.  
Vigilius Tridentinus.  
Orosius.  
Innocentius PP.  
Seuerus Sulpitius.  
Licentius.  
Seuerus Mileuitanus.  
Euodius.  
Arnobius iunior.  
Philippus Presbyter.  
Maximus Taurinensis.  
Vincentius Lerinensis.  
Capreolus Episcopus.  
Possidius.  
Chrysologus.  
Hilarius Arelatensis.  
Prosper Aquitanicus.  
Iohannes Cassianus.  
Sedulus.  
Eugenius Carthaginensis.  
Claudianus Mamertus.  
Cesaritus Arelatensis.  
Sidonius.  
Victor Vicensis.

## EX LATINI S.

Augustinus Episcopus Hippoensis.  
Gaudentius.  
Paulinus Nolanus.  
Bacciarius.  
Vigilius Tridentinus.  
Orosius.  
Innocentius PP.  
Seuerus Sulpitius.  
Licentius.  
Seuerus Mileuitanus.  
Euodius.  
Arnobius iunior.  
Philippus Presbyter.  
Maximus Taurinensis.  
Vincentius Lerinensis.  
Capreolus Episcopus.  
Possidius.  
Chrysologus.  
Hilarius Arelatensis.  
Prosper Aquitanicus.  
Iohannes Cassianus.  
Sedulus.  
Eugenius Carthaginensis.  
Claudianus Mamertus.  
Cesaritus Arelatensis.  
Sidonius.  
Victor Vicensis.

# 114 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

*EX GRÆCIS.*

Sexti seculi Patres, veluti Beseleel Thesauri Apostolici gemmas exculentes, gratiam distinctionem, & venustatem adjicientes.

*EX GRÆCIS.*

Andreas Cœsariensis.  
Timotheus Alexandrinus.  
Olympiodorus Monachus.  
Epiphanius Constantinopolit.  
Hesychius.  
Cyrillus Eremita.  
Proropius Gazæus.  
Eneas Gazæus.  
Zacharias Mithyleneus.  
Theodorus Lector.  
Agapetus Subdiaconus.  
Constantinus Scholasticus.  
Mennas Constantinopolit.  
Aretas Cœsariensis.  
Procopius Cœsarens.  
Agathias.  
Rusticus Diaconus.  
Iacobus Diaconus.  
Hermias Philosophus.  
Andreas Cretens.  
Anastasius Synaita.  
Iohannes Climacus.

*EX LATINI S.*

Saluianus Messaliensis.  
Lucidius.  
Ferrandus Subdiaconus.  
Gelasius PP.  
Fulgentius Episcopus Ruspen.  
Alcimus Auitus.

*EX LATINI S.*

Vfticus Elpidius.  
Paschasius Diaconus.  
Eugippus Abbas.  
Ennodius.  
Agnellus.  
Boethius.  
Laurentius Nouarien.  
Cyprianus Arelatens.  
Adelinus Sagiens.  
Benedictus.  
Primasius.  
Dacius Mediolanensis.  
Cassiodorus.  
Iunilius Africanus.  
Iustus Orgelitanus.  
Liberatus Archidiac. Carthaginensis.  
Arator.  
Amator.  
Martinus Dumiensis.  
Gildas.  
Martinus Bracarens.  
Columbanus.  
Gordianus Siculus.  
Patrikus.  
Dinamius.  
Fortunatus.  
Gregorius Turonensis.  
Gregorius Magnus.

Septimi seculi Patres, qui velut boni trapezitæ, seu probati nummularij, doctrinas ad pondus pudentium Patrum appendebant, & in Thesauro Ecclesiæ reponebant.

*EX GRÆCIS.*

Vftatius Presbyter.  
Leontius Cyprus.  
Leontius Bizantius.  
Ilychius Hierosolymitanus.  
Anticchus.  
Gregorius Presbyter.  
Iohannes Moscus.  
Sophronius Hierosolymitanus.  
Georgius Alexandrinus.

*EX LATINI S.*

Faustinus.  
Paterius.  
Leander.  
Isidorus.  
Brælius.  
Ionas Scotus.  
Eucherius Gallus.  
Eligius Nouiodumens.  
Maurus Rauennas.

Thalaf.

# De Patrum sensu, & autoritate.

115

## EX GRAECIS.

Thalassius.  
Maximus Eremita.  
Sergius Cyprius.  
Ioannes Stobæus.  
Eulalius.  
Petrus Nicomedienis.  
Seuerus Alexandrinus.  
Asterius Amasæus.

## EX LATINIS.

Theodorus Cantuariensis.  
Audoenus.  
Hilolphonus.  
Aldhelmus.  
Iulianus Toletanus.  
Adamannus.  
Mansuetus Mediolanensis.  
Ceolfridus.  
Aponius.

Patres viij. seculi, qui antiquorum doctrinam velut aurum obrizum exten-  
dentes, & varijs cælaturis exornantes, depositum Apostolicum  
mirifice illustrarunt.

## EX GRAECIS.

Iannes Damascenus.  
Cosmas Hierosolymitanus.  
Samonas Gazæus.  
Marcus Hydruntinus.  
Cesarius.  
Metrophanes.  
Athanasius Syrus.  
Tarasius.  
Elias Cretensis.  
Ioannes Hierosolymitanus.

## EX LATINIS.

B Eda.  
Ionas Monachus.  
Isidorus Mercator.  
Bonifacius,  
Alcuinus,  
Claudius Clemens.  
Ambrösius Ansbertus.  
Vilibaldus.  
Paulinus Aquileiensis.  
Paulus Diaconus.  
Vsuardus.  
Idiota.

Patres noni seculi, ex auro Apostolicorum Patrum, scuta aurea fabrican-  
tes, & in templum Domini inferentes, vt in ea mille clypei  
pendeant, omnis armatura fortium,

## EX GRAECIS.

Nicephorus Costantinopolit.  
Theodorus Studites.  
Ignatius Nicænus.  
Michael Syngelus.  
Theo sterictus.  
Nicephorus Philosophus.  
Nicephorus Carthophilax.  
Theophanes Cerameus.  
Anastasius Nicænus.  
Constantinus Tyrus.  
Pantaleo Diaconus.

## EX LATINIS.

L Vdgerus.  
Haymo.  
Amalarius Treuirensis.  
Angelomus.  
Vualafridus Strabo.  
Freculphus Lexouensis.  
Christianus Druthmarus.  
Vandelbertus Diaconus.  
Theganus.  
Lupus Ferrarensis.  
Drepanius Florus.  
Rabanus Maurus.  
Theodulphus Aurelianensis.  
Ionas Aurelianensis.  
Anastasius Bibliothecarius.  
Ioannes Diaconus.  
Eulogius Cordubensis.  
Florus.  
Remigius Altisidjorens.  
Paschafius Ratbertus.  
Ado Vienensis.

Patres

ITERA

# 116 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

Patres decimi seculi ex auro Apostolicæ doctrinæ parietes templi  
Domini deaurantes.

## EX GRAECIS.

**T**heodorus Abucara.  
Moyses Barcepha.  
Simeon Metaphrastes.  
Suidas.  
Constantius Porphyrogenetes.

## EX LATINI S.

**S**Tephanus Leodiensis.  
Gualterus Senonensis.  
Rabodus Traiectensis.  
Rodulphus Flauiacens.  
Smaragdus.  
Odo Floriacens.  
Stephanus Coloniensis.  
Fulbertus Carnotensis.

Patres vndecimi seculi quasi vas auri solidum, ornatum omni  
lapide pretioso.

## EX GRAECIS.

**M**ichael Psellus.  
Occumenius.  
Ioannes Xyphilinus.  
Euthymius Zygabonus.

## EX LATINI S.

**B**Rocardus.  
Berno.  
Hugo Floriacensis.  
Hermanus Contractus.  
Lantfrancus.  
Rodolphus Ardens.  
Giutmundus.  
Micrologus.  
Bruno Carthusiens.  
Anselmus Cantuariensis.  
Ado Treuirens.

Patres duodecimi seculi doctrinam Apostolicam, & Apostolicorum  
tamquam publicam, & currentem monetam  
expendentes.

## EX GRAECIS.

**C**regorius Cedrenus.  
Michael Glycus.  
Theodorus Ducas.  
Constantinus Manasses.

## EX LATINI S.

**I**vo Carnotensis.  
Drogo Hostiensis.  
Odo Cameracensis.  
Rupertus Tuitiensis.  
Honorius Augustodonensis.  
Hugo de S. Victore.  
Ricardus de S. Victore.  
Petrus Damianus.  
Bernardus Claraullensis.  
Petrus Chuniacensis Venerabilis.  
Petrus Cellensis.  
Stephanus Eduensis.



## ARTICVLVS II.

An Patres ex se ipsis, an ab Ecclesia suam habeant authoritatem.

## Oppositiones pro parte affirmante.



Iudetur quod non habeant ab Ecclesia autoritatem.

Primo, quia PP. positi sunt, ad illuminandam Ecclesiam, non ergo ab Ecclesia recipiunt auctoritatem.

II. Quia à S. Vincentio Lerinensi cap. vlt. PP. maxime qui allegantur in Conciliis dicuntur nedum testes, sed etiam consiliarij, & iudices; at iudicium est approbare, non approbari, ergo &c.

III. Quia Ecclesia definiendo dogmata fidei, ex Patribus dogmata probat; eorundemq; vestigijs se inherere, Synodi, & Pontifices profitentur. Ex ipsis ergo potius probantur Ecclesiæ decreta, quam quod decreto Ecclesiæ eorum auctoritas comprobetur.

IV. Quia PP. multi fuerunt sanctiores, & doctiores multis Summis Pontificibus, imo, & pleniori gratia, & intelligentie dono illustrati, ergo. Probatur consequentia, quia ad peritiores, & doctiores in illa facultate, quam quis profitetur, pertinet approbatio.

## Argumenta in oppositum.

**S**ed contra est authoritas Gelasij Papæ dist. 15. scilicet R. Eccl. vbi Patrum opuscula approbantur: non nulla vero alia inter apochrypha recententur.

**C**onclusio Orthodoxorum. Ab Ecclesiæ approbatione PP. doctrina suam habet auctoritatem.

**R**EPODEO dicendum approbationē nihil aliud importare nisi iudicium quoddā, quo aliquis opus à regula minime dissonans, commendatur, vel declaratur; siue id sit in artificialibus, siue in moralibus. Vnde vt notat Chrysostomus in epis. ad Galat. c. 2 cōprobatio contraria est (ait) incusationi, qua aliquod opus, vt dissonans regule iudicatur. Regula autem fidei, & critirian quo, est Apostolica doctrina, in scripturis, & traditionibus contenta; secundam quam ab Ecclesia tamquam Iudice animato seu criticō quod, de pertinentibus, vel impertinentibus ad fidem, hoc dissonum, illud verō consonum adjudicatur. Et cum aliquid pertinere, vel consonare declaratur, approbari, cum impertinens, vel dissonum, reprobari, vel in-eusari meritō dicetur. Vnde Apostolus, vt suum Euangeliū (quamvis à Christo reuelatum) acceptaretur, ascendit Hierosolymam, conferens il- lū cum Apostolis, vt eiusdem societatis appareret; ex cap. p. ad Galat. alioquin Ecclesia (vt inquit Anselmus) illi omnino non crederet. Propterea post eam collationem, dederunt illi dexteras so- cietais, vt dicit idem Apostolus, quæ sunt appro-

batio, vel eiusdem approbationis signum. Causam autem approbationis, ex eodem, duplēcē assignatam didicimus; nimirum iniunctum à Domino prædicationis officium eiusdemq; officij usus, ex gratiā, & fructuosa eiusdem prædicatione, vt exponit S. Thomas; qua à posteriori demonstrabat, non à se intrusum A postolum, sed à Christo legitime missum: vnde dicebat, qui operatus est Petro in A postolatum circuncisionis, operatus est et mihi inter Genter conditio quoq; approbationis apposita est (vt aduertit Aagelicus) vt nos, inquietabat, inter gentes, ipsi autem in circuncisionem (supple) prædicaremus: & sicut Petro obedirent Iudei conuersi, ita & ipsi gentes. eodem modo dicendum est, & à fortiori, quod in ceteris opusculis Sanctorum Ecclesiastica aprobatio requiratur. Consistit autem huiusmodi approbatio in collatione doctrinæ qua PP. docent, cum ea quæ in cordis Ecclesiæ asservatur, quæ cum illi consona deprehenditur, probationis calculo ob-signatur; vbi dissonia inter Apochrypha collocatur. Approbationis vero causa est iniunctum ex diuina prouidentia, docendi ministerium, cuius diuini charismatis, signa sunt, gratiā, & fructuosa eorum doctrina, siue scripturas interpretando, siue traditiones consignando, siue hereticos debellando, siue mores fidelium informando. Vnde quasi à posteriori colligitur, eos à diuina prouidentia destinatos ad consumationem Sanctorum, & ad ædificationem corporis Christi: esseq; plantatores, ædificatores post Apostolos dignoscuntur; quia ipsorum doctrina, fides nutritur, augetur, roboratur &c. vt patet ex ipsorum opusculis. Conditio verō approbati est, vt sicut scripturis ab Ecclesia approbationis infallibiliter creditur, quia tamquam à sacris, & canoniciis scriptoribus editæ proponuntur, ita Patrum libris in suo genere, & iuxta subiectam materiam, fides accommodetur, vt in ijs, quæ iam ab Ecclesia, vt de fide credenda proponuntur infallibiliter credatur, in ceteris verō iuxta tractationis materiam, eorundem doctrinam amplectamur, vt posterius explicabitur.

## Solutio oppositionum.

**A**D primum Respondetur. Illustrant PP. Ecclesiam, quia fideles erudiant, sed lumine approbationis ab Ecclesia suscepto, vnde sunt veluti lucernæ positæ super candelabrum, vt luceant omnibus, qui in domo sunt, sed non est absurdum, vt dicit Aug. tract. 3 l. in Ioannem, vt lucernæ testimoniū perhibeant diei: id. n. est propter insitatem nostram, quia diei claritatem tolerare, & videre non possumus. Sapientia Ecclesiæ velut dies est, ad quam manuducimur: doctrinis PP. sapientiam Ecclesiæ elucidant, similitudinibus, argumentis &c. Sed accessio lucernæ, & superinductio super candelabrum non fit, nisi Ecclesiæ auctoritate.

Ad II. dicitur, quod dicuntur PP. Magistri, Consiliarij, iudices, sed ab Ecclesia talem dignitatem fortiti sūt: vnde eorundem testimonij quoq; viri, quorū doctrina iam pridem, vel comprobata est, vel tacita, vel expressa approbatione, ob consonantiam ipsorum doctrine, cum ea quæ erat in

## 118 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

in Ecclesiæ corde. Nec est inconueniens, ut artifex ijsdem instrumentis à se probatis, & ad regulam examinatis vtatur, ad quorum inspectionem alia rectificentur, quæ directione indigent, ut patet in omnibus facultatibus, & artibus.

Ad III. eorundem vestigijs inhæret Ecclesia, quos ad veritatem Euangelij ambulasse iam pridem tacita, vel expressa approbatione depræhendit.

Ad IV. Respondetur admisso antecedenti, negatur consequentia. Ad probationem distinguitur de approbatione, quod duplex sit: magistralis, & judicialis: magistralis pertinet ad peritiiores, judicialis ad habentem autoritatem, & potestatem iudicandi de doctrinis ex officio, & potestate; talis est Ecclesiæ approbatio, cuius iudicium nullum est maius in terris, vt dicit Nicol. Papa c. patet 9.q.3. Similiter, & si possint Patres exceedere Papam in clave scientiæ, exceeduntur à Pontifice in clave potestatis, vnde aliud est (dicit Gratianus) scripturas interpretari, aliud est controversias terminare ex potestate, & ex eadem opuscula approbare.

### ARTICVLVS III.

An ex ista approbatione Ecclesiæ,  
Patres maiores pre ceteris  
obtinuerint firmitatem.

#### Oppositiones pro parte negatiua.



Idetur quod non. Primo. Nam vel Patrum sententia conspirat cum doctrina fidei, & Ecclesiæ, vel non. Si Primū tunc doctrina Patrū, vel Patris alicuius, est ipse consensus Ecclesiæ, ac proinde nulla alia opus est firmitate, quod n. certum est certiorari ultra non indiget. Si non, iam est intralitudinem probabilitatis, & tantum valebit Patris, vel Patrum omnium etiam authoritas, quanta valebit ratio, quæ affertur: non ergo ex approbatione Ecclesiæ, maiores obtinebunt firmatatem.

II. Quia multoties ipsæ res inter PP. controuerſæ V.G. de operibus sex dierum, & huiusmodi indecise ab Ecclesia relinquuntur, & in sua probabilitate remanent, non ergo plus ponderis, vel probabilitatis, acquirunt ex illa approbatione, quæ sunt illæ res controuerſæ, aliquid si probabilitatem maiorem acquirunt, contradic̄tio in hoc inuolueretur, oppositum sentientibus tribuendo, vel relinquendo probabilitatem.

III. Quia non ita sunt approbata ea opera, ut nemini liceat contrarium sentire. Quare tantum valebit authoritas vniuersi, vel etiam plurium, quanta est vniuersi, vel plurium sapientum. At authoritas

sapientium plurium, vel etiam spectatissimorum, solum fundat dialecticum problema ex Arist. primo Top. c. 9. tantam ergo authoritatem sibi vindicabunt, quantum ex decretis Academiarum veteres Philosophi sectarum principes adepti sunt.

#### Pro parte affirmatiua.

Ed contra est, quia frustra talis esset approbatio facta, si maiorem non obtinerent opuscula probata firmitatem.

#### CONCLVSIO ORTHODOXORVM Ex approbatione Ecclesia scripta PP. maiorem obtinuerunt firmitatem.

Respondeo dicendum, quod sicut notauit Turrecremata d. 15.c. Sancta Romana, duplex est approbatio: vna simplicis commendationis, vt cum quis dicta, vel facta alicuius probat, & laudat, & hoc fieri potest à superioribus, vel inferioribus, aut æqualibus. Alia est approbatio authoritatiua, videlicet, quæ tribuit authoritatem rebus approbatis, & talis est solius superioris, ex Gloss. C. Fr. noster 17.q.4. & hoc secundo modo solius Romani Pontificis est, authoritatiue probare opuscula PP. vt dictum est. Illud autem operatur confirmatio, & approbatio, ex eadem gloss. vt ipsi facto, vel scripto praestetur maior authoritas 12.q. quis nesciat. Item vt 6 quid infirmum, vel inuialidum, suppleat eius confirmatio, de transacti. c. 1. vt sine sententia eiusdem, quantum attinet ad ius positivum, nullus possit retractare, quod ipse confirmavit, de confirmat c. 2. In proposito autem nostro, ex authoritate approbantis Ecclesiæ, vel Pontificis, opusculis Patrum maior tribuitur authoritas, vt si quid infirmum, vel inuialidum in eis existimetur, confirmatione roboretur, & semel approbatis opusculis, sententia Pontificis, non possint retractari probata, ne infringi sententia probantis videatur. Quod vt clarius appareat,

Sciendum est, quod, quæ traduntur ab omnibus, vel singulis Patribus multiplicis sunt generis. Quædam ad Sacram doctrinam pertinent, quædam ad Physicas disciplinas. Relictis ergo externis, quæ traduntur ad Sacram doctrinam pertinentia duplicitis quoq; sunt generis, quædam sunt certa, & explorata, vel ex sacris scripturis, vel traditionibus: quædam quoq; quæ in utrinq; partem possunt disceptari salua fide, & pace charitatis. Et iterum, quæ ad fidem pertinent, vel sunt iam per Ecclesiam definita, vel ex doctrina Patrum definiri possunt. Si ergo loquamur de rebus Theologicis ad fidem spectatis, etiā per Ecclesiæ definitis, approbatio eorum opusculorum, vbi sunt talia dogmata, ijsdem dogmatibus in dictis opusculis contentis attribuet infallibilem quoq; (ab eo tempore, quando illa dogmata definita sunt) authoritatem. Si vero adhuc definita non sunt, sed ex Patribus definitib; eam tribuet talis approbatio authoritatem; vt etiam si dogmata illa non definiantur, tamen proximitatis fidei honore decorentur,

rentur, ut heresi proximum sit, illis contraire, unde à posteriori, & à signo cognoscitur talis firmitas, siquidem eorum consensu, & testimonio mota Ecclesia, vel scripturas interpetratur, vel canones edit. Vnde in 5. Synodo generali sic dicitur. *Super his omnibus sequimur SS. PP. Doctoresq; Ecclesiae, Athanasium, Hilarium, Basiliū &c. et suscipimus omnia, quæ ab eis pro recta fide, & in condemnationem hereticorum expoſta sunt. & in Concil. Ephes. in declaratione fidei sic dicitur, sequentes itaq; omnium SS. PP. confessiones, & intentioni eorum aquis vestigijs consistentes, profitemur, &c.* Quare & si ratione sui non constituant fidei certitudinem; tamen talem habent autoritatem, vt ad eorum sententias oculos dirigentes declarari possint, vt dogmata fidei, quæ a PP. traduntur, & edocentur tamquam testibus, & custodibus depositi Apostolici, vt habetur in Concil. Viennensi de Trinit. & fide Catholica. Hoc autem maximum est authoritatis pôdus, sic probari Patrum opuscula, vt cum concors sententia reperiatur, vel traditio in illorum monumentis inspiciatur, possit tuto Ecclesia ad definiendū accingi. Si vero loquamur de alijs, quæ salua fidei veritate, in utramque partem disceptari possunt, tunc approbatio probabilitatis robur adiungit, vt non improbabiles, & improbandi, sed vt probables magistri, & approbati proponantur, vt securò populus Dei tales magistros possit auscultare. Super hæc verò omnia, cum diuinis charismatibus repletos agnoscat Ecclesia quos probat, & cù mirifice sacras scripturas ijdē exposuerint, sacra dogmata illustrant &c. eosdem, vt a Deo destinatos Doctores veneretur, & agnoscat, & proinde eos venerandos, eorundemque doctrinam ampliandam, & tanquam ve idicam sequendam proponit, exceptis, quæ ab Ecclesia aliter definita, & declarata, vt dicetur potesta. Magna igitur reuerentia patribus ex tali approbatione comparatur.

Illud quoq; eorundem opuscula adepta sunt, quod aliqua, quæ reputabantur infirma, ex approbatione dogmatis p decisione, & declaracionem robur obtinuerunt: vel calumnijs depulsis, ( quæ PP. obijecabantur ) cetera hæc promoverunt ( exceptis ijs quibus per definitionem Ecclesiæ derogatum est ) vt tutò recipi possint.

#### *Solutiones oppositionum.*

**A**D Primum Respondetur Patrum doctrinam in hoc etiam magnum auctoritatis pôdus obtinere, quod cum Ecclesiastica doctrinam diffinita concordet, vel quod ita probetur, quod interdum tale motiu subministret, vt ad diffinitionem Ecclesia PP. vestigijs inhæres, procedat. In ceteris autem, in genere, vt Magistri, et probables DD. Ecclesiæ proponuntur, vt plusquam probabilem firmitatem sibi vendicent, & si in specie, vel indiduo, seu respectu, in hoc, vel illo articulo, vbi locus disputationi datur, tantum valeat eorum authoritas, quanta est ratio, quæ affertur.

Ad II. patet Respsōsio ex dictis ad primū, nē pē in tali casu nō acquirere maiorem firmitatem, quam tamen, ceteris paribus, in opinione, sibi ex-

reuerentia, quæ illis debetur, postularent.

Ad III. conceditur, vbi problema est, sapientum auctoritatem excedere, cum detur locus magis rationibus probabilioribus, quam auctoritati. Ceterum, si cetera essent paria, maiorem probabilitatem ex eorum auctoritate compararent.

## ARTICVLVS IV.

**A**n receptis, & approbatis ab Ecclesia, opusculis Patrum tanta auctoritas tribuatur, vt singulari quoq; eorum sententiae sint pariter approbatæ.

#### *Postio Glossæ, & Anonymi cuiusdam.*

**D**Vx in hoc articulo sunt extrema sententiae. Prima est Glossæ in dist. 9. c. nol., vbi hæc habet (quod olim cum adhuc scripta Aug. & aliorum SS. PP. non essent authenticæ, non erant in singulis opusculis eorum approbata, nunc vero, ait, iubetur teneri usque ad ultimum iota).

Altera sententia est cuiusdam Anonymi in libello directo ad iudices veritatis, & doctrinæ impresso Barchinone anno 1627. dicentis quod quando Ecclesia approbat opera alicuius DD. non vult approbare eius propositiones, nec vel ynam solam.

#### *Oppositiones eorundem.*

**A**RQUIT primo ex Glossa quia falsa, & erronea non probantur errare. n. ex Aug. est aprobare falsa pro veris, certum pro incerto, & contra d. 28. c. quamuis: at cum recepta sint Patrum opuscula ab Ecclesia, erronea dicenda non sunt: ergo omnia, & singula, cum Ecclesia errat, non possit, absq; falsitatis suspicione recipienda sunt.

Secundo. vbi ius non distinguunt, nec ullam dat exceptionem, nos nec distinguere, vel exciper debemus, ex regulis, & iuristarū preloquijs, at in opusculorum Patrum approbatione, nulla fit exceptio atq; distinctio, ergo &c.

Tertio, quia si quoad aliqua recipienda, quoad alia respuenda essent, tota eorundem infirmaretur auctoritas, quare sicut arguit Augustinus, & habetur in d. q. c. si ad scripturas, si vel minima falsitas in Canonice scripturis deprehenderetur, tota carundem fluctuaret auctoritas; ita & in simili.

Quarto, quia in Concil. Ephes. tanta auctoritas tributa est dictis Cyrilli, vt quicunq; eum non recepiat, anathemate feriatur.

Quinto quia in dist. 15. Flauiani Epistola mandatur

# 120 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

datur recipi vñq; ad ultimum iota ergo cum de similibus idem sit iudicium, idem de reliquis PP. est sentiendum. Pro anonymo vero,

Arguitur sexto. Nā omnes propositiones dogmaticæ, quæ in scriptis Patrū reperiuntur, alias de fide sunt, & indubitate obtinuerunt, autho ritatem: si ergo de nouo probarentur, inanis esset ista probatio. Ceteræ vero cum sint adiaphoræ nullo modo probantur, alias non licet contra sentire, quod est contra vñsum, & rationem, imo & contra Apostolum dicentem *omnia probate, quod bonum est tenete.*

Confirmatur ex Pauli Orosij historia, que probationis calculo videtur destituta, propter multa falsa quæ in ea deprehenduntur.

## Confutatio vtriusq; sententie.

**S**ed contra est primo contra primam sententiam Glosse, quod hæc differentia est inter scripturas Sacras, & Patrum opuscula, quod illæ in summa authoritatis arce locantur, vt nullam contineant falsitatem, nec liceat contra illas sentire, quod Patrum opusculis non est tributum d. c. solis, & c. si ad scripturas.

Secundo contra sententiam Anonymi, quia, & si ab Ecclesia non proponantur, & approbentur PP. opuscula recipienda, vt scripturæ Canonicae, probat tamen illa, vt conuenientia, & conducen tia ad fidei defensionem, & dogmatum explica tionem, quod indicant verba Gelasij dicentes. *Ad edificationem nostram eadem S. Rom. Eccles. post illas veteris, & noui testamenti, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas: & mox recenset P. opuscula, vtraq; ergo, licet diuersimode, approbantur, scripturæ, & Pat rum opuscula.*

Et confirmatur. Primo quia dum in 3. quasi classe alios quosdam Patres locat, & inter apochrypha recent, aperte quos probet, quos non probet ostendit.

Confirmatur Secundo. Quia in eodem c. d. 15. recipiuntur multi tractatus, multiq; alii mixta cen suram Patrum recipi debere mandantur, nam & doctrina S. Aug. vt postea dicetur in special. artic. in materia de prædestinatione, & gratia à multis Summis Pontificibus approbata est, & Canona zata. Similiter d. 15. Russinus, & Origenes, mixta censuram Hieronymi legendi.

Confirmatur Tertio. Nam in PP. opusculis non solum continentur multa dogmatica spectantia ad principia fidei, sed etiam quæ ex illis necessaria connexione deducuntur: falsa ergo, & erro nea, & cōburēda est Anonymi propositio, quod nec vna sola p̄ opositio in dictis PP. sit appro bata.

Confirmatur quarto. Quia inalter alia legenda proposuisset, imo erroneè eos qui probabiles DD. non essent, nec probabiles fecisset, vt proba biles commendasset, imo impune omnibus dictis opuse, cū nihil sit probatum ex Anonymo, posset à principio vñq; ad caltem cuiusq; libri contrarii, & improbari audaci, imo & heretica licentia.

**C O N C L V S I O O R T H O D O X O R V M**  
Multæ in opusculis PP. recepta, atq;  
probata sunt, & si non omnium, om nes sententiae.

**R**Espondeo dicendum ex Turrecramata d. 9. cap. 5. c. ego solis quod quinq; modis constat Ecclesiæ DD. esse loquitos. Primus modus est inquisitiuus ad partes disputando pro veritate alicuius conclusionis, vel dogmatis. Secundus recitatius non propriam sententiam, sed alias referendo, vt frequetissim Hieronymus, & Au gustinus. Tertius est reprobatiuus, quando sci licet alienas refellunt sententias, & opiniones. Quartus est assertiuus, cum aliquid determinatè proferunt, vel definitiū sustinent, aut defendunt. Ultimus est retractatiuus reprobando sententia, quam prius tenuerant, sicut fecit Augustinus in libris retractationum. Qui modi nedum in in differentibus quæstionibus, & ad fidem imper tantibus, sed etiam in fidei materia, in sacris Doctoribus obseruati sunt. Scindunt quoq; est quod quandoq; PP. sic loquuntur in materia fidei, vt indicent se loqui quasi testes successionis doctrinæ, & traditionis in actu signato, vel concorditer firmando, tuendo, tenendo, inculcando aliquod dogma, quod in actu exercito est traditionem. A postolicā explicare. Quādoq; vero lo quuntur simpliciter abfq; tali nota testificationis. Loquendo ergo de modo assertiuo ( in materia dogmatica ) & reprobatiuo, vel cum loquuntur, vt testes traditionis, cum probantur talia opuscula ( vt supra dictum est ) vel obtinent eorum sententiae fidei veritatem ( si alias definitis ab Ecclesia dogmatibus, aut si de novo ab Ecclesia definiuntur, consentire probentur ) vel tanta tribuitur assertionibus PP. authoritas, vt fidei proxime tales assertiones recipientur, antequam ab Ecclesia sint definitæ. Vnde in 5. & 6. Synodo Generibus non vide: ur approbari generalia PP. dicta quo ad omnia, quæ in scriptis eorum recensentur, sed solum vt ibidem dicitur, quo ad ea, quæ pro recte fide à Patribus statuta, & in condemnam hereticorum exposita sunt. & Martinus Primus in Concilio Lateranensi Secundo consulta tione V probat, venerabiles PP. cunctaq; quæ ab eis pro orthodoxa fide exposita sunt, in destruc tionem omniam hæresum.

Loquendo autem de modo inquisitiuо, non omnia ab Ecclesia probata, quæ à PP. scripta sūt, vt probationi non detur locus; opinionibus enim multoties, & conjecturis solum res interdum agi tur: cumq; & diuersi diuersa sentiat, non per omnia dici potest, PP. probata esse opuscula. Vnde bene dixit Augustinus, quod non sic sunt legenda tamquam ex eis testimoniū infallibile profes ratur, vt contra sentire non liceat d. 9. c. Noli sup cit & idem Augustinus cōtra Faustū loquēs ait. Quod huiusmodi libri non præcipientis au thoritate, sed proficiens authoritate, scribuntur à nobis: inter hos n. sumus, de quibus dicit Apostolus, & si quid aliter sapitis, illud quoque Deus reuelabis; idem docet Anselmus lib. 1. cur Deus homo. Si vero sermo sit de modo recita tio, tui,

duo, vel retractatio, nulla firmitas ex approbatione generatur, nisi uel improbata, & recitata opinio à Patribus, vt verior acceptetur ab Ecclesia, vel retractatio ab iisdem facta, vel retractetur, vel acceptetur, & conformis doctrinę Ecclesiasticę adjudicetur. Quare non est consequens, quod probatis Patrum opusculis in omnibus, & per omnia sic recipiantur, vt nefas sit in omnibus illis contraire: vel quod est extrema demen-  
tia, & stultitia in extremum aliud impingere, vt nec una propositio, quia non omnes approban-  
tur, & multæ reprobantur, ex Ecclesia approba-  
tione recipiatur.

### Solutiones Oppositionum.

**A**D Primum Respondetur, non esse unifor-  
mem probationis modum, qui fit ab Ec-  
clesia, vt patet ex dictis, quæ n. scripta sunt à PP.  
pro fide catholica, & ad condemnationem hæ-  
ticorum per omnia approbata sunt, non autem ea  
quæ tractarunt de pertinentibus ad scientias na-  
turales, vel loquentes ad mentem aliorum, quoruū  
opiniones referunt etiam in materia dogmatum,  
velquæ ipsi retractauerunt, &c. Vnde etiam S.  
Doctor in multis, suæ doctrinæ locis authoritatibus  
Sanctorum respondet, quod nō assertiuē, sed  
opinatiuē, aut recitando aliorum opiniones, ali-  
quid scripserint, vel etiam in ijs, quæ assertiuē do-  
cuerunt taliter vult recipi, quatenus rationi, vel  
authoritati consona dicere deprehenduntur, vel  
vt testes traditionis producuntur.

Ad secundum Respondetur, quod satis dis-  
tinguitur ex doctrina Cōcilij quinti, & 6. Gener,  
& ex Martino Papa, quod PP. recipiendi sunt ir-  
refragabiliter, licet in tex. S. R. d. xv. id non distin-  
guatur adeò dilucidè, quod postea distinctum,  
& explicatum est in his posterioribus Concilijs,  
concilio illo Romano sub Gelasio.

Ad III. Respondetur, esse disparem rationem  
de Canonicis scripturis, & opusculis PP. quia  
scripturæ à Deo reuelatæ, & scribēte etiā per suos  
amauenes, & Notarios authoritatem obtinēt, vnde  
eorum scriptorum authoritas indiuidua est:  
quod autem indiuiduum est eius naturæ est, vt  
parte vitiata, vel infirmata totum quoq; vitietur  
quare vitio aliquo deprehenso in instrumento,  
per Notarium confecto, saltem in substancialibus,  
totum instrumentum vitiatur. Opuscula vero Pa-  
trum non ab ipsis authoribus, & scriptoribus au-  
thoritatem habent, nō. n. PP. faterū se amanuēses  
Spiritus Sancti; licet. n. à Spiritu Sancto dati sint  
Doctores, & diuinitus sint illustrati, non in omni-  
bus tamē, edocti diuinitus, vnde tota eorū appro-  
batio est ex authoritate Ecclesia, quæ aliter illos  
recipit, vt testes traditionis, aliter vt ex propria  
persona loquentes. Vel dicendum, quod vitiata  
parte instrumenti totum vitiatur, id verum est in  
connexis, & coniunctis, non autem in disparatis,  
& separatis, vt dicit gloss. c. si in script. d. 9. & sic  
est in casu nostro, non. n. habent connexionem ea,  
quæ proferuntur à patribus hinc loquentibus ex  
proprijs, & inde ex communī traditione &c. pro-  
pterea non est simile.

Ad IV. & V. quia omnia contenta in illo tract.

Cyilli, & Epistola Flauiani dogmatica sunt, omnia ad vnguem probata.

Ad VI. quod est Anonymi. Respondetur ille propositiones non de nouo probantur ab Ecclesia, sed libri tales propositiones continentur: adiaphora vero in suo quoq; probantur ordine, dum non ut improbabilia censurantur, nec recipi prohibentur, qui verò ea cōtinent cū exceptione sua suscipiuntur, vt patet de Euseb. Ruff. Orig.

Ad vltimum. Licet in Orosio multa falsa reperita sint, tamen laudatur, & commendatur ipsius historia à Gelasio, quia inquit valde nobis necessaria est aduersus Paganorum calumnias, sed de hac re plura scripsimus in depulsione memorialis eiusdem Anonymi, edenda.

## ARTICVLVS V.

Vtrum quando quædam PP.  
opuscula recepta sunt solum-  
modo, sint etiam appro-  
bata ab Ecclesia.



Idetur quod sic. Primo.  
Quia non recipi idem est, ac  
reprobari; ergo ab opposi-  
to, quæ recipiuntur, eo ipso  
centur, quoq; approbata:  
consequentia patet per lo-  
cum à contrarijs.

II. Quia, & si multi eorum in  
hæresim lapsi sint, non est consequens, quod om-  
nia opera eorum damnata censeantur: ergo &c.

III. Quia sicut reprobata alicuius doctrina, non  
est consequens, quod damnetur persona, ergo ab  
opposito non est necesse, vt damnata persona,  
quod reprobentur, & opera.

IV. Quia quantumuis aliquis Pater sit, in albo  
Sanctorum, non est consequens, quod canonizata  
persona, canonizetur doctrina, potest. n. cū Sancti-  
tate esse error in fide materialiter, vt patet in opu-  
sculis Cypriani &c. & in multis, quæ retractavit  
S. Augustinus. Ergo à contrario nec erit conse-  
quentis, vt condemnata Persona, damnentur, &  
opera.

### Pro parte Opposita.

**S**ed contra est quia c. fraternitatis dicit Gre-  
gorius Anastasio Antiocheno [ cū Cælestius,  
& Pelagius in Ephesina Synodo sint damnati,  
quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum  
damnantur authores? ] & in c. S. Rom. multa opu-  
scula recensentur, quæ damnantur, & cum illis  
eorundem authores, vt patet de Origene &c.

## 122 Catholicarum Præscriptionum.Lib. IV.

### CONCLVSIO ORTHODOXORVM.

*Non omnia recepta ab Ecclesia Patrum  
opuscula, approbata sunt: eorum  
autem quæ probantur, que-  
dam absolute, quadam  
cum conditione pro-  
bantur.*

**R**espondeo dicendum, quod in plus se extēdit recep̄tio, quam approbat̄. Multa n. recipiuntur, quæ adhuc sub trutina iudicij probanda, & examinanda relinquuntur, donec probetur, vnde probatio suspenditur donec de veritate constet, iuxta illud Apost. *omnia probate*, quod bonum est *tenete*. Quare approbatio supra receptionem iudicium includit, & examen ad regulam, vt dictum est. Ab Ecclesia ergo diuersimodè opuscula PP. recepta dicuntur, quedam ad usum simplicem lectionis, quedam per quandam dispensationem, & permissionem, quedam addita approbatione. Per approbationem, recipiuntur illa opuscula PP. qui in nullo à sancta Matris Ecclesiæ consortio deuiarunt, & in illius fide probabiles in Ecclesia Magistri extiterunt. Tales fuerunt Patres in albo Sanctorū repositi Dionysius, Irenaeus, Ambrosius, Augustinus, vel docti, & prudentes Catholicī, & si non canonizati, vt Alcuinus, Rabbanus, secundam formam approbationis, quæ in precedenti Articulo tradita est. Similiter eorum qui à fide defecerunt, quedam opuscula similiter approbantur non simpliciter, sed cum cōditione, & trutina, dummodo ab alijs Patribus probentur, sic Gelasius Oregensis opuscula, quæ beatus Hieronymus probat pariter approbavit, cetera verò cum ipso Authore dicit esse damnanda c. citato Sancta Romana. Ab oppositō verò qui ex instituto, non pro fide defendenda, sed impugnanda libros ediderunt totaliter non recipit, sed eliminat, nec in Patrum numero locat, sed in indice ponit damnatorum auctōrū. Vnde Gregorius lib. 20. moral. c. 7. [liquet, ait quod Arius Photinus, Eunomius, multiq; his similes docendo, atq; suadendo, conati sunt Patres videri; sed errores eorum] Sancta vniuersalis Ecclesia districta severitate dijudicans, eos inter custodes gregis sui non numerat, quos eiusdem gregis vnitatem dissipantes damnat. Propter usum vero lectionis, siue pro doctrina fidei, siue morum informatione, quedam etiam in auctoribus damnatis recipit, quorum argumentum principale fuit de vera religione scribere, licet heresies immiscuerint. Similiter secundum quandam dispensationem recepta sunt eorundem opuscula, eo modo quo Paganorum libri recepti sunt, à quibus tanquam iniustis veritatis detentoribus veritatem erimus, & eosdem tamquam ancillas ad arcem Theologiae vocamus in obsequiu Chriſti. Quare, & si non sint recepti isti eo probacionis genere, quo orthodoxi recepti sunt, nihilominus, quoad aliquid probati sunt iuxta canonē Gelasij, nemp̄ prout ab Orthodoxis Patribus probantur, & ad usum lectionis, & secundū permissionem recipiuntur, vnde, & propter hoc quia non habent indubiam fidem in doctrina sana, in-

ter apochrypha recensentur quia dubia, imò, & falsa multa dogmata veris permixta in eis continentur: propter quæ quia non sunt principaliter intenta, non erant (vt aliorum hereticorum opera) totaliter repudianda, sed in classe Apochryphorum colloquanda.

### Solutiones oppositionum.

**A**d Primam, non recipi talia opuscula (propter errores principaliter, & ex instituto inscripta, cuiusmodi sunt libri hereticorum) idem est, ac reprobari, vt dictum est: non recipi vero propter quosdam insertos errores, non est reprobari, quia licet multa falsa in eis contineantur, multo plures sunt veritates in iisdem contentæ, & ex professo tamquam principale argumentum tractatæ: & inter haec datur medium, vt concedantur propter usum lectionis, & ex quadam permissione, vt dictum est.

Ad II. non inde sequi quod sint approbata, vt catholicorum Patrum opuscula approbat̄, sed quod propter veritates primo intentas, non sint totaliter reprobata, & quo ad aliqua examinata, & discussa approbentur, exemplo Origenis approbati a Hieronymo quoad aliqua.

Ad III. Respondet, non sequi damnata persona damnari omnia, si principale intentum non fuerit contra religionem primario scribere, ceterum si ex proposito scripta sint contraria dogmata Ecclesiæ, vt sunt opuscula Arii, Eunomij &c. omnia reprobata intelliguntur, quod innuit Gregorius allegatus in arguimento, sed contra, & per hæc patet responsio ad quartum.

## ARTICVLVS VI.

V. omnes qui cum opinione sufficientis litteraturæ, sub communione S. Matris Ecclesiæ obierunt, possint inter PP. Ecclesiæ collocari.

### Positio Hereticorum.



Etus hereticorum mos, supra viros Apostolicos imo, & Apostolos se præferre: id de Gnosticis refert S. Irenaeus lib. 3. c. 2. dicendo senon solum Praesbyteris, sed & Apostolis esse sapientiores, sinceras, inuenisse veritatem. S. Gregorius dicit lib. 20. moral. c. 9. cognatos Arium, Fotinum &c. Patres videri.

### Anonymi nuperi positio.

**A**nonymus in memoriali in altero extremo est, dicit n. quod pro Patribus recognoscendebent quotquot, in commemoratione fidei docentes

# De Patrum sensu, & authoritate. 123

docentes, diem clauerunt extremum. Poza ei-  
dem positioni subscriptit, tract. 4. lib. 4. cap. 10. &  
lib. 4. tract. 7. c. 2.

## Oppositiones.

**A**Rguitur primo, quia ut dicit Greg. PP. 5.  
Amor. c. 18. Hæretici nonnunquam vera que-  
dam, & sublimia locuntur. Secundum ergo ista,  
quaæ proferunt possunt hæretici inter Doctores,  
& PP. recenseri.

Secundo. quia Ruffinus, Origenes, Tertullianus,  
hæretici fuerūt, & tamē ut Patres citantur, &  
recensentur in c. S. Rom. dum eorum opuscula,  
saltem sub conditione recipiuntur.

Tertio, pro altero extremo, arguitur pro Ano-  
nymo, quia moderni in Sancte Ecclesiæ commu-  
nione iuuenes, filios multos pepererunt Christo,  
& quotidie pariunt, ut vnuquisq; illud possit  
vsurpare [in Christo. n. Iesu per Euangelium ego  
cum genui] ergo &c.

## Pro parte opposita.

**S**ed cōtra est authoritas S. script. Iob. c. 30. vbi  
dicitur [ deridebunt me iuniores tempore,  
quorum non dignabar Patres, ponere cum cani-  
bus gregis mei ] quem locum de hæreticis expo-  
nit S. Gregorius loco citato, & ex ipso sic argu-  
menta, ex sua expositione, formantur.

Primo. omnes hæretici etatis uniuersalis Ec-  
clesia comparati, iuniores dicuntur, quia ipsi ab  
ea, non autem ipsa egressa est ab illis. vnde recte  
quoq; per Ioannē dicitur Lep. c. 2. Ex nobis exie-  
runt, sed non erant ex nobis. Patres vero priores  
sunt filii, & xtas eorum præcedit, non subsequi-  
tur filiorum etatem. ergo.

Secundo. Patres sunt, qui multos populos  
Christo pepererunt, at dicit Greg. Patres hæreti-  
corū hæresiarchas vocamus, quia de horum per-  
uersa prædicatione, idest locutionis semine sequen-  
tes sunt populi in errore generati.

Tertio, qui inter Patres recensentur, ab Eccle-  
sia, probantur: at S. Ecclesia hæreticorum patres,  
cum canibus gregis sui, Sanctis Doctoribus com-  
parare deditur, quia inuentores errorum diju-  
dicando respuit, eosq; inter veros Patres numera-  
re contemnit.

Quarto ait idem. quia & si hæretici vist sunt  
quodam agentilitatis errore reuocasse, quorundā  
mores ad honesta agēda docuisse: pro eo tamē quod  
de Deo recta non senserunt, eos cum canibus gre-  
gis sui non posuit, quia cum rectis præparatoribus  
non adscribit.

Confirmatur ex eodem Gregorio exemplis,  
liquet n. quod Arrius, Fotinus, Macedonius, Ne-  
storius, Eutychius, Dioscorus, Seuerus, multiq; his  
similes docendo atq; suadendo conati sunt Patres  
videti, sed eorum errores Sancta uniuersalis Ec-  
clesia, districta severitate dijudicans, eos inter-  
cūstodes gregis non numerat, quos eiusdem gregis  
unitatem dissipantes damnat, de quibus voce Pauli  
Ephesij dicitur Act. 20. Scio quia post discessū  
meum ingredientur ad vos lupi rapaces, non par-  
centes gregi.

Contra aliam extrēmam sententiam, arguitur  
primo quia non satis est fides, cū competenter do-  
ctrina, vt aliqui sint patres Ecclesiæ, sed vt in fi-  
de sint superexcellentes, habendo specialē gra-  
tiam gratis datam, quæ dicitur etiam ab Aposto-  
lo fides, dū dicit alijs datur fides, alijs sermo sci-  
entiae. Ad cor. 13. p fidē intelligit S. D. Iuperexcedē  
tem cognitionem mysteriorum fidei, eadem ex-  
plicando, defendendo. Etiam (ne quod verbis  
docent Ecclesiam, moribus impugnant) eminē-  
tia sanctitatis spectatur. Prēt. vt præter hæc duo,  
antiquitas, & canicies in ijs doctoribus, qui Patriū  
nomen ambiant, desideratur: sed non in omnibus,  
& si Catholicis Doctoribus, hæc tria repe-  
riuntur, præsertim in iunioribus: non ergo Patres  
Ecclesiæ sunt vocandi.

Secundo. quia si Patrum titulo decorari pos-  
sunt iuniores, etiam si defuncti sint in Ecclesiæ  
gremio, sequeretur quod tribus, vel quatuor cō-  
tradicentibus, nunquam ex antiquitate possemus  
dogmata probare: rursus possemus aliter scrip-  
turam interpetrari, quam sit antiquitas interpe-  
trata: hoc autem est hæresibus portam aperi-  
re. Pater consequentia, quia veteribus, iam noui con-  
tradicunt Patres, ergo nunquam deprehendetur  
consensus vnamis ex noua contradictione.

Tertio hæreticis via aperietur, vt suos duces,  
patres vocent, nam dicent Lutherum, Caluinū,  
Oecolampadiū, Melanthonē ab antiquis discre-  
pare merito, quia quisq; modernus doctorculus  
in doctrina, est Pater Ecclesiæ.

## Conclusio Orthodoxorum.

**R**espondeo dicendum, quod per quandam  
metaphoram, nomen Patris, ad spiritualem  
generationē translatum est, vt n. corporali semi-  
ne à parētibus filij procreantur; ita sūt spirituali  
semine verbi Dei generati fideles, à Dei loq; vi-  
ris: vnde Apostolus dixit [nā & si decem millia]  
pedagogorum habeatis in Christo, sed non mul-  
tos patres in Christo. n. Iesu per Euangelium ego  
vos genui] Verbum autem Dei est semen, quo  
Apostolus eos genuit in Christo [voluntariè nos ge-  
nuit verbo veritatis, Iacob. I.] vbi S. Th. exponēs  
hunc locum lect. 3. assignat differentiam inter pa-  
trem, & pēdagogum, quod pater est qui primo  
generat; pēdagogus vero, qui iam natum nutrit, &  
erudit. Dicit autem Apostolus, se Patrem eorum  
in Christo, quia eis primo Euangelium prædica-  
uit, ceteros pedagogos, qui postquā fidem rece-  
perant eos adiuararūt, vnde eadem, subdit S. Th.  
est comparatio pēdagogi ad patrem, quæ est ri-  
gatoris ad plantatorem, & superædicatoris ad  
fundatorem. Primi ergo nostri parentes A postolū  
fuerunt, post eos viri A postolici, qui respectu  
Apostolorum filij sunt, & parentes respectu sub-  
sequentium fidelium: vnde Augustinus exponens  
illud [pro Patribus tuis natis sunt tibi filij] docet  
eos esse Episcopos, & Patres, q. filij Apostolorū,  
sunt Patres succendentium populorum. Illi enim  
quoq; semine A postolico in ipsis seruato, poste-  
ros regenerarunt fideles; nec n. ijs prohibitū erat  
posteros non propagare. vnde Clem. dicebat I.  
Strom. [Pulchrum autem esse, & honestum existi-

# 124 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

mo ijs etiam, qui postea futuri sunt, bonos filios relinquere. Ac filij quidē corporum, animæ autem sunt fœtus orationes, Nam Patres eos dicimus qui nos catechesi insituerunt etc. & hæc est plātatio spiritualis, unde dicitur Pro.1. applicabis cor tuum ad intelligentiam, applicabis autem ipsam ad admonitionem filio tuo &c. I. cum ergo suis scriptis Apostolici filios generint, fœtus diversū, operū produixerint, merito patres appellati sunt, quia primo quam posteriores, verbum virtutē administravit, unde eosdem plantatores, & ædificatores vocavit Augustinus contra Pelagianum Iul.1.b.2.c.vlt.


Sicut ego Pater filium, plantator rigatorem, ædificator superextructorem præcedit, ita, & viri Apostolici, sequentes doctores præcedant necesse est, unde illi Apostolici viri, merentur Patris nomen in Ecclesia, qui cum sanctitate, & doctrina, primorum, vel intermediorum, vel subsequentium seculorum, vsq; ad Magistrum sententiarum, ingenti gloria in domino claruerunt, ab eo tempore doctores scholastici, patrum proles rigatores, superextructores dici debent. Inter quos Principem locum habent S. Th. Bonaventura, qui & Doctores, & per consequens ex competenti antiquitate, patris nomine, merito possunt, & debent decorari. Moderni vero ne paternitas in Ecclesia destruatur, & cultura, vel Dei ædificatio confundatur, filiorum nomine, rigatorū, superextructorum titulo honorari possunt, Patris vero nomine non possunt. quod si velint se illis æquare, & illos non recognoscere, qui post Apostolicas partes tenent in spirituali generatione, perinde est, ac si quis filius in carnali generatione patrem nollet cognoscere, sed vt dicit Nicobolus ad filium apud Nazianz. pudoris legē valere iubat, frontemq; perficeret, beneficio autem effectus ingratum se, & animo, & lingua præbeat.

## Solutiones appositionum.

**A**d primam respondetur ex Greg. ibidem quod non hæc diuinitus accipiunt, sed ex S. Ecclesiæ consensione didicerunt, neq; hæc ad profectum scientie, sed ad scientie ostentationem trahunt &c.

Ad secundam, recipi illos vt testes traditionis, non vt legitimos Patres populorum, nec n. integrè PP. cum non integrum, & perfectum semet Euangelicum seminarint.

Ad tertium, patres quoq; illi dicit possunt, vt etiam, & qui baptisant patres spirituales dicuntur, sed nomen patris, vt dictum est ad illos significandos impositum est, qui primo dogmatum veritatem tradiderunt, quod Neorericis conuenire non potest.



## ARTICVLVS VII.

An qui malis moribus imbuti sunt, vnquam inter Patres, & DD. Ecclesiæ recenseri possint.

### Positio Anonymi.



Nonus ille tenet sententiam affirmativam in suo tractatu ad iudices ueritatis directo, eius verba sunt, veritate nona. Potest aliquis quantum attinet ad mores, praus esse, per turbator excommunicatus, & inter DD. Ecclesiæ recenseri. T' alis fuit T heophilus Alexandrinus, qui fuit crudelis, vindictæ cupidus, verissimilis &c, in eadem salebra est Poza lib. 4. clucid. tract. 4. pag. 193.

### Oppositiones.

**A**rguitur primo, quia inter Patres, & DD. Ecclesiæ Theophilus recensetur, & tamē, ait Anonymus, & Poza, non habetur de eo in sacris Menologijs mentio, quia leguntur non pauca, de scœnitia, dolo, vindicta, calumnijs, & mendacijs huius Patriarche, quorum nonnulla retulit Socrates lib.6. c.6. Sozomen lib.8.c.1. Georgius Patriarcha Alexand. in vita Chrysostom. Cassiodor. in trip.lib.10.c.3. Niceph.lib.13.c.2. &c. Deniq; nullus est ferè historicus, qui Theophilum non vehementer incusat, quem Eudoxia improbitatis sua nacta ministrum, Joannem Chrys. in exilium mittit &c. ad extēnum Theophilus ab Innocentio, & ab alijs Episcopis despctus, & tamē (subdit Poza) hic autor probatur a Gelasio.

Secundo. sermo sapientie, & scientie ad gratias gratis datas pertinet, has autem secum compati posse letalia crimina, compertum est apud Theol. ergo &c.

Tertio, etiam malos DD. bona loquentes Deus voluit auscultari, dicente Domino populis: Quocunq; dixerint vobis seruate, & facite Matt. 23. Quinquod non obstat pessima vita, si sit sana doctrina docentium.

Quarto, etiam Iudas connumeratus inter Apostolos: non ergo repugnat impios, Patrum, & Doctorum Choro annumerari.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est quod dicit Greg. lib.6. Regum c.14 qui loquens de prauis DD. ait, repellendi non sociandi nobis sunt, quia per sapientes reprobos robur nostrum desistunt, non augentur.

## CONCLV SIO

*Malis moribus imbuti, & si Doctores in Ecclesia dici possint, non sunt in albo Patrum, & Doctorum Ecclesia reponendi.*

**R**espondeo dicendum non habere inter se cōexionem doctrinam, cū sanctitate, quia non tam datur hæc gratia doctrinæ ( sicut & ceteræ gratiæ gratis data ) in utilitatem propriam quam totius communitatis fidelium , vnde nō est de ratione Doctoris, vel magistri, quod bona vita sit prædictus. Nihilominus propter statutum fundatoris Ecclesiæ Christi Domini, qui vita & doctrina probabiles commendauit, & esse magistros in Ecclesia voluit , & in albo DD. annumerari ( dicendo Matt. 5. qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in Regno cœlorum . Qui autem fecerit & docuerit ; hic magnus vocabitur in Regno cœlorum ) hec duo requiruntur , vt fideles aliqui sint magistri Ecclesiæ, Sanctitas vita atq; doctrina: vnde & communiter in Concilijs, Patres titulo sanctitatis, & huiusmodi decorantur , vt patet ex art. sequenti . Cuius ratio fundamentalis inde accipi potest, quod esse Patrem in Ecclesia , particularem ordinem , & gradum vel officium obtinet, & à gradu Apostolorum, Prophetarum &c. secernitur, qui gradus à Christo ad decorum Ecclesiæ dati, & positi sūt, teste Apostolo Ephes. 4. quosdam quidem dedit Apostolos, quosdam verò Prophetas, quosdam autem Pastores, et DD. etc. sicut autem in gradu Apostolico recensentur ab Ecclesia , & specialibus encomijs celebrantur Apostoli, quia ( vt dicit Bonifacius Papa de reliquijs, & veneratione Sanctorum c. glorijs. ) eam suo precioso sanguine plantauerunt ipsam erigendo sublimiter, & disciplinis sanctissimis dirigen- do; & Euangelista pariter, per quorum diligentissima, et fidelissima studia ( ultra vitæ sanctitatem ) eidem Ecclesiæ, Sacra Euangelia illuxerunt ; sic ( subditur ) egregios quoq; Doctores Ecclesiæ PP. Gregorium, qui meritis inclitus sedis Apostolicae curam gessit, Augustinum, & Ambrosium venerandos antistites, et Hieronymum sacerdotij præditum titulo, eximios confessores, summis attollere vocibus, laudibus personare præcipuis, et spirituallibus disponit honoribus venerari: & ratio redidit. Horum quippe Doctorum perlucida , & salutaria documenta, prædictam illustrarunt Ecclesiæ, decorarunt virtutibus, et moribus informarunt. Vtrunq; ergo vt quis in Patrum, & DD. Ecclesiæ recensetur, requiritur, vita puritas cū doctrina coniuncta: quamvis vt sit Doctor in Ecclesia, sola doctrinæ puritas sufficiat. Merito ergo malis moribus imbuti in albo doctorum, & Patrum Ecclesiæ reponi non possunt, & si Doctores in Ecclesia dici possint.

## Solutio oppositionum.

**A**d primum respondeatur, & si in Menologijs non habeatur mentio sanctitatis Theophili, tatis ex eadem dist. 15. C.S. Romana euincitur, nā

initio sic dicitur à Gelasio in clausula generali : *Nunc subiectum de opusculis Sanctorum Patrum. Quem etiam si postea Sancti vel Beati titulus Theophilo inferius in particulari, non sit ap- positus, satis est quod sub clausula generali, sub titulo Sanctorum Patrum, sit recensitus. Cuius no- leue argumentum est, quod post hanc classem, alijs Patres recensentur, nempe illi qui in nullo à S.R.E. consortio deuinarent, nec ab eius fidei præ- dicatione sciūti sunt, sed communionis ipsius gra- tia Dei, usq; ad ultimum diem vitæ sua participes fuerunt: eorundemq; opuscula legenda decerni- tur ibidem, in classe alia, cum alijs, ab eodem Ge- lasio postea relatis, esset potius referendus, si al- tiorem locum cum ceteris Sanctis Patribus non sibi vindicasset. Vnde & in Concil. 5. Generali confess. 3. in fine sic dicitur. *Sequimur per omnia, SS. PP. & DD. Ecclesiæ, Athanasium, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Proclum, quem locum citat iisdem verbis S. Thom- mas in q. de pot. 9. 10. art. 4. ad 13. in disputatis, & in Sess. 5. in edito Valentin. & Theodosij sic dicitur. Sancti vero Theophilus Alexander. & Gre- gorius Nissenus &c. & Leo Magnus Epist. ad Marcian. 70. Sanctæ ait memoria Theophilus Alexandrinae urbis Episcopus, & Ep. 69. ad eun- dem inter Venerabiles Patres recenset. Epist. 65. Athanasium, Theophilum, & proximè Cyril- lum; vocat probatissimos prelves. S. Vincentius Lerinensis. con. prof. vocom nouit. c. 41. ait Sanctus Theophilus eiusdem item urbis Alexandrina Episcopus, vir fidei, vita, scientia, satis clarus, cui succedit venerandus Cyrillus, qui nunc illustrat Alexandrinam Ecclesiam. Clara hæc sunt te- stimonia Sanctitatis Theophili, & non sine iniuria eius ( quem tantopere Synodus generalis, & Patres cohonestant ) versipellis, subdolis, & vin- dictæ cupidus traducitur ab Anonymo; qui etiā lapsus sit, ex indiscreto zelo id fecit, nam cum vidisser Origenistas Monachos à se electos ab Alexandria, Constantinopoli suscepitos à S. Io. Chrysostomo, à zelo in furiosorum conuentu, se abduci passus est, qui & si ad horam à cha- ritate exciderit ( sicut etiam multos Sanctos legimus cecidisse, & postea feruentius ad pietatis studia excitatos ) tam piè, & sanctè vixit, vt sancto fine quieuerit: nā ex oratione 3. de imaginibus testatur, ex Isidoro Diacono, Damascenus, nunquam animam exhalare potuisse, quousq; imago S. Ioannis Chrysostomi ad Theophili bracchia non suisset perducta.**

Ad II. eo argumento probatur, quod illi qui sunt scientia prædicti, destituti charitate, possunt merito: at Doctores Sancti, & merito, & numero, in albo Ecclesiæ Magistrorum recensentur. Quod est dicere sunt doctores in Ecclesia, non doctores Ecclesiæ. Vnde sicuti à Canonistis fit distin- ctio inter legatum à latere, & legatum de latere, vt primo modo dicatur omnis legatus qui è Ro- mana Curia expeditur; legatus vero de latere, qui & in nostro proposito, aliud est esse doctorem in Ecclesia, aliud Doctorem Ecclesiæ. primo mode satis est bona doctrina etiam à Sanctitate disiun-

# 126 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

**Eta.** Secundo modo requiritur doctrina cum sanctitate etiam connexa, ut dictum est in corpore articuli.

Et per hæc patet responsio ad 3.

Ad ultimum respondetur. Ante Spiritus S. visibilem missionem, permisus Iudas intra Sacratum Chorum: at ordine Apostolico per Spiritus S. gratiam firmato, non amplius Iudas cum Apostolis, sed Matthias adnumeratus est. Vnde similiter cum Doctoribus Ecclesiæ merito, & numero, seu cum Doctoribus Ecclesiæ, nullus hucusq[ue] impius numeratus est, vt tam Apostolici ordinis, quam Doctoratus puritas ostenderetur, proueniens ex fructu passionis Christi, quæ Spiritus S. charismata promeruit: vnde Apostolus ubi dixisset ex Ps. 63. quod ascende Christo in altum, data sunt dona hominibus; mox recentet hæc dona dicens, quod quosdam dedit Apostolos, quosdam Euangelistas quosdam pastores, & DD. vnde in hoc ordine velle homines nequissimos collocare, est fructum passionis, & Ascensionis Christi obscurare.

## ARTICVLVS VIII.

**An conuenienter supradicti PP. vt eorum authoritas monstraretur, speciosis titulis, & encomijs celebrati sint.**

*Oppositiones pro parte negativa.*

**V**Iedetur quod non. Primo quia testimonium domesticorū, & eiusdem familie, & ordinis, suspectum reputatur, at Patres laudantes in eodem sunt ordine; ac Patres laudati: ergo &c.

Secundo quia adulatio, & inibitus honor nulli tribuendus est, & multi sunt eiusmodi tituli, & encomia in Patribus celebratis. V.G. cum Nazianzenus vocatur à Basilio [os Christi]. Quin quod ipse Gregorius oratione ad patrem suum de se ipso dicit. *Organum diuinum ipse sum: idem repetit serm. in quadrag.*

Tertio laudes sugiendas clamant ijdem Sancti. Nam Chrys. in Matt. hom. 78. dicit. *Laudantes arrogatiæ mollicie, inani gloria impellere animos solent.* Item ex eodem hom. 18. in ep. ad Rom. etiam si duo millia, aut etiam quattuor, uel si ita placuerit, innumeri qui applaudant, nihil tamen illi omnes à graculis desuper garrientibus differunt: ergo &c.

*Pro parte opposita.*

**S**ed contra est praxis scripторum Ecclesiasticorum atq[ue] sanctorum, quæ infra adducetur.

**CONCLVSION O R T H O D O X O R U M**  
Conuenienter ad demonstrandam authoritatem eorum, Sancti PP. speciosiss, & illustribus titulis, & encomijs sunt celebri.

**R**Espondeo dicendum ex S. Th. 2. d. 27. q. 1. 4. ad 4. quod omne quod habet aliquid virtutis, est laudabile. Laus vero ex eodem in Ps. 17. est sermo dilucidans magnitudinem virtutis, vbi ergo virtus est, congruenter titulis, & encomijs extolli potest. Cum ergo in Patribus nedum sanctitas, sed etiam admiranda doctrina conspiciantur, rationabiliter, illustribus titulis, & epithetis cohonestantur. Modus vero laudum huiusmodi, angelorum laudes imitari videtur. Etenim, vt Seraphim Deum laudantes clamabant ex magnitudine affectionis: duo quantum ad concordiam: alter ad alterum quantum ad ordinem, unus n. accipit ab alio, ex Dionys. (vt exponit S. Th. Esaiæ c. 6.) ita in laudantibus Sanctos Dei, affectus, concordia, & ordo, in eiusmodi laudibus demonstratur. Affectus ex charitate procedens, laudando Deum in sanctis suis: concordia, nec n. unus vel alter in eiusmodi laudes prorumpit: ordo deniq[ue] quia unus posterior, qui accipit à priori, priorem Patrem veneratur, & laudat. Quare satis conuenienter, ad demonstrandam eorum doctrinæ eminentiam, & autoritatem, illustribus titulis sunt Patres Ecclesiæ decorati.

*Solutiones oppositionum.*

**A**D primam respondetur, in quibusdam casibus datur exceptio contra testes domesticos: at in materia celebrandæ virtutis testimonium domesticorum firmum est, cum non nisi ex domesticis sciri possint, & innescere. vnde Gregorius Nazianz. in funere sororis suæ Gorgoniae, huic quam pati poterat obiectionem sic docte occurrit. [Sororem laudans domestica prædabo, non tamen quia domestica, id est falso, sed quia vera, id est laudabiliter, rem autem non modò, quia iusta, verum etiam quia nota, nec vero ad gratiam, ne si cuiquam quidem loqui conceditur, quippe qui cum inter orationem meam, & veritatem periti cuiusdam arbitri vice interiectus sit auditor, vt immeritas laudes improbans, ita meritas efflagitans, si modo probi iusti, viri officio fungi velit. Quocirca non hoc vereor, ne ultra veritatis metas, dicendo prosiliam, sed illud contrarie infra veritatem subsistam, & procul à dignitate rei remotus, laudatione mea gloriam ipsius obscurem atq[ue] imminuam &c. proinde nec externus quisquam laudatur si laude indignus sit, familiaris, & domesticus contemnatur si virtutis laude præstet: ne alioqui & illi in lucrum cedat, quod alienus est, & huic detimento sit familiaritas vitæque consuetudo.] ita ad nostrum propositum, cum vera sanctitas integritasq[ue] doctrinæ in Patribus eluceat, etiamsi à domesticis laudentur, veritati non officit, ijsdem rationibus quas Nazianz. assignat.

**Ad**

Ad secundum illi tituli per quandam participationem Sanctis accommodantur, vnde etiam Sacerdos, deos scriptura quoq; solet appellare. Ego dixi dij estis (imo, & Christos) nolite tāgere Christos meos, quod maius est, quam vocari os Christi. Vocat autem se ipsum organum Dei Gregorius attendingendo nobilitatem naturae rationalis, quae ad Dei laudes efformata est, & attendingendo sacerdotale officium, & ministerium, hoc n. ad speciale cultum, & laudem formauit Dominus. Nec inconueniens est sanctos se ipsos laudare, ait S. Thomas 2. Cor. 2. lect. 3. non. n. ex superbia laudant se, sed propter utilitatem, vt scilicet habeatur in maiori fama, & citius credatur sua doctrinae, sicut fecit Apostolus ibidem *non sumus sicut plurimi adulterates verbum Dei*, nempe [ ut pseundo Apostoli: & iterum sed ad hāc quis tam idoneus nempe sicut nos? ] quasi dicat nullus pseundo Apostolus &c.

Ad tertium respondetur. Cum laudes procedunt ex motu glorie, & huiusmodi indebitis circumstantijs, vt ait S. D. 2. 2. q. 115. a. 1. ad primum, vituperabile est tunc aliquem laudare, cōterum si debita circumstantie assumantur, nimicum, vt homo quoq; laudatus spiritualiter proficere possit, si vivat, laudabile est. Defunctos vero multo magis, quia non timent humana gloria, ad inanem gloriam prouocari posse. Propterea Spiritus S. Ecclesiasticum inspirauit, vt diceret, Laudemus viros gloriosos parentes nostros, & secundum seriem Patrum nonnulla præcipuorum Patrum encomia recensemus.

## 6

ILLVSTRIORVM PATRVM  
tituli, & encomia.

Primo seculo eniuit S. Ignatius Episcopus, & Martyr, de quo Eusebius lib. 3. c. 30. scribit plures epistolas dictatas, quae merito prōptuarium traditionum dici possunt. Sanctus Dionysius Areopagita lib. 4. de diuinis nominibus, diuinum vocat Ignatium. *Iam verò quibusdam ex nostris sacerorum tractatoribus visum est, amoris nomen, dilectionis charitatisque nomine diuinius esse.* Scribit. n. & diuinus Ignatius. Meus amor crucifixus est S. Irenæus lib. 5. c. 28. eundem celebrat his verbis (ad nomē Ignatij alludens) loquendo. n. de martyribus, dicit eos attenuatos, & conspersos per patientiam Verbo Dei, ut igniti apti sunt ad conuinium Regis: quemadmodum, ait, quidam de nostris dixit, propter Martyrium in Deū adiudicatus ad bestias. Quoniam frumentum sū Christi, & per dentes bestiarum molar, ut mundus panis Dei inueniar, cum laude ignatium cōmemorāt Athanas. lib. de Synod. Theodoreus in tribus Dialog. Hierony. aduersus Heluid. & in cat Maximus Abbas, & Martyr. serm. 43. Gelas. aduersus Eutychetem. Quare ut eierati hostes habendi proligatissimi homines Centuriatores, Caluinus, & alii qui tam celebrem virum cum suis Epistolis subsannant, & lacerant.

S. DIONYSIVS AREOPAGITA tanti pōderis semper est habitus, vt à Romanis Pontifici-

bus, & sacris Concilijs ad probationem dogmatum sēpissime adductus sit. Sic factum est a Martino primo in Synodo Romana consult. 4. ab Agathone Papa in epist. ad Heraclium, & Tiberium Imperatores, quae postea recitata est in sexta Synodo act. 4. & in septima Synod. act. 2. Nicolaus PP. scribens ad Michaeli Imperatorē, & Adrianus Epistola ad Carolum Magnū citat librū Dionys. de Ecclesiastica Hierarch. In Epistola Synodica ad probandam duplēcē in Christo operationem, allegatur sub his verbis: *Dionysius copiosus quidem verbis, copiosus autē speculatione*, apud Phot. n. 469. Theodorus quoq; præsbyter ab eodem Photio recentetur, scriptis eiusdem testimonium perhibens, Græculorum quorundam, contrarium sentientiū (quos & Nouatores imitati sunt) argumenta dissoluens. Vetusiores quoq; Patres eidem Sancto cum laude testimonium perhibent. Ita authorib. hom. 2. ad diuersos, qui Origeni attribuitur. Athanasius, vel quicunq; sit auctor in qq. ad Antiochum q. 4. Dionysius Alex. qui, vt Maximus refert, scholijs eundem illustravit. Omittimus testim. Cyrill. ex Liberato Diacono, Anastasijs Sinaita, Anastasijs Nicæni, Andree Cretensis. Eundem sanctum ex Anastasio Bibliothecario, Sanctus Io, Chrysostom. *τετέρον ἐπαύεται* hoc est *volumen cœli* appellavit. Damasc. 1. b. 2. c. 3. vocavit *Sanctissimum*, et *Deilocquentissimum*, & serm. quod qui in fide hinc migrarūt &c. *profundum*, et *exercitatum*, Greg. magnus hom. 34. in Euang. *antiquum*, & *venerabilem Patrem*: *disertis verbis*, *Magnum Dion.* vocat Theodorus apud Photium in Biblio. nu. 1.

POLYCARPVVS dignus est habitus, vt ad eū S. Ignatius Epistolam destinaret. Irenæus eundem illustri encomio cohonestat: est, ait 1. b. 3. c. 3. Epistola Polycarpi, ad Philippenses scripta perfectissima, ex qua, et characterem fideli eius, et prædicationem veritatis, qui volunt, et curam habent salutis suæ possunt discere.

DE IVSTINO Martyre scribit Euseb. lib. 4. c. 17. quod multa sanè, & præclara sui ingenij sacrarum litterarum cognitione informati, & in eisdem valde exercitati, monumenta nobis reliquit. cum laude etiam Iustini scriptis Irenæus lib. 3. c. 26. dicens *præclare dixit Iustinus etc.* quem locum annotauit Euseb. ad probandum quantū Iustini scripta à veteribus fuerūt existimata. Sophron. apud Phot. n. 469. Martyris sanguine Philosophiar. confirmans, vocatur.

IRENAEVS à Tertull. aduersus Valentian. c. 5. omnium doctrinarum curiosissimus explorator vocatur. A Sancto Epiph. hæres. 31. per omnia à Spiritu S. ornatus; *velut generosus athleta à Domino prolatus, et cœlestibus gratijs, ac donis illitus*. Inter illustres fidei tractatores, & defensores recentetur ab Aug. 1. b. 1. contra Julianum. *Vir Apostolicus* dicitur à Hierony. in c. 64. Est idem Epistola ad Theodoram viduam, doctissimo, ait, et eloquentissimo sermone libros elaboratos aduersus hæreses, pronunciauit: eundem præciuum lumen Gallorum vocavit Theodoreus. Honorificè de eodē locuti sunt, S. Basil. de Spiritu

## 128 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

tu S.c.9.Cyrill.Hierosolym.Catech.16.Greg.PP.  
9.Registr.ep.50.Damasc.in pararell.& alij relati  
a Feuardentio in encomijs B.Irænoi.

CLEMENS Alex. vocatur ab Eusebio d.  
præparat.Evangelica lib.2. [ vir omniū rerū ex  
perintia scientiaq; præditus, & vsu plurimorum  
negotiorum prudentissimus.] lib.6.c.11.in specie  
de lib.strom.loquens ait quod multiplicem [ ve  
ræ,ac diuinæ Philosophiæ cognitionem comple  
tuntur.S.Hieronymus in cat.dicit.Feruntur eius  
insignia volumina,plenaq;eruditioñis, & eloquē  
tię, tam de scripturis diuinis , quam de secularis  
literaturæ instrumento. ] De eodem Epiph. con  
tra Secundianos gloriòsè meminit. A S. Cy  
rillo Alex.lib.10 in Iul.vocatur / vir disertus, &  
plurimorum cognitione præditus ] & iterū. Vir  
in primis studiosus,& qui eorum,quaꝝ apud Gr̄  
cos leguntur,altitudinem,cura,ac studio perscrut  
atus est,quo pauci vtq;ex ijs qui præcessere . ]

S. CYPRIANVS his præclarissimis titulis  
cohonestatus.Augustinus lib. 2. de doctr. Chri  
stiana c.4 sic dicit.[ Nonne aspicimus quanto au  
ro,& argento , & veste suffarcinatus exierit de  
Ægypto Cyprianus Doctor suauissimus,& mar  
tyr Beatissimus ] 2. de bon.perseu. c.19.vocatur  
Martyr glorioſissimus, & Doctor lucidissimus .  
Secundo contra Iul.[ o doctor præclarissimè, &  
testis glorioſissimè, sic docuisti,sic em. cuisti,sic te  
audiendum imitandumq; præbuisti. ] Tertio  
contra Donatistas,cap.1.cuius ait / tantum me  
ritum nouimus, tantamq; doctrinam / de eo lo  
quens S. Hierony. de scrip. ecc.ait. Huius ingenij  
superfluum est indicem texere, cum sole clarior a  
sint eius opera] Ep.13.[ B Cyprianus instar fon  
tis purissimi dulcis incedit,& placidus .

S. ATHANASIVS sic effertur. Egregium  
Ecclesiæ columnen appellatur à Nazianz.oratio  
ne de laude Athanas.vt vita ipsius,& morum ra  
tio norma Episcopatus eslet, & ipsius dogmata  
pro fidei orthodoxe lege haberentur . Damasc.  
serm.de defunct. [ Vita & sermone circumspetū  
appellat,Ecclesiæ Dei fundamētum] Photius ad  
fratrem suum Tharasium [ in sermonibus (ait)  
vbiq; locutione clarus est, & breuis , & simplex  
Acutus tamē,& altus,& argumentationibus om  
nino vehemens,& in his tanta vberitas,vt admirab  
ilis sit:logicis autem methodis nihil tenuiter,nihil  
iueniliter, vt pueri,& rudes, sed philosophi  
cè, sed magnificè vtitur : & si quis Theologum  
Gregorium , & diuinum Basilius ex hoc libro  
( de humanitate Verbi ) tanquam fonte quodam  
hauientes orationis suæ pulchros illos,ac perluc  
idos contra errorem fundere fluuios,non iret,vt  
arbitror,procul à verisimilitudine ] Cassian.7. de  
Incarn.verbi c.29.hec de Athanasio [ Athanasius  
quoq; Alexandriæ vrbis facerdos eximium con  
stantia,& virtutis exemplum:quē hereticæ per  
secutionis procella non contriuuit , sed probauit:  
qui similem semper splendenti speculo vitā ha  
bens,prius pēnē adeptus est martyris meritum ,  
quam confessoris caperet dignitatem ].

S. HILARIVS sequentibus encomijs cohene  
stat ur.S.Hieronymus Ep.141. ad Marcellam ait  
[ Tantum virum,& temporibus suis disertissimū  
reprehendere non audeo, qui & confessionis sua

merito,& vitæ industria,& eloquentiæ claritate ,  
vbicunq; Romanum nomen est, prædicatur ] &  
in proæmio 2.lib.comm.ad Galat. ait [ Hilarius  
Latina eloquentiæ Rhodanus ] Ep. 13. ad Paul.  
S.Hilarius Gallico cothurno attollitur,& cum  
Græciæ floribus adornetur, longis interdum pe  
riodis inuoluitur,& à lectione simplicium fratru  
procul est ] Ep. 7.ad lat̄a [ Athanasij Epistolas ,  
& Hilarij libros inoffenso decurrat pede , illorū  
tractatibus,illorum delectetur ingenij, in quoru  
libris pietas fidei non vacillet:cereros sic legat, vt  
magis iudicet,quam sequatur ] S. Aug.p. contra  
Iul. c. 3.Ecclesiæ Catholicae aduersus hæreticos  
acerrium defensorem venerandum quis igno  
ret Hilarium Episcopum Gallum? ] & 6.de Tri  
ni.c.10.Non mediocris authoritatis in tractatione  
scripturarum,& assertione fidei vir extitit Hila  
rius &c. Cassianus eum sic extollit lib. 7. de In  
carnat. Verbi c.24. [ Hilarius vir virtutum omnij  
atq; ornamentorum , & sicut vita , ita eloquentia  
in signis:qui & magister Ecclesiarum,& Sacerdos  
&c. [ impenetrabilis Ecclesia murus ] vocatur à  
Petro Damiano serm.2. de S.Hilario .

S. BASILIVS magnus à Nazianzeno vocatur,  
Epist. 26. [ oculus orbis, magnifica vox ac tuba ,  
regiusque dicēdi splendor ],& postea [ anni tem  
pestates vere vno , & astra sole vno decorantur ,  
celum vnum complectit omnia , ita vox tua  
omnes superat ] & in oratione de laude Basil [ quis  
scientiæ luce vberius collustratus est, & profunda  
Spiritus prospexit , ac cum Deo, que Dei sunt  
perquisiuit?] & iterum, soli assimilando in pulcri  
tudine,magnitudine,cursu,vi & facultate, ait[ Ba  
silio pro pulchritudine,virtus fuit,pro magnitu  
dine Theologia,pro cursu perpetua virtutis agi  
tatio,continuq; incrementorū gradibus ad Deū  
ferens,pro viribus deniq; doctrinæ semen , & di  
stributio, adeo vt nihil sit,cur mihi dicere veren  
dum sit,in omnem terrā sonum illius exisse,atq; in  
finē orbis terræ vim illius verborū. ] A Theodo  
reto lib.4.c.17.ecc. hist.uocatur Basilij magnus,  
præfulgidum lumen orbis vniuersi . Gregorius  
Niss.in vita S.Ephrēm Syri [ Cæsaream Cappa  
dociæ diuino spiritu ductus,ipse os Ecclesiæ,au  
ream illam doctrinæ lasciniam vidit. ] Amphi  
lochius Iconiēsis[.Verè magnus Basilij,verè co  
lumna ignis,verè Spiritus S.loquitur per os eius ]  
Damasc.4.orth.fidei c. 17. Deifer , & magnus in  
diuinis Basilij ex collectaneis Suidæ. [ Vir hic  
eloquētissimus ad apicem vsq; prouectus est om  
nigenæ eruditioñis. ] Philostorgius [ seminebat Ba  
sil. etiamsi in suo quisq; genere scribendi erat ap  
positissimus ] Nazianz. Ep.31. inter opera Basili  
[ Præceptorem vitæ,& dogmatum doctore ]  
vocat . Iege orationem eiusdem in funere Ba  
silij .

EPHRÆM Syrus ex Hierony. in cat. script.  
Eccles.ad tantam venit claritudinem, vt post le  
ctionem scripturarum, publicè in quibusdam Ec  
clesijs eius scripta recitarētur. Nicæphorus lib. 9.  
Ecc.hist.enumeratis multis sui seculi doctoribus:  
Videtur ait omnes hac in parte gloria præ  
cellere,atq; Ecclesiæ vniuersalē exornare Ephræm  
Syrus.] & c. 16. [ eadem hac ætate, & Ephræm  
Syrus præclarus fuit, qui quidem longo interual.

# De Patrum sensu, & authoritate. 129

10 omnes præcessit; & tantum in lingua Syrorum prosecit, vt cum pietatis exercitio ad summum contemplationis peruererit, tum splendore, facilitate, & suauitate verborum, nec non densitate, & grauitate sententiarum, etiam præclarissimos quoq; qui eloquentia antiquitus excelluissent superauerit: mirum quidem auditu est, eundem, & Græcè, & Syriacè legi. Quam ob causam magnus ille, & oratione, & virtute Basilius, qui Cappadocum Metropolim Episcopatu suo exornauit, sumptuose virum est admiratus, eundemq; eruditio nominis beatum censuit, vt tanti viri, tā certō testimonio manifestum sit, communiter quoq; à Græcis, qui tunc clarum in eloquentia obtinere nomen præstantissimum, omnium Ephræm iudicatum esse. Vox sanè Basilij talis, non temere prolatā existimanda est ] idem refert Sozomenus 3. Eccl. Hist. c. 15. [ quapropter (ait) Ephræni iure optimo mihi videtur hoc laudis testimoniu, prolatum ore Basilij (quem omnium sui temporis eloquentissimū fuisse inter omnes constat) ab omnibus Græcis, qui tum propter doctrinam in magna admiratione fuerunt, consequutus ] & idē Basilius in Hexam hom. 2. [ equidem non meam, sed viri cuiusdam Syri recensebo sententiam (loquens de Ephræmo) qui tantum à mundana sapientia distabat, quanto verarum rerum scientiæ propinquior erit. ] Theodoritus 2. Hist. Eccles. c. 80. Ephræm vir sanè admirabilis, & scriptor inter Synos facile excellentissimus, & 4 hist. c. 29. Vtебatur ille quidem lingua Syriaca, quæ radios gratiæ spirituales explcabat. ] Cū laude meminerūt Anastasius Saita, Moses Barcepha, Georgius Cedrenus, Theodorus dictus Podromus Simō Metaphrastes, Menologiū antiquū Græcorū M. S. Photius Patriarcha extat apud S. Gregoriū Nissenum vita S. Ephræm Syri, ab eodem Niss. Græcè conscripta. Inter cetera, vocat illum aduersus hæreses [ Pancratia sten., atq; certatorem in uitum] & postea quod nedum [ illas dumtaxat, quæ vel tunc, vel antea Zizaniorum hæreses ex malitiæ semine fuerant exortæ, fidei restitutidine propulsauit; verum, & eas quæ in futurum perniciōse pullulare poterāt, propheticis oraculis præuidens, præcidit. Quotquot n. ab eo conscripta sunt volumina, demonstrationibus sunt plena. Numquam ergo veritatis hic filius ab ipsa deflexit veritate &c. & infra [ omnem antiquam, & nouam scripturam assiduo studio, vt quivis alias studiosè versauit, accurateq; ad verbum est interpretatus: & ab ipsa procreatione mundi usq; ad postremum gratiæ librum, quæ abdita quæq; arcana, & recōdita erant Spiritus, adiutus lumine, commentarijs illustrauit ]

S. GREGORIVS Nissenus à Vincentio Lerrans c. 41. vocatur [ fidei, conuersationis, integritatis, & sapientiæ merito, fratre Basilio dignissimus. ] Theodorus quidam Cyrus alias podromus, hæc in eiusdem laudem.

Salve acre ingenium, natura alata, disertum  
Os charitum: fragrans hortule, diues opum  
Verborum flumen vocat Sophronius sup. n. 469.  
Suidas sic cohonestat. [ vir & ipse insignis omniq; doctrina exuberans, addictior tam Rhetorices, tā celeber, præclarusq; in ea euasit, quam quisq; veter-

rū ] A Nicephoro lib. 11. hist. c. 29. appellatur [ Ecclesiæ Nissen lux, & ornamentorum vir secundum fratrem (nempe Basilium) doctrina, moribus, & vita sanctitate spectatus ] Volaterranus. [ A scriptoribus Ecclesiasticis passim antistitis Greg. Niss. fit honorificentissima mentio, eiusq; vera præconia celebrantur.

S. IOANNES CHRYSOSTO. à Cœlestino PP. sic celebratur ep. 4. Eius sermo astruens Catholicam fidem toto orbe diffusus est ] & Innocentius apud Niceph. l. 13. c. 34. Epistola ad Artadium sic dicit. [ Eiecisti è throno suo, re non iudicata, magnum torius orbis doctorem, & una cum eo Christum persecutus es. non n. Ecclesia tantum Constantinopolitana mellitæ illius lingue iacturam fecit, sed & orbis sub sole totus ad orbitatem redactus est, viro tam diuino amissio, persuasione vnius mulieris fabulam hanc, & spectaculum exhibentis. ]

AVGVSTINVS i. cōtra Iul. Pelag. vocat Ioannem [ hominem in fide Catholica, & eruditum, & erudientem &c. & ab ipso quoque Iustiano laudatum memorat dicens. [ Sanctus Ioannes Episcopus, quæ tu honorabiliter commemorasti, quæ tu sicut Sanctum, & eruditum quæ laudasti, quem tu testimonium, & gloriam de confortio veritatis suscepisse dixisti &c. ] A Cassiano c. 30. vocatur [ Ioannes Constantinopolitanorum Antistitum decus, cuius Sanctitas absq; vila gentilitiæ persecutionis procolla ad martyrij merita peruenit ] & infra eiusdem Ioannis facit mentionem, quū subdit [ verè ad similitudinem Ioannis Euangeliste, & discipul'us Iesu, & A postolu quasi super p̄etus Domini semper, affectumq; discubuit: illius inquam mementote: illud sequimini: illius puritatē illius fidem, illius doctrinam, & sanctimoniam cogitate. ] A Sophronio apud Photium loc. cit. appellatur [ aureus ore, & lingua Io. Constantinopol. Episc. ]. Theodoreus apud eundem c. 273. ait [ Quando Ioannem aliquis nominat, magnus sonus exauditur. Ecclesiastica lyra antiquū plectrum cognoscit, & pro digitis sufficiunt Sylabæ nominis tui. Constantinopolis vedit Syrorū tela, & contempsit; vedit lapillos Indicos, & irrisit: nec Tyri illam color purpureus delectauit. Luteam concupicuit linguam, quæ immortales doctrinæ liquores distillavit. Vedit te antiqua Ephesus, & Ioannem nouum appellavit. vedit & Euangelici recordatus est tonitrus ] S. Ioannes Damasc. serm. de defunctis. [ deinde post illum Ioannem, cui ab auro cognomen, verè n. aurea verba loquitur &c. pœnitentiæ Dux, & Doctor suis præcipuus. ]

GREGOR. NAZIANZ. à Gelasio Papa citatur aduersus Eutychetem, ex oratione in Nat. Domini, Epistola ad Cledonium, & ep. ad Nectarium. Similiter citatur à Ioanne Papa ex oratione de Epiphania, scribente ad Imperatoris Iustini quæstiones. S. Basilius ep. 63. ad cleric. Nō cefar. vocat. Gregorium Magnum, similiter præclarum, & concludit [ nomen Christi non abnegetis, Gregorij voces sinistræ non interpretetemini ] & lib. de Spiritu S. c. 29. [ Ceterum Gregoriū magnum, & illius voces quo loco ponam? An nō cum Apostolis, et prophetis virum, qui eodem

Spiri-

# 130 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

Spiritu quo illi versatus sit, quiq; Sanctorum vestigijs per omnem vitam in hæserit, quiq; Euangelicæ conuersationis vigorem quamdiu vixit præstiterit. Et quidem illud dixerit, profecto iniuria afficerimus veritatem, si non animam illam annumeremus ijs, qui velut insignis magna; lucerna in Ecclesia Dei resplenduit. ] S. Hierony. apologetic ad Ruff. Gregorium vocat [ virum eloquentissimum &c. qui sui apud Latinos impar est, quo ego magistro glorio, & exulto ] in Epistola ad Ephes. c. 5. explicans illud: Sacramentū hoc magnum est, Gregorium citat dicēs. [ Gregorius Nazianz. vir valdè eloquens, & in scripturis opprimē eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco solebat dicere. Vide quantum istius capituli Sacramentum est ] S. Aug. 1. contra Iul. [ sed non tibi deerit magni nominis, & fama celeberrima Illustris Episcop. de partibus Orientis ] & postea. [ An parua in uno Gregorio Episcoporu M̄ Orientaliū videtur authoritas? ] Ruff. in hist. scripsit, [ eum tanti meriti apud Deum, & Ecclesiā suis, vt quicunq; ausus fuerit doctrinæ iei⁹ in aliquo refragari, ex hoc ipso quia ipse magis, sit hæreticus arguatur: manifestum namq; indicium est, non esse rectæ fidei, omnem qui in fide Gregorio non concordat. ] eiusdem sapientia omnes cessisse scribit Metaphrastes [ tā eius, quę in verbis, quam quę in fidei dogmatibus versatur: unde etiam Theologi nomen adeptus est. ] Cassianus sup. c. 28. eundem vocat [ splendidissimum scientię, & doctrinæ iubar. ] S. Thomas Aquinas p. p. q. 61. a. 3. in c. sic dicit [ eius tanta est in doctrina Christiana authoritas, vt nullus vñquam eius dictis calumniam inferre præsumperit, sicut, nec Arianis documentis, vt dicit Hieron. ] hæc Doct. Angel. ex S. Hier.

S. HIERONYMVS tā extimatus à Damaſco Ep. 12. inter opera Hiero. vt ei scriperit [ nullam puto digniorem cōfabulationem fore, quām si de scripturis sermocinemur inter nos: idest, vt ego interrogē, tu respondeas] Et Ep. 144. postulatur Hiero. vt quid significet in Euāgeliō, Osanna filio Dauid, sibi ex Hebraica veritate edisserat ] Gelasius Papa Hieronymi līmam operum Originis, & similiū agnoscit d. 15. c. 5. Rom. Synodus Mileuit. de Hieron. hoc dat testimonium. [ Plurimi qui eius sensus diligentius indagare potuerunt aduersus Pelag. pro Christi gratia, & Cath. fidei veritate configunt. Sed præcipue sanctus filius tuus Fr. & compresbyter noster Hieronymus ] S. Aug. 1. contra Iulian. ait quod fuerit [ Græco, & Latino eruditus eloquio ] & insuper, quod eius [ eloquiū ab Oriente vñq; ad Occidentem ad instar lampadis resplenduit ] eidemq; tantum detulit, vt dixerit Ep. 903. inter opera Hierony. [ neq; in me, tantū scientia diuinorum scripturarum est, aut esse iam poterit, quantum inesse tibi video, vt si quid in hac re habeo facultatis, vtrūq; impendo populo Dei] & Ep. 907. quanquam secundū honorum vocabula. iam Ecclesiæ vñs obtinuit, Episcopatus presbytero major sit, tamen in multis Augustinus Hieronymo minor est. ] & inter Epistolas Augustini 102. tanti fecit Hieronymi sapientiam, vt Orosiū ex Oceani littore ad se aduentantem, accepit

humaniter, sed ei [ vt ad Hieronymum pergeret, persuasit. ] Epistola 9. inter opera Aug. [ Nequaquam ait mihi ariogauerim, vt ingenium tuū, diuino dono, aureum meis obolis ditarē contendam, nec quisquam magis idoneus, qui opus illud emendet. ] ibidem [ Non mediocriter per Domini Dei nostri gratiam in Latina lingua Sanctorum studia, & accendiſti, & adiuuisti ] Cassianus c. 26. Hieronymus Catholicorum magister, cuius scripta per vniuersum mundum quasi diuinæ lampades rutilant. ]

S. PROSPER lib. de ingratis loquens de Hieronymo Pelagianos confutante, sic eundem commendat.

Tunc etiam Betlæ præclari nominis hospes, Hebreo simul, & Græco, Latioq; vetustus Eloquio, merum exemplum mundiq; magister

Hieronymus, libris valdè excellentibus hostem  
Dissecuit nosciq; dedit, quo turbine verum  
Vellent exortæ lucem obscurare tenebrae.

Seuerus Sulpitius dial. 1. de virtutibus Monachorum Orientalium, sic dicit de Hieronymo, quod fuerit [ vir p̄pter fidei meritum, dotemq; virtutum, non solū Latinis atq; Græcis, sed etiā Hebreis litteris institutus, vt se illi in omni scienzia nemo audeat comparare ] & iterum. Totus semper in lectione, totus in libris est: aut legit aliquid sēper, aut scribit &c. verè dixerim, Catholica hominis scientia, sana doctrina est ] Cassiodorus I. diu. instit. C. 21. Beatus Hieronymus Latinæ lingue dilatator eximius, qui nobis in diuinæ scripturæ translatione tantum præstitit, vt ad Hebreum fontem penè non egeamus accedere: &c. planus, doctus, dulcis parata copia sermonū ad quacunq; partem conuertit ingenium, modo humilibus suauiter blanditur, modo superbiorū colla confringit, modo derogatoribus suis, vicem necessaria mordacitate restituens: modo virginitatem prædicans, modo matrimonia casta defēdens, modo virtutum certamina gloria collaudans, modo lapsus in Clericis atq; Monachis prauitatis accusans, & tamen vñcunq; se locus obtulit, Gentilium exempla dulcissima varietate permisit; totum explicans, totum exornans, & per diuersa disputationum genera disertus semper, & æqualiter incedens. Nam cum aliquos magna; vbertare libros protendat, tamen pro dulcedine diorum suorum semper gratus est. ] Jonas Aurelianensis I. de Sac. imag. cultu eiusdem cum laude meminit.

S. AMBROSIUS, magnificè quoq; encomijs illustratur. A Nicolao PP. in epist. 6. ad Photiu vocatur [ clarissima, & splendidissima Ecclesiæ lucerna ] S. Basilius Ep. quinquagesima quinta ad eundem Ambrosium, ait, quod Deus [ Virum ( nempe Ambrosium ) ex vrbe Regia, cui totius gentis principatus concreditus erat, sapientia sublimem, generis claritate, vita splendorc, orandi facultate, & rebus secularibus illustrem, ad gregum Christi pastoram traxit: qui proiectis huius vita opibus vñiuersis, proquè damno habitis, vt Christum lucrifaceret, cōmissa sibi magna; ac præclarinauigij, Ecclesia vz. Dei in fide Chri-

Christi, gubernacula accepit. Age igitur o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus, sed Deo edocitus es Euangelium Christi, sed ipse te Dominus, e medio iudicium terrae desumptum, ad praesidentiam Apostolicam transtulit.]

S. Augustinus primo contra Iul. Pelagianum c. 2. [sed adhuc vidi alium excellentem Dei dispensatorem, quem veneror, ut Patrem, in Christo. n. item per Euangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accepi, Beatum loquor Ambrosium, cuius pro Catholica fide gratiam, constantiam, labores, pericula, siue operibus, siue sermonibus, & ipse sum expertus, & mecum non dubitat, orbis praedicare Romanus] ibidem [Pelagius eum tanta prædicatione laudauit, ut diceret in libris eius præcipue fidem lucere Romanam, qui scriptorum inter Latinos flos quidem speciosus enuit, ] in eodem lib. sepius eundem Sanctum cohonestat titulis egregijs, vt à Sophronio, apud Photium nu. 469. vocatur [in Dei sententia confitenda infraclusus Ambrosius, Mediolani antistes] lib. 2. contra eundem [ & qui hæc dicit? Homo Dei Catholicus, & Catholica veritatis aduersus haereticos usq; ad periculum sanguinis defensor Ambrosius.] Cassianus c. 25. [Ambrosius eximus Dei Sacerdos, qui à manu Domini non recedens, in Dei dito quasi gemma rutilauit.]

CASSIODORVS de diuin. instit. c. 2. [Sanctus (ait) Ambrosius laeti sermonis emanator, cū grauitate acutus, per uolenta persuasione dulcissimus, cui sicut æqualis doctrina cum vita, quando ei non paruis miraculis, gratia diuinitatis arrisit.]

S. AVGUSTINVS Dominicanorum auus, meus specialis Patronus, innumeris elogis, à Romanis Pontificibus, Conciliis, Patribus exornatur. ob insignem sapientiam huius communis Doctoris orbis, & præcipue qua erga tam egregium Sanctum, & Doctorem deuotione flagro, peculiarem articulum mox instituam, vbi ex elogis dictis, doctrinam eiusdem contra eiusdem calumniatores, præ viribus propagnabo.

S. CYRILLVS Alex à B. Eulogio Archiepiscopo Alex. in orationibus suis, apud Photium in Biblioth. c. 230. num. 442. vocatur [seruidus veritatis assertor] & iterum 441. [ardens veritatis studiosus Cyrus] 444 [doctus Cyrus] 454 [rerum diuinarum sciens] & 466. [præditum subtili mentis conceptu, & animi imaginibus, per contemplationem, vocat.] In Sophronio Hierosolymitano Epistola Synodica hæc reperiuntur. [Fortis Athleta Cyrus]. S. Celestinus Papa Ep. 3. ad Cyril. [in fide tuenda fortissimum tē Antagonistam esse exploratū habemus,] & Ep. 5. [Alexandrinæ Ecclesiæ Sacerdotis (nempe Cyri) fides, & probauimus atq; probamus &c. omnes sermonum eius (nempe Nestori) technas retexisti, fidemq; ad eum modum corroborasti, ut corda in Christum Deum credentia, in altera partem abduci non facilè queant. Magnus sane hic nostræ fidei triumphus est, quod nimirum, & nostra tam validè probaueris, & his opposita per diuinarum scripturarum testimonia, tam potenter expurgaueris.]

EVAGRIVS lib. I. hist. Ecc. c. 7. ait [Cyrillus præco verbi insignis, & strenuus verè, ac salutaris doctrinæ antisignanus, laude, & prædicione celebratur] Niceph. lib. 14. c. 39. [Cyrillus veluti quedam Ecclesiæ turba, finesterræ personans, & propugnator Ecclesiæ fortissimus, ab omnibus celebratur, & omnibus in ore est.]

LEO MAGNVS à Theodoreto Cyrenensi Episcopo, in Epistola ad eundem Leonem sic effertur [Deus nunc quoq; Petri, & Pauli sedem claram, insignemq; reddidit, cum vestram sanctitatem in ea collocauerit, quæ radios fidei Orthodoxæ emittit.]

SOPHRONIVS Patriarcha Hierosolymitanus, & habetur actione xi. 6. Synodi Generalis sic dicit: [tanquam sacram, & coonorandam fuscipio, rectæq; fidei propagatricem, & à Deo inspiratam Epistolam, Magni atq; præclari Leonis Sanctissimi Romanæ Ecclesiæ, immo omnium quæ sub sole erunt, luminarij &c.]

Plura encomia leguntur in Synodo Chalcedo act. 3. In eius vita eius operibus præfixa, sic dicitur [sunt sanè viri, & autoritate graues, & erudititione spectabiles, qui Leonem appellare non reverant Ecclesiasticæ dictionis Tullium, Theologiae Homerum, rationum fidei Aristotelem, & quod multò est amplius in Pontificio throno Petrum ipsum, & Paulum in pulpito Christiano differentem.]

GREGORIVS Magnus à Damasco his verbis effertur sermone de defunctis. [Gregorius, qui Dialogos à nostris dicitur, veteris Romæ Episcopus, vir (quod testantur omnes) sacrarū disciplinarum intelligentia celebris, cui etiam (vt ferunt) sacra facienti Angelus socium se addidit.]

Concilium Tolet. 8. can. 2. [Beatus etiam Papa Gregorius, & vita meritis honorandus, atq; in Ethicis assertionibus penè cunctis merito præferendus.]

S. HIDELPHONSVS, his quoq; eundē exornat encomijs [cū eorum meritorum claruit perfectione sublimis, vt exclusis omnium virorum illustrium comparationibus, nihil illi simile demonstrat antiquitas: vicit. n. sanctitate Antonium, eloquentia Cyprianum, sapientia Augustinum.]

## ERASMI DE MVLTIS PP. iudicium. & paralellum.

**E**X inimicis quoq; laudes, & encomia sumenda, in tropheum veritatis. Erasmus Rethoradum ad carpendum natus, hæc de multis PP. occasione laudum Nazianzeni, vel inuitus protulit. [In Gregorio Nazianz. pietas propemodum cū facundia; sed amat significantes argutias, quæ eo difficilis est Latinè reddere; quod pleræq; sint in verbis sitæ. Tota vero phrasis non nihil accedit ad structuram isocraticam. Adde quod de rebus diuinis, quæ vix ullis verbis humanis explicari possunt, libenter, ac frequenter philosophatur. Frater huius Basilius, suauí quodam, & in affectato dictionis fluxu, & pietatem, & eruditio nem, & acumen sicuti res postulat, & perpicuitatem, & si quam aliam virtutem, in oratore Christiano

## 132 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

stano quisquam desiderare possit, complectitur. Ioannes Chrysostomus Basilius quemadmodum in litteris, sic etiam in professione syncretioris vitæ socius, atq; (vt ita loquar) Achates, quicquid ferè scripsit, ad popularem captum accomodatauit, eoq; fusion est, ac simplicior: & in locis communibus spaciari maluit, quam in difficillimis versari questionibus. Hos trium viros una tulit ætas apud Græcos pietate pares, nec dispare eruditio, sed dictionis charactere dissimiles. Quos si cum nostris conserre velis, Chrysostomus non est dissimilis, Augustino, Gregorio, Ambro-  
sio: qui si Græcæ scripsisset plurimum negotij suis-  
set exhibutum interpetri. Quem Basilio comparē, nondum inuenio, nisi quis scripturarum cognitionem, quam habuit Hieronymus, cum Laurentij felici facilitate copulet.

*Nonne quæso hi omnes (concludam cum Cassianosup. c.30.) quasi Propheticō olim spiritu, ad cōfundendas blasphemias tuas, Nouator, cuncta dixerunt? Profer quamcumq; controversiam, & apertè cernes, quod non res tantum blasphemias tuis sunt oppositæ, sed & verba rerum: ut apertè intelligamus olim aduersus blasphemias tuas, munimem à Deo inexpugnabile preparatum, quod venturam quandoq; vim hæreticæ impugnationis, parato idem muro frangeret veritatis: et tu imp̄iissime atq; impudentissime, præclaræ urbis, imo et orbis contaminator, catholicæ, ac sanctæ plebis grauis, et onerosa contagio, stare in Ecclesia Dei, ac loqui audes, et blasphemis, ac furiosis vocibus tuis, Sacerdotes semper illesæ fidei, et Catholicæ confessionis infamas, magistrorum priorum vitio, plebem Constantinopolitanae urbis, & omnium Ecclesiæ errare. Vel sero tandem re-  
sipiscas, & Doctoribus orbis, tot encomijs celeb-  
tatis sedandum atq; sanandum tradas. Sed iam ad Augustini doctrinam commendandam tran-  
scendamus.*

### ARTICVLVS IX.

Quantā auctoritatem doctrina  
S. Augustini in Ecclesia Ca-  
tholica sibi vendicet, ma-  
ximè in materia præde-  
stinationis, & gra-  
tie.

*Calumnia impostorum.*

**N**ondum Augustinus è viuis ex cesserat, & opuscula eius maxime, quæ pro gratia, & libero scripsit arbitrio, oppugnari cœptum est, vt patet ex Epistolis Prosperi Aquitani, & Hilarij Arelatensis ex Gallijs ad Augustinum directis, quibus respondit libro de præ-

destinatione Sanctorum, & de bono perfectantie tanta animi modestia, cupiens emendari, & docciorem fieri, vt temeritatem insultantium supereraret. Occasio turbulentæ fuit, quod cum Gallias Sancti Augustini scripta penetrassent, Pelagijs studiosi (inter quos Cassianus præbyter Ecclesiæ Massiliensis recensetur) carpere, & acriter insectari cœperunt. Alij damnata heresi Pelagiana, aedē inuercundē obliquebantur, vt eum Ethnicismi, & Manicheismi insimularint; contra quos Prosp.lib.de lib. arbitrio forte certamen iniuit, eos debellando. Rursus Galliarum quidam præbyteri bellum, quod adhuc viuente Augustino aggressi fuerant, aliud instaurarunt, quindecim obiectiones contra Augustini libros editos aduersus Pelagianos, formando. Sed & Vincen-  
tius quidam, priuato certamine priuatam rem agens, sexdecim pariter obiectiones produxit. Camillus quoque, & Theodorus Genuenses præ-  
byteri, decem dubia opposuere. Verum nescia humana mens, semel regulas veritatis trasgressa, sub repagulis modestiæ contineri, eadem opera Augustini audacius impetrere verita non est, vt coegerint Hilarium, & Prosperum ad Cœlestinū Romanum Pontificem festinare, vt obturarentur ora loquentium iniqua. Inter hos quoq; S. Se-  
uerus Sulpitius fuit pelagiana fuligine respersus, vt dicit Baron. anno 431. num. 190. licet postmodum penitens sancto fine quieuerit, de his contradictionibus scripsit Fulḡtius. De prædestinatione ad Monimum lib. i. dicens se non ignorare (etiam præterito tempore) illi luculentissimo S. Augustini operi, quod scripsit de prædestinatione Sanctorum à quibusdam Gallis obiectum. Infamauerunt eum etiam nedum in prædestinationis arcanos, sed etiam in gratia assertione, duendo, eu liberum arbitrium penitus submouere, & sub gratia nomine necessitatem prædicare fatalem, impietatem Manichorū illi tribuentes, ex Prospero ad Ruffinum. Postea præcedentibus temporibus Ioannes Erigenes Scotus, vt habetur in tractatu Ecclesiæ Lugdunensis in auctario Biblioth. p 2. aduer. Io. Scotum Erigenistam dicebat multas hæreses esse, unam Pelagianorum, liberi arbitrij sine gratia commendatione, alteram gratiae solius etc, de qua secunda hæresi dicit Ecclesia Lugdunensis ideo hoc dictum à Ioanne Scoto, vel quia Beatum Augustinum latenter quasi hæreticum accusat eo quod manifestè iuxta veritatem scripturarum sola Dei gratia ostendat, et doceat hominem posse saluari, nec ad ipsam salutem eternam aliquid humanum arbitrium posse, nisi per eandem gratiam fuerit reformatum, sanatum, illuminatum, ac roboretur: aut certè nos, qui secundum eius venerabilem, et catholicam doctrinam nunc de gratia Dei sentiunt, et docent, quasi minus dicta illius intelligentes, hæreticos vocat. Hac de causa nobis videtur, quod callidissimè omnino, et versutissimè velut hæresim solius gratiae posuerit, nec tamen authorem, vel sectatores eius vlla significatione manifestauerit. Et postea denique, vt manifestè agnoscamus, non eum de antiquiori aliqua hæresi dixisse, quod solius gratiae fuerit prædicatrix, non posuit hanc hæresim ante Pelagianum, sed postea à temporibus S. August.

# De Patrum sensu, & autoritate.

133

*Augustini usq; nunc. Nec potest inueniri toto hoc tempore, quod fuit inter illum, et nos aliquam tam hæresim in Ecclesia extitisse, nisi quod vel ipsum, ut iam dicimus scilicet S. Augustinum, vel nos, qui eum sequimur istius erroris accusat.*

Circa eadem tempora ex Hincmaro ep. ad Nicolaum Pontif. orta est hæresis Prædestinatorum à Godescalco, inter cœteros eius errores ille unus est (quem antiqui prædestinati etiam docebant) quod sicut Deus quosdam prædestinavit ad vitam eternam, ita etiam alios ad mortem eternam prædestinavit, quem errorem Massilienses imposuerunt Augustino apud Prosperum in Gallorum obiect. 14. & 15. Fulgentius ad Monitum c. vlt. Alter error quod Deus non vult omnes homines saluos fieri, de quo etiam notarunt Augustinum Massilienses, cum tamen Augustinus locutus sit de voluntate efficaci, et consequenti. Godescalcus verò etiā de voluntate inefficaci, & antecedenti. Neotericus quidam in sua concordia q. 23. a. 4. & 5. disp. p. memb. vlt. aliter Augustinum interpretatus, talem de Augustino sententiam protulit his verbis fideliter descriptis. Credēs autem Augustinus cum ijs, quae de gratia aduersus hæresim Pelagianam ex scripturis rectissime docuerat, coniunctum esse, prædestinationem Dei eternam non fuisse secundum merita, qualitatemq; usus liberi arbitrij a Deo præuisi, sed solum secundum Dei electionem, & beneplacitum (quod in quo sensu verissimum sit membro 12. explicatum est) iuxta eam sententiam Paulum ad Rom. 9. multis in suorum operum locis interpretatus est, restrinxitq; illud 1. ad Timot. 2. vult omnes homines saluos fieri, vt non de omnibus uniuersim hominibus, sed de solis prædestinatis intelligeretur, quae doctrina plurimos ex fidelibus ex ijs, qui in Gallia morabantur, non solum indoctos, sed etiam doctos mirū in modum turbauit, ne dicam illius occasione salutem eorum fuisse pericitatam. Ne enim eusmodi doctrine adhaerenter, hæresi Pelagianæ ex parte assentendum putabant, variosq; alios errores circa parvulorum prædestinationem confingebant: id quod inter alia testantur due epistole a Prospéro, & Hilario Arelatensi Episcopo, ea de re ad Augustinum missæ, quæ inter opera Augustini ante librum de prædestinatione Sanctorum habentur. Prosper autem postquam turbationem, & periculum multorum explicauit, inter alia, quæ explana nanda ab Augustino efflagitat, ad eos, qui turbati fuerant sedandos, atq; ad sanam doctrinam reducendos, adiungit. Illud etiam qualiter diluat ur quæsumus patienter nostram insipientiam ferendo demonstres, quod retractatis de hac re opinionibus penè omnium par inuenitur, & una sententia, quæ propositum, & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperūt, vt ob hoc Deus alia vasa honoris, alia contumeliae fecit; qui finem uniuscuiusq; præuiderit, & sub ipso gratia adiutorio, in qua futurus erat voluntate, & actione præsciuerit. Hilarius etiam commemoratis obiectionibus, quæ aduersus Augustini doctrinam ab ijs, qui commoti fuerant, afferebantur, eos etiam fuisse conqueitos in huc modum affirmat. Quid opus fuit inquit huismodi disputationibus incerto tot minus intelligentium corda turbari? neque enim

minus utiliter sine hac definitione tot annis in tot tractatoribus, tot præcedentibus libris catholica fides fuit defensa: sententiam verò Augustini sequutus est S. Thomas: & post ipsum plerique scholasticorum. Et postea Nos pro nostra tenuitatem rationem totam conciliandi libertatem arbitrij cum diuina gratia, præscientia, & prædestinatione tradidimus sequentibus principijs, ex quibus eam deducimus, quoq; varijs in locis tradidimus, inniti indicamus, quæ si data explanataq; semper fuissent, fortè neque Pelagiana hæresis fuisset exorta, neq; Lutherani tam impudenter arbitrij nostri libertatem fuissent ausi negare, obtendentes cum diuina gratia, præscientia, et prædestinatione cohære non posse. neq; ex Augustini opinione, concertationibusq; cù Pelagianis fideles fuissent turbati, ad Pelagianos defecissent, facileq; reliqui ille Pelagianorum in Gallia, quarum in epistolis Prosperi fit mentio, fuissent extinctæ, vt patet ex ijs, in quibus homines cum Catholicis conuenisse, & ab eis dissensisse eadem epistole testantur, concertationes deinde inter catholicos facile fuisse compositorum.

Similia verba dicit p. p. q. 23. at. 4. d. 1. m. 1. s. quantū ad Augustinū attinet, scilicet quod Augustinus dum sub ea quasi caligine non attendit alium videlicet modum, vel viam conciliationis, arbitratus primo aspectu cum sua de prædestinatione opinione esse coniunctum, Deum nō velle omnes uniuersim homines saluos fieri, sed solos prædestinatos in multis sua doctrine locis, ita illum locum Pauli 1. T. 1. mot. 2. interpretatus est, vt de solis prædestinatis intelligeretur, & conatus mente S. Hieronymi exponere cum S. Thoma subdit. Imo verò esto hi duo Patres in eam sententiam inclinassent, salua eorum reverentia, quæ illis debetur, quoad illud secundū, admittenda non esset: neque enim miror opinionem illam eo pacto intellexi am à multis duram nimis indignamq; diuina clemētia indicari: maxime cum quicumque adulti eo ipso, quod ex eternitate a Deo prædestinati non fuerint, permanserint reprobati, non solum, vt à vita eterna excluderentur donisq; gratuitis spoliarentur, sed etiam, vt eternis acerbissimis cruciatibus manciparentur. hæc ille.

## Oppositiones.

A Rguitur primo, quia inter cetera, quæ Augustinus docuit in materia prædestinationis, & gratiæ fuit, quod non omnes homines Deus vult saluos fieri, vt habetur in obiectionibus Gallorum apud Prosperum ad capitula Gallorum c. 8. at hoc non congruit cum catholica doctrina, imo nec cum Apostolo Paulo dicente quod Deus vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & iterum quod Deus est Saluator omnium hominum, maxime fidelium.

Secundo, quia ipsem Augustinus multa in materia gratiæ retractauit, maximè ea, in quibus ab exordio Episcopatus sui, multò prius quam impugnatores gratiæ exurgerent, pro gratia disputauit, vt patet ex libris retractionum.

Tertio, quia idem Augustinus noluit suis scriptis tantam autoritatem adhiberi, vt non etiam liberum correctorē desideraret, vt patet in quarta

epistola ad Hieronymum, ergo non est ei credendum absoluē, quæ dicit de proposito electionis &c. maxime cum per assertionem eius lēdatur liberum arbitrium, & fatalis necessitas videatur induc &c.

Quarto. quia in epistolis Pontificum factis in commendationem Augustini, non est expressus titulus illorum librorum, qui approbantur, ut per hec appareat eos non esse probatos, & istam in S. Augustinum laudationem pro auctorantis fuisse collatam.

#### CONFUTATIO EORUNDENM ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo authoritas Summorum Pontificum. Innocentius enim Papa nephan-di erroris Pelagijs capita, apostolico mucrone per-cessit, & Pelagium ad proferendam in se, suosq; sententiam, Palæstinorum Episcoporum Synodus coarctauit, ait Prosper cōtra Collatorem, certum est autem Augustinum de hac re ad Innocen-tium scripsisse.

Amplius ex eodem Prospero. Africanorum Conciliorum decretis B. recordationis Papa Zozimus sententia sua robur adnexuit, & ad impiorū detruncationem. gladio Petri dexteras omnium armavit antifitum: certum est autem Augustini num h.s Concilij magisterio saltem interfuisse. Bonifacius quoque contra inimicos gratiæ Dei non solum Apostolicis; sed etiam Regijs utebatur edictis, & quando idem cum esset doctissimus, aduersus libros tamen Pelagianorum Beati Augu-stini Episcopi responsa poscebat. doctrinam suam hæc sat.s commendant.

Celestinus Papa ep. 8. ad Leontium, Auxonium etiam Gallarum Episcopos, contra præsbyteros quosdam, qui contra doctrinam S. Augustini in-furrexerunt, sic loquitur.

Augustinum sanctæ recordationis virum pri-vita sua atque meritis in nob̄. a communione sem-per habuimus, nec unquam hunc sinistræ suspicio-nis saltē rumor aspergit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter, magistros opti-mos etiam à meis decessoribus haberetur. Benè ergo de eo omnes in commune senserunt, ut pote qui ubique cunctis, & amori fuerit, & honori unde resflatur talibus, quos male crescere videmus, ne-fas est hæc pati religiosas animas, quorum affictione qua membra nostra sunt, nos quoq; conuenit macerari. Huius epistolæ meminit S. Prosper contra Collatorem dicens. Per hunc virum in-ter Gallias istis ipsi, qui sancta memorie Augu-stini scripta reprehendunt, maleloquentiae est adempta libertas quando consultantium actione suscepit, et librorum qui errantibus displacebant, pietate laudata, quid oportaret de eorum nouitate seniri. sancto manifestavit eloquio evidenter pro-nuncians quantum sibi præsumptionis istius no-uitas displaceceret, qua auderent quidam aduersus antiquos magistros insolenter insurgere, & indis-clipinata calunnia predicationi veritatis ob-strepere. Augustinum, inquiens, sanctæ recordatio-nis virū &c. & concludit. contra istam clarissimæ laudationis tubam, contra istam sacratissimi te-

simonij dignitatem, audet quisquam malignæ in-terpretationis murmur emittere? &c.

Cum ergo Celestinus reprehendat eos qui do-trinam Augustini temeritatis, & erroris argue-bant, & Augustinum inter optimos magistros habeat cum prædecessoribus suis, Augustini do-trinam, quam illi damnabant, probat, & cano-nizat.

Sixtus Celestino succedens, sicut viuente Au-gustino, ad quem eiusdem Augustini extant epi-stola 104& 105. Pelagium insectatus est, ita Pon-tifex effectus, eosdem est insectatus Augustini doctrinæ innexus, quod testatur Prosper contra Cell.c. 44 speras definitionem contra Semipelagianos dicens. Confidimus Domini protectione præstandum, ut quod operatus est in Innocentio Zozimo, Bonifacio, & Cælestino operetur, & in Sixto. & in custodia gregis Domini, haec sit pars gloriae huic reservata Pastori, ut sicut illi lupos abigere manifestos scilicet Pelagianos, ita hic de-pellat occulos (Semipelagianos, & sequitur ( illo auribus suis doctissimi senis ) idest Augustini ) insonante sermone, quo collaborantem suum hor-tatus est dicens: Sunt quidam iustissime damna-ti &c.

Leo Magnus Sixto successit, eius industria magna fuit, ut dicit Prosper in dimid. temp. c. 6. conterere Pelagianos maximè Julianum. Eius quoque epistola ad Nicetam directa est, de non recipiendis Pelagianis, sine expressa retractatione errorum illius sectæ, & expressa professione decretorum Synodalium, quæ ad excisionem il-lius hæresis Apostolica. Sed s confirmarat au-thoritas. Multe autem Synodi fuerunt celebra-tæ, vbi intersuit Augustinus; quas hic expresse probat Leo Magnus. Eiusdem autoritate capitula transmissa sunt ad Concilium Arausicanum se-cundum, sic fatentibus Patribus illius Concilij. Vnde & nobis secundum autoritatem, & admo-nitionem Sedis Apostolice, iustum, & rationabile visum est, ut pauca capitula ab Apostolica Sede nobis transmissa, quæ ab antiquis Patribus de-ceteris scripturarum voluminibus, in hac præci-pue causa, collata sunt ad docendos eos, qui aliter, quam oportet sentiunt, ab omnibus obseruan-dos, & manibus nostris subscribere debe-remus, quod & effecerunt sunt autem illi canones succus, & compendium doctrinæ Augustini, & elaboratos a Prospero insigni discipulo Augusti-ni non est dubium.

Hilarius, & Simplicius, qui Leoni successerunt, nihil contra Pelagianos scripserunt: fortè, quod simulata Pelagianorum reliquia publice com-pressæ clanculo serpebant, nec Augustinum pub-licè infamare audiebant.

Felix succedens Simplicio, dum Fausti repro-bat scripta, & Cesarij Arelensis librum ad Fæ-liciem scriptum de gratia, teste Gennadio de vir-ilustr. c. 86. probat, virtualis fuit librorum Fau-sti, & totius Semipelagianismi reprobatio, & li-brorum Augustini manifesta probatio.

Post hos Pontifices Gelasius Papa ep. 3. ad Hon-orium contra reuuiscentem hæresim Pelagianorum, sic inter cœtera inuechitur. Nunquid li-cet nobis à Reuerēdis Patribus damnata dissolu-re?

re? & ab illis excisa nephario dogmate retrahere? & postea si qua antiquitus a nostris maioribus cognita, discussa, refutata sunt, instauranda nitamur, nonne ipse nos (quod absit, & quod nunquam catholica patientur Ecclesia), aduersarijs veritatis uniuersis contra nos insurgendi propinquum exemplum? &c. & postea, an forte nescitis hanc haeresim, de qua loquimur, & ab Apostolica dudum sede per B. memorie Innocentium, ac deinde Zozimum, Bonifacium, Cælestium, Sixtum, Leonem continuis, & incessabilibus sententijs fuisse profratans? & postea. O si studerent aduersus eos maiorum nostrorum libros, responsaq; cognoscere, illis modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod ab istis fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum. Sicque de cunctis eorum nequitis refutandis, fideles quoque viderentur instructi, ut nihil amplius quereretur; sed si forsitan ineruditos animos quedam de eorum sensibus proposita commouerunt, ita venerabilium Patrum doctrinis, & omnis eorum publicatur insanias, & quibus remedij curetur, ostenditur: per maiores proculdubio, & Patres, Augustinum præcipue intellectus. Vnde in epistola quinta ad Episcopos in Piceno constitutis, iterum in Pelagianam haeresim inuehit, & ibidem Augustini, & Hieronymi doctrinam commendans, contra quedam, qui eam lacerauerat, sic loquitur [ad hoc manus scelus accrescit, & sub conspectu, & praesentia Sacerdotum B. memorie Hieronymum, atq; Augustinum Ecclesiasticorum lumina magistrorum, musta moritura sicut scriptum est, exterminans oleum suavitatis lacerare commemorat, & ita Gelasius honorificam mentionem facit de libris Hieronymi, Augustini, & Prosperi, rejectis libris Cassiani, Fausti, Ruffini, & coeterorum, qui ad Pelagianismum inclinarunt.

Hormida Papa eosdem Fausti libros doctrinæ Augustini repugnantes condemnans ait. H[oc] vero quos uos de Fausti cuiusdam Galli antistitis dicitis consuluisse litteris indicastis, id sebi responsum habeant, neq; illum, neque quemquam, quos in autoritate Patrum non recipit examen catholicæ fidei, aut Ecclesiæ discipline, ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præiudicium comparare: fixa sunt a Patribus, que fideles sectari debeant instituta, sive interpretatio sive prædicatio, seu verbum populi edificatione compositum: si cum fide recta, & doctrina sacra concordat, admittitur, si discordat, aboletur. & postea descendens in particulari ad S. Augustinum dicit: de libero autem arbitrio, & gratia Dei, quod Romana, hoc est catholicæ sequitur, & assuerat Ecclesia, licet in varijs libris D. Augustini, & maxime ad Hilariu, & Prosperum possit cognosci, tam in scrinijs Ecclesiasticis expressa capitula continentur &c.

Iohannes iv. repululante haeresi Pelagiana in Scotia apud Bedam 2. hist. Angliae c. 19. præcepit, vt quæ, ait, per istos ducentos annos abolia est, perpetuo anathemate sepeliatur: & necessitatem gratia ibidem inculcat, vnde virtualiter Augustini sententia iam pridem probatam approbat. Sic Leo. IX. epistola ad Petrum Antioch. gratia Dei ait præuenire, & subsequi hominem, credo &c. hæc autem semper fuit Augustini, & Ecclesiæ confessio.

Secundo principaliter ex Concilijs. In Diabolitana Synodo (cuius acta memorat Augustinus 1. de gratia Christi c. 3. de peccato orig. c. 8. q. 12. 14. ep. 105. 106. 107.) quicquid decretum est contra Pelagium Augustinus defendit, & propagnat, vnde eius Concilij cum doctrina Augustini, mira consonantia.

In Primo Concilio Carthag. quod ante Diabolitanum congregatum creditur a quibusdam, dogma Cœlestij damnatum est, ut habetur ex Augustino ep. 90. ad Innoc.

In 2. Concilio Carthag. actum est de persona Cœlestij. ex eadem ep. c. 7. & contra illum duo dogmata in materia gratiae stabilita.

In 3. quod fuit Mileuitanum Augustinus interfuit. ex epistola 42. inter epistolæ, Augustini anno 416.

Aliud etiam fuit Prouincię Numidię, vbi Augustinus cum alijs tribus Episcopis eiusdem Provincię adfuit, de quo habetur mentio ep. 95. Augustini ad Innocentium.

Quarta Synodus, que & Carthaginensis generalior, vbi ex Prospero 8. resp. ad obiecta Gallicorum, ducenti quatuordecim Sacerdotes interfuerunt, quorum constitutiones contra inimicos gratiae Christi, totus mundus amplexus est. de eodem Cœilio meminit Prosp. i. cōtra Collat. c. 10. q. congregatum fuit tempore Zozimi sub Bonifacio. Alterum generale Africanum coactum est, de quo Augustinus meminit ep. 47. vbi interfuerunt ex Prospero 200. proceres, lib. de ingratis.

In v. Synodo Generali dicitur. Super hoc autem sequimur in omnibus, SS. Patres, & Doctores Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium, Theol. & Greg. Nissenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantiopolitanum, Cyrillum, Leonem. Proelium, & suscipimus omnia, que de recta fide, & condemnatione haeticorum exposuerunt: suscipimus autem, & alios Santos, et orthodoxos Patres, qui in sancta Dei Ecclesia irreprehensibiliter, usque ad finem sue vite prædicarunt.

In Concilio Romano sub Martino Papa secret. 3. eadem repetuntur. Super hæc autem in omnibus sequimur Sanctos Patres, doctoresq; Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, & Gregorum Nissenem, Ambrosium, Augustinum, Theophilum &c. & suscipimus omnia, que ab eis pro recta fide, & condemnatione haeticorum exposita sunt, & ibidem testimonia S. Augustini recensentur hom. 22. in Ioannem, & in 93. psal. & postea in fine post adducta testimonia, dicitur: qui easdem Sanctas Synodos, & Venerabiles Patres minime suscipit, condemnatus est] vide Augustinum inter doctores Ecclesiæ, quos sequitur Ecclesia, annumeratum, & condemnatos esse eos qui Patres non recipiunt.

In Concilio Toletano 8. can. 2. vir quoq; Santissimus Augustinus vestigationis acumine cautus, inueniendi arte præcipuus, afferendi copia profusa, eloquentiae flore venustus sapientiae fructu fæcundus, hæc in suis narrat affatibus: duo sunt mendaciorum genera, &c.

In his ergo Carthaginensis quicquid contra  
M. 2. Rela-

## 136 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

Pelagium, & Celestium definitum est Augustini doctrina confirmatur, & robatur, vbi vel corporaliter præsedit, vel præfuit magisterio, & doctrina. unde Prosper ibidem subdit. *An alii in finem posset producere Sanctum Concilium, cui Dux Aurelius, ingeniumq; Augustinus era?* &c.

In Concilio Vatentino sub Benedicto 3. & Lothario Imperatore in materia multarum quæstionum, & nouitatum, quæ insurrexerant aduersus prædestinationis doctrinam, sic dicunt Patres c. 1. *indubitanter doctoribus pie, & recte tractantibus verbum veritatis, ipsijsq; sacra scriptura lucidissimis expositioribus i. Cypriano, Hilario, Ambroso, Hieronymo, Augustino, ceterisq; in catholica veritate quiescentibus, reverenter auditum, & obtemperantem intellectum submittimus, & pro viribus, quæ ad salutem nostram scripserunt, amplectimur, nam de præscientia Dei, & de prædestinatione, & de questionibus alijs, in quibus fratribus animi non parum scandalizati, illud tantum firmissime tenendum credimus, quod ex maternis Ecclesiæ visceribus nos habuisse gaudemus.* Et c. 6. *constantissime, & fide plena fatemur, quod sanctorum Patrum autoritate sacrarum scripturarum nobis tenendum reliquerunt, quod Africana, quod Arausicana Synodus professa est, quod BB. Pontifices Apostolica Sedis, Catholica fide tenuerunt.*

In Cœcilio Florentino sess. 7. Andreas Rhodius partes agens Ecclesie sic dicit. *Beatus Augustinus præclarissimus doctor Latinorum, quem sancta Synodus recepit, qui & præstantissimus appellatur.*

In Concilio Senosensi. c. 1. mandatur scripturā exponi debere, auctoritate Sanctorum Patrum, præcipue Cypriani, Chrysostomi, Ambrosij, Hieronymi, Augustini. In decreto xv. doctrinam Augustini approbat, & priscam calumniam à Massiliensibus Augustino illatam, spongia quadam abstergit dicens. *Neque enim liberum arbitrium afferentes, diuinam excludimus proptere a gratiâ, quod illi falso toties imponere non verentur (No uatores) atq; hos fumo credulorum oculos perfringere.* Sed iuxta sacram scripturam extendimus, ut voluntas humana misericordiae præuenientis auxilio, & interiori quodam, duas gratias distinctas enumerans, & occulto secretioris inspirationis afflata, contacta se se convertat in Deum &c. quæ doctrina, quæ est Augustini, Augustinum à calumnijs vindicauit. & in præfatione præmisserat, quod accedentem ad Deum oportet primum diuinæ gratiæ munere adiutum credere, deinde bonis operibus intendere, in quibus efficiendis, & liberum arbitrium operatur, & gratia primo tamen, & principalius gratia. Quapropter, qui hominem bene operari, & salutem consequi arbitratur absque gratia, aut primatum boni operis libero adscribit arbitrio non gratiæ, Pelagianus censendus est: duplicem ergo errorem Pelagianorum damnat: vnum quod sine gratia credere, & operari possimus: & alterum, quod primas darent libero arbitrio, non gratiæ. Magna autem est huius Concilij auctoritas, cum ante 80. annos fuerit celebratum. Et in Trid. post 20. annos ab eius celebratione talis doctrina in sessione de iustific. probata videtur, dum arbitrium inspiratum à Deo,

& motum definitur. ita c. 5. sess. 6. de iustificatione.

In Concilio vero Moguntino c. 4. 5. 6. 7. de libero arbitrio, & iustificatione tractatum est, ad mētem S. Augustini, si cum eiusdem Augustini operibus conferatur, & cap. 8. docetur: *opera bona à gratia promanare secundum eam dignitatem*, quam de Spiritu Sancto veluti boni operis moore, & operatore sumunt: sic enim extenuandæ vires humanæ, ut non simu!, & gratia Dei vilis reputetur: *sic in bono opere faciendo deprimenda est facultas hominis, ut interim cogitemus Spiritus Sancti, et in nobis (nō dicitur à nobis) motū efficacē, & apud Deum acceptum ac preciosum esse.* I. eadem Synodus Moguntina, quæ celebrata est post sess. 6. Concil. Trid. 1549. maxime probata est, quando illam doctrinam Trid. est emulata, & in summam redigit.

In Concilio Trid. sess. 7. doctrina S. Augustini in tota materia iustificationis approbat, & mira est Concilij Tridentini cum Augustini doctrina concordia lege Augustinianam confessionem Torrensis in hac materia, & vera me dicere comprobabis.

Tertio ex PP. Hieronymus epistola ad Augustinum, quæ in 2. tom. operum eiusdem Augustini est 25. sic dicit. *Domino sancto, ac Beatisimo Papæ Augustino. Hieronymus. Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus sum, & habitantem in te dilexi dominum Saluatorem, sed nunc si fieri potest cumulo aliquid addimus, & plena complemus, ut absq; tui nominis mentione, ne unam quidem horam praeterrire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei præstissimi, maluisti, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis, quam cum pereuntibus comorari, scit quid dicam prudentia tua. macte virtute in orbe celebraris. Catholici te conditorem antiquæ rursum fidei venerantur, atq; suscipiunt, & quod signum maioris gloriæ est, omnes heretici detestantur, & me pari persequuntur odio, ut quos gladijs nequeunt, voto interficiant, in columem, & mei memorem te Christi Domini clementia tueatur. Domine venerande, ac beatissime Papa.*

SEVERVS SVLPITIVS ex epistola Seueri ad Augustinum, quæ est in 2. tom. operum Augustini, ep. 37. ò vera artificiosa apis Dei construens fauos diuini nectaris plenos, manantes misericordiam & veritatem, per quos discurrens deliciatur anima mea, & vitali pastu, quicquid in se minus inuenit, aut imbecillum, sentit resarcire, & suffulcre molitur.

PAVLINVS Episcopus Nolanus. Ex epistola eiusdem Paulini ad Augustinum, quæ habetur in secundo tomo operum S. Augustini epist. 31. sic dicit de Augustino. *O vere sal terra, quo præcordia nostra ne possint sæculi vanescere errore, conduntur. ò lucerna dignè supra candelabrum Ecclesie posita, qua latè catholicis urbibus, de septiformi ligno pastum oleo letitiæ lumen effundens, densas licet hereticorum caligines discutis, & lucem veritatis à confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas. &c. os enim tuum fistula aquæ viue, & venam fontis æterni merito dixerim, quia fons vite aquæ salientis in vitam.*

*jam aeternam Christus effectus est, cuius desiderio  
situit in te anima mea, & libertate tui fluminis  
inebriari terra mea concupinuit.*

S. Prosper de lib. arbit. ad Ruffinum loquens de Pelagiana heresi, haec dicit in laudem Augustini. *B. quoque Augustinus percipua utiq; in hoc tempore portio Domini sacerdotum, copiosa, & pulchra in multis voluminibus disputationibus destruxit, ut pote inter multa Dei dona, quibus illum abundantissime Spiritus veritatis impleuit, habens etiam hanc scientiae, & sapientiae ex Dei charitate virtutem, ut non solum istam adhuc in suis detrunctionibus palpitantem, sed etiam multas prius hereses inuicto verbi gladio debellaret. Cui inter tot certaminibus palmas, inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem Ecclesie, & ad gloriam Christi, qua ipse illustratus est perfugenti, quidam nostrorum (quod de ipsis multum dolendum est) occulit, sed non incognitis susurratioribus obloquuntur, & prout sibi noxias aliquorum aures, opportunaq; repererint scripta eius quibus error Pelagianus impugnatur, infamant, dicentes eum liberum arbitrium submouere, et sub gratiae nomine necessariatem praedicare fatalem & in fine. Tu autem dilectissime, & venerandissime mihi frater, si vere his questionibus instrui desideras, sicut desiderare te conuenit, ipsius B. Augustini disputationibus cognoscendis, curam impende, ut in confienda Dei gratia defecatissem, & saluberrimam Euangelicæ, apostolicae, doctrinae intelligentiam consequaris.*

Idem cōtra Collatore c. primo sic dicit. *gratiā Dei qua Christiani sumus quidam dicere audent & s. mem. Augustino nō recte esse defensam, librosq; eius contra errorem Pelagianum conditos, immoderatis calumnijs imperiere non quiescunt, quorū intus instrepens domestica malignitas, non minus spēnenda esset, quam foris latras heretica loquacitas, nisi electis extra orile dominicum lupis, sub nomine ouium suffragarentur, effentq; huiusmodi, ut nec ordo eorum in Ecclesia, nec ingenia despicienda vedeantur & infra dolet quod illa morsibus doctrina lanetur, quæ nimurum hereticorum commenta disiecit, & diabolicum tumorem Pelagiane elationis elicit, & postea. viginti amplius annis contra inimicos gratia Dei catholica acies huius viri dictio pugnat, & vincit, vincit dico, quia non patitur respirare quos vicit, & in quorum excidium unam cunctorum sacerdotum manu sententiam scripsit &c. deinde docens lib. de ingratis, quod inter ceteros, qui in Africanis Concilij fuerat, ait.*

*Augustinus erat, de quo subdit elegia, quem Christi gratia cornu*

*Vberiore rigans nostro lumen dedit aeo,  
Auersum vero de lumine: nam cibis illi,  
Et vita & requies Deus est, omnisq; volup-  
tas &c.*

*Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto  
Insanas pepulere feras industria maior,  
Maius opus, totum præstatius imbuit orbē.  
Nam quocumq; gradum conuertit callidus  
hostis*

*Quaq; per ambages anceps iter egit opertas.  
Huius ab occurso præuentus &c.*

*Et lib. 3. de vita contemplativa c. 3. S. Augustinus Episcopus, acer ingenio, suavis eloquio secularis litteraturæ peritus, in Ecclesiastis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione compositus, in expositione sua fidei nostræ catholicus, in questionibus absolvendis acutus, in reuincendis hereticis circumspetus, & in explicandis scripturis canonicas cautus.*

*S. Fulgentius lib. 2. ad Monimum, Augustinū beatissimum non semel appellat, eius doctrinam explicat, & tandem quanti faciat eiusdem doctrinam dicit in fine. Haec interim pauca de libris S. Augustini, & de responsionibus Prosperti, ob hoc maluimus huic libello inserere, ut cuncti nouerint, quid debeat de predestinatione sanctorum, impiorumq; sentire, simulq; ut appareat eiusdem Beati Augustini dictis, tenorem nostræ sententiae conuenire.*

*Et in toto lib. I. c. 8. q. 11. 14. & lib. de incarnatione, & gratia, Augustini sententiam contra eosdem Pelagianos inculcat, & in cap. primo illius libri de doctrina Petri, & aliorum, quam ad ipsū scripserunt sic dicitur. *Litteras nobis, quas missis, habuimus, quibus recensitis, vestrā simul alacres, & fidem cognovimus, & salutem etc. & in epilogo operum de sententia Augustini, quam Petrus scripto suo fatebatur, & ipse Fulgentius sequutus fuerat, dicitur. Cuius predestinationis veritatem, quæ nos ante mundi constitutionem predestinatos in Christo testatur Apostolus, sic detrectat cordis credulitatem recipere, vel oris confessione proferre, si ante ultimum diem vitæ presentis impietatis sus contumaciam, quæ Deo viuo, & vero rebellis obfissit, non abiecerit, manifestum est eum non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Christo ante mundi constitutionem gratis elegit, & predestinavit ad regnum. Idem Petrus de Incarnatione, & gratia c. 8. omnium sanctorum, Patrum imbuti doctrinis, anathematizamus Pelagium, & Celestium, simulq; Julianum, & Anensem, & qui illis similia sapiunt, præcipue libros Fausti Gallicarum Episcopi, qui de Monasterio Lerinensi profectus est; quos contra predestinationis sententiam scriptos esse, non dubium est: certum est autem libros Fausti contra Augustini sententiam militare, ac proinde propterea ab Ecclesia eliminatos.**

*Hilarius Episcopus Arelatensis in Epistola ad Aratum Diaconum; Doctor excellentissimus Augustinus, defensor fidei nostræ, in diuina meditatione semper assiduus, metu mortis intrepidus destruxit sacrilegos, atq; superauit hereticos.*

*Possidonus Episcopus Calamensis in vita D. Augustini c. 7. quæ habetur tom. I. Tanta autem ab eodem dictata, & edita sunt, tantaq; in Ecclesia disputata, excepta, atq; emendata, vel aduersus diuersos hereticos conscripta, vel ex canonicis libris exposita ad edificationem sanctorum Eccl. filiorum, ut ea vix quisquam studiosorum nosse, & perlegere sufficiat.*

*S. Gregorius Magnus lib. 8. Epistolarum epist. 37. se delito suo cupitis paulo saginari. B. Augustini opuscula legit, & ad comparationem suiginis illius, nostrum fursum non queratis.*

# 138 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

Beda lib. de sex etatibus mundi. B. Augustinus Hippomensis Episcopus, et omnium doctor eximius Ecclesiarum, ne ciuitatis sua ruinam videret, tertio obſcriptionis sua mense migrauit ad Dominum quinto Kalend. Septembbris, cum uixisset annis 76. in clericatu autem, vel Episcopatu annos ferme quadragesinta compleſset.

Cassiodorus senator prologo super psalterium: est enim litterarum omnium egregius magister, eo quod in uertate cautissimus disputator, decurrit quippe tanquam fons purissimus nulla fœc pollutus: sed in integritate fidei perseverans, nescit haereticis locum dare: unde se possit aliqua collatione defendere. Totus catholicus, totus orthodoxus inuenitur, & in Ecclesia Domini suauissimo nitore resplendens superni luminis claritate radiat.

Claudianus Mamertus de statu animæ lib. 3. Aurelius, Augustinus, & acumine ingenij, & rerū multitudine, & operis mole, veluti quidam Chrysippus augmentandi virtute, aut Zeno, sensuum subtilitate, aut Varro, in voluminum magnitudine, & qui profecto talis naturæ attentione disciplinis extiterit, ut non immerito ab iis corporalibus nostris Epicureis, aut Cynicis specialiter Sophista dissenserit, lib. ad Hieronymum de origine animæ sic pronunciat &c.

Rupertus Abbas lib. 7. de operibus Spiritus Sancti c. 13. In Augustino Spiritus manifestè operatus est, quod se dignum fecit ad laudē suam, ad Ecl. sive defensionem, catholicæ fidei perpetuāq; munitionem. Iste est Augustinus columna, & firmamentum veritatis, et verè columna nobis, in qua thronum suum posuit sapientia Dei.

Sanctus Bernardus homil. 80. in cantic de Augustino dicit quod est haereticorum malleus, & in epistola 77. ad Hugonem confutans errorem cui usdum dicentis adultum cupientem baptismum, non baptizari baptismō flaminis, non habendo copiam baptismatis in aqua, ait sed miror admodum si nouus iste nouarum inuentor assertiorum, & assertor inuentionum, inuenire in hoc rationem, quæ sanctis Patribus latuerit, Ambrosiū, & Augustinum sine auctoritate corundem auctoritate potiorem, & post citata testimonia Ambrosij, & Augustini subdit: Ab his ergo duabus columnis, Augustinum loquor, & Ambrosium, crede mihi difficile auellor: cum his aut errare, aut sapere facio, credens ipsa sola fide (puta formata) hominem posse saluari, cum desiderio percipiendi Sacramentum.

S. Anselmus in præfatione ad Monologium, quam fuerit doctrinæ S. Augustini addictus, ostendit: de scriptura enim quadam sua loquens ait, eam ego s̄epe tractans, nihil potui inuenire me in ea dixisse, quod non catholicorum Patrum, & maxime B. Augustini scriptis cohæreat] quod patet legenti opera, præsertim de concordia præscientiæ, & prædestinationis Dei, ubi sensus, & verba ipsissima Augustini inspiciuntur.

Quarto ex rationibus, prima & desumitur ex Prospero ad Russinum si vera sunt quæ contra Augustinum oblatrant, cur ipsi tam negligentes, & dicam tam impij sunt, ut iam abruptam perpiciem non repellant? tam in janis prædicationi-

bus non resistant, nec saltē aliquibus scriptis eum, à quo talis emanat doctrina conuenient? Magna enim gloria sua humano generi consuluerint. Si Augustinum ab errore reuocauerint.

Secundo ex eodem, quia doctrina Augustini vniuersaliter recepta est, etiam fatentibus aduersariis [ Imo nouerunt non solum Romanam, Africanaq; Ecclesiam, & per omnes mundi partes vniuersas promissionis filios, cum doctrina huius viri sicut in tota fide, ita in gratiæ confessiona congruere, sed etiam in his locis, in quibus aduersus eum querimonia, concitatur, esse propitiō Deo plurimos qui ad perceptionem Euangelicæ, apostoliceq; doctrinæ, saluberrimis eius disputationibus imbuuntur, & quotidie in membris corporis Christi, in quantum ea ipse multiplicat, dilatantur.

Tertio. quia magis credendum est tot Proceribus Ecclesiæ, quam posterioribus Neotericis nouarum inuentoribus assertionum, & assertoribus inuentionum, qui Sanctum Augustinum impetrare non sunt veriti, aliter dicere oporteret, vt in simili Prosper Collatorem redarguit, quod errant Innocentius, Zozimus, Bonifacius, errant Orientales Episcopi, errant Africana Concilia, errant B. Petri sedes, damnans eos, qui contra Dei adiutorium humanam extulerunt libertatem: cum ergo inuictarum constitutionum regulis, tanquam Hierocontini muri ad sacerdotaliū tubarum concentum, corruerint, Semipelagianorum dogmata, non sunt iterum readificanda.

Quarto in eo quod Semipelagiani contra Augustinum obmurmurarent, in eo à verò aberrarunt, ergo valde cauendum, ne dum simus contra Augustinum consortes obloquutionis, simus consortes damnationis.

Antecedens probatur: nam in eo proscindebant Augustinum, quod prædestinationem secundum propositum diuinæ voluntatis construeret. Etiam quod ex gratiæ efficacitate liberum impediretur arbitrium. Nam ubi Augustinus dicebat diuinam electionem, esse secundum propositum, illi vt dicit Prosper. epist. ad Augustinum [ quibusdam commentitijs meritis electionem Dei subiiciunt, ut quia præterita que non extant, futura, que non sunt futura configant, nouoq; apud illos absurditatis genere, & non agenda prædicta sint, & prædicta non acta sint ] & rerum dicebat Faustus, nisi præscientia explorauerit, prædestinatione nihil decernit: cum tamen, diuina [ præscientia ordine quodā sit subnixa proposito, & sicut nihil sit quorumcumque negotiorum, quod non scientia diuina præuenit, ita nihil sit boni, quod in nostram participationem, non Deo auctore profluxerit ] quod pertinet ad diuinæ voluntatis propositum, quod præscientia subsequatur, non præcedat. Similiter ubi Augustinus præuenientem, præoperantem gratiam prædicabat, illi dicebant ex eadem epist. Prosperi ad Augustinum: ideo quis adiuuatur, quia voluit: non ideo, quia adiuuatur, ut velit, & dicebant per gratiam impediri liberum arbitrium: vnde posulat Prosper, vt Augustinus soluat [ quomodo per istam præoperantem, & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium ] quod prædictit Augustinus eidem respondendo, & Hilario,

rio, in libro de prædestin. sanctorum.

Consequentia patet à simili, nam Semipelagianos murmurantes contra Augustinum hoc modo Prosper exsufflat, quia Pelagianos contra eundem Augustinum murmurantes sunt imitati, vnde sic dicit Prosper contra Collatorem [ en cuius dogmatis sunt magistri, semipelagiani, qui ut catholitarum mentium castitatem gratiae defensoribus calumniando corrumpant, præcipuum nostro tempore in doctrina Ecclesiastica virum rabido ore discerpunt, creduntq; se omnia authoritatum munimina posse conuellere, si hanc pastoralis speculae validissimam turrin (Augustinum designans) crebra Pelagiani arietis illissoe pulsauerint. Firmum quidem fundamentum Dei stat: sed congruenter isti non desunt partibus suis, dignum quippe est, ut quorum sequuntur sententiam, imitantur insaniam. Nec alia possunt dicere quam, quæ damnantur, querelis, & procacissimis Juliani sunt vulgata conuicijs. Paria sunt unius seminis germina, & quod latebat in radicibus manifestatur in fructibus &c. ergo à murmuratione contra Augustinum, abstinentiam est viris maximè catholicis in prædestinationis materia: nam murmuratio, quod absit, si fuit usus, ex Pelagianis seminis redundantia.

Quinto. in eo maxime Semipelagianos berrasse scribitur ab Hil. ad Augustinum, quod fatigatis omnibus nobis ad id prosecutio eorum, vel potius querela conuertitur, co. sentientibus etiam his qui hanc definitionem improbare non audent, ut dicat. Quid opus fuit huiusmodi disputationis in certo tot mensu intelligentium corda turbari neq; enim minus utiliter sine hac definitione, tot annis a tot trætatoribus, tot præcedentibus libris, & tuis, & aliorum cum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, catholicam fidem fuisse defensam ] ergo ne cum Semipelagianis conueniamus, vro catholicò cauendum ne dicatis ex sententia Augustini turbatos fideles; nam videmus quod doctrina, que habita est, vt tu batua, ab Ecclesia recepta est, apparetur verò quietatua contra Augustinum introducta explosa. Et si prædicatur nunc turbatio fidelium ( sicut Semipelagianorum tempore prædicatum est ) timendum ne habendo consortium similis positionis, habeatur cum eisdem, consortium refectionis.

Sexto. quia quicquid sit de qq; nuperis excitatibus, de quibus non disputamus decreta Apostolica seruantes, nullo modo ( vt Summorum Pontificum decreta defendamus contra obiectatores Augustini ) ferendum est, vt idem Sanctus, tam acriter proscindatur, vnde sic arguimus in defensionem Aug. doctrinæ, & Rom. Pontificum. Si noua conciliatio post Augustinum introducta, Augustino (& per consequens veteri Ecclesie) incognita est, vt dicunt, satis suisset ad turbationem sedandam, ad hæreses vero ne nascerentur posteriores, præcauendum, si suisset cognita: sequeretur, quod quandiu mundo hæc doctrina non eluxit, Augustinus, vel Innocentius, Zozimus, & tot Concilia temporibus suis infirme hæreticos debellassent. Ergo per mille, & amplius annos Ecclesia de Pelagiis hucusq; triumphum non reportauit in tot definitionibus, imo quia dicunt

quidam, nec Pelagiani, nec Lutherani essent exorti, positio Augustini, illa prænitione destituta, errandi hæreticis materiam subministravit: hoc est virtualitatem dicere, & breui compendio, quod Augustinus, & tot Patres errarunt: quam consequentiam si admittas, sic eam à Tertulliano repetitio exuflatam: ergo tandem regnat error, quandiu hæretici non erant, hoc est Pelagius, Semipelagiani non apparebant. Aliquos Marcionitas, & Valentianos (Semipelagianos) liberanda veritas expectabat. Interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot milia milliarum perperam tincta, tot opera fidei perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot sacerdotia, tot ministeria perperam functa, tot denique martyria corona, & postea ante Christiani, quam Christus inuentus: ante hæreses, quam vera doctrina.

Confirmatur amplius ( vt subneccebat idem Tertullianus, ante Christiani, quam Christus ) ante non certa doctrina prædestinationis prædicata in Ecclesia, quam noua contra Augustinum conciliatio adiuxta, ante suissent hæretici debellati Pelagiani, & Semipelagiani, quam arma habemusquisibus profigarentur, & tamen, vt scribit Prosper contra Collat. tunc etiam Semipelagianorum machina fractæ sunt quando B. memorie Innocentius nefandi erroris capita apostolico mucrone percusit: quando Pelagium ad preferendum in se suosq; sententiam Pahesinorum Episcoporum Synodus coartauit, quando Africanorum Conciliorum decretis B. recordationis P.P. Zozimus sententie suæ robur adnexit, & ad impiorum truncationem gladio Petri dexteræ omnium armavit antistitit: quando S. mem. Papa Bonifacius p̄fissorum Imperatorum catholicæ deuotione gaudebat, & contra inimicos gratia Dei non solum apostolicis, sed etiam Regijs uterbatnr editis, & quando idem, cum esset doctissimus, aduersus libros tamen Pelagianorum B. Augustini Episcopi responsa poscebat [ & Cœlestinus [ quasi non discussè negotio Pelagium, audientiam postulantem totius Italie finibus insit extrudi, adeo ut præcessorum suorum statuta, & decreta Synodalia inuiolabiliter seruanda censem̄bat, vt quod semel meruerat abscondi, nequaquam admitteret retractari ] At idem perbelle docet Tertullianus, quod in omnibus veritas imaginem antecepit, postmodum similitudo succedit: satis inquam dicit idem, vt prior in doctrina hæresis habeatur, quando & ipsas hæreses futuras prænunciavit. Ita in nostro proposito, si incognita ista nupera conciliatio vera fuit, incerta autem antiqua conciliatio ( vt iactant ) S. Augustini; iam prior fuit umbra veritate, prius dubia doctrina, quam certa: absit autem hoc dicere, quando vera doctrina antiqua futuras nouitates Augustini doctrinam impetraturas iam pridem confutauit.

Septimo. Si Augustino, & veteribus Patribus non affulit, quantum par est, tam altum secretū prædestinationis, & gratiæ, prædicare oportet, & dicere priori etati ante Augustinum fuisse ignorantem, & per consequens nec id scitum in etate Apostolica, imo nec ab ipso Apostolo; nec n. nisi Apostolicam doctrinam Augustinus prædicauit

in materia eadem, quam tantopere Concilia commendarunt. Insuper deducitur. Ergo aliquod dogma non descendens ab Apostolis, vel Apostolicis, iisdemq; incognitum per decurrentes etates, nuper mundo eluxit, quod Apostolica dogmata regulare debeat: At firma stat Tertulliani regula illud verum quod prius illud falsum, quod posteriorius immisum. Potius ergo dimittatur posteriorius, & quod nuperum est, & contra Augustinum esse profitentur, magisq; Augustino demus, quam ijs qui Augustinum, ut Magistrum nolunt agnoscere, quos idem veteres Patres, tamque à vetustate descendentes nec agnoscent, vnde etiā cecinit Propheta Moyses, noui, recentesq; venerunt, quos non coluerunt Patres eorum. Deuteronomij c.32.

Ostendo, non solum Augustini tempore, sed etiam Apostoli Pauli temporibus, turbati sunt fideles ad prædicationem firmi propositi Dei; vnde coactus est multas obiectiones, quas poterat obijce: e humana infirmitas, dissoluere. ò homo tu es qui respondeas Deo &c. & tamen non propter hoc quis audax erit Apostolicam doctrinā reiisse, ex prædicatione diuini propositi in electione prædestinatorum. Ergo non propterea, quod turbati sint ex prædicatione Augustini (quæ ipsissima est Apostoli prædicatio) debet Augustini doctrina repudiari, vnde Augustinus ep. 106. consimilem turbationem suis temporibus ortam sepelire satagens, per easdem semitas Apostoli incedens, nonnisi ad diuinum propositum, & voluntatem confugit dicens. Adhuc tamen audax mouetur, infirmitas eorum scilicet, qui secundum coniecturas cordis humani, inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantur. Hanc questionem sebi exaduerso opponens Apostolus ait, dicens itaq; mibi quid adhuc queritur: nam voluntati eius quis ressedit? Nobis hoc dictum putemus. Quid ergo aliud, quam quod respondit Apostolus, respondere debemus? aut si & nos talia mouent, quia & nos homines sumus, simul oportet omnes audiamus dicentem: ò homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figuratum ei qui se fixit, quare me fecisti sic, an non habet potestatem figurulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Hæc massa si ita esset media, ut quemadmodum nihil boni, ita nec malū aliquid meretur: non frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vas in contumeliam. Cum vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem uniuersa defluxerit, proculdubio quod ex ea sunt vas in honorem, non ipius iustitia, quæ gratiam nulla præcessit, sed Dei misericordia: quod vero in contumeliam non iniquitati Dei, quæ absit vt sit apud Deum, sed iudicio deputandum est.

Præterea, si Paulo Apostolo in mentem venisset noua conciliatio cōtradicitorū Aug. ex illa debebat rationes conquerentium soluere: at non cū illa soluit, sed recurrendo ad propositum diuinae voluntatis, hostes fidei euincens, ergo non est vetus Ecclesia de ignorantia taxanda, nec Augustinus Pauli sententiam prædicans submordendus ergo &c. discursus sumitur ex Augustini ep. 105. mirum autem cum his coarctantur angustijs

in quanta se abrupta præcipitent, metuentes retia veritatis, ideo inquiunt, nondum natorū aliū oderat, alium diligebat, quia eorum futura opera præuidebat. Quis istum acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut aduersariis obiecta quæstione, non id potius, tam breve, tam apertum, tamen sicut isti putant, verum absolutumq; respondit: cum enim rem stupendam proposuisset, quomodo de nondum natis, nec aliquid agentibus, boni, aut mali, rectè dici potuerit, quod unum Deus dilexit, alium odio habuerit, ipse sibi obiecta quæstione motum exprimens auditoris, quid ergo dicemus? inquit? nunquid iniquitas est apud Deum? absit, hic ergo erat locus, vi diceret, quod isti sentiunt, futura enim Deus opera præuidebat, quando minori maiorem seruiturum esse dicebat: non autem hoc Apostolus dicit, sed potius ne quisquam de suorū operum ardeat meritis gloriari, ad Dei gratiam, & gloriari commendandam, voluit valere, quod dixit: cum enim dixisset, absit vt sit iniquitas apud Deum, tanquam ei diceremus. Vnde hoc ostendis, cum asseras non ex operibus: sed ex vocante dictu esse: maior seruiet minori. Moyses enim dicit, inquit, miserebor cui misertus fuero, & misericordiā præstabo cui misericors fuero, igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Vbi nunc me ita, vbi opera, vel præterita, vel futura tanquam liberi arbitrii, viribus adimpta, vel adimplenda? non né apertam protulit Apostolus de gratuitæ gratiæ, hoc est vere gratiæ commendatione sententiam? & postea [quid persuadere moliebatur, quid inculcare cupiebat? nempe hoc quod ipsorum oppugnat amentia, quod superbia non capiunt, quod sapere nolunt. Hæc Augustinus.

Vltimo ad hominem. Caluinus multum Augustino tribuit, dicens lib. 2. instit. c. 3. à nullo compendiosius traditam iustificationis doctrinā, neq; opus est ait, inuestigando, laborare, quid senserint quando unus Augustinus sufficere ad id potest, qui fideliter, magna; cum diligentia omnium sententias colligit. ex illo igitur sumant lectores, si quid de sensu antiquitatis habere certi voluerint. hæc Caluinus proprio gladio se iugulans, ipsissima. n. Augustini doctrina (de iustificatione præsertim) illa est, quæ ab initio vsq; ad presens à catholicæ Ecclesiæ prædicata est, & in nouissimo Tridentino Cōcilio definita. Melanthon in declamatione de S. Augustino ait. In hac schola Vuittembergensi, præcipue gratiam Augustini mentionem esse deceat, in qua Augustinus quasi renatus est, & eius doctrina, quæ iacuit obruta, densissimis tenebris non solum restituta est, sed etiam lumen accepit, quæ cum sit necessaria Ecclesiæ merito Augustinum amare debemus, quo cœlestem illum thesaurum conservauit, & paulo inferius. Ornatus est Augustinus miraculis quibusdam, expulit dæmones, & quosdam sanauit agrotos, sed hæc sunt longe præstantiora miracula, successus in gubernatione, & hæc iudicij rectitudo, & fidei constantia, quod videt Pauli sententiam, de lege, de peccato: de iustitia fidei tanta fuerat caligo, ut nec sermonis genus in sacris litteris intelligerentur. Hæc ipsa vocabula, quæ sunt præcipua in Ecclesiæ quæres

res proprie<sup>t</sup> significarent: ignorabantur, lex, Euangelium, peccatum, gratia, fides, littera, & spiritus. Haec tenebrae depulsa sunt Augustini opere, qui quidem illas tantas res perspicere iudicare non potuisse, nisi exercitia peculiaria Spiritus degustasset. Cum autem maxime opus sit Ecclesiae vera illorum locorum explicatione, decet nos omnes agnoscere, Dei beneficium, cuius donum erat, doctrinæ renouatio: debetur etiam ipsis Augustino gratia, qui litteris mandauit veram interpretationem, ut posteritatem admoneret. Hucusq; Philippus. vtnā illum non extorquerent, qui sibi fauere tanta impudentia iactant, & ad confictam iustitiam fidei violentissime, & impudentissime trahunt. Vide quomodo Melancton tenebras dispulisse Augustinum pronunciat, non autem in caligine suisse Augustinum, vel mundum sub Augustino.

Ioannes Serranus Minister Arausicanus in concordia notione 6. pag. 5. vbi adduxisset multos Patres doctores Ecclesie inter quos recenset Augustinum, & alios: Augusto, ait, Patrum nomine venerandos [subdit] Planè illorum fides, & auctoritas omnibus peraque accepta est sanis.

Couellus in response ad Burgens. pag. 3. in fine ait S. Augustinus scientia, tam diuina, quam humana ceteros omnes, qui fuerunt, vel erunt, ijs solis exceptis, qui à Spiritu S. inspirati sunt, longè superauit, & Feildus de Eccles. l. 3. fol. 170. in fine ait. Augustinus Patrum quorum maximus, & omnium quos Ecclesia Dei, ab ipsis Apostolorum temporibus habuit, Theologorum celeberrimus. Gomarus in speculo veræ Ecclesie pag. 96. ante m. ait. Augustinus Patrum omnium communis sententia purissimus habetur.

Isaac Causabonus in response ad epistolam Cardinalis Perronij edita Londini per Ioannem Karthon. pag. 29 dicit de Rege Angliae, quod non dubitat Rex cum B. Augustino pronunciare, quod probatum fuerit Ecclesiam à prima sua origine ad illa usq; tempora, seruasse, id tanquam impium velle rei scire, insolentissimæ esse insanæ ] quanti fiat etiam auctoritas Augustini, à Rego pronuncians.

Quidam anonymus sub nomine Constantij in Anticotone pag. 131. Augustinum vocat inter Theologos celeberrimum. Hæc ex impiorum confessione.

### CONCLV SIO ORTHODOXORVM

Magna est auctoritas S. Augustini doctrinae, & in materia predestinationis, & gratiae reiici non potest.

**R**espondeo dicendum, sicut Augustinus de Sancto Gregorio Nazianzeno loquens, eius auctoritatem afferendo circa traductionem peccati originalis ab uno protoparente in posteros, primo contra Julianum Pelagianum dixit. An tibi parua in uno Gregorio Episcoporum Orientalium videtur auctoritas? est quidem tanta persona, ut neque ille hæc nisi ex fide christiana omnibus notissima diceret, nec illi eum, tam clা-

rum haberent, atq; venerandum, nisi hæc ab illo dicta, ex regula notissimæ veritatis agnoscerent. Icum enim de rebus ad fidem pertinentibus loqueretur Gregorius, non suum sensum, nec priuatas opiniones induxit, sed referendo suam sententiam, sensum Ecclesiæ expressit. Vnde, & loquenti de regula veritatis, à ceteris nedum contradictum est, sed & aures accommodarunt, dexterasq; dederunt. Ita in materia gratiae, & prædestinationis, idem dicendum de Augustino, quod nec adeo perseveranter, constater, de arcano prædestinationis, & gratiae suam sententiam expressisset, & inculcassem, nisi ex fidei regula loqueretur. Signum eidens est ex regula hac locutum esse, quando nedum orientales Episcopi, sed & Summi Pontifices viuentis, & mortui Augustini doctrinam receperūt, & approbarunt. Certo autem certius est, vt dicit idem Augustinus, nihil Romanam sedem firmare, nisi quod cum ceteris tenet, & tenuit perseveranter Ecclesijs, quare sicut impium est Ecclesiæ Catholica sensum respuere, & decretis Ecclesiæ contraire, sic Augustinum ex Ecclesiæ sensu loquentem, temerariū suit semper exusflare, & quod peius est post decreta Pontificum Augustini doctrinam probantia, Augustino in his materijs contraire. Cesset ergo oppugnare, vt dicit Prosper contra Collatorem, qui in hanc austoritatem supercilium tametricæ frontis se armavit, vt mensuras sensuum, pondera locutionum, numeros syllabarum tanquam insidiosus scrutator euentialuit, magnumq; se aliquid confidere præsumpsit, qui catholico prædicatori notam erroris affixit, quasi incognitum, aliquod opus, & quod hacenus latuerit impetratur, ac non illa his morib; doctrina lanietur, quæ nonorū haeticorū cōmenta dissecit, & diabolicū tumorem, Pelagianæ elationis elicit. In alijs autem quantum sibi auctoritatē vendicet Augustinus, ex dictis superius, & mox dicendis infra, patebit.

### Solutio Argumentorum.

**A**D Primum respondetur, quod doctrina S. Augustini nō est Apostolo contraria: nā illud, quod dicit Apostolus vult omnes ho. saluos fieri. Primo interpretatur idem Augustinus, vt cū à voluntate Dei omnipotentissima dependat nostra salus, & volenti saluum facere, nullum resistat arbitrium, vt docetur de correctione, & gratia, & 14. in Enchirid. c. 102. & 103. nullū fieri saluum velit, nisi quem saluum esse voluerit, sicut cum dicitur illuminat omnem hominem, vt sensus sit, non quia nullus est hominum, qui illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur: vide in Enchirid. c. 97. Habet etiam commodam aliam interpretationem, vt sensus Apostoli sit pro singulis generum, non pro generibus singulorum. Sic illud Luc. c. 11. cum dicitur: decimatis mentē, & ruit am, et omne olus ], illa particula omne olus, stat pro singulis generum, & quadrat expositio: etenim dixerat S. Paulus, paulo ante, vt oraretur pro singulis hominibus, & specia<sup>l</sup>iter pro Regibus, & ijs, qui in sublimitate sunt, qui plus alijs ex fausto, & superbia indigent auxilio, in maiori periculo constituti. Quare apponens

nens antitodium contra desperationem ait, *hoc est bonum, nempe orare pro talibus coram Deo Saluatore nostro, qui vult omnes homines saluos fieri, etiam Reges, & in sublimitate constitutos, vbi de hominum generibus videtur locutus Apostolus.* A Itera explicatio est, quod omnes homines vult saluos fieri causaliter, quia facit nos velle, & secundum hanc voluntatem, quam facit in nobis, dicitur velle quod ipse non vult: sed suos id volentes facit, unde quando inspirat sanctis, vt orēt pro salute omnium, vult Deus, & non facit; vt ipsum dicamus velle, qui vt velint isti, facit. Est & alia expositio, quam tractat Augustinus 4. contra Julian. Pelag. c.8. omnes positos esse pro multis, **Non sic Rom. 5. accipitur: sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores sunt multi etc.** Sed illa plausibilior, quae impugnata est, nempe ut intelligatur de omnibus hominibus ad universitatem prædestinatorum pertinentibus, ita de correctione, & gratia c.14. unde haec intelligentiam defendit S. Prosper lib. responsionum ad capitula Gallorum c.8. & 9. & lib. ad obiectiones Vincentianas cap. 1. & S. Fulgent. de incarnat. & gratia c.7. & 13. & de fide ad Petrum, sic S. Anselmus lib. de voluntate Dei, de hominibus prædestinatis eundem locum exponit, & Beda in explicatione verborum Apostoli. Quis ergo audiat Augustini sententiam reijsere posteriorum intuitu, & fractas ratiunculas iterum contra Augustinum reparare? (*cur bellum ait Prosper contra Collatorem*) confessum retractant (*Augustinū carpendo*) & munitiones dudum securæ pacis infirmant? An vñctores dispiacent, & vñcti placent? An vero ita se nouorum censorum norma exactior temperauit, vt & nulla eorum, quæ excisa sunt, afferat, & quædam ex his, quæ defensa sunt, respuat? &c. Quanto Neoterico modestior S. Ambrosius, qui suam sic temperauit sententiam 3. de interpellatione c. 2. dicens. *Deus quidem omnibus bonus est, quia salvator est omnium, & maximè fideliū pulchre autem Apostolus explanauit, quia omnibus bonus est Deus, qui vult omnes homines saluos fieri; sed maximè fideliū diuinæ pietatis prærogativa opitulatur, & gratia.* Quanto modestior Damascenus 2. orthod. fidei c.29. (quem sequuntur Theologi, & præcipue S. Thomas 1. p. q. 16. ar. 6. & in comment. Apostoli) dicens, illum locum referri ad voluntatem antecedentem, secundum quam omnium gentium, & omnium sc̄culorum salutem optauit, dando auxilia-externa, interna &c. & tamen hi sancti, Augustini sententiam non ausi sunt improbare, nam & si sensum catholicum habeat expositiones Ambrosij, Damasceni, & Theologorum, non propterea contra regulam fidei est expositio Sancti Augustini, unde sicut in simili dicebat, Fulgen.lib.1. ad Monimum. *Cum itaque hic B. Apostoli locus tripartito sit modo, a tribus, quos nominamus viris sanctis expositus, nempe Augustino, Ambroſio, Damasceno, quisquis unū modum, ex tribus posuerit a veritate non dissentit: neque enim necesse est, vt quod multipliciter intelligitur in omnibus scriptis, multipliciter inseratur: & iterum in fine. Nec tuam prudentiam latet eorum, quæ a Sanctis Patribus, qui fidei ca-*

*tholice rectam in doctrina Sancti Spiritus defenserunt diuersis modis, vel in expositionibus, vel in defensionibus suis inueniuntur posita, quicquid à nobis ponatur, ita nos illius loci adstruere veritati congruum sensum, vt alijs Patrum sententias, & que veritati congruis non denegemus assensum &c. quas regulas si modernus ille feruasset, quamvis sectādo alias expositiones, tam inaduertenter S. Augustini interpretationem non reieceret, quæ voluntatem efficacem, & absolutam, quæ in rigore voluntas est, respicit, quæ est prædestinatorum propriæcum alia voluntas consequens figurata, & hyperbolica voluntas sit potius, quam propria, & exquisita, qua electos tantummodo respicit.*

Verum est, quod talis propositio *Deus vult omnes saluos fieri*, ne errandi sumatur occasio, distinguenda est, & non nisi cautè, hoc est non in multitudine simplicium, iuxta documenta Augustini de bono perseu. c. 14. c. 15. & 16. sicut de prædestinationis mysterio, ad electos restrinienda est.

Ad secūdū. multa S. Augustinus retractauit in specie, quæ de Iacob electione, & Esau reprobatione scriperat ad Simplicianum ipsum et Augustinus, referens eam, nō ad propositum, sed ad præscientiam, & vt dicit S. Prosper ad excerpta Genuensium responsione ad tria dubia; nobis relinquens exemplum, vt similia quoque faciamus corrigendo, quæ à communi sensu discordant. *Cum omnes opiniones suas censoria gravitate discuteret, istam, quam obrectatores eligunt improbaſſe, quam ante Pelagianæ heresis ortum futuro errori amicam esse prauidit, & reuelata sibi gratia & veritate reiecit. Que igitur ratio est, vt hanc viri huius professionem non approbemus, qua nos ad castigandas opiniones nostras si quas forte imprudenter incidimus exemplo sue correctionis instituit?* &c.

Ad tertīū. Quod dicit Augustinus in hac materia, non vt priuatas opiniones obtrudens, suscipitur: sed tanquam testis traditionis Ecclesie, cui vt irrefragabili, & omni exceptione maiori, Patres, Concilia, Pontifices testimonium perhibent. Vnde quæcumque, vt dicit Prosper de libero arbitrio ad Ruffin. *de fato, & duabus massis, duabusq; naturis, sc̄ltissimo mendacio intenti viri iniuria, iactitant, neque ipsum quidem onerant, in cuius libris copiosissime huiusmodi defruuntur errores, nec nos perturbant, qui tales opiniones cum suis auctoribus execramur, sed videant quomodo se à dedecore istius excusant falsitatis, qui possunt tam inepta confingere, si h̄i quorum abutuntur auribus aliquantulum diligentie ad cognoscenda ea, qua prestantissimus minister gratiae disputauit, intenderint. Licet omnem istius inquisitionis moram, ipsi qui h̄e loquuntur prænire deberent, proferendo, atq; explicando libros, ullam eorum particulam demonstrando, quam per dubiam saltem intellectuonem tali interpretationi obnoxiam vir sanctus ediderit: sed prorsus nihil apud nos tale audierunt, nihil tale legerunt, quia non fato quicquam gerit, sed omnia Dei iudicio nouimus ordinari. Nec ex duabus massis, duabus ac naturis, sed ex una massa, quæ est ca-*

ro primi hominis unam scimus omnium hominum creatam creariq; naturam, & eandem per ipsius primi hominis liberum arbitrium, in quo omnes peccauerunt, esse prostratam, nec ullo modo ab aeterna mortis debito liberam, nisi eam ad imaginem Dei secunda creationis gratia reformauerit, liberumq; eius arbitrium agendo, spirando, auxiliando, & usque in finem praewundo seruauerit. Vnde quia prospicit sanctitas tua, si tamen sermonis mei non obseruit obscuritas, frustra quosdam de nobis conqueri, & omnes illas ineptas criminationes, ad exasperandos, auertendosque animos eorum, quibus aliud volunt persuadere, contexi.

Ad ultimum respondit his verbis S. Prosperum recensisset opera Augustini, quæ scripsit de gratia, & prædestinatione &c. videlicet. Agnoscant calumniatores, superfluo se obijcere quod his libris non speciale, neq; distinctum testimonium sit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur. A postolica enim sedes, quod à præcognitis sibi non discrepat, cum præcognitis probat, & quod iudicio iungit, laude non diuidit. Qui ergo hos proxime libros refutant, anterioribus acquiescant, & in ijs, qui pro gratia christiana prius sunt scripta, consentiant. Sed non faciunt: sciunt enim omnia Pelagiana sibi esse contraria, & nihil sibi posse competere ad consequentium resolutione. Si consentantur in præcedentibus consistere veritatem prostrati dudum corporis dogmata, in corpore nullum membrum finant assurgere.

Concludo hanc quæstionem cum Prospero: sufficienter, ut arbitror demonstratum est reprehensores S. Augustini, & vana obijcere, & recte impugnare, & prava defendere, peremptorumq; armis intestinum bellum mouentes, diuinis, atq; humani constitutionibus rebellare, quorum tamē dum adhuc non sunt à fraterna societate diuisi toleranda magis est intentio, quam desperanda, correctio, donec Dominus per Ecclesiæ principes, & legitimos iudiciorum suorum ministros, hac que per paucorum superbiam, & quorundam imperitiā sunt turbata cōponat: nobis Deo adiuāte sit studium, quieta, modestiaq; patientia odijs dilectionem reddere, & ineptorum vitare conflictus: veritatem non deserere, nec cum falsitate certare: semperque à Deo petere, ut in omnibus cogitationibus sermonibus, atque actionibus nostris ipse teneat primatum, qui dixit se esse principium. Quoniam ex ipso, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum &c. plura de Augustini doctrina diximus in nostro Sacro deposito cap. 24 necessaria ad eiusdem defensionem, ea consule lector non grauetur.

## ARTICVLVS VLTIMVS

An Patres ex maioribus encomijs, & titulis quibus ab Ecclesia, vel à Patribus aliis cohonestantur, maiorem sibi vendicent authoritatem.

### Positio quorundam recentiorum.



Nonymus ille docet in hoc non esse certam regulam, vel conjecturam, an ex maiori laude Patrum aliquorum (cum de alijs sit mirum silentium) qua à Concilijs, & sede Romana decorantur, desumatur maior eorum authoritas; Eum sequitur Poza lib. 4. Elucid. tract. 4. versus finem pag. 1199.

Probatur. Primo quia in cap. S. Rom. c. 15. multi SS. doctores simplici approbatione, nullo elogio notati recensentur, sic n. dicitur [iam subiiciendum est de opusculis S.S. Patrum, quæ in Ecclesia recipiuntur. Opuscula B. Athanasij, Alexandrini Episcopi. Item opuscula B. Gregorij, Basilij Cappadocie Episcopi. Item opuscula B. Ioannis Constantinopolit. Episcopi. Item opuscula B. Ambrosij Mediolani Episcopi. Item opuscula B. Aug. Hippomens. Episc. Item opuscula B. Hieronymi Presbyteri, & postea inferioris nota Patres in sanctitate, & doctrina his elogis coherestantur. Item Osorium virum eruditissimum collaudamus. Item venerabilis viri Sedulij psalche opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus. Item Iuueni laboriosum opus miramur &c.] non ergo ex maiori commendatione Patrum desumenda est inæqualitas, & excessus eorum in veritate, & doctrina.

II. nam plura dicta sunt ab Apostolica Sede in laudem quorundam scholasticorum, quæ nec de B. Dionysio Areopagita, nec de Ireneo, nec de Cyrillo Alex. nec de alijs Ecclesiæ PP. dicuntur, quos constat antiquitate, grauitate, & doctrina excelluisse, ergo inæqualitas commendationis, non est argumentum inæqualis authoritatis in Ecclesia Christi.

III. suadetur à simili, nam sœpe proponuntur colendi ab Ecclesia minoris meriti viri, cum nulla sit in kalendarijs memoria eorum, qui majori sanctitate pollebant. exemplificat opponens de S. Cleméte Ancyrano, qui annis viginti octo tormentis varijs afflitus est, & postponitur multis martyribus, qui breui comprehendit ab sumpti sūt, & eorum memoria colitur ab Ecclesia, vt Lucifer, Catharina &c. Antipas quoq; celebris est in Apocalypsi, qui crudelia sustinuit tormenta, & postponitur multis martyribus, quorum celebritas festiva



# 144 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

festiuia est, & de illo nulla memoria. Item Laurentij festiuitas suas habet octauas, Thomas, Philippus &c. vnius diei sollemitate gaudent: Item in DD. S. Dyonisius Areopagita semiduplicis officio contentus, S. Bonaventura sub duplicis officij ritu celebratur. Amplius, S. Chrysost. & Aug. Iræn. ac Epiphanius plura subiere pericula in profligandis hæreticis, quæam S. Thomas, qui non ideo anniuersario honore suscipiuntur; solum ergo commendat nonnullos Ecclesia, quos pro tempore, & loco celebrando prudenti dispositione censet, non derogando aliorum sanctitati maior, vel doctrinæ, cum non examine aliquo de meritis, & doctrina statuat, sed solum curat de optimis obuium quemq; eligere. Non ergo ex eius elogijs maioribus maior doctrina, vel sanctitas eorum, quos cohonestat, & laudat, deprehenditur.

## Pro parte opposita.

**S**ed contra est Primo Authoritas Cœciliorum. Primo ergo est Synodorum generalium authoritas. Qui n. Synodo Nicenæ subscripsérunt, id eo subscrisserunt, ex hist. tripl. lib. 7 c. 11. quia dicebat PP. Cœcilius, Priscorū tēporū Episcopos aliquor conscriptores, & ELOVENTES, & nobiles, nomine consubstantialis olim usos fuisse cognouimus. In Concilio Ephes. cum contra Nestorium definitum est, sic dicitur. sequentes omnium SS. PP. cōfessiones, quas loquente in eis Spiritu S. protulerunt &c. profitemur &c. quid aliud fuit nisi organa Spiritus Sancti PP. appelliare? quorum etiam fuerunt testimonia prolatæ, ibidem recensentur Nazianzenus, Basilius, Athanasius &c. quos etiam Vincent Lerinensis recenset c. 41. quos ut Magistros, Confiliarios, testes, iudicesq; productos idem S. testatur. In 6. Synodo PP. Ecclesiæ luminalia vocantur, quam phrasim secutus est Antiochus homil. 130. siue nos, siue Cath. Ecc. creditus, quemadmodum, & magna illa Ecclesiæ luminalia, & DD. veritatis Athanasius, & Basilius, Gregorius, Ioannes &c. In alijs quoq; Conciliis varia sunt epitheta aliorum sanctorum, vt dictum est, cum adduximus varia testimonia supra. In septima Synodo quæ & Nic. 2. in octaua quoq; Synodo, elucet professio sequendi regulas, tam Conciliorum, quæam etiam quæ à quolibet Deiloquo Patre, & Magistro Ecclesiæ traditæ sunt. In Synodo quoq; Florentina honorificentissimi etiam tituli multorum Patrum recensentur (vt patebit ex solutionibus argumentorum) vbi tota concertatio inter Græcos, & Latinos Patres testimonij finita est.

Sed nec omnes PP. in pari gradu habitos in dicto Concilio (quod ad præcedentium Conciliorum, aut. extendere debemus) audiamus testimonium Georgij Scholarij, qui in eadem Synodo clarus habetur, vt patet ex nouissimis Conciliis generalibus Romæ impressis. Hic igitur Georgius exhortat ad Synodus Orient. Florent. ait. de Patribus, quid omnes omnia dicunt, non pari doctrina coelestiq; gratia, sed est inter eos, uti sanctitatis, laborumq; proprietate susceptorum, ita quoq; scientiæ, facundiæq; ac diuinæ gratiæ; per quam

hæc omnia dantur, & confirmantur ordo quidam, & gradus J & postea [ ergo n. sanè ut paululū hæc in re immorer, SS. hominū, cres ita se habere puto. Non omnibus hominibus dat Deus omnia, sed hunc quidem hoc ornat munere, alium vero alio decorat, & huic quidem largitus est unum, illi autem plura etiam addidit: et scut dona ipsa, inter se differunt, ita unumquodq; plus minusque perfectionis, ac pietatis habere dignoscitur, causa verò cur illa differant, aut plura sint, est quidem gratia donantis secundum prædefinitionem, & præcognitionem quandam ineffabilem: est verò etiam accipientium cuiusq; ad bac dispositio J & infra [ idcirco docti quidam omnes erant, sed doctrinæ modo inter se differebant, & veritatem quidem omnes attigerunt, sed iste non tantum veritatis apprehendit, quantum ille &c. J & postea, si n. sanctitatis opinio, & corona, quam adepti propriea sunt, non fuerit omnibus æqualis, cum tamen omnes cari Deo fuerint, & germani ipsius cultores, & nullam sibi putant fieri iniuriam, quod gradibus quibusdam differat, neq; inuident inferiores sublimioribus: minus certè propter sanctitatē pro qua certabant veritatis cognitione, haud moleste ferent, si quis cognitæ veritatis differentiam inter illos constitutat] ex differentia ergo in modo, & diuerso munere docendi varios titulos meritò promeruerunt: vnde ex titulis diuersis, illis datis ab Ecclesia, excellentia, & in excellentia eorum gradus cognosci possunt.

II. ex PP. quorum testimonia supra sunt recentata, qui dum ab eodem Gelasio sunt probati, vna cum elogijs, quibus alios DD. cohonestarunt, approbari videntur.

## C O N C L V S I O Ex titulis, & encomijs varijs PP. inæqualitas doctrinæ eorum desumi potest.

**R**espondeo dicendum sicut docet S. Tho. 1. p. q. 20 art. 3. quod presumptuosum est de meritis Sanctorum disputare, cum scriptum sit *Spiritum ponderatore est Dominus*, ita similiter de sapientia, & doctrina, nihilominus absq; determinatione, nullum est periculum æqualitatem, vel inæqualitatem inuestigare, vt magis pulchritudo Ecclesiæ appareat ex inæqualitate, cum ex inæqualitate stellarum à stellis, Cœlorum pulchritudo magis manifestetur.

Sciendum ergo est ex S. Thoma p. 2. q. 66. a. 2. quod perfectio alicuius rei potest accipi dupliciter, uno modo ex suo principio. Alio modo ex suamet forma. Ex principio, quia illud dicimus perfectius, quod maiorem habet commensurationem ad primum, seu secundum quod magis accedit ad principium sui generis, vt patet de calore, luce, colore &c. Ex forma attenditur perfectio ex maiori nobilitate, vel eiusdem ignobilitate, siue formæ sint accidentales, siue substantiales, vt una aliam excedat, quod colligitur ex effectibus, & operationibus. Cum verò formæ aliquæ sunt eiusdem speciei, difficilis est assignare, quæ nam sit perfectior, quæ imperfectior. Sciendum ergo rursus est ex eodem S. Thoma quod quæ-

quædam formæ ex sua specie specificantur, ( tales sunt omnes formæ absolute, siue substantiales, siue accidentales) quædam specificantur ab extrinseco, vt motus à termino, sanitas ex commensuratione humorum &c. Quæ specificantur ex sua natura habent in equalitate secundum se, vt sūt tam formæ substantiales, quam accidentales, cum consistant in indivisibili &c. bene verum est, quod formæ accidentales, quædam licet secundum se non recipient magis, & minus, recipiunt tamen ratione subiecti, vt patet de albedine &c. quædam vero specificantur ab extrinseco etiam secundum se, & secundum quod sūt in subiecto recipiunt magis, & minus, tales sunt illæ, quæ aliud extrinsecum connotant, aut motus respectu termini, & quædam aliæ qualitates absolutæ, quæ inuoluunt ordinem ad aliquem. V. G. sanitas, quæ respicit commensurationem humorum, scientia quæ respicit scibile, & huiusmodi: & iuxta maiorem commensurationem ad aliud, ad quod dicunt ordinem, habent inæqualitatem, sic motus vnius velocior est altero, maior sanitas vnius, quam alterius, sic & scientia quia vnius firmius, vel melius ad eundem gradum commensurationis humorum, vel scibiliis, se habet. de virt. q. 5. a. 3.

Si ergo respiciamus principium doctrinæ reuelatæ, tanto quis est sapientior, quanto magis accedit ad authorem fidei reuelatæ: vnde quantum ad testificationem doctrinæ, maiorem autoritatem habent qui Christo fuerunt proximiores, sic post Apostolos, A postol ei locum tenent primū, & inter eos ij, qui fuerunt A postolis proximiores. Si vero respiciamus ipsam formam, nempe scientiam ipsam sanctorum, nempe doctrinam sacram Theologicam, complectētem principia, & conclusiones, sicut in ceteris facultatibus aequalitas, vel ex maiori, & certiori cognitione principiorum, vel illorum penetratione, & explicacione, aut meliori dispositione propter melius iudicium rationis, vel propter gratiæ donū, vel propter maius exercitium, & promptitudinem ad eliciendas conclusiones: ita in proposito dicendum est, quod in doctrina sacra vnu Deilequus Pater alium potest excedere, in exteriori principiorum cognitione, penetratione, & explicacione, aliis in deductione conclusionum, aliis in eorundem defensione, vel ex viuacitate ingenij, vel ex gratiæ dono, & scientiæ infusione, & huiusmodi. Vnde quemadmodum de unoquoq; SS. dicitur. Non est innatus similis illi, qui conservaret legem excelsi, significatur n. excessus vnius supra alterum, in modo exercitæ virtutis qui in infinitum variatur, ita vnius supra alterū Patrē, excessus, & inæqualitas denotari potest in modo cognitionis, deductionis, explicationis, defensionis, & huiusmodi, in his n. vnu ab altero exceditur. Commendatio ergo Ecclesiæ signum est huiusmodi excessus, qui ex illa à posteriori deducitur.

### Solutiones Argumentorum.

**A**D Primum Respondetur commendationem Patrum, non ex vno, vel altero locum metiendam. Vnde si Poza alia loca Conciliorum expendisset, non se ad Gelasium solum restrin-

xisset. Licet n. DD. allegati absq; encomijs ibi recenseantur, nihilominus ante Gelasium, & postea in Concilijs honorificissim s̄ titulis eohonestātur, siquidem S. Athanasius, Basilius, Ioannes Constantopolitanus, Ambrosius, Gregorius, Nazianzenus, S. Aug. & alij adducuntur non semel in Synodo Lateranensi sub Martino PP. Secretario V. & post recitata eorundem PP. testimonia, Sancta Synodus dixit quod SS. recitati secundum datam eis lucernam gratiæ, atq; scientiæ non utiq; sub modo absconderunt, infructuosæ obscuritatis, sed super candelabrum sustulerunt salutiferæ doctrine, quatenus respendeat omnibus, qui in domo sunt. ibidemq; vocantur sal terræ, quod omnem errore hereticum expurgat, & putredinē passionum terreni intellectus per virtutem eorum, et veritatem desificant. Iten lux mundi. Vocantur, quoq; Venerabiles, & quædam nō solū definitiæ, sed & dogmaticæ, & syllogisticæ, ac naturaliter demonstratiæ, (vide scholastica doctrinæ vsum) & secundum scripturas agonisticæ, & per exempla, & compendiosæ per omnem modum, & verbum intellectuale eorum, & ponderatissimæ doctrinæ, pro fide legitimè, & viriliter dece tasse. Concludens. Qui Santas Synodos, & venerabiles PP. minime suscipit, condemnatus est. Ibidem peritissimus in dogmatibus à Martino Papa vocatur Theologus Nazianz. etiam bis acutum spiritualem pugionem vocat Cyrilum &c. in 6. Synodo act. ix. à Gregorio Monacho, vocatur Athanasius laudabilis. act. x. vocatur non semel Athanasius Magnus. Act. 12. vocantur multi ex recitatis, & alij probabiles, & à Deo inspirabiles PP. In act. 18. in scripto Leonis ad Constantimum dicitur, quod ibi Sacrorum dogmatum lira, & probabilem Catholicæ Christi Ecclesie Patrum doctrina seruata est, & regularis lira ad omnium ædificationem prolata. In 7. Syn. Cyril. vocatur propugnator sincerae fidei, & act. 6. sic dicitur, iam memorati Patris nostri Epiphanij in Ecclesia illi. fr̄s magistri, & incorruptæ munitiones Ecclesie: Basilius magnus in opere, & sermone, Gregorius cognomento Theologus, Gregorius Nissensis Cittatis Praeful, Pater PP. ab omnibus nominatus. & Ioannes cuius à lingua vox melle dulcior effluebat, unde, & cognomen aurei oris accepit. Insuper, & Ambresius, Amphilochius, & Cyrilus Hierosolymitanus. Et iterum ibidem sanctus namque Gregorius Deiloquus in metricis suis &c. Septima Synodus etiam act. 6. vocat Patres tubas spiritus: item illustres: amplius ibidem dicit act. 7. omnia quæ diuini nostri PP. rei conjunt, ea quoq; & nobis indigna, & Catholicæ Ecclesie aduersa, & hostilia arbitramur. In Concilio Florentino sess. 19. vocatur Basilius fidelissimus, & antiquissimus testis, item vocatur magnus: s̄pissimè sess. 22. Gregorius vocatur Theologus ibidem in oratione dogmatica Archiepiscopus Nicenus vocat eos DD. sacros quos tanquam Duces sequi oportet. Et postea. Habemus SS. DD. eos qui ex Oriente nobis veritatis fidei lumen illuxerunt, Athanasium, Basilium, Gregorios ambos, Chrysostomum, Cyrilum, Maximum &c. Habemus item eos, qui ab Occidente extinxerunt errorum flammam; sana, clarissimæq; doctrinæ, Hilariū Ambrosum,

*brosum, Augustinum, Hieronymum, Damascenum, Gregorium, qui rugitu suo hereticos omnes detuerruerunt, & cæterorum SS. Chorum; omnes isti DD. & PP. & fidelis principes &c. in responsione ad Marcum Ephes. Iosephus vocat Nazianzenum fidei stabilimentum, & iure quidem optimo propter eminentem scientiam, dogmatum altitudinem.*


In Concil. Valent. c. 1. sic cohonestantur PP. aliqui præceteris. Piè, & rectè tractantibus verbum veritatis, ipsiſq; Sac. scripturae lucidissimis expositioribus i. Cypriano, Hil. Ambros. Hierony. Aug. reuerenter auditum, & obtemperanter intellectum submittimus. Vide ergo qualibus titulis insignes hi PP. præ Prospero, & Osorio illustrantur.

Ad II. quam honorificè recenseatur S. Dionysius, patet ex act. 4. Synodi 6. in epist. Agathonis PP. & in Lateranensi Synodo sub Martino consult. V. cum alijs supra recensitis, quibus mirificè PP. Concilij applauferunt, dignis encomijs eos venerantes, vt supra recensuimus. nouit autem Ecclesiasticus, quo loco PP. quo loco scholasticos concilia habeant, vnde, & si mirificis laudibus multi scholastici ( vt obiicitur ) sint ab Ecclesia decorati, non intendit Patribus aliquem, præferre, vel æquare; sed respectu posteriorum illos præ ceteris efferre, quare etiam si nullo titulo decorerunt veteres, hic eorum titulus est præcipuus, quod Patres, nempe fidei, nuncupentur, quippe qui sunt testes, consiliarij, iudices, quibus Ecclesia innixa de regulis fidei pronunciauit, atq; pronunciat. Vnde Bessarion in Oratione Synodica pro vniōne sic scripsit [ *Videmus nunc Ecclesiae cuncta concilia, Patresq; in eis congregatores, de dogmatibus propositionis, non humanæ sapientia persuasoriis, non artificio verborum, non deniq; syllagmatis usos fuisse, sed autoritate dumtaxat, nudaq; ipsa verba superiorum doctorum, qui eos tempore præuenierunt, tamquam rectam regulam, gloriam veritatis, secutos fuisse, & per ea quæcumq; de fide terminasse, sanctorum PP. & vestigia, sequendo, &c.* ]

Ad III. Sollemnitas Beatorum ab Ecclesia indicta est, non solum ad maiorem gloriam SS. ostendendam, quæ etiam ad ostendendum respectu ad beneficia, quæ interdum suscipit à minoribus SS. & à maioribus recepta nō sunt. Etiam ex particulari deuotione, vel ex opportunitate, maiori, aut alia ( quæ se obtulit ) occasione, plau-

sibiliores inferiores habiti sunt, quare est diuersa ratio. Non est autem mirandum, si honorificioribus titulis sint cohonestati, nam postrem ferme Ecclesiae ætate, vbi ab Apostolicis temporibus distabant, fidem catholicam mirificè propagarunt atq; defunderunt, ex novo methodo, stylo breuiori, ad reuincendam præteriā aptiori, hostes profigarunt. Nec absolute illis veteribus ex sublimitate titulorum sunt comparati, sed respectuè, secundum præminentiam aliquā propter specialem usum doctrinæ Theologicæ, sicut unus sanctus laudatur propter excellentiū modum virtutum, qui in uno fuit non in alio, vt dictum est. Quamuis ob ( respectu posteriorum, & inferiorum DD. ) supereminentiam denotandam, merito tales tituli attributi, quibusdam Doctoribus classicis, nempe S. Tho. & S. Bonaventuræ. Sicut antem de Iacob legimus, quod dilexit Ioseph super omnes filios suos, quoniam filius senectutis erat sibi, Genes. c. 37. nati vt ibidem annotauit Chrysostomus homil. 61. ( magis amabiles sunt pueri, qui in senectute ipsa generantur, maioremq; patrum benevolentiam affescuntur ) sic postremos, hos Ecclesiae DD. Thomam, & Bonaventuram, quia in senectute Ecclesie nati sunt ( vt impleatur illud: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii ) propterea tot elogis sunt cohonestati, vt eoru laudes sint veluti vestis polymita, quæ utinam multis sciolis odij occasio non fuisset, qui supra veteres scholasticos, imo Patres veteres super affecstant, illud crebro afferentes super omnes doceutes me intellexi Ps. 118. & Iterum super senes intellexi. Scire n. debent, quod confutò dixit super omnes docentes, quia ait Ambrosius [ *Multi docentes sunt, qui id quod non intelligunt, docere se dicunt, & plurimi sunt discipuli, qui studio suo affequuntur, & industria, quod non didicerunt à Magistris. Et iterum: Doctores sunt aliorum iudicio ad hoc munus electi, docentes autem, qui propria usurpatione hoc sibi munus assumpserint, & mox. Sed cedant necesse est ei Doctori quoq; quem testimoniorum meditatione celestium, doctrina Dei docentis imbuerit. ]*  quare necesse est, vt multi è scholasticis DD. Angelo fasces submittant, cum diuinitus S. Thomas, quem quidam æmuli deiijcere satagunt, à Deo fuerit eruditus, cuius scientia ab Ecclesia sine errore quoque conscripta à Summis Pontificibus prædicatur, vt dicetur infra sequenti controuers. principali.





## Q V A E S T I O I I I . P R I N C I P A L I S .

Quanta sit apud Nouatores Patrum authoritas ; & eorumdem erga Patres irreuerentia , & irreligiositas .



Einde considerandum est , quanta sit apud Nouatores Patrum au- thoritas; quanta etiam sit eorumdem irreue- rentia , & irreligiositas erga istos Proceres Ec- clesiæ . Circa quod sequentes articuli sunt examinandi .

Articulus Primus . An

Nouatores verè , & simpliciter Patrum authorita- tem recipient , cum aduersus Catholicos , aut hæ- reticos alios , & ad inuicem digladiantur .

Articulus I . an supposititijs Patrum libris , vel sinceris opusculis truncatis , aut falso eorumdem interpetratis sententijs , Catholicos fallere tentauerint noui isti Gabaonitæ .

Ostensio I . de supposititijs operibus sanctis Patribus attributis .

Ostensio II . de corruptelis factis per eosdem in opusculis Patrum .

Ostensio III . de Peruersarum , & violentarum extorsionum eorundem Nouatorum .

Articulus III . an omne quod in scriptis Patru- reperitur sanæ doctrinæ aduersum , sit attribuen- dum semper dolo , malitia , corruptela hæretico- rum , temporum conditioni , & Amanuensium in- scitiae , & socratie .

Articulus IV . an Nouatorum doctrina cum veterum Patrum doctrina concordet .

Articulus V . de pseudologijs , & mendacijs , quæ Nouatoribus , Ecclesiæ Patribus affiguntur .

Articulus VI . iuste sint calumniæ Nouato- rum , quibus Patres proscinduntur .

Articulus VII . de nonnullis aduersiorum technis obseruandis , & cauendis circa Patrum le- ctionem .

Articulus VIII . quomodo eadem numero dogmata , quæ Patres tradiderunt , nunc profitea- tur Ecclesia Catholica , ipsorum Nouatorum te- stimonio ; quæ impie ipsi sugillant , & proscribunt tanquam paleas , & stipulas : cum tamen sacrosancta sint , & haberi debeant , vt pote de Apostolica traditione descendentia .

### A R T I C U L V S I .

An Hæretici verè , & simpliciter Patrum auctoritates reci- piunt , cum contra catho- licos , vel hæreticos alios , & ad inuicem disputant , & di- gladiantur .

*Positio Nouatorum .*



Vamuis insolens , temerarium , erro- neum semper adiudicatum sit , Pa- tribus aduersari , prestaret tamen Hæreticos semel in ea persistere sé- tentia , de non recipiendis Patrum monumentis , eorumq; scripta repudiare , ac tan- quam hominum scripta eleuare , & ab illorum fi- de ac reuerentia iugum excutere ; quæ simulato- ore , se recipere eorundem doctrinas , profiteri : ita enim simplicius animum , & intentionem prode- rêt hæretici , & meliori fide nobiscum , & cum Pa- tribus agerent , quæ agunt , nunc eos exploden- do , nunc eorum testimonijs in disputationibus cū catholicis , & cum hæreticis aliarum sectarū vten- do , simul ex eodē ore calidum , & frigidū spiran- tes , vt modo illos , Patrum laudatores , modo ca- lumniatores deprehendas . Sed simpliciter hæ- reticos esse Patrum hostes , inde etiā colliges , quod ab ijsdem traducimur , & vocamus *Patrologi* , & non *Theologi* , quasi solis humanis Patrum opi- nionibus hæreamus , cū ipsi sint *Autologi* , *An- tithеologi* , atq; *Antopatrologi* , vt luce clarius ostē- detur . Verum quia sucum simplicibus faciunt , vt cum Patribus sentire videantur , id modo tractā- dum est , an simpliciter hæretici authoritates Pa- trum recipient &c.

## Oppositiones eorundem pro parte affirmante.

**V**Idetur quod sic. Primo ex Luthero in Protestatione, vbi ait. *Protestor me prorsus nihil dicere, aut retinere velle, nisi quod in, & ex sacris litteris primò, deinde ex Ecclesiasticis Patribus, ab Ecclesia Romana receptis, hucusque seruatis, et ex sacris canonibus, ac decretalibus Pontificijs habetur, & haberi potest.* Et in cap. 5. ad Gal. ait *Hilarius, Cyrillus, Ambrosius, Augustinus Euagelium, & fidem in Christum, absque ulla hypocriti pure, & simpliciter tradiderunt, hereticis resisterunt, & Ecclesiam ab innumeris erroribus repugnarunt.* Ergo vere, & simpliciter eorum autoritatem recipiunt.

Secundo Philippus Melanthon Epistola ad Oratorem Vratislauensem ait. *Existimo ad confirmandas mentes, consensum vetustatis plurimum valere. Optimi magistri, atque duces nobis esse possunt, Irenaeus, Tertullianus, qui plurima huic generis posteritati reliquerunt. ergo &c.*

Tertio Centuriatores Cent. 3. c. 4. etiam quinti à Christo saeculi Patres doctrinam de Deo vero contra hereticorum corruptelas, summa fide tradidisse, & defendisse confitentur.

Quarto, Calvini Epistola ad Sadoletum. *Statue ibi ob oculos, veterem Ecclesiae faciem, quale Chrysostomi, aut Basili, etate apud Graecos, Cypriani, Ambrosij, Augustini seculo apud Latinos extitisse, ipsorum monumenta fidem faciunt.*

Quinto Beza contra Nearianos, qui Patres continebant dicit. *Hæc cne est grata saliem memoria prosequi, tot sanctissimorum, & eruditissimorum virorum inexhaustos, pro hac defendenda, & ad nos transmittenda veritate, labores, vigilias, lacrymas, gemitus, exilia, martyria.* Non pendemus, inquit nonnulli, à Patribus, sed à verbo Dei, &c.

Sexto in disputatione Albre Iulie act. 8. Calvinisti allegant contra Trideitas, & Nearianos, Iustum Martylem, Clementem Alexandrinum, Similiter Angloluimiste Puritanos Anglos dominant, quod Patres reiiciant; ita Vuitghistus contra Carterouitum longo, & arguto discursu infestatur, quod Patres non recipient lib. 1. c. 27. pag. 34<sup>1</sup>.

Septimo ex eorum confessionibus: nam in confessione Vittembergensi, quod Patres sint recipiendi afferunt illud. *coram cano capite consurge, & personam santis venerare, & subditur ibi. Veneramus igitur canicem maiorum nostrorum, qui iam inde ab initio repelati, & propagati Evangelij in orbe terrarum, suscepimus studium iuanae Ecclesiae, ut non solum vocali prædicatione, sed etiam publicis scriptis, ut posteritas habeat ab Apostolicis temporibus usque ad hæc tempora, manifesta, & certa pia doctrinae testimonia.*

## Confutatio eorundem ex Orthodoxye firmamentis.

**S**ed contra est primo, quia quod interdum Patribus videntur, hoc est, ne virus dogmatum

suorum deprehendatur, & simplicibus magis insidentur. Vnde sic dixit S. Martinus Papa in Concilio Romano secret. 3. contra hereticos, Patres recipere fingentes, & sub velamentis eorum, insidias occultantes: [ *Qui spiritalem expugnant Hierusalem, id est catholicam Ecclesiam, imitantur eos, qui terrenam expugnauerunt Hierusalem, & festinant, & ipsi paternis abuti quodammodo doctrinis, sicut Rapsaces patria voce contra Iudeos abusus est, ut difficile nequitia eius potuit sentiri, sicut, & isti propriam insidiant. Nec in honorem Patrum, sed in simplicium, sicut ille Iudeorum, hoc callide peragere uituntur.* ]

Amplius ( ut idem dicit ibidem ) sunt foramina petrarum ipse sanctorum Patrum de Christo mysticæ traditiones: conantur namque, & in his foraminibus dolosè abscondere se heretici, ut putentur sanctissimi, & non scelerose parvulis. ] Vnde detecta eorum fraude, sic contra eosdem pronunciavit, secretario V. Epistola ad omnes fideles. *Quoniam autem, & illud cum ceteris contrarij presumperunt, in deceptione simplicium, & cooperimentum suarum pravitatum, in scripto audenter proferre, impissimæ sua nouitatis inutila, dogmata dicentes, hec esse pietatis dogmata, que tradiderunt, hi, qui ab initio speculatorum, & ministri verbi facti sunt, & sequentes successores eorum à Deo inspirati Ecclesie Patres, sancta, & universales quinque Synodi etc. Propterea es nos ( ut dictum est ) secundum indivisam communionem, Spiritus in idipsum conuenientes, properauimus gestorum seriem, comparationem ad inuicem per distinctionem disertam efficere, tam sanctorum Patrum, et universalium quinque synodorum Sacras promulgationes, et dogmata, infidelium hereticorum, tam anteriorum, quam nunc emergentium contra fidem, cum impla eorum Ethesi, nec non in plissimo Typo proferentes, ut omnibus ostendamus relegendibus differentiam luminis, et tenebrarum, hoc est clarè Patrum doctrinæ, et temulentæ hereticorum vesania, et quia nulla communia heretico existunt: cum Sancis Patribus, sed quantum distat Oriens ab Occasu, tantumq; distant impj; heretici verbo, et mente, à Deo inspiratis viris.*

Secundo, etiamsi sincerè, & simpliciter, in quibusdam dogmatibus, Patres citent, hæc maior astutia est, sacris verbis pietatem fucare; ob id enim ait Episcopus Epiphanius contra Gregorium Hæreticum in secunda Nicena Synodo act. 6. [ *conantur, ait, piè quedam concionari, quomodo feliciter in hoc recte dicentes, in alijs quoque fidem conuentant.* ] sed ( ut dicitur ibidem tom. 6. ab eodem Epiph.) *Habent namque consimilem cum heresiarchis veteribus, ignorantiam: nam & ipsi multa cum catholica Ecclesia conuenientia dixerunt: in uno autem, vel altero transgressi, anathema acceperunt, cum quibus sanè, et isti partem habent, etiam si sic dicant, et Patres in aliquibus dogmatibus reverenter suscipere simulant.*

Tertio, non simpliciter, sed cum protestatione recipiunt Patres; ait enim Calvinius præsat. ad Regem, quod etenus Patres recipiunt, quatenus nobis seruant eorum scripta, non dominantur: & vt vult Bullingerus, quatenus eorum auctoritatibus

*bus non adstringuntur: vel secundum Lutherum, vt mille Cypriani, mille Augustini, mille Tertulliani, nihil valeant, nisi aeterno Dei verbo concordant. Quod est dicere, Patres eatenus recipi, non quia Patres sunt, sed quia verbo Dei concordant, vel scripturarum sensum sunt affecti: Ergo euidenter sequitur, illum, vel illum Patrem eatenus eos recipere, non quia sic loquitur hic Pater, vel ille exponit; sed quia illum, vel istum Patrem ad libram, & iudicium eorum appensum, verum dicere, vel verbo Dei concordare eorum calculo approbatur; Non ergo eorum dicta ex Patribus, sed Patres potius per eorum dicta probationem accipiunt: hoc autem non est Patres honorare, sed eludere, & Augustini, vel alterius Patris, cuius efferunt authoritatem, interdum specie tantum, & ioco usurpare.*

Confirmatur. Nam haeretici modo Augustinum, & alios, vt homines satentur errasse, & eos repudiant, modo hunc solum extollunt: & interim ad examen rectum, num congruenter locutis sint ad verbum Dei exigunt, nullamq; ex verbo Dei vocem producunt. Ergo vel umbras verbi Dei tantum fateri coguntur se insectari, dum verbi Dei intelligentiam non afferunt, vel nullum pondus apud eos habere Patres, ab ipsisdem ad trutinam exactos, dicere necesse est.

Quarto. Nam etiamsi contra alios haereticos Narratores alii, sanctos in testes producunt, contra ipsos dant testimonium, dum aliena ora obturare contendunt: & dum alios reprehendunt, se ipsis condemnant. Exemplum est in Iosia Simlero de aeterno Dei filio lib. 1. c. 2. sic impugnante novos Samosatenos. [ *Vt enim autem in horum confutatione paucissimis Patrum testimonij, non quod ea desunt nobis, sed vt aduersarijs morem geramus. Hi enim nos ad scripturam prouocant, et quia omnem antiquitatem sibi aduersari non ignorant, omnes sine exceptione reiiciunt: imo Ireneum, Iustinum, Ignatium vetustissimos scriptores damnant, atque Antichristos, et falsiloquos nominant.* Contra enim sic ad hominem arguitur. Cum hi Samosateni, Patres ut falsiloquos, & Antichristos habent, vel iuditio Simleri recte processus Ecclesiae damnat, vel temerariè in venerandū horum confessum irruunt. Si rectè: non ergo à Iosia culpandi Samosatani, quod Patres vocent falsiloquos: si temerariè, & impie: impius Simlerus depræhenditur, dum alias lapsos esse Patres cum suis symmictis dicat, nempe (vt ait) quod mortuos adorant, *Messianicum sacrificium induixerūt* &c. & sicut ut dicitur Eccles. 21. cum maledicunt impius diabolum, maledicunt ipse animam suam, se ipsum etiam simili maledictione, ob culpam dignè iudicant; sic dum Iosias alios haereticos detestatur, sub eadem detestatione se ipsum inuoluit. Vel ergo serio recipientes Patres, ut impij exsuffiandi: vel sic ludentes, ut duplo gehennæ filii sunt habendi.

Quinto. quia experientia compertum est, quod eatenus testimonia Patrum non recipiunt, quatenus suis positionibus aduersantur, & si per impossibile in illis possent reperire suam solam, & fidem specialem, iustitiam imputatiuam &c. pœna carerent; at de facto multa violenter extor-

quent, & illis imputant, manifestum ergo est non sincerè, & simpliciter; sed fraudulenter Patrum testimonia allegare. Sed de Centuriatoribus multa expendemus exempla, qui cent. 2. pag. 60. Clementem arguunt quod lib. 5. Stromatum dixerit. *Gratia seruamur;* sed non absque bonis operibus, & ibidem lib. 6. item dixerit quando audierimus, *sides tua te saluum fecit, non accipimus,* eū dicere absolute eos saluos futuros, qui quomodo cumq; crediderint, nisi facta quoque fuerint consecuta.]

Item Iustinum accusant, quod quæst. 103. ad orthodoxos ita scripsit. *Quid est tota legis iustitia? diligere Deum plusquam se ipsum, & proximum, ut se ipsum, quod quidem non est impossibile hominibus volentibus.* ]

Amplius Irenæum reprehendunt, docentem lib. 4. aduersus haereses c. 72. *Inter cetera Prophetæ, & Apostoli hortabantur homines iustitiam agere, bonum quoque operari, quia in nobis sit hoc]* & rursus ibidem afferentem [ *non tantum in operibus, sed etiam in fide liberum, & suæ potestatis arbitrium homini seruauit Dominus.* ]

Addunt, & Centuria 3. c. 10. pag. 286. accusationem contra Cyprianum, quod libro de habitu Virginum; & sermone de eleemosyna docuerit credentes [ *per omnia seruitutis obsequia redemptoris imperio parere, dareque operam, ne quid immundum, & prophanum templo Dei inferratur, eleemosynam vero viam esse tuendæ salutis, eaque fôrdes quascumque post baptismum contractas deleri.* ]

Insuper cent. 2. c. 4. pag. 64. præter enumeratos, Ignatium taxant, virginitatis statum, virginesq; Deo consecratas honorantem, & commendantem; & de diebus festis, quadragesima, Episcopis, & presbyteris testimonium perhibentem.

Prosequuntur in Cent. 3. cap. 4. pag. 240. Tertullianum insimulare, quod lib. 4. contra Marcionem testet regnum Dei intra nos esse, id est in manu, & potestate nostra si audiamus, & faciamus Dei præceptum intellige Deo auxiliante, & præniente, & cooperante &c. non enim ponetur lex ei, qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate.

Et ibidem pag. 265. Origenem vituperant, quod homil. 8. in Exodum, & hom. 2. in cantica affirmet, baptizatum posse [ *per omnia legem implere, non esse inordinatum sermonem diuinum, nec impossibilia præcipere.* ]

Et Centuria 4. cap. 4. pag. 293. Hilarium traducunt pronunciantem in cap. 7. Matt. *De nostro est beata illa aeternitas promerenda, præstandumque est aliquid ex proprio]* Deo, s. 3. nos mouente, & præueniente, & rursus [ *præstat Dominus sapientiam his, qui per meritum operum, gratiam intelligentiae consequuntur.* ]

Item ex centuria eadem ibidem pag. 291. in Basilius inuehuntur libere hæc profitentem contra Eunomium [ *creatura ita est comparata, ut virtutis, & divinæ dilectionis premium sanctificationem habeat, quoniam natura uititur libera, & ad utrumlibet possit inclinari, sed electionem scilicet boni, & peioris.* ]

Eadē centur. ibidem pag. 292. & 293. Ephrem N. 3. incu-

# 150 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

incusant lib.de vera pœnit.cap.1.monentē [quid prodest si habeamus omnia, sola autem nos salvante charitate careamus? ] & alibi [ nihil nobis prodesse poterit in illa iudicij die, nisi conuersatio sancta, & bona opera, quæ hinc detulerimus nobiscum .]

Et ibidem pag. 927. Nazianenum reiçiunt dicentem (oratione in dictum Euāgelij) [ quod saluemur, partim à nobis, partim à Deo esse oportet ] & oratione dicta in præsentia Basiliū [ nos quoque corona fiamus participes, & eiusdem gloriæ heredes, cum hæc in nostra sit potestate: intellige cum superius dicta expositione ad Origenē, præterea de remissione peccatorum, eam quam gratus consecutus es, etiam per diligentiam conserva, ut remissio tibi à Deo sit, à te vero fiat conservatio .]

Centuria eadem ibid. pag. 291. Epiphaniū accusant ita scribentem lib.1. tom.1. [ manifestū est, clarumque, ac minime ambiguū, quod liberū arbitriū exhibuit nobis Deus per se ipsum locutus; si volueritis, & nolueritis. Quare circa hominem est, bona operari, aut malas res appetere]. Cui concordat, quod scripsit hæresi 64. [ Spontaneam ad vitraque voluntatem Deus hominibus, perinde ut Angelis constituit, ut aut obedientes verbo essent, & acciperent beatitudinem, eaq; fruerentur, aut non obedientes iudicarentur ]

Ibidem eadem cent. 4.c.4 pag. 292. Hieronymū accusant, quod afferat in Esaiah 1 b.8.c.21. [ non sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur, ] & quod rursus in Danielem c.4.affirmet. Cum Daniel præstis futurorum de sententia Dei dubitat dicens, forsitan ignoscet Deus delictis tuis: rem te nerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur.

Et eadem cent.cap.10. pag. 1161. Ambrosum taxant lib.de Iacob c. 1. docentem, [ non servili ad obediendum constringimur necessitate, sed voluntate arbitra, sive ad virtutem propendemus, sive ad culpam inclinamur, & ideo nos aut liber affectus ad errorem trahit, aut voluntas reuocat rationem secuta ] & rursum libro de Elia, & ieiunio dicentem [ habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus: non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es, peccatis tuis venundatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua, vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. ]

Centuria 5.cap.4.col.504. Chrysostomum arguunt, vt bonum operum encomiastem, dum ita scribit hom.5.in Matt. [ unusquisque nostrū nulla alia in re spem suam, nisi post Dei misericordiam, in morum sanctitate constituat. ] & homil. 48. in Ioannem dicentem. [ Non dicimus satis esse solam fidem ad salutem, quodq; de vita sœpe in Euāgelijs dicuntur, ostendunt. Cur enim non dixit, ipsa est vita æterna sola? neque qui credit in filium solum habet vitam æternam? sed in utroque vitam esse significatur, nam nisi mores sequantur, sequitur supplicium .]

Et tandem cent.5.cap.4 pag.507. Augustinum reprehendunt lib. de peccatorum merit. & remiss. c. xv. ex scripturis colligentem, videlicet Cor.6.Galat.6.Matt.15.Matt.25. quod mala ope-

ra damnēt, & doceat quod per bona vitam pre mereamur æternam ] & quod serm.2. de Ascensione Domini ita loquatur [ Oportet unumquemque Christianum conscientie sue habere iudicium, & conuerti ad Deum, nec de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in fine vitæ sue constitutus ] & serm. 5. de collectis docentem [ ad regnum Dei recta fide, & bonis operibus perueniri. ]

Dies me deficiet enarrantem, quot eructent in alijs seculis de Isychio, Cyrillo, Theodoreto, Paulino, Prospero, Leone, Eucherio, Sedulio, Saluiano, Primasio, Marco Eremita; & alijs, vbi annotant omnes DD. illorum seculorum dogmata, ea docuisse, quæ nunc profitetur Ecclesia, ipsiq; impiissimè nœuos appellant.

Sed, & Caluinus quoq; in Patres debachatus est in multis capitibus lib. 2.c.14.§.3. & c.16.§. 9. & 3. c.3.§.10. & c.4.§.38. & 4.c.12.§. 10. vbi hæc eructat, [ Non in totum excusare audeo veteres, qui ex superstitionis quedam semina iecerint, & occasio nem præbuerint tyrannici, quæ postea exorta est, & tunc passim inualuerunt superstitionis, cuius patrocinium suscipiens quidam de suo gregē porcus, Vulfelphus Vuitak sic ait. Verum esse quod Caluinus ait, & qui Centurias scripserunt, in multis erratum esse à veteri Ecclesia, ut de Limbo, de libero arbitrio, de meritis operum &c. sed de hac re iterum redibit sermo inferius ar. 7.

## CONCLVSIO ORTHODOXORVM

Callidè Nouatores Patres recipere simulant, quos tamen impiè regiunt, & fugillant: vel sive cipiunt, iniqua condicione recipiunt.

R Epondeo dicendum, quod peculiare est hæreticis Patres impugnare, & nihilominus se eorum vindices profiteri, cum sciant nouitatem ab omnibus explodendam. Vnde Eunomius sic introducit loquens apud Basilium lib. 1. Eam verò quæ iamdiu iam apud Patres obtinuit, inquit, pia traditio, tanquam amissim quandam, aut regulam reponendo præmittimus, ut quæcūq; dicantur, iutius per eam possimus iudicare, sed ut ibidem Basilius paulo ante monquerat, idcirco fidem suam dictis Patrum confarcinaret: Primum ut innouandi dogmati suspicionem effugiat, cum ipsorum Patrum fidem tanquam rectam suscipiat: deinde, vt omnes integritate verborum fratris, nihil sibi prospicientes in cauillationum laqueos incidenter. Simil autem etiam illud conspergit, quod ex sententiam suam probabilius inducere possit, cum dicta Patrum interpretaretur, & facile impietatem se esse occultaturum. Quod si suspicetus foret sineulla culpa esse videatur, quod non ē suo, neque a se dici, sed alienæ mentis sit interpretatio. Quia in re dignum quid risu commisit, & non sensit: nam cum eandem Patrum fidem summis laudibus extulisset, post pauca illam ipsam turpissimis probris afficit ] hoc eodem modo accidit Nouatoribus, qui Patres se recipere fingunt, iisdem rationibus quibus veteres isti hæretici Patres se recipere

cipere singebant. Primo ne nouorum dogmatum architecti deprehendantur. Secundo ut securius Patrum dicta corrumpentes, vel extorquentes incautos decipient. Tertio ut dum interdum Patres se recipere simulant, cum impietatem proponunt, pietas tradi extimetur probabilibus suis contexta. Hoc modo confess. Vuittembergensis ad Patres confugendum dicit, vt supra dictum est. & Caluin. Epistola ad Regem ait, cùm improbis clamoribus nos obruunt, cùm Patrum contemptores, & adversarios; Nos verò adeò illos non contemnimus, vt si præsentis instituti essent, nullo negotio mibi liceat meliorem eorum partem, quæ hodie à nobis dicuntur, ipsorum suffragijs comprobare] Verum vt contigit Eunomio ex una parte Patres recipienti, & altera Patribus illudēti, idem accipit Nouatoribus: Nam si Patres singunt se recipere, illos hac conditione recipiunt; si verbo Dei dictæ ipsorum concordent; ita confessio Vuittembergensis, ita & Caluin. loco cit. dicens; Sic tamen in eorum scriptis versanur, ut semper memorimus omnia nostra esse, quæ nobis seruant, non quæ dominentur: Nos autem vnius Christi cui per omnia, sine exceptione parendum] Hæc autem exceptio probrum est Patrum.

Primò quia absolute dicitur Proverb. 22. Ne trasgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui: & iterum: Sapientiam antiquorum exquirat sapiens. Quibus verbis significatur veneranda esse scripta sanctorum, etiam non intellecta: diutius sensus eorum exquirendos: sensus eorum non facilè reiiciendos: ubi senes sunt, ait sapiens Eccl. 32. ne multum loquaris, & Iacob. 3. nolite fieri plures magistri fratres mei: velle autem fieri hoc modo magistrum, est magistrorum Ecclesiæ censorum agere, discutere præsumendo, num congrueret verbo Dei locuti sunt, à quibus debemus recipere interpretationem verbi Dei. Vnde meritò ad illos dicere possumus, quod contra Pelag. & Cœlestium scripsit Augustinus de gratia Christi c. 41. Videtis ait quod qui ista sentiunt, ignorantes Dei iustitiam, suam volunt constituere, & longè ab illa sunt, quæ nobis ex Deo est, non ex nobis, quam in scripturis etiam sanctis maxime canoniciis aduertere, atq; cognoscere debuerunt: sed quia secundum sensum suum legunt, profecto in illis neque aperiè contuentur. Vt in am ergo saltem in Catholicorum virorum scriptis, à quibus eas rectè intellectas esse non dubito, quid sit de adiutorio diuina gratiæ sentiendum, non negligenter attenderet, nec sua sententiæ amore nimio præterirent. & S. Cœlestinus Epistola ad Episcopos Gallie, ait, Legimus supra magistrum non esse discipulum, hoc est, non sibi debere quempiam ad iniuriam doctorum, vindicare doctrinam, & contra eorūdem Patrum contemptores, ait. Nec mirari possimus, si hæc erga viuentes doctores, iij nunc audeant tentare, qui nituntur etiam quiescentium Patrum memoriam denigrare. Secundo quia semper quæstio redibit de Iudice iudicante, an Patrum scripta cum Scriptura concordent, & cū ex Scriptura (quam volunt ipsi iudicem) hoc decidi non possit, interminata quæstiones erunt, & interminabiles: sed iusta est diuina retributio, quod Lutherus virgula censoria examinatas dicta

Patrū, ipse (& merito) hac poena multatus est, quod à Vuittembergensibus, pro ipsorum arbitrio multatus, truncatus est, & examinatus, atq; rejectus.

### Solutio oppositionum.

**A**d Primā Resp. vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Nam Lutherus alibi Patres pro nihilo ducit, libello namq; aduersus Latomum, cùm sibi obijeretur authoritas Patrum dicentium, non remanere peccatum post baptismum, ait, sed nunquid præcepunt Patres. aut præcipere potuerunt sic esse dicendum? & ibidē pro reducendo vsu Paulinae vocis ait: hic omnia omnium Patrum dicta semel in unum negamus, & in procēmio assertionum, quo sensu Patres reperit, exponit. Hæc volvi in hoc protestari, ne ij, qui sanctorum Patrum alicubi dictis suffarciati, præsumunt victoriam sibi, seque aliquid fecisse putent, si me aduersariorum ostenderint, vel unius Patris Ecclesiastici vno alicui verbo quod hactenus à scholasticis Doctoribus ad Ecclesiasticos semper prouocauerim: non enim sic ad eos prouocauī, ut omnia eorum vera arbitrarer, sed quod propriæ veritati senserint, quam scholasticæ, qui nihil veri habent reliquum, ut sensim ad fontem ipsum riuulis deducentibus veniremus. Idem docet Epistola ad Equitem Germanum 1521. Vbi appetit inconstantia Lutheri. Nam à scholasticis ad Patres prouocauit, quia putabat sua cum illis consentire: at vbi dissentire deprehendit, spe frustratus, Patres abnegare coepit, vel sub censura, recipiendos dogmatizauit, negatus etiam scripturas, si non ad suas hæreses colorandas, extorquendas, prouinciam non assumptisset, quas demum abnegauit, & ad atheismum properauit. vide in nostro deposito A. apostolico cap. 21.

Ad secundam Respondeatur, quod in locis cō munibus tit. de Ecclesia fol. 6. sic dicit Melanthon. Dicendum est scriptores, qui extant, sāpe lapsos esse, & fortasse aliquos, ne quidem membræ Ecclesiæ esse, & paulò inferius hanc regulam Lesciam tradit. dixi: audiendos scriptores, sicut & nūc quoque dicimus, audiendos concionatores, qui aliquin manent in Ecclesia, qui retinent veritatem, semper manet regula doctrinæ] Vbi appetit non simpliciter Patres recipere sed sub illa conditio ne impetranti, & falsa, & superius refutata, quod scilicet sint recipiendi, si concorditer loquantur ad verbum Dei.

Ad tertiam respondeatur, ab iisdem Centuriatoribus in suis centonibus male fabrefactis passim n̄uis aspersos, & paleis Sanctos Patres pronunciari, ita vt vna manu lapidem, altera panem (vt in veteri proverbio dicitur) habeant: proferunt enim eos, vt testes antiquæ doctrinæ, sed testificata dogmata ne recipiant, vt quisquilius habent, & incommodes opinones. Sed recolere debebant, quod scripsit Basilius de Spiritu Sancto c. 29. quod [veteribus, ac beatis illis viris, qui iuxta exactam suam eruditio[n]em quidquam statuerunt, ipsa antiquitas fidem conciliat.]

Ad quartam respondeatur, eundem Caluinum sapientem

Sæpiissime in Patres debacchari, eorundem iudicem se constituere, ut dictum est quæstione prima articulo primo, dum recipi vult, ut nobis seruant, inquit, non ut dominantur. Sed vetus fuit hoc hæreticorum supercilium, dicente Augustino de utilitate credendi c. i. Manichæos terribili aut horritate separata mira, & simplici ratione, eos qui se audire vellent, introducturos ad Deum, & errore omni liberaturos; catholicos, superstitione teneri, & fidem ijs ante rationem imperari, sequere nullum præmere ad fidem, nisi prius discussa, & enodata veritate. Sic isti discussis Patrum monumentis, Manichæorum virgulam censoriam arripientes, iudices Patrum videri volunt.

Ad quintum ex eorum numero est Beza (& similes) de quibus scriptum est ps. ii. labia dolosa in corde, & corde locuti sunt; & postea disperdat Dominus uniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam: nam si ex vna Patres magnificat, alibi dolosè Patribus insidiatur, non secus, ac maleferiatus Semei in David lapides contorquens. Num afferamus exemplum, de Heronymo enim loquens, ut dixit Rescius, verbo [Patrum hostes] aequa damnatum facit, ac diabolum, iniuriosum apostolo, blasphemum, scelestum, impium &c. an non hæc monstrant Bezam bilinguem, & Satyrum, calidum, & frigidum uno eodemque habitu spirantem? ore benedicentem, ac maledicentem, & insultantem?

Ad sextum. sicut dicit Augustinus primo contra Iulianum Pelagianum: tam sunt graues Patri sententia, ut te videam sub earum onere laborare. Unde non est mirum, quod veritate pressi interdum Nouatores, cum sine Patrum testimonio, & autoritate de alijs triumphare non possint, eos doctores quos ad infernum detraxerant, è tenebris rursum eruunt, summoque celo locant. Sed illud commodum reportatur, quod eadem fides, quam exigunt, ex doctrina Patrum, sibi præstari debere in materia Trinitatis &c. non est mirum si præstanta vrgetur ab Orthodoxis, in materia Eucharistiae, iustificationis &c. sed oportebat mendaces esse memoræ.

Ad ultimum. Subdolè illa confessio Vuittembergensis procedit: nam ibidem vult Patrum doctrinam exigi ad normam scripturarum, non simpliciter accipiendam: quam iniquam conditionem in scholijs, & in assertione catholica confutat noster egregius vir F. Petrus de Soto. Sed ad detegendam faudè Hæreticorum, qui Patres recipere simulant, opera pretium est, iporum fraudes detegere, circa usum huius loci ab auctoritate Patrum, sic enim magis euincetur, eos solis labijs, Patres recipere, factis autem eos insectari.

## ARTICVLVS II.

An supposititiis, aut confictis, aut detractis, aut falso interpretatis sententiis veterum Patrum Catholicos fallere studerint noui Gabanonitæ.

## Nouatorum fraudes.



Vm aperto Marte catholicos superare non valeant Nouatores, hoc est Patrum testimonij sincerè, & veraciter prolatis; callidi, & versipelles ad astutias, & stratagemmata confundunt, ut quò pertingere non possit Leonina, vulpina affutatur, ut veteri proverbio dicitur. Hic quondam Gabanonitæ contra Iosue callidè cogitantes, tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtræ vinarios scissos atq; consutos, calceamenta perantiqua, quæ ad indicium vetustatis, pitaçis consuta erant, induit veteribus vestimentis, ut dicitur Ios. c. 9. Hi pérgentes ad Iosue dixerunt, simulq; omni Israeli. De terra longinquæ venimus, pacem vobiscum facere cupientes, qui repulsa passi adhuc ad Iosue institerunt: Seruiti sumus. A quibus percontante Iosue Quinam estis vos? aut unde venisistis? responderunt. De terra longinquæ valde venerunt seruiti tui, & panes quando egressi sumus de domibus nostris, ut veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc siccifacti sunt, & vetustate nimia communuti: vtræ vini nouo impleuimus, nunc rupti sunt, & vetustate soluti: vestes, & calceamenta quibus induimus, & quæ habemus in pedibus ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. suscepserunt igitur de cibarijs eorum, & os Domini non interrogauerunt, fecitque Iosue cum eis pacem, & initio fædere pollicitus est, ut non occiderent. Sed cum iurejurando Iosue vitam illis promisisset, noluit ab Israel eos occidi, sed decreuit, eos esse in ministerio cùtis populis, & altaris Domini cedentes ligna, & aquas comportantes usque in presentis tempus in loco, quem Dominus elegisset. Gabanonitarum nomine ij significantur ait Isidorus in c. 9. qui credunt, sed erga seruos Dei deuoti, vel Ecclesiæ cultum habere videntur, tantum signum salutis habentes, sed inter sanctos libertatem non consequuntur. Sed hæreticos etiam optimè dixeris ad populum Dei decipiendum astutias meditantes. Ad decipienda ergo simplicium corda vetustos panes, pannos, calceamenta habere se simulant, hoc est vetustatem, antiquitatem habere se iactant, Patrum consensionem pro se habere procla-



proclamat. Tales fuerunt ab initio veteres hæretici. Vnde S. Martinus Papa consultat. 4. de Monothelitis loquens, dicit; quod talibus mendacij, & astutijs se muniebant [ ideo subdit ] Sæclos Patres per omnia, & in hoc sequentes unam voluntatem Domini nostri Iesu Christi confitemur: addentes etiam: hæc pietatis dogmata tradiderunt nobis, qui ab initio præsentialiter viderunt, & ministri verbi facti sunt, eorumque discipuli, & successores, & sequentes à Deo inspirati Ecclesiæ Doctores, id est Sanctæ, & uniuersales quinque Synodi Beatorum, & à Deo inspiratorum Patrum, qui in Nicæam, & in hanc regiam ciuitatem, necnon in Ephesinam primum, & in Calcedonem. venerunt, & iterum in Constantinopolim in quinto congregati sunt Concilio ] & lecto typo, vbi hæretica doctrina tradebitur. Martinus Papa dixit. Igitur arbitrati sumus ab omnipotenti Deo inspirati, sicut talem accensam discordie flammam, extinguere, & non concedere eam ulterius humanas animas depasci ] nimur, vt in tali questione de una, vel duabus voluntatibus tantummodo de eis equi, & sufficierent habere diuinæ scripturas, & traditiones quinque uniuersalium Conciliorum, & Simplicibus, sine quaestione, Sanctorum probabilitum Patrum usibus, sive uscibus, quorum dogmata, regulæ, & leges Sanctæ Dei, & Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiastice consistunt, nihileis addentes proprium, neque minuentur, aut præter suam intentionem eas interpretantes: sed priorem habitum ubique custodiri, sicuti antequam procederet contentio prædictarum questiomum, quasi nulla sit de eis exorta contentio &c. ] & post adducta symbola Synodorum, & lectis iussu Martini testimonij Patrum, mendacia sunt detecta. Vnde Synodus sic pronunciauit. Necesse est enim in omnem terram excire nostrum super hac resonum, & in fines orbis terrarum Sanctorum nostrorum consonam virtutem, videlicet pro cautela Orthodoxorum populorum, & omnibus manifestu facere, quoniam in scripto, & sine scripto Patres calumniati sunt, sicut & sancta quinque Concilia, Cyrus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus: deuiditi sunt autem contra suam temeritatem mentiri, qui nunquam per quemlibet modum, aut verbo intellexerunt aut prædicauerunt, que Orthodoxi Patres dixisse sive intellexisse noscuntur.

Sed & Luth Philippus Caluinus, & Oecolampadius, Centuriatores, hæreses, persuadere facilius volentes, Patrum sententias annotarunt, aut monumenta corundem, distributis locis concesserunt, affixis titulis hæreticis, vel marginibus, aut interpretationibus sinistris, intellectum Patrum depravantes. Initio multi catholici putantes eos vera sentire, antiquitatis testimonia habere, in eorum nassam pertracti sunt. Sed non mirum quia os Domini non interrogarunt, hoc est Ecclesiæ sensui non consuluerunt, cum ijsdem fœdus iuxerunt nonnulli, liberè eorum fidiculas spaciari permittendo, vite eorundem parcentes, qui vita ipsorum spirituali infidibantur. Animaduertere debebant cum Patres, cum vetustatem, cum concilia inculcabant, satis vetustos esse pannos, quos lacerauerunt in alijs articulis fidei; & antiquitatem clementitos, cœtones protulisse vetustos, & la-

ceros, nec integra fide prolatos sed truncatos multilos, detritos, consciissos. Sic quondam (vt recte Cardinalis Hosius scripsit Epistola 63. ad Sanctum Carolum Cardinalem Borromæum) responderunt Trinitarijs Sacramentarij, opponebant illi Patres vetustatem, Concilia; sed responderunt illi [ vetustos esse hos pannos, qui ipse primo lacerauerunt in alijs articulis fidei ] potiori iure id respondere poterunt catholici omnibus, & qui buscumq; hæreticis proferentibus antiquitatem, nimur vetustos pannos adducere, sed quos lacerauerunt in alijs articulis fidei, imo eos etiam de quibus controvenerit, non integrè, non fideliter, sed truncatè, & corruptè &c. afferre. Verum id ex hæreticorum fraude reportatum est, quod dimissis (à nonnullis) liberis, quos iure necare debebant, eorum ministerium Ecclesiæ deseruit; nam congeminantes testimonia antiquitatis prævnoquoque dogmate controvesso (vt patet in Centuriatoribus) satis ostendunt, fidei catholicæ firmatatem ad tempora Apostolica census suos deferentes, vt infra ostendetur. Ut ergo Gabonitarum, & deceptorum istorum fraus apparent primo de confititis operibus sub Patrum nomine, Secundo de corruptelis librorum Patrum, Tertio de falsis interpretationibus, & extorsionibus agendum, oculari demonstratione, vt temeritas impiorum pudore suffundatur.

## OSTENSIO PRIMA De suppositijs operibus, sanctis Patribus attributis.

**V**T hæresibus suis fidem, ex auctoritate insignium authorum, conciliarent hæretici venenatis poculis veterum Patrum dulcia nomina, & cognomina fingentes, circumposuerunt, vt tali imposturæ genere incautos decipientes, pro necessitate excrementa, pro medicinis, & remedijis letifera venena propinarent. Vnum, aut alterum è veteribus proferamus exemplum.

De Nestorianis dicit Euagrius lib. 3. c. 31. Sanctorum Patrum libros sæpe depravauerunt, multoque Apollinaris libros Athanasio, Gregorio Tauriathurgo, et Iulio, in scriptioribus, commutatis, attribuerant, quibus quidem libris plurimos in suum impium errorem induxerunt.

De Dioscoro, & alijs dicit Marcianus in Epistola ad Alexandrinos, quæ habetur in Synodo Chalcedonensi, quod libros Apollinaris non dubitarunt plebi dispergere, vocabula Sanctorum Patrum eis attitulantes, quatenus ad plenum simpli- cium mentis sua falsitate deciperent.

Leontius lib. de sectis, seu hæresibus act. 8. sic scribit de hæreticis Eutichyanis. Afferunt, aliud quoque dictum, velut à Beato Iulio, profectum, quod existat in Epistola scripta ad Dionysium Corinthi Episcopum, cuius initium est: Miror de quibusdam audiens: estq; dictum huiusmodi [ ne- cessere est eos, cum duas naturas dicunt, unam adorare, alteram non adorare, at in diuinam quidem baptizari, in humanam vero non baptizari, alia que plura et hæc Epistola continet. Sed nos argu- mentis plurimis conuicimus illam Epistolam, non esse

esse beati illius Iulij, sed Apollinaris primum ex eo, quod si quis eam subtiliter consideret, nihil Iulij nomine dignum habeat, quin et septem ille Epistole, quas eius esse dicunt, Apollinaris sunt. Deinde quod in eodem Epistle corpore, mentione facta, nunquam id mente præditum, vel animatum dixerit etc. & postea. Praeterea inde etiam non Beati Iulij, sed Apollinaris esse demonstratur, quod Nissenus ille Gregorius in opere contra Apollinarem, aperie multa recitet, quæ hac Epistola continentur, eaque cœn prava refutet. Potest etiam aliunde conuinci, quod Beati Iulij non sit. Aliunt enim actis Synodi Ephesinae sub Beato Cyrillo, insertam, quod quidem aperte mentiuntur: nam ibi nihil tale in textu reperitur. Sed alia quædam inserta est epistola, veluti à Iulio scripta, nec ipsa Iulij, sed Thymothei Apollinariste, quemadmodum de multis exemplaribus intelligi potest. Sed & Gelasij Papæ nomine attulatum librum aduersus Nestorium, & Eutychianistas illud monstrat supposititum esse, quod ibi inter cetera, Eusebius Cesariensis Episcopus hæreticus Arianus inter Patres recenseatur, prater alia quæ anno taut Baronius anno 496. num. 5. & seq. Sed & Cassiodorus alia sub eiusdem Gelasij nomine falsò edita, quæ Pelagianismum saperent, his verbis testatus est: sic ergo ait de diu. lect. c. 8. In Epistolas tredecim S. Pauli annotationes conscriptas, in ipso initio meæ lectionis inueni, quæ in cunctorum manibus, ita celebres habebantur, ut eas à S. Gelaſo Papa Vrbis Romæ, doctissimi viri studio, dicerent fuisse conscriptas; quod solent facere, qui res vitiosas cupiant glorioſi nominis autoritate defendere. Sed nobis ex precedentibus lectionibus diligenter retractatione patuerunt, subtilissimas quidem esse, ac brevissimas dictiones: sed Pelagiani erroris venena illic esse seminata. Sub nomine Vigilij Papæ scriptas litteras ad Iustinianum, & Theodorum, finixerunt hæretici Eutychiani ad hæresim comprobandam: sed malitia eorum detecta est in sexta Synodo a. 515. tom. 2. concil. vbi dicitur. Anathema libro, qui dicitur Menæ ad Vigilium, & qui eum finxerunt, seu scripserunt. Anathema libellis, qui dicuntur facti fuisse à Vigilio ad Iustinianum, & Theodorum, & qui sūt demonstrati Monothelitas quoque falsa scripta Patribus supposuisse patet ex actis Maximi cum Theodosio apud Baronium anno 656. nu. 14. vbi dicitur. Et produxit Theodosius eas, quæ falso nomine ab eis afferuntur, ut Iulij Romæ & Thau-maturgi Gregorij, & Athanasij Sanctorum au-thoritates, & eas recitauit, dixit vero Maximus. Metuamus sanè Deum, & nolimus eum ad iugundiam prouocare, has proferendo hæreticas au-thoritates: nemo enim ignorat has esse impij Apol-linaris &c. & cum proferret ementita loca velut nomine Chrysostomi; dixit Maximus. Hæc Ne-storij sunt, &c.

Nostris temporibus insignis ille noster Fr. Senensis in præfat. ad lib. Bibliot. Sanctæ obseruavit, Oecolampadij volumen aduersus Sacramentum corporis, & sanguinis Christi euulgasse Nouatores, sub titulo conficti Patris, Bertrami Præsbyteri, de corpore, & sanguine Domini ad Carolum Magnum: ac si Bertramus inter Patres esset col-

Iocandus, cum Berengatianæ hæresis fuerit pa-tronus, vt notat idem Senensis lib. 6. annat. 96. vn-de merito hic liber in Indice à Clemente Papa VIII. proscriptus est: nec ipsemet Bertramus re-tè sensisse de Eucharistia Sacramento iudicatu-s est, lege Posseuminum in apparatu. sic etiam de libris Carolinis, de Vigilio Tridentino, & alijs obscuriorum, & ignotarum gentium, ac seculorū hominibus, Caluinus solet gloriari, vt dicit Sanctes repet. 2. de Eucharistia.

Rursus ex eodem Sixto in prologo, prodijt opus Carolstadij contra cultum Sanctarū Imaginum, cum inscriptione Caroli Magni de cultu Imaginum ad 6. Synodus in Oriente congregata: sed quod illi libri ementiti sint, appareat ex libello Adrani Papæ ad Carolum, vbi libri hi accurate reselluntur. extat liber Adriani tom. 3. Concil.

Rursus aliud Caluini opus emiserunt, sub no-mine Alcuini præceptoris Caroli Magni ad eundem Carolum. vnde in Indice Romano Alcuini, seu potius Caluini commentarij in libros de Tri-nitate prohibentur.

Sub titulo D. Athanasij de vera, & pura Ec-clesia, emanauit liber contra visibilem Ecclesiam, ex eodem Senensi, vbi supra; sic eundem stylum imitati alij hæretici ementita inscriptione. Glo-riose memorie Ioannis Episcopi Roffensis de misericordia Dei opusculum, in Buceri, aduersus operum bonorum merita, committarunt, sicut & sub nomine Thomæ ordinis Prædicatorum Epi-scopi Iustopolitan, ediderunt conciones Bernar-dini O hini Apostatae, & hæretici. plura dinu-merare volumen integrum postulat.

### 6 O S T E N S I O I I . De corruptelis factis per eosdem, in opusculis Patrum.

**S**ed nec tantum uno peccati genere peccatum est, adulterinos scetus supponendo Patribus; sed etiam corrumpendo, ex Florimundo Ray-mundo lib. 3. de origine, & progress. hæres. c. 7. Oecolampadio prouincia demandata est corrū-pendi homilias Chrysostomi super Genes. cum Theoph. Vuolphangus Musculus similiter plu-ra Sancti Basili opuscula corrumpenda suscep-tit. Sed et Ioannes Langius Iustinum, & Lambertus Honfredus Cyrillum Alexandr. Jacobus Faber Damascenum, Bobaldus Pichieruerus Grego-rium Nazianzenum, Laurentius Homfredus non-nulla opuscula Origenis, Ioannes Louenclauius Gregorium Nicenum peruerterunt. Sed, vt di-stincte procedamus, sciendum ex Tertulliano lib. de præscriptionibus c. 38. quod corruptio tri-bus modis accidit, truncatione, additione, trans-mutatione. Quantum attinet ad truncationem, olim Dionysius Corinthiorum Episcopus de hac re conquesitus est apud Euseb. lib. 4. c. 22. Epistolas inquit rogatu quorundam fratrum, qui ne ad scri-bendum compellebant, conscripti, atq; eas ministri diaboli zizanijs refererunt: nam quedam pro suo arbitratu execuerunt, alia adiecerunt: quibus plan-

plane ut in extremum iudicium repositum est.  
Nec mirum certe quidam dominicas scripturas,  
dedita opera, depravare aggressi sunt, cum has  
meas, quae non sunt certe eius generis adulterare  
studuerunt.

Sed, & in 6. Synodo Constantinopolit. act. 8. Macarius Sancti Athanasij testimonia detruncasse legitur, vt adstrueret in Christo vnam voluntatem: cunque de hac re conuinceretur, in Syndo, dixit Macarius. Ego testimonia, quae deflorauit secundum proprium intentum deflorauit. & S. Synodus. Et hoc testimonium Sancti Patris peremisti: non congruit orthodoxis ita truncatas SS. Patrum voces deflorare. Hæreticorum potius proprium hoc est. & dicente rursus, quia, querens stabilire intentionem meam, hoc modo deflorauit: Sancta Synodus exclamauit. Hæreticorum scriptū manifestè demonstrauit: Nono Diocoro anathema huiusmodi reponatur: Nouum Diocorum foras mittite: Nono Apollinario malos annos &c. & act. 9. rursus in Macarium, & Stephanum. Definiuimus igitur, postquam aperte approbati essis ad subversionem diuinorum dogmatum festinare, & Sanctorum, ac probabilium Patrum doctrinas corrumpere, & hæreticorum magis sensum assumere, & quae ab eis dogmatizatae sūt sectari, ad contagium orthodoxæ plebis, ab omni vos sacerdotali dignitate, & ministerio alienos existere: Alia exempla vide actione 7. 9. 12. 13. & 14. etiā Septima Synodus legenda est a f. 5. item 8. Synod. act. 10 cap. 6. Concil. Florent. sess. 23. Constantien. sess. 21.

Idem, dicit noster Senensis in prefatione citata, Novatorum malitia accidit, qui pestilentiori audacia truncarunt, mutilarunt, refecarunt, & pro animi sui libidine quicquid eorum non sano palato minime arrisit, respuerunt.]

Oecolamadius cum hæresim Sacramentario-  
rum ex Ambrosianis scriptis maxime euerti cer-  
neret libros S. Ambrosij de sacramentis tanquam  
Ambrosio parente indignos, ab alijs operibus se  
iunxit.

Lutherus opera Dionysij, tot sæculis à grauissi-  
mis authoribus contestata (vt ipse inquit) tan-  
quam Platonis somnijs, & imperitis, ac frigidis al-  
legorijs referta, & in quibus author ille perpetuò luderet, probris ut indigna Dionysio, abiecit, vt  
dicit idem Senensis supra. Quare displicet mihi,  
quod ē nostris Caiet. in acta Apost. abiicerit, &  
nouissimè Poza tract. 3. cap. 7. post tot vindicias  
Areopagiticas del Rio, Lefij, Lansellij ad solos  
libros de Ecclesiastica, & Hierarch. & de diuinis  
nominibus se restrinxit, subdens. video tamen in  
tanta luce Pontificum, & Doctorum hanc verita-  
tē torqueri, & obscurari, multos enim adduxerat  
qui, vel Dionys. Alex. vel Corinthio, aut alteri ea  
deserunt opuscula. & cap 8 satis incertum reddit  
nobis Dionysium, & cap. 9. tract. 3. dicit satis de  
prauatam eius translationem (subdens) In celesti  
Hierarchia, 150. diuersas, & aduersas esse interpre-  
trum declarationes; in lib. de eccl. hierarch. 190.  
& subdit, sciatet totus hic liber in Græco t. & La-  
tino verietati b. & postea. In l. de diu. nom. sexde-  
cim sunt variae, & contrarie translationes, & c. q.  
ait. Dyonisius Areopagita quasi aquila in purissi-

mum etheris, locum evectus, stylum exercet hu-  
mana voce grandiore &c. verum à temporum,  
& hominū corruptela nō paucā tolerauit. Optaſē  
ne arma impijs ministrafset, vel argumenta disso-  
luisset, dicendo has diuersitates etiam in scriptu-  
ris deprehensas; & tex illibatum permanisse, in  
terioribus exemplaribus, quæ ante censuram  
Ecclesiasticam (vbi discordia accidisset) con-  
sulebantur.

Erasmus magna temeritate censoriam virgu-  
lam arripuit in magnos sacri nominis authores, &  
magnam partem expunxit, ad mens à Cypria-  
no dimidiā pene suorum laborum portionem; à Hieronymo, quartam, ex Ambrosio ex  
quatuor tomis vnum, à Chrysostomo vnius  
tomis dimidiū, ab Augustino libros, seu  
opuscula plusquam sexaginta, aliqua etiam de  
suis commentarijs à Theophilac. vnde Melan-  
chton, qui multa dicta Patrum expressa contra  
Oecolampodium collegerat, vt scribit epistola  
ad Miconium, postmodum delirus senex impro-  
bat, quod fecerat, & ne deinceps fiat, hortatur  
epistola ad Ioannem Heruagium impressorem  
dicens Extant sententiae collecte de cena Domini,  
in quibus sunt additamenta quoddam scripto-  
ribus, quorum esse feruntur falsū tributa: nolle  
produci Cypriani, Ambrosij, aut Theophilaci no-  
mine plurima, quæ illi non scripserunt, & quibus  
abusus cœnæ confirmatur. Ira quisque sublatum  
desiderat quo offenditur, vt fecit Melanthon.  
Ministri Basileenses anno 1564. suppressa qua-  
stione 34. ad Antiochum tanquam aiunt, Papista-  
ca, Athanasium vbi hæc antiquitus legebatur, in  
lucem emiserunt. eadem machæra Laetantium  
castrauerunt.

Sed, & Roffensis ostendit luculenter multa  
de industria in Patribus loca truncata ab Oecolam-  
padio lib. 4. de Euch. Ambrosium enim Oecolampadius ep. ad Irenæum 62. citat refando  
verba, quibus probabatur veritas catholica  
carnis Christi in Eucharistia [Quaris à me cur  
Dominus Deus manna pluerit populo Patrum, &  
non pluat? si cognoscis pluit, & quotidie pluit de  
celo manna seruientibus sibi, & corporeum quidē  
illud manna, hodie plerisque in locis inueni: sed  
nunc non est res tanti miraculi, quia venit, quod  
perfectum est: perfectus autem panis de celo  
corpus ex virginie, quo satis euangelium te docet.]  
Sed quæ sensum illustrabant pro veritate carnis  
Christi, Oecolampadius detrucauit, omisit enim  
hæc verba [Quanto præstantiora hæc superiori-  
bus,] & infra [Orientie autem institutio sole, & splé-  
didioribus Christi corporis, & sanguinis sacra-  
mentis resurgentibus, cessarent inferiora, & perfe-  
cta illa sumenda populo forent] hæc autem de-  
truncata verba excellentiam hulus sacramenti su-  
per alia veteris legis sacramenta monstrabant, &  
quod præstatiū sit corpus Christi, quod est cor-  
pus vitæ, quam fuerit ille panis, Angelorum mi-  
nisterio, nempe manna, datus populo Iudeo-  
rum.

Idem Oecolampadius alium locum Cypri-  
ni falsificauit, sic enim allegat Cyprianum, &  
ideo panem nostrum quotidie querimus, vt qui  
in Christo manemus, & viuimus à sanctificatio-  
ne,

ne, & corpore eius non recedamus. Hunc locum erasit Oecolampadius ad probandam māducationem istam non esse sacramentalem, per sumpcionem veri corporis Christi, sed tantum per fidem; cum tamen Cyprianus sic habeat: *Et idem panem nostrum idest Christum dari nobis quotidie petimus. Petimus ergo dari nobis quotidie Christum in Eucharistia*, quod non faciunt qui per solam fidem etiam abique esu sacramenti, Christum se habere putant, & nihil præsentius aut plenius existimant illum in Sacramento recipere, quam sola fide. quare S. Cyprianus reddēs rationem huius petitionis, subdit. *Vt ne qui in Christo manemus, & viuimus [nempe fide scilicet formata] posthac per abstinentiam à tanto cibo sēsim pariter à sanctificatione, & ab ipso corpore mystico recedamus.*

Idem, Augustini aliud testimonium mutilat 3.lib. de Trinit. *Nec linguam quippe eius, nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos lingue editos, nec signa litterarū conscripta corpus Christi, & sanguinem dicimus, sed illud tantum, quod ex fructibus ternae acceptū, & prece mystica rite sumimus ad salutem spiritualem, in memoriam pro nobis dominice passionis.* I truncē refert Augustinum: nam illam dictionem, in qua tota vis negotij contra sacramentarios constituit, truncavit: nam sic habet Augustinus. *Quod ex fructibus terre acceptum, ac prece mystica consecratum rite sumimus.* I particulam illam [*consecratum*] truncavit. plura vide apud eundem Roffensem lib. 4. contra Oecolampidium.

5

**S**ed non solum truncatione, verum etiam appositione, & transmutatione vtuntur hæretici. In Sexta Synodo act. 8. sic dicitur. *Inuenimus, & illud quod hæretici solent facere, quædam ex his, quæ SS. Patres scripsérunt, circuncidētes; quædam verò falsa ex semelip̄s componentes, & confingentes.* Cyrilli: *memoria epistolam conabantur quasi ex testimonio Patrium, p̄dictum impium T̄heodorum anathemate liberare, in quibus, & ipsis veritas demonstrata est. his quidem, quæ circūcisa erant per aſſequentiam anteriorem, & posteriorum perfectis, mendacio autem falsitatis per collationem eorum, quæ vera erant per omnia conuicta.* I Photius quoque in sua bibliotheca scribit de S. Germano Constantinopolitano Patriarcha, quod defenderit Nisseni scripta à supposititijs clausulis Origenistarum errorū. Contendit, ait, Gregorium Nissenum Episcopum eiusque scripta ab Origenis errore esse immunia. Etenim quibus delirium illud placet, dæmonibus, & hominibus in eternam pœnam coniectis liberationem inde expectandam, illū quod virum doctrina singularem, & eloquentia insignem eum agnoscerent claramque sanctitatis existimationem. per omnium ora decantatam viderent, aggressi sunt, claris, & salutaribus eius scriptis obscura, & pernicioſa Origenianis somnijs venena admiscere. Quare partim additamentis falsis, partim rectis argumentis violenter detortis, multa ex inreprehensibilibus eius monumentis, calūriari conati sunt. contra quos Germanus pietatis patronus acutum veritatis gladium strin-

git. Vnde Casauboni os oppilitur, qui Nisseni aſsus est Origenianos errores attribuere. Falsitas etiam deprehenditur, quod in eadē ratione catæthica fit mentio Seueri Hæsiarchæ qui post Nisseni obitum extitit. Vide hæreticos habitos non ſolum truncatores librorum Sanctorum Patrum, ſed mendaces etiam per appositionem componendo, transmutando &c. Et quantum attinet ad mendacium hoc per appositionem, & conſitionem, & transmutationem (de primo enim genere dictum est ſupra) luce meridianæ clarius eſt, quod hoc genere peccati, plures notati ſunt Nouatores. Nam, quantum attinet ad additiones, Lutherus falsarius deprehensus eſt multa affigendo operibus Rupeſti Abbatis, vt notat Cochlaeus in actis, & vita Lutheri. Paſſim Lutericola, & Caluincola, vt notauit noſter Senensis ſupra, ad mixtuerunt liliū tritico, ſucem vino, nugas ſolidas Patrum ſententijs, nam preter Indices, ſummaria, corollaria, appendices, glossemata, annotationes, caſtigationes, antitoda, & alia imprudentiſſimæ temeritatis parerga (vt fecit Oecolampadius, & Lucianus in Chryſotomum, Rhenanus in Tertullianum, Erasmus in Hilariū, Hieronymum, Augustinum, puras quoque ſententias Patrum, additione, veriti non ſunt falsare. Vnum exemplum affertur ex infinitis. Lutherus in assert. art. 2. hæc habet. *Augustinus dicit, peccatum remitti quoad reatum, ſed non quoad actū ſea[ ut ipſius verbis vitar] peccatiū iſtud reatu tranſi, actū manet: imponit ergo Auguſtino, quod nunquam ſcripſit, vt egregiè annotauit Roffensis. ſic enim habent verba Auguſtini c. 8. lib. 1. de nuptijs, & concup. [dixi ſanè quomodo manent peccata reatu, quæ præterierunt actū, ſicut è contrario fieri potest, ut concupiſcentia maneat actū, & prætereat reatu Jecce, quod nondicit Auguſtinus manere peccatum, ſed manere concupiſcentiam. Aliud exemplum quantum ad transmutationem habetur in Oecolampadio. eitans enim epistolam Cyrilli ad Nestorium (quæ poſtea leſta eſt in Ephes. Concil.) hæc verba allegat tanquam dicta à Cyrillo. Quomodo enim iuxta ſuam naturam viuificatiua eſſe caro hominis poterit? ſed verè propriea eſſe factam, qui propter nos filius hominis, & factus, & vocatus. I ſed Oecolampadius transpositione uſus eſt dicendo. Sed verè propriea I cum Cyrillus habeat [ ſed verè propriam eſſe factam] & ſensus Cyrilli eſt: non debemus, hanc carnem in Euchariftia, ceū cuiuslibet noſtrum carnem extimare; nam caro, per naturam carnis, viuificare non potest. ceterum, quatenus eius propria facta caro, eatenus habet vim viuificandi. Caluinus quoquo falsarius conuincitur, nam contra immunitatem Ecclesiasticam hanc falſitatem adiuuit. lib. 4. cap. 11. ſect. 15. Pij quoque Imperatores, nullo reclamante ad ſua tribunalia quoties opus erat, Clericos ſemper vocarant. Sic enim loquitur Constantinus epiftala ad Nicomediens. Si quis Epifcoporum inconfultè tumultuatus fit, ministri Dei, hoc eſt mea executionis, illius audacia coerceditur. & citat Theodoretum lib. 1. cap. 20. Falsarius eſt, nunquam dicit Constantinus ſi quis Epifcoporū &c. Sed potius populo*

Ni-

Nicomediensi minatur, si velit episcopis Arianis adhærere. 2. lib. cap. 3. sect. 13. Corruptus, & immutat verba Augustini dicendo. *Gratiam persistendi in bono Ad eum fuisse datam si vellet, nobis dari, ut velimus ac voluntate concupiscentiam superemus. Habuisse ergo illum posse si vellet, sed non velle ut posset, nobis, & velle dari, & posse.* Sed Augustinus sic dicit. *Prima ergo libertas voluntatis erat posse non peccare; nouissima erit multo maior, non posse peccare: prima immortalitas erat posse non mori, nouissima erit multo maior non posse mori: prima erat perseverantiae potestas, posse bonum non deserere: nouissima erit felicitas perseverantiae, bonum non posse deserere.* Hac S. Augustinus quem Caluinus transmutat, loco enim vocis *nouissima*, ponit *nobra*; loco *erit* ponit *est*, libertatem immortalitati equiparans.

Sed, & de mendacio deprehendi soliti sunt hæretici, qui ne deprehenderentur in falsitate, non solum fingebant multa in aliquo authore, quæ tam non erant ab illo prolatæ, sed etiam non designabant locum libri, vnde testimonia desumebant. Quare cum citaretur ab hæreticis testimonium Theodoti Ancyra Episcopi à Gregorio quodam in Nicæna. 2. Synod. act. 6. Respondit Epiph. *Si Theodotus esset in præsei vita clamaret utique cum B. Susanna ad Dominum, dicens. Deus aeternus, arcanorum cognitor, nouit cuncta, priusquam facta sunt. Tu nouisti Domine, quod falsò me accusant imitati presbyteros Babylonicæ confusionis, qui omnis vaniloquentiae sunt autores: sed seipso idoneos, & claros monstrare volunt, noua quedam garriunt, & mendax calamus scripturæ illorum reperitur, & aperte veritatis proditores deprehenduntur: multi enim nostrum diligenter querentes, & indagantes in sermonibus huius Theodoti præsentem sententiam, num alibi extaret, nusquam sanè inuenimus. Nihil enim tale ipse unquam sermocinatus est. Satius autem argumentii fuerit, quia totus hic sermo amarulentia, & exacerbatione plenus fit, & linguae incontinentis, & laborum impurorum audacia, imo diabolicæ faudis inuentio, ita contra effigiationem sanctarū Imaginum garrire. Quamobrem Christianos accusantium pigmentum est, & idioma, non autē Theodotus: nam si illius essent, debebant utique aperte locum designasse sermonis, aut libri, unde hæc sententia esset descripta. Sed quia nouerunt falsum esse mendacium, locum silētio præterierunt. Sed, & Pelagius apud Augustinum libro de natura, & gratia cap. 61. dicit. Oportebat magistrū, doctoremque virtutum, homini simillimum fieri, ut vincendo peccatum, doceat hominem vincere posse peccatum, quod, sine certo authore pronunciat, & tamen ex Lactantio sumptum videtur 4. diu. in finit. cap. 24. quo testimonio abutebatur ad suadendum sine Dei adiutorio, posse vincere peccatum, cum tamen idem Lactantius cap. 25. diuinæ gratiæ necessitatem orthodoxè demonstraret. Sed similis est Nouatorum praxis: Lutherus enim citat illud *non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat.* & Augustino tribuit, sine libro, & capite. & Philippus in Apolog. 13. sine libro, & capitib; citatione, eandem inuersam sententiam eidem impingit*

*fides sacramenti, non sacramentum iustificat. Vt que falsarius, nec enim in Augustino reperitur talis sententia. Vuolphangus Musculus, in libro de baptismo in S. Basilio, quæ malevolè, & sinistre transstulit, silentio suppressit Missæ sacrificium, cuius bis in eodem libro meminit Basil. similiter & alij versores in alijs Patrum versionibus praeterunt &c.*

Calu. 4. 11. 34. ait. *Ac ne congerie me pugnare dicant aduersarij, scire velim quomodo ab una eius Augustini sententia se expediant, ubi dicit sacramenta in solis electis efficere, quod figurant locum non citat Caluinus: & si alibi citare videatur de baptismo parvorum, rursus de falsitate reuinatur, nam titulus est de peccatorum meritis, & remissione. sunt etiam eiusdem Augustini tres libri, & nihil notat de libro nec capite, vt hereticam sententiam ementitis verbis Augustini facaret. Amplius lib. 2. c. 8. 9. 10. citat Augustinum ad Bonifacium, cum citare debuisset ad Iannuarium, sed timens mendacium, quo docebat partitionem Decalogi Augustino repugnare, repugnantem sibi Augustinum, falsa citatione voluit occultare. Innumera prætereo. sed nouissime in omni mendaciorum, & falsariorum, genere. Plessus Caluinianæ sententiae addictus in volume de Eucharistia ex veteribus falso cōfarcinato, deprehensus est, 400. falsas Patrum citationes protulisse eas episcopus Ebroicensis annotauit, & christianissimo Gallorum Regi demonstrauit. vnde coactus est opus castigare, & ministellis in Conciliabulo Vapicensi, reuidendum offerre.*

### OSTENSIO III.

Peruersarum, & falsarum, & violenter extorsionum, corundem Hæreticorum.

Ed nedum additione, truncatione, & trāsmutatione vtuntur hæretici; sed violenta extorsione. Præclare hæreticorum versutia in Concil. Romano sub Martino consult. 3. descripta est, ubi sic dicitur. *Qui spiritualem oppugnant Hierusalem, videlicet Catholicam Ecclesiam, configurantur quodammodo ijs, qui terrenam Hierusalem oppugnant: student enim Patrum uti sermone, quemadmodum Rapsaces aliquando Hæbraica lingua contra Hierusalem usus est. Siquidem contra Patres, & catholicam Ecclesiam hæretici isti Patrum doctrinam, & Ecclesie vocem usurpant: sed à fructibus eorum, inquit Dominus, eos cognoscetis: assimilatur enim sepulchris dealbatis, quæ foris quidem hominibus speciosa videntur, quomodo, & hi accusatores Patrum quidem verbis testi, intus autem osibus & impuritate omni, cadaverum inquam fæditatu languoribus scatent. Nos autem sepulchrum aperientes, omnem eorum impuritatem, ad lucem manifestam producemus, maximè quia iuxta libidi em suam, ea quæ à Pontificibus in Ecclesia tradita sunt, peruerterunt, & vocibus quidem eisdem vitetur, sed sententiam deprauant. Et in his testan-*

tur verba eorum, quæ super omnem radium solis nitescant. & in consultatione quarta dicitur, sed & veritas prædicationis eorum, ubique omnibus eos publicantes, qui nobis in præsenti relicti sunt, quicque tradiderunt nobis, in primis quod accepisse noscitur, unum eundemque confiteri Dominum Deum nostrum Iesum Christum, ex duabus, & in duabus existentia naturis substantia & unitate, inconfusè, & indiuise, & duas unius, eiusdemque scuti naturas, ita & naturales veraciter esse voluntates, id est diuinam & humanam, & duas essentiales operationes, diuinam, & humanam nequè transitorie. Hæc autem postposita; neque in hoc ipsum specialiter minime habentes omne studium sermonis eorum. sicut aduersarij garriunt, et in hoc detrahentes propter suam hæresim venerabilibus Patribus, dum dicunt, nihil de voluntatibus, vel operationibus Salvatoris nostri definitiæ eos exposuisse. Ecce etenim non solum definitiæ, sed & dogmaticæ, & syllogisticæ, ac naturaliter, demonstratiæ, & secundum scripturas agonisticæ, et per exempla, & compendiosæ, & per omnem modum, & verbum intellectualis eorum, et prudentissimæ doctrine, ut potè legitimè, et viriliter pro ipso incarnato Deo Verbo, contradicentibus resistentes, et repugnantes hæreticos, Arium, Apollinarem, et Nestorium, et omnes omnino sequentes illorum, eiusdemq; unius Christi Dei voluntates, et operationes professi sunt, et profiteri prædicauerunt, per numerum, et nomina hæc proferentes, per pronomina, per alterius intellectum, per eiusdem significacionem, per qualitatem, per proprietatem, per virtutem, et compendiosæ omne verbum, et positionem, per quam potuisset approbari earundem voluntatum, et operationum vera fide dictio, et constantia: per numerum ex hoc quod dicunt in uno eodemque Christo duas voluntates, et operationes, et duplē operationem: per nomina, ex hoc quod dicunt diuinam voluntatem, et humanam voluntatem Desificantem, et deificatam; & iterum diuinam operationem, et humanam operationem: per pronomina vero ex hoc quod dicunt aliam voluntatem esse diuinam, & aliam humanam, et aliam, atque aliam operationem: per alterius autem intellectum, ex hoc quod dicunt, quoniam, quæ alterius generis sunt sive naturæ, similem operationem habere nullus sapiens dabit; per eiusdem autem significacionem, ex hoc, quod dicunt, quoniam quæ eiusdem operationis sunt, ut quæ eiusdem substantiae cōstîtetur, et communio voluntatis unitatem ostendit substantię: per qualitatæ vero, ex hoc quod dicunt, sicut habet diuersam substantiam, & qualitatis rationem, ita & diuersam operationem: per proprietatem vero ex hoc quod dicunt, si enim tantum possibile est quicquam de diuinis proprietatibus inesse alicui, qui non est eiusdem substantie, & ita potest esse quomodo, & ipsa Deitas, dic mihi quid est, quod impeciat, & iam omnia, quæ sunt Deitatis, sedant? quidnam, ex hoc evenit? confusa sunt omnia nobis, & alta cadent in ima; ima autem ascendent in alta. Per virtutem vero ex hoc quod clamant, quæ eadem operatione, & eadem naturali virtute vtuntur, eiusdem esse substantię, modis omnibus necesse est, & nulla natura alterius substantię, vel generis indissimiliter habebit potestates, & opera-

tiones. Et hac quidem ipse Sanctorum Deus Dominus noster Iesus Christus multisarie, multisq; modis per Sanctos Patres de se ipso loquutus, illuminauit nobis fidem suam orthodoxam, sic & intransgressibiliter tenere eam, sicut Patres predi- cauerunt.

Ex qua doctrina, & praxi habetur Hæretico- rum mos, quod mendacijs, & calumnij suam causam agere solent, Patribus tribuendo, quod non dixerunt, & que prædicauerunt, & aperte enunciarunt ab eisdem non esse dicta, aut per transennam, & obiter, & perfunctoriè esse proleta, contendendo; cum tamen ex professo, constanter, definitiæ, syllogisticæ, agonisticæ, per nomina, per numerum, per proprietatem, & huismodi, dogmata, quæ in Ecclesia hodie controvèrtuntur, sint apertissimè asserita. Dies me deficeret enarran- tem peruersiones, & depravationes, quæ Patribus veteres hæretici assigebant, quæ passim legenti- bus Patres, & Concilia occurserunt, quæque, ut breuitati consulamus, omittimus: ad Nouatorū peruersas, extortasq; expositiones detegandas prope- ramus, pauca exempla subiçientes ne paginas oneremus.

Oecolampadius ad souendam hæresim Sacra- mentariorum citat Ignatium ep. ad Romanos sic dicentem. Non delector pane corporali, sed panem volo Dei eius, qui ex genere David. & iterum. po- tum volo sanguinem ipsius. Quid hoc aliud est, quam Christum ipsum volo, fideq; in mortem pa- sci peto? falsa interpretatio est: nam S. Ignatius ait, dixit Roffens. lib.4. contra Oecolampad. c.3. lo- quitur de esu carnis Christi, in Sacramento, Oeco- lampadius verò de manducatione per solam fi- dem, in mortem eius, declarat, & extorquet. Sed & verba Ignatij hæc sunt. Panem Dei volo, pa- nem cœlestis qui est caro Iesu Christi filii Dei viui, qui natus est ex semine Dau'd] quare falsò cita- uit Ignatium, & etiam iniqua expositione Igna- tij sensum deprauavit.

Idem citat Origenem contra Celsum sic di- centem. Celsus ut Dei ignarus, gratias Dæ- monibus reddat, nos verò conditori rerum, pro eius collatis in nos beneficijs, ubi & gratias diximus, oblatis panibus vescimur, qui vtique ex oratione, & precibus, quoddam corpus conflatur, quod sa- nè sanctiores hos reddat, qui mente integratori, hoc ipso vtuntur. I quibus verbis Origenis clare ha- betur panem verti in corpus Christi, & pios mādu- cates efficere sanctiores. Sed hoc extorquet Oeco- lampadius dicēs, dicitur sātus, quia creatura om- nis ex creatione sancta efficitur, sanctior, gratia- rum actione, & si non in se, nobis tamen. Sed Ori- genes palam affirmat precibus, & oratione con- flatum sanctius esse corpus, quod per consecra- tionis verba conficitur, & ipsum hoc corpus po- stea sanctiores reddere, qui eo vtuntur.

Citat Hilarium in psal.64. Habemus etiam ci- bum præparatum, & quis est iste cibus? ille scili- cet a quo ad Dei confortium præparamur, per cō- munionem sancti corporis, in communionem dein- ceps sancti corporis, collocandi; id enim psalmus præsens significat. Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio tua. Quamuis in præsens sal- uemur, tamen in posterum præparamur. J Extor- quet

quē idem Hilarius, dicendo *fides cibus est quo ad consortium præparamur*. Sed in rigore quis fidem dicet cibum? non enim est id, quod editur, sed quo editur. Christus cibus est, verbum cibus est. Sed Hilarius aperte dicit, cibum esse, quo præparamur ad Dei consortium, per communionem sancti corporis, cui tribuit Hilarius hanc efficientiam, ut in præsens saluemur, & in posterum præparemur.

Citat Ambrosium lib. de Incarnationis dominica Sacramento, vbi dicit: nam & si credis a Christo carnem suscepit, & offeras transfigurandum corpus altaribus, non distinguit tamen naturam diuinitatis, & corporis, & tibi dicitur recte offeras; non autem recte diuidas peccasti, quiesce. Diuide enim, quod rectum, diuide quod suū est, quod suum verbi est. Ego, quod erant illius, non habebam, & ille quod meum non habebat, suscepit quod meum est, ut impariret quod suum est: suscepit, non ut confunderet, sed ut replete. Si credas susceptionem, affingas autem confusionem, Manichæus esse deististi, nec tamen Ecclesia solius esse cœpisti, sed credas susceptionem corporis, adiunges diuinitatis compassionem, portionem viiq; perfidiae, non perfidiam declinasti.] ex quo loco dicit Oecolampadius habetur, fieri illius diuinitatis participationem per solam fidem. Sed Ambrosius verbis, hæc extorsio conuincitur: nam dicit [ & quod credenda sit veritas carnis Christi, & transfiguranda non quidem sub specie propria carnis, sed sub specie panis, & quod offerens diuidere debet inter diuinitatem, & carnem, id est non confundendam esse diuinitatem, & carnem, sed mente, & cogitatione separandam, & talis recte diuidens recte offerre potest. ]

Citat Tertullianum sic dicentem: sed & caro abluitur, ut anima emaculetur, caro vngitur, ut anima consecratur, caro signatur, ut anima munatur: caro manus impositione adumbratur, ut et anima spiritu illuminetur: caro corpore, & sanguine Christi vescitur, ut anima a Deo satietur] si per hæc ait Oecolampadius habetur, quod in pane contineatur corpus Christi realiter, vel corpus carnaliter manducetur. Tale quidam & de aqua baptismi, de oleo, deq; manibus sacerdotum asserere cogentur. Sed extorta expositio est, nam caro, ait Tertullianus, corpore, & sanguine Domini vescitur, at Oecolampadius de pane mentionem facit, cuius Tertullianus nihil meminit; nec sequela Oecolampadiana sequitur, etiam si mille funibus torqueatur.

Citatur etiam ab Hæreticis Sacramentarijs Hieronymus in c. 66. Es. omnes voluptatis magis amatores, quam Dei, sanctificari ait in hortis, & liminibus, quia in mysteria veritatis non valent introire, & comedere cibos impietas, dum non sancti corpore, & spiritu, nec comedunt carnem Iesu, nec bibunt sanguinem eius; de quo ait: Qui comedit carnem, & bibit sanguinem meum, habet vitam aeternam, & Hæretici multas immolant hostias, & comedunt carnes earum, unam Christi hostiam deserentes, nec comedentes eius carnem, cuius caro cibus credentium est.] extorquetur dictum Hieronymi, ut manducatio ista non sit Sacramentalis, sed persolam fidem. Sed re vera,

Hieronymus non negat absolutè percipi substantiam carnis Christi ab indignis, sed fructum, non percipi, quo tanquam veluti fine, & scopo, manducatio Sacramentalis, quæ omnium est, secernitur: nam cibus iste quoad fructum credentium est, & qui aeterna vita participes fiunt.

Sit aliud exemplum in materia penitentia. Cum à Patribus urguntur alij aduersarij de satisfactione, respondent. [ Vetus satisfactionem vocasse non compensationem, quæ Deo redderetur sub publica testificatione, qua qui excommunicatione multati fuerant, cum in communionem recipi nollent, Ecclesiam reddebat de sua penitentia certiore, atq; ita dicebantur, non Deo sed Ecclesiæ satisfacere, quod etiam his ipsis verbis sub Aug. expressum est in Enchirid. c. 61. ] Hec Calvinus 3 instit. c. 4 §. 38. 39 sed tortor deprehenditur, & falsarius, quoniam Augustinus non addit illa verba ( Non Deo ) & in Enchirid. c. 70. expressè ait per elemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus. legendus c. 71. & hom. 5. vbi satisfactionem inculcat.

Cum Patres etiam vocant Pœnitentiam secundam tabulam post naufragium, impropriè & durè id dictum esse ( aiunt Aduersarij ) à Patribus præsertim à Hieronymo, Calvin. 4. instit. c. 19. sect. 19. & Lemnitius in exam. Conc. Tridentini, ludens quod pœnitentia reperetur baptisma, quasi per peccatum deleatur baptisma, Calvini, & alios succenturiatos imitatus. Sed tropica illa locutio Patrum, quod pœnitentia sit secunda tabula post naufragium, nedum à S. Hieronymo asserta, sed à Concilio Trid. sess. 6. c. 14. ex vetustate, & Patrum doctrina, illa .n. phras. vñ sunt Pacionius ep. 1. ad Sympronianum, Tertull. de pœnit. Ambros. de habitu virginum, de pœnit. d. 1. c. 1. 4. sent. d. 14. c. 1. nec .n. sensus est per peccatum naufragare baptismum, vt assigunt aduersarij, nec .n. ad trop. cam, & figurata locutionem, oportet, vt signata habeant correspondentia signis in omnibus, satis est quod in eo sensu sit appropriata locutio, quod sicut vel nauis, vel tabula è naufragio sumpta, à submersione præseruamur, sic in proposito, vbi per baptismum tanquam per nauim transfertare non contigit, saltem per secundam tabulam ( vt naufragis contingit ) à submersione caueamus, quæ tabula est pœnitentia sacramentum.

Amplius ( vt de uno exemplificemus Hieronymo ) miris inuersiōibus, & peruersiōibus, ad sua probanda dogmata, ijdem aduersarij vtuntur: ad iustitiam .n. illam imputatiuam suadendam Centuriatores in medium producunt Hierony. 3. aduersus Pelag. & ep. 88. & epist. ad Rusticum, & in cap. 6. ad Galat. in quibus locis, etiam in hominibus quantumvis sanctis, culpas agnoscit. Sed falsa extorsio ibi .n. loquitur S. Hieronymus de peccato veniali, quod non repugnat veræ iustitiæ, licet .n. illa perfecta non sit, veram iustitiam rationem habet. legendus Staplet 6. de perfectione iustitiae. & lib. 7. de imputatiuā iustitia, & Vega de iustific. lib. 11. c. 20. Centuriatores ijdē eundem Hieronymum extorquent, dicentem 4. comment. in Es. & 5. in Ezech. homines non ob merita salvati, sed ob fidem, et gratiam Christi, & lib. ad-

uersus Pelag. Mariam vocantem, Beatam, non proprio merito atq; virtute, sed Dei habitantis clementia, quasi opera excluderit Hieronymus, & solam fidem adstruxerit. Sed Hieronymi sententia est, nulla opera iustificationem precedenter, eandem posse promerer, cum omnis iustificatio sit gratuita: subsequentia vero opera meritoria sunt iustificati hominis merita, vt & Dei sint dona. Etiam idem Centuriat pro coniugio Sacerdotum allegant S. Hieronymi. contra Iouini. c. 19. quod dixerit, suo tempore plurimos Sacerdotes matrimonij vinculo adstrictos, & quod Apostolus Episcopum describit *vnus uxoris maritum, & filios habentem*. Sed hec crassa Magdeburgensem mendacia, & extortiones violentiae, nam Hieronymus eodem loco sic explicat se ipsum, quod intelliguntur ea dicta de præterito non de futuro, dicit. n. sed & ipsa Episcopalis elec<sup>tio</sup> mecum facit. Non n. dicit: eligatur Episcopus, qui vnam ducat uxorem, & filios faciat, sed qui vnam habuerit uxorem, & filios subditos in omni disciplina, & mox. eligentur mariti in sacerdotium, non nego, quia non sunt tanti virgines, quanti necessarij sunt Sacerdotes, vbi etiam de iam maritis, de præterito loquitur.

Eundem Hieronymum extorquent aduersus Petri Primatum, eò quod dixerit in comment. ad Galat. Nequaquam Petrum obiurgare ausus fuisset Paulus, nisi ipse se parem esse nonisset: illa enim æqualitas ad Apostolatum refertur, coeterum illum, vt superiorē habuisse, ostendunt ea verba. Nec Paulus procaciter ostenditur arguisse maiorem etc. Innumeræ sunt Patrum extortiones, quæ vix in uno volumine contineri possent. Hec satis in exemplar adduxisse sufficiat, vt hereticorum vafriciem agnoscamus.

### ARTICVLVS III.

An omne quod in scriptis Patrum reperitur sanæ doctrinæ aduersum, sit attribuendum dolo, malitiæ, corruptelæ hereticorum, temporum conditioni, & amanuensium inscrip<sup>tio</sup>næ, & socordiæ.

#### Fraus Græcorum.

**D**icitur Vbitatio ista non leuis momenti est, tum pp hæreticos, tum propter nonnullos Ecclesiæ filios. Propter hæreticos, quia multoties à veritate vici eo titulo Patres reiecerunt, vel reiçere possent, quod multa dixerint, de quibus conuincerbatur dogmatibus, esse corrupta &c. vnde in Concilio Florentino sess. 20. cum plena Patrum testimonia adducerentur à Latinis de

capitibus à Græcis controuersis, de processione Spiritus Sancti etiam à Filio &c. ad illud asylum configiebant, videlicet exemplaria esse mendoza, vel corrupta; emendatoria, & synceriora expatri quibus conuincerentur. Sic putabant Latinos fatigare, sed tādem hac fraude, vt & aliæ, detecta, tandem eliminati atque proscripti.

#### Positio cuiusdam Neoterici.

**Q**uidam vero Catholici tenuerunt omne, quod reperitur in scriptis PP. pietatis, vel sanæ doctrinæ aduersum, non eorum calamo attribuendum, sed malitiæ, vel socordiæ descriptum, vel transcriptum. id in terminis reperio apud Patrem Poza in elucid. tractatu 3. lib. 4. c. 1. pag. 1128. cuius verba formalia sunt hic transcripta. Quocunq; in scriptis Patrum innueniuntur minus Ecclesiæ fidei, aut sedis Apostolicæ sēsibus consona, non ab eorum calamo, aut mente promanarunt, sed à corruptione temporum, ab iniqua translatione, ab inscrip<sup>tio</sup>næ, aut socordia amanuensium, ab erroribus Typographorum, ab Hæreticorum calumnijs, & subdit. Neque vero Patrem in aliqua existimatione fuisse falsa, donec sedes Apostolica discussis antiquis exemplaribus, et libris membranaceis, et priscis Bibliothecis, ubi asseruantur, decernat, cui tandem lectioni, aut lectio fidendum sit. Idem præcipue in Græcorum Patrum libris accidisse docet c. 8. & c. 13. & cap. 4. defendit etiam ex malitia hominum, incuria, vel temporum serie, contradictoria quoque irrefississe.

#### Oppositiones Neoterici.

**A**guitur primo. quia hoc ipsum repertum est in Gentilium libris, nam Galenus lib. de suis proprijs libris, sic dicit. *Libros meos multi multifariam laſerunt, tanq; ipsorum proprios, alij in alijs gentibus legentes quedam, tum demendo, tum addendo, tum immutando j quid non audebit, vel supersticio, vel propriæ opinionis amor, vel vincendi studiū, vel temporum corruptela, vel typographoru & amanuēsiū incuria aduersus libros PP. & autorum, qui in viuis non sunt, quando Galenus, & alij Principes viri, tantam suorum voluminum iacturam præsentes, & viuentes tolerauerunt?*

II. id ipsum passæ sunt sacræ, & diuinæ scripturæ, quas scissæ vitiatas, veteres multi tradiderunt, Tertull. lib. de habitu muliebri c. 2. Orig. i. cōtra Cels. Euseb. 10. dem. 65. Athanas. lib. adu. Iudeos &c. quod si hanc iniuriam in multis exemplaribus scripturæ patiebantur, quid mirum, si sèp incuria, aut malitia, aut ignorantia, aut bona fides, aut rabies augendi patronos propriæ sententiæ, libros Patrum depravarint? ergo vt ex minus verè, aut piè scriptis, in illorum operibus aliquod fatear à Patrum calamo profectum, Sedis Apostolicæ declarationem, plurimum exemplarium, & manu scriptorum collationem, plura testimonia circa autorem libri desiderabo, semper

semper n. standum est pro Patribus, semper Romana Sedes consulenda, antequam decernamus in causa odiosa errorem aliquem antiquis Patribus ad scribendum, quamquam illum exemplaria circumferant.

III. quia notissimum est à quo vitis sit emulata editio vulgata, ut habetur ex bulla Clementis VIII. ipsis Biblijs affixa, & ex Hieronymo in summarij Biblicis præsertim præfatione in Iosue. Ergo ne audacia minor aut fortuna maior, in libris Patrum? Ergo ut omnia benè dicta illis deferam, nullo argumento egeo (ut errorem exemplaribus adiectum illis tribuam) debo explorata habere vetustissima exemplaria, quæ in eo errore consentiant, & authoritate Apostolicæ Sedis exigam, ut statuat, quam fidem mereantur ea exemplaria: nam fauores sunt ampliandi odia restringenda.

IV. quia exemplaria scripta, vel prælo commissa, multis in locis depravata deprehendimus, tum ex ignorantia amanuensium, & Typographorum (quæ errores augent in infinitum) ex characterum similitudine, abbreviaturis, vel cōpendiarijs litteris, vocum assonantia, & similitudine, ut tumorem pro timore, pro firmamento, frumentum trascibentes, vel imprimentium, litterarum; denique adiectione, truncatione, transpositione. Aliorū est malitia proprios sensus, vel clausulas alienis opusculis inferens, ut maiorem suis placitis authoritatem conciliēt. Ita, ut dicit Hieronymus ultimo prolog. in Paralipp. ex inemendatis codicibus, alijs inemendati producuntur. Hac Poza.

V. leges ciuiles, & iura Ecclesiastica ijsdem iniurijs olim sedata. Ergo non mirum si idipsum in Patrum opusculis contingat (ait Poza) & subdit. [Patrum volumina post exactam plurimorum hominum correctionem alia nunc habere, & non pauca, quæ nec à calamo, nec ab eorum mente prodierunt, dicunt plurimi, quid ego sentiam alias dictum.]

VI. in Scholasticis libris certiora, ait Poza, habemus documenta in uno solo S. Thoma apparet, cuius opera emendanda, à Generali Seraphiphino Brixensi commissa sunt F. Francisco Garsia Dominicanus, qui 1478. in lucem edidit correctionem multorum locorum [qui ex Garsia non modo obscuram, sed etiam falsam orationem effecerant, & eiusdem D. Tho. doctrinæ repugnare] & subdit [quod noua impressio ex solita Typographorum incuria nouos peperit lapsus, & dum ex archetypis veteribus inemendatis noua sunt excusa, inemenda quoque prodierunt.] Fuit igitur necessaria noua diligentia &c.

VII. Idem probat Poza cap. 2. inductione. & primo notat errores in Patribus qui scriptorum vitio irrepserunt. nam Nissenus hom. 13. in Cant. citat Michæam pro Zacharia. lib. de virginitate t. 2. edit. Parisiens. citat locum Pauli qui non est in Paulo: oratione de resurrectione pag. 838. notatur quidam locus Ioannis, qui non est. Sic ergo errores non sunt profecti à calamo Nisseni. Elias in orat. 1. Nazianz. verba Annæ matris Samuelis, Virgini Mariae Dominae nostræ attribuit. & oratione 19. Iacobo tribuit quæ in Ioan-

nis Epistolis sunt. In Sancto Basilio 2. Hexam. citatur locus quidam Amos, in eo non est. similiter homil. quod Deus non sit author malorum, citatur 1. Reg. cap. 1. sed immutatis verbis: hom. etiam in aliquot script. locis. citatur locus ex Proverbij, qui leuia respexerit, misericordiam inueniet, qui nullibi extat. In Isidoro Pelusiota lib. 1. Epist. 1. deest locus scripturæ ab ipso allegatus.

Et, quod ex alteratione litterarum potuerit error irrepare, prosequitur idem cap. 5. In Basilio hom. in ditescentes, legitur. Fæminæ ab malitia interdum capillos edunt. & legendum est ob malaciam, quæ est morbus prægnantim appetentiū insolitos cibos. Et hom. in principio erat verbum olim legebatur principium bona via, nunc dicitur primum via. Accessione quoque quedam addita sunt in codice Basil. oratione de ieiunio, ad illa verba non aratorem, interpres de suo addidit, ut ait Hesiodus. similiter in principio Proverbij illa verba se quis paræmij diligenter attendat, usque ad illa perfecti estote, addititis multa etiam sunt ad p. 115. ad finem in editione Parisiensi Græco Latina 1618.

In Nisseno multa addita, hereticorum studio, scripsit Germanus Constantinopolitanus Patriarcha, desunt quoque multa opuscula in eodem Nisseno, nempe tertius decimus liber contra Eunomianos ex Io. Cyprissoto allegatus, & commentarij epistole ad Phil. pp. qui citantur à Cyrillo ad Eutropium. Multa etiam causulæ restitutæ sunt in editione Græco Latina Parisiens. 1615. apud Somniū. Et in expositione Ecclesiastis, in Cantica, lib. 1. de virginitate multa huiusmodi aduertit Fronto Duxius in Nazianz. in carmine de vita sua, multa suppleta à Billio. oratione in laudem Casarij dicitur, Niceæ terremotus, sed alius terremotus ex Theod. 2. hist. c. 26. non eo tempore contigit. oratione 19. fidem videtur docere cadere sub merito, dum dicit. Pro ijs rebus fidem quoque, ut opinor præmij loco retulit. oratione 33. illa verba tā indicēdo &c. supposititia existimatur. ratione 2. ab Elia restituitur lectio, quam Billius improbat, & improbatā ab Elia probat. sed fortius instatur, nam in quodam hom. super verba Matthæi; nonnulla edita sunt, quæ Massiliensem sententiam redolent. ibidem locus ex Ieremia citatus male, corrigendus. oratione ad Euagrium, ait: res spirituales ratione carere, visionem fieri per extra missionem. ratione 2. de Theol. dicit nō constare an Enoch. Dei naturam comprehendenter, vel comprehensurus sit: Angelos ad malum immobiles, vel certe non facile mobiles. quod terra sit inferior, id esse à Dei imperio. oratione in S. Baptisma, nō iurandum insinuat oratione in nouam Dominicā, formam solis ante materiam esse creatam, in tetraisticis sent. 8. negatur licitum esse votum emittere. oratione ad Julianum exactorē, citat sub oratione Salomonis verba Job 3. carmine de genuinis scripturæ libris, Esther non agnoscit esse canonicum. oratione in laudem virginitatis. natura est omnibus una, unaque mens, quasi nullæ sint species Angelorum, sed omnes naturæ eiusdem. tamen ut patet ex 2. nocturno officij de S. Nazianz.

zian.vbi dicitur: *Nihil in eius scriptis nisi ex uera pietatis, & Catholicæ religionis regula reperiatur, nemo quidquam iure uocare posse in dubiu.*

In Chrysostomo multa inter cetera sunt quæ Pelagianus auere videntur ut ho.in Genes. 41. & 54. & in Matth. 16.20.22.24.25.34.35.

In Ephrem Syro tract. de locis beatis, videtur negare distinctionem sexuum: de timore animi ad Semipelagianos inclinat sic & in tract. de vita religiosa. In confessione, & sui ipsius reprehensione videtur innuere Spiritum sanctum non procedere a filio. hæc Poza ca. 11. pura promittens se annotaturum in Bibliotheca Scholastica mystica, & Philosophica.

Lib. verf. 4. idem Poza c. 6. multa ait corrigen-  
da in Patribus Junilio, Tichonio Anastasio Nice-  
no &c. vt suum propositum firmet.

### CONFUTATIO eiusdem positionis ex orthodoxis fundamen- tamentis.

**S**ed contra est primo authoritas Gelasij Papæ in Concilio Romano quod habetur S. Romana dist. 15. vbi multa opera Patrum inter Apochrypha ponit, vt Russini, Caftiani, Fausti, &c. & nullus dicere audebit, ex suppositijs sententijs tales habitos, & non ex proprijs quibusdam sententijs ab ipsis assertis.

**I.** Quia dum nimium effert priuata dicta Patrum, & priuatos sensus, materiā dat hæreticis calumnandi orthodoxiam; cum ijsdem inclemētijs permiserit Deus sacra scripta in multis codicibus esse subjecta, nempe corruptioni, inscriti, & malitiæ librariorum &c. vt & scripta Patrum, & in eo solum sit differentia, inter sacra, & non sacra scripta, quod in solis canoniciis nullus sit error qui à canonicorum scriptorum calamo profectus sit, qui tamen à multis PP. in priuatis opinjunculis, vel etiam in fidei dogmate ab uno, vel altero absque pertinacia assertus error repertus est. Non ergo talis propositio generalis, à nullo authore prolata, proponenda erat: nempe: quæcumque errata deprehenduntur in Patrum dictis, nō ab ipsis, sed à depravatoribus corruptoribus sciolis, amanuensibus, Typographis apposita, vel inserita, &c.

Antecedens patet ex c. quis nesciat dist. 9. vbi dicitur. *Quis nesciat sanctam Scripturam canonam tam veteris, quam noui testamenti, suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus Episcoporum litteris ita præponi, ut de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, utrum verum, vel vitrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit?* Episcoporum autem litteras quæ post confirmatum canonem, vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiæ cuiuslibet in ea peritioris, & per aliorum Episcoporum grauiorem authoritatem, doctoremque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis fortè à veritate deuiatum est, & de sumptu est hic canon ex Augustino 2. cōtra Donatist. cap. 3. leg. glos. eadem distinct.

Et cap. noli frater (quod etiam defumptum ex eodem Augustino ep. 48. contra Donatist.) sic dicitur. *Noli frater contra diuinam, tam multam claram, tam indubitate testimonia colligere velle calumnias, ex Episcoporum scriptis, sive nostrorū, sicut Hilarij, sive (antequam pars Donati separaretur) ipsius unitatis, sicut Cypriani, & Agrippini.* Primo quia hoc genus litterarum ab authoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicuti forte aliter sapuerint, quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non deditur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: & si quid alter sapitis id quoque vobis Deus revelavit: cap. negare (quod acceptum est ex eodem lib. 4. de anima, & eius origine cap. 1.) dicitur. Negare non possum, nec debo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in multis opusculis meis, quæ possunt iusto iudicio, & nulla temeritate damnari. Supponitur ergo in his canonibus multa esse errata in opusculis Patrum, quæ corrigi, & damnari possunt.

**III.** Probatur ex Patribus nā præter Augustinum locis citatis (& alijs adductis supra-quest. 5. art. 6.) est expressa sententia Lerinensis cap. 39. vbi cum dixisset, non esse oportere nos addictos Patribus in quæstunculis priuatis, sed in publico dogmate, quod solum pro indubitate, firmo, & certo habere oportet, subdit. *Quicquid vero, quamvis ille sanctus doctus, quamvis Episcopus, quamvis confessor, & martyr, præter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias, & occultas, & priuatas opinjunculas à communis publicæ ac generalis sententiae auctoritate secretum sit.* supponit ergo multa eiusmodi priuata, quæ tanquam falla, & à veritate aliena refutari possunt, & non esse adscititia, vel suppositionis. Præterea dum multis cautelis in intelligentis veteribus, ipsius Patres adducunt, ad duriusculē dicta ab ijsdem interpretanda, non omnia inserta supponunt, vel concedunt supposta esse dolo, masitia, inscriti.

**IV.** rationibus quas affert noster Sextus Benensis in sua Bibliotheca præfatione in librum 6. quibus probat non oportere, sicuti aliquem errorem in aliquibus Patrum scriptis lector deprehenderit, illico ad totum opus abiiciendum, & Patrem dilacerandum se conuertere, sed potius expendere causas, & occasiones huiusmodi lapsuum.

Primo considerare enim debemus, primos ipsos, ex veteri prouerbio, intentatim iter agressos, & vt dicitur veteri Prover. glaciem scindisse. Sicut autem primis in vnaquaque facultate, non ea felicitas contigit, vt in nullo impingerent, ita & in aperiendis diuinis mysterijs, Patribus non nullis accidit, quod in aliquo offendent.

Secundò, quia tot fuerunt scribendi occasiones, tam in materia dogmatica, & contentioſa, quam interpretandi scripturas, & instruendos mores, & Gentiles confutandi, vt necesse fuerit, innumerā opuscula scribere, in scribendo autem s̄pē delinquitur (vt ponderauit etiam Basilius Epis.

Epist.74. & etiam Augustinus, quise ipsum quoq; excusat) labi necesse est: vnde etiam scriptum [in multiloquio non deerit peccatum] & S. Gregorius Nazianz. ad Cledonium quasi coætus ad scribendum in arenam descendisse scribit. Ac ne nunc quidem, mihi credas velim, scripssem, nisi Ecclesia cum alijs præstigijs, tum etiam presenti vanitatis concilio, laceratam atque conscißam viderem. quare, vt parcius etiam lequeretur Gregorius ad carmina se restrinxit, in ultima ætatis periodo.

Tertio, quia ad vitandum vnum errorem extreum, in alterum extreum propendisse multi PP. videntur, vt oppugnantes Arium Sabellianis & e contra Sabellianos impetentes ijdem, Sabellianis fauisse, similiter oppugnantes Pelagium in Manichæos inclinasse, & contra Manichæos confutantes, Pelagio dedisse manus videntur, vide Nicophorum lib.6.cap.25. dantem exemplum de Basilio in Epistola ad Maximum. Augustinum de bono perseuer. alludentem ad Chrysostomum &c. & S. Thomam in opusculo contra errores Græcorum. consule nostras cauzelas in intelligentis Patribus q.1.art.9. cautela secunda, & sexta: vnde merito idem Senensis ad monet, quod licet lapsus aliquot sint in libris veterum, qui prorsus excusari nequeunt, nihil officit eorum sanctitati, & tūc esset grēdū ab Ecclesia, quid in obscuris, & difficillimis questionibus tenendum esset, quare cum debita cautela, & reuerentia legendi, vnde Anselmus, vel quicunque est author, in commentarijs ep.2. ad Cor. ita scripsit. In libris Sanctorum Doctorum, quos authenticè legit Ecclesia, nonnunquam inueniuntur quædam prava, vel hæretica: non tamen pro his, vel libri, vel authores damnati. perlegat eorum libros prudens lector, & inueniet verum esse quod dico.

Quarto principaliter ad hominem arguitur contra Pozam, nam lib.4.cap.1. tract.3. quoq; ait, in scriptis Patrum inueniuntur minus Ecclesiæ fidei, aut Sedis Apostolicæ sensibus consona, nō ab eorum calamo, aut mente promanarunt, sed à corruptione temporum, ab iniqua translatione, ab inscītia, aut socordia amanuensium, ab erroribus Typographorum, ab hæreticorum calumnijs, & deinde ultimo ad primum, sic dicit. Fateor excusanda veterum delicta, nullum tamen est antiquorum dedecus, vel peccatum si rarissimè ex rerum obscuritate, vel intellectus conditione, id quod extimabant. verum, tandem ex magisterio temporis, & Ecclesiæ compripiatur esse falsum vel hæreticum. Deinde, quod sepius amanuenses Typographi, hæretici deprauauerint alicuius, vel aliquorum Patrum volumina, nulla est sanctorum iniuria, sed ineuitabilis corruptela. Si quædam, & si rarissima sunt veterum errata, vt dicit hic author) & alia ijsdem inserta, falsa est vniuer salis illa eiusdem assertio, quæcumque errata reperiuntur in Patribus minus consona pletari, non ab eorum calamo profecta. Sibi ergo videtur author contradicere.

Amplius arguitur contra eiusdem positionē ex cap. 12. eiusdem tractatus, in censura Fausti, & Chrysostomi dicit: ex his fit, plura deprehendit interdum minus vera, tempore magistro, in approbato Doctore; vel quia opuscula plurima, vel quia materia dubia, vel quia depravata scripta, quām in alio cuius opera apochrypha cōsentur. plures ergo sunt cause errorum, nempe pluralitas opusculorum, materia difficultas, ob quæ motiva dicebat noster Senensis loco citato, hallucinari potuerunt nonnulli veterum absque villa falsatione, & huiusmodi; & absque alicuius notæ rubore. Insuper depravatio, malitia, vel inscītia facta afferitur ab authore: non ergo vera est vniuersalis illa sua propositio: Quæcumque errata non potuisse prodire ex calamo, & mente Patrum, cum aliqua postea (quæ est contradictionis vniuersalis propositionis) prodierint falsa ex materia difficulti, vel dubia &c. & quædam ex supposititia appositione.

Circa alterum dictum eiusdem authoris, quod oportet expectare Apostolicæ Sedis iudicium an opera PP. veniant certo authori tribuenda, & an sint addita, vel corrupta, vel diminuta, an legitime translata, vt dicit c.1. & c.7. eiusdem tractatus, si de iudicio tacito, quod ex sensu Doctrorum colligitur, loquatur, verum est, si de expresso iudicio, quemadmodum fecit Gelasius dist. 15.c.S.Rom. in multis angustias rediget orthodoxiam, vt probauimus in q.1. articulo 1. & falsitas deprehenditur huius dicti, nam ante omnem Ecclesiæ expressam definitionem, sententiam de anabaptismo, agnoverunt prisci Patres à Cypriani calamo profectam, & abunde confutatam scimus. sic & de Origenis erroribus dictum ab ipsius promanasse mente, & sic ante Gelasium ex communi Ecclesiæ consensu, & calculo Hieronymi creditum semper fuisse constat, vt Origenis laudatores habiti sint, qui falsata scripta omnia Origenis defenderunt: quod Hieronymi iudicium expressa postea defensione probauit Gelasius, & libellum editum sub nomine Pamphili martyris, eo quod depravatione defendebat, etiam proscriptus: aliorum quoque Patrum nœuos eosque in culpabiles, ex veterum traditione absque noua Ecclesiæ definitione, & expressa censura agnoscimus. Quare in dubium hęc reuocare velle, & semper expectandum, donec expressa adsit Ecclesiæ definitio, est quodam interim meditari, & summa imis miscere.

### CONCLVSION

Vt cauenda est impietas in prodendis nonnullis aliquorum Patrum lapsibus, ita nec temeranda veritas illos negando. Item quæ nostro instituto adaptare non possumus, non debemus negare esse Patrum fætus, sed alienos esse, & suppositos affirmare, sed potius duriuscul: dicta, exponere, vel Ecclesia examini relinquere debemus.

R Espondeo dicendum duo esse extrema cauenda. Primū, nō sic in Patrum aliquorum lapsus oculos figere, vt etiam alijs propaleamus temerè: in quo oportet cauere temeritatem hæreticorum, qui consultō, vt infirmā demonstrent Patrum authoritatem, lapsus corundem signant, &

& vulgant. Igitur certè adaptari potest, quod scripsit Irenæus lib.4.c.50.de illusoribus veterum Patriarcharum,catalogum lapsuum, & erratorum censentibus. De his quidem delictis, de quibus ipse scriptor increpat Patriarchas, et Prophetas (dicebat quidam de antiquis presbyter) nos nō oportere exprobare eis, neque fieri similes Cham, qui irrisit turpitudinem Patris sui, et in maledictionem decidit: sed gratias agere pro illis Deo, quoniam in aduentu Domini nostri, remissa sunt eis peccata: etenim illos decebat gratias agere, et gloriari in nostra salute. Cham ait Aug. 16. de Ciuitate. qui interpretatur callidus medius Noe filius tanquam se ab utroq; discernens, et inter utrumq; remanens, nes in primitijs Israelitarum, nec in plenitudine gentium, quid significat, nisi hereticorum genus callidum, non spiritu sapientiae, sed spiritu versipellis astutiae, quo solent heretico-rū feruere precordia, et pacem turbare sanctorū? ea autem est astutia inter ceteras hereticorum (ait Lerinensis c.11.) quod vt alijs venena propinent, & errorum socios se habere ostentent, veterum quosdam priuatos lapsus [tamquam sōpitos iam cineres prophana manu ventilant, & quæ silentio sepeliri oportebat, rediuiua opinione diffamant, sequentes omnino vestigia auctoris sui Cham, qui nuditatem venerandi Noe, non modo operire neglexit, verū quoq; irridendam ceteris enunciavit.

In alio extremo sunt, qui omnia errata ad typographos, amanuenses, &c. referunt & nullum agnoscunt à calamo Patrum profectum: & illi, qui sententias quas suo dogmati, vel placito congruere non videntur, non vt à Patribus profectas, sed vel, vt supposititias, & vel adulteratas, conclamat. Quorum primum genus officit nobis, quia capitosos, & non synceros nos facit existimari, & calumnijs impiorum exponit: secundum, vt subdolos, & captiosos infamandos exhibet: utrumq; autem suppositionem allatorum Patrum supra, euertit, & manifestè cum ipsorum doctrinis pugnat, vt latius proprio articulo demonstratum supra q.1. art. 6.

Sicut autem, vt dicebat Irenæus supra, de antiquis Patriarchis. De quibus autem scriptura non increpat, sed simpliciter sunt postæ, nos non debere fieri accusatores, non enim sumus diligenteres Deo, neq; super magnitudine possumus esse, sed typum, seu figuram, querere: ita de Patribus dicendum est, quod vbiq; non est aperta propositionum Patrum, damnatio, sed simpliciter postæ sunt, & commodam pati possunt explicationem, & ad bonum sensum euocari; non debemus eorundem fieri accusatores, & in publicū tanquam errata euulgare, sed pijs esse excusatores & expositores, nec n. super Magistros Ecclesiæ nos efferre decet. Quando vero ipsorum dicta, nobis videntur duriuscula, vel nostris placitis, & factibus non congruere, melius est eorum tunc dicta agnoscere, vt à Patribus asserta, & propriū eorum esse factum, & vel exponenda, vel Ecclesiæ emendanda relinquere, quām præficta fronte ipsorum opusculis, ab alijs eadem supposita esse conclamare: utrumq; n. pietati valde officeret, nuditatem Reuerendorum Patrum alijs pa-

tere, vel nostris oculis temerare, quod est ex S. Vincentio Lerinensi, vbi supra, eam, vel approbare, vel prodere, vel mentiendo, vel lapsus dissimulando non lapsos dicere, & quod peius, quod phantasie nostræ incongruum videtur nullo censorante, pro paradoxo, & errore habeamus, & tāquam alienos partus suppositos Patribus, fallaci assertione pronunciemus (vbi manifestè in aliquo, vel aliquibus deprehenduntur) qui n. à veritate excidit (ait idem Irenæus supra c.52.) In multam incongruentiam, & plurimas contradictiones necesse est incidat huiusmodi: ad quas nullas dabit rationes, neq; secundum verisimile, neq; secundum veritatem. Quare extrema deviantes, non omnia esse supposititia dicendum, sed aliqua à calamo Patrum profecta, quæ modestè, vel cooperienda, vel reuerenter exponenda, vt superius dictum est.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primam respondetur, in codicibus Gentilium fatemur multa irrepsisse, sed nullus dicet omnia dogmata, quæ reperiuntur in libris Gentilium, quæ lumini naturali, vel Oeconomicæ, vel Politicæ repugnant, esse profecta, dolo vel malitia supponentium, & nullum, e calamo gentilium sapientium profectum. Frustra laborassent aduersus gentes Tertullianus, Minutius, Lactanius, Iustinus, reprehendendo Gentilium dicta, & positiones repugnantes etiam bonis moribus, & ipsi lumini naturali, hac n. via possent tot sapientissimorum virorum tela haud infeliciter eludere, dicendo non esse tam deliras positiones à calamo eorundem sapientium profectas. Quare si cut eorundem scholæ agnouerunt, genuina eorundem dogmata, & suppositios factus, idem promeruit Christiana schola, & successio Doctorum, vt agnoscerent, quid ex calamo Patrum profectum est, quid aliena fœcordia, vel malitia in ipsorummet Patrum volumina irreperserit.

Ad secundam. hoc solum priuilegium diuinæ scripturæ, vt nec in minimis lapsos scriptores Canonicos fide firmissima credamus, vt latè ostensu est, tom. 2. controuersia prima generali a. 1. 2. 3. An vero corruptioni, & depravationi fuerint obnoxia præter menda, quæ ex oscitantia librariorum multa exemplaria corrupta sunt, abundè tractatum est eodem tomo 2. controu x. a. 10. dato vero his omnibus subiacuisse, diuina permissione volumina Biblica, solum id casta Dei eloquia promeruerunt, vt nullum minimum lapsum ex oscitantia, vel ignorantia, aut lapsu memoria eorundem scriptorum, patentur. Quare argumentum non est simile, nisi in solis mendis aduentitijs, quæ non negamus in Patrum codicibus accidisse.

Ad Tertiani. Priuilegium illud in vulgata agnoscimus, vt vitio interpetris nullus locus non rectè versus ab Orthodoxis adstruatur, innumera vero menda irrepsisse profiteamur, vt tradidimus t. 2. cum de versione vulgata tractatum est. hoc autem priuilegium in Patribus seorsim nō agnoscimus, vnde multa ab eorum calamo profecta sunt, præter multa menda, quæ irreperserunt, quorum

rum Biblia sacra , nec fuerunt expertia in multis videlicet exemplaribus, non autem omnibus.

Ad quartum.concedimus totum argumentum Similiter ad quintum , & sextum , sed præter errata, quæ irrepserunt multa quoq; sunt, quæ ab ipsis Patribus profecta , doctrinæ sanæ non congruere admonuit ipsa Antiquitas, ad quos scopus cauendos, cum multa eiusmodi, nec sine pietatis offensa, vel legentium perturbatione, aut periculo, & hereticorum subsannatione legi nō poterant, à doctissimis viris, in Patrum monumentis Antitoda , scholia , annotationes, note, cautelæ , animaduersiones diligenter sunt eleboratae , vt à Pamelio, Feuardentino, Billio &c. & summa diligentia ad hunc effectum à nostro eruditissimo F. Sixto Senensi in sua Bibliotheca tom. 5. & 6. laboratum est, vt à pietate abhorrentes sententias explicaret, vel suspectis locis antitoda, vel ex ipsissimis authoribus , vel alienis apponenterentur , & dubia , vel non cohærentia cum pietate, per certiora loca apertius explicata, vel retraeta ex integro adducerentur; & non benè à calumniatoribus adducta , vel perperam intellecta, vel violenter extorta explicarentur, & enodarentur: & tandem corrupta loca, & mendosa , vel à falsarijs adulterata, vel incuria amanuensium, vel Typographorum, in pristinum ex correctioribus exemplaribus , & communis lectione restituerentur; vt hac via diuinorum interpetrum errata cum venia, nō cum negatiua proterua (quod est hæreticos in errore firmare) excusarentur , & mitissima lenitate corrigerentur , & falsarij in posterum adulteratione, extorsione, sanctorum explicationibus in suā perniciē nō abuteretur, vel de detectis machinationibus erubescerent, vel de futuris importunis cauendis cogitarent . Et amanuenses , & Typographos diligentiores post hac inquireremus , ne errata ista venialia rursus irrepant , in sanctorum correcta , & emendata , quantum par est, exemplaria .

5

**I**N specie autem ad singula loca , quæ recenset Poza, respondet , & quantum attinet ad authoritatem Nissenii: cum nulla tunc essent lexica, concordantie & omnia memoria Patres committerent, nullū esset piaculum concedere, in his & huiusmodi minutis lapsos memoria , vel in citando loco, vel in sententia non ad verbū prolatā, prælertim cum magis illis curæ fuerit interdum, sensum scripture afferre, quam uerba. Quid ergo mirum si Nissenius Michæam pro Zacharia substituerit &c. hoc solum priuilegium est scriptoris Canonici, unde ad saluandum Matthæum à calumnijs hæreticorum citantem Ieremiam pro Zacharia euidentissimas solutiones proceres Ecclesiæ afferunt. lege si placet eas tom. nostro 2. controuersia v. artic. primo. Ad Eliam dñ, illa uerba secundum quandam adaptationem Mariæ Sanctissimæ Deiparæ appropriata sunt, cum sensus idem sit. Quare non est tam insigne mendum, ut peculiari solutione egeat .

Ad Basiliū illa hom. sic dicit: dies n. inquit Domini magnus est & præclarus , & rursum cur-

vos queritis diem Domini, atq; hic non est lux sed tenebrae , & nullo modo citat Amos. unde prima clausula desumpta uidetur à Ierem. c. 30. ubi dicitur magna dies illa, nec est similis eius , quod in sensu est , ac dies magnus , & præclarus , hoc n. est esse aliquem præclarum , quām excedentem, vt alter ei non sit similis: sequens autem clausula Amos est, & nostri vulgatè respondet, in qua dicitur . Vae desiderantiib; diem Domini, dies ista tenebrae, & nō lux, & nulla est prorsus differētia, sed solum error est Pozæ, qui in hoc loco erratum se inuenisse profert. Locus, qui desumi dicitur ex lib. i. reg. c. 2 non arguit mendum; ait n. Basilij: illud quoq; confidera, ergo interficiam , & ego vine-re faciam: percutiam , & ego sanabo , & in script. habetur Dominus mortificat, & vivificat , deducit ad inferos , & reducit , in sensu namque idem sunt. Sed quando unquam Basilij citauit lib. Regum ? potius illa sententia descripta est ex Cantico Moysis Deuter. 32. ubi disertis uerbis scribitur . Ego occidam, & ego vivere faciam, percuti-  
am, & ego sanabo . Ad aliam authoritatem ex Basilio hom. in aliquos script. locos S. Basilij ad sensum illius sententiae respexit, licet non ad uerbum, dicitur n.c. 22. Prou. qui pronus est ad misericordiam benedicetur: de panibus n. suis de-  
dit pauperi, quod Pagninus uertit . Bonus oculus ipse benedicetur, quia dedit de pane suo tenui. quid autem leuius respici potest , quām panis tenuis? ad q̄ leuia respiciēs benedicitur à Domino, quod est misericordiam consequi , & quod hic sensus sit intentus à Basilio probatur; ex uerbis eius, nam ille bonus oculus dicitur ibidem à Basilio, qui leuia uidet , hoc est illa , quæ specie plana exi-  
stunt, hoc est æqualiter uidet, sic pauperem ciue, ut externum: unde subdit [ si tuus adstiterit, qui necessitatī suæ consultum cupit, ne tum quidem inæqualia videoas, neū dicas: hic mihi amicus his propinquus, ille mihi utilis, alius peregrinus &c. hoc n. modo misericordiam apud Deum non inue-  
niens, nec plana specta; natura namq; una est: homo & hic & ille: una in utrisq; necessitas: da fra-  
tri, & peregrino, nec fratrem auersare, & alienum tuum fac esse fratrem , æqualia igitur respicere oportet ad fugiendam (ut subdit ) acceptiōnem personarum .

De Isidoro Pelusiota . Fortè in alijs exemplaribus erunt, quæ desiderantur. Circa alia loca Basilij non sunt illæ particulæ magni momenti , ut sensum destruant , nam & si malacia sit morbus ille præstantium mulierum , malitia dici potest per quandam translationem, unde etiam duplex lectio potest insinuari. Sicut cum Esaiæ cap. 40. di-  
citur completa est malitia eius , ab alijs lectum est militia eius. siue etiam dicatur principium bonæ viæ, siue primum viæ, non est mendum, quod de industria saltem irrepit in codices, unde tā seue-  
ri examinis censura , non erant tot minutie ap-  
pendendæ ad nouam thesim introducendam .

Sic respondentum est ad ea, quæ annotantur ex Nazianzeno , quanquam multa non additi-  
tia, sed quæ explicatione indigeant , & quæ verè Sancti sunt uerba, oportet agnoscere, vt iunt ille sententie, quæ nimium videntur efferre liberum arbitrium, vel non sit iurandum , quæ secundum

Cœsum

sensum rectum sunt explicanda iuxta ea, quæ diximus sup q. 1.2.8. similibus respondendo obsecris Patrum dictis, vnde & cautelas multas ar. 9. adiecius ad diuruscule dicta Patrum asserta explicanda, & per solutiones easdem, & cautelas obseruatas, poterit diligēs lector, diuruscula Gregorij dicta interpretari, absque eo, quod confusat ad dicendum omnia eiusmodi esse suppositionis. Quod dixerit res spirituales nomine carere, intellexit de nomine deducto ex aliqua proprietate sensibili. Quod terra sit inferior, benē dicit esse ex voluntate Dei radicaliter, quæ voluit esse infimum elementum. Quod forma solis sit creata ante materiam, intellexit de forma accidētali. luce secundum multos, quæ precessit sole. Quod dixerit Angelos esse immobiles, vel non facilē mobiles, ad condescendentiam cum quo disputabat, illa disiunctiua apposita est. Quod aliquos libros non numeret canonicos, debebat scire oppugnans, quod aliud est omittere, aliud reiçere. Quod vnam naturam afferat esse in Angelis, id analogicē intellectum à Nazianz. vnde non oportet ad illud asylum Pozę configere, quod omnia dicta dura Patrum sint suppositionis, vel falsata, cum interpretationem patiantur, & expositionem alioquin, nec S. Augustinus aliquid profecisset cum Pelagiano Iuliano, quando diuruscule dicta sanctorum afferebat, si S. Augustinus ad idem asylum consugisset, sed dum videmus Augustinum sanctorum dicta exponere, & interpretari (quod & alij Patres fecerunt in disputationibus cum hæreticis) non debemus, nisi vbi de manifesto mendo constat, illam vniuersalem regulam Pozianam introducere.

Ad Chrysostomum. multa alia noster F. Sixtus Senensis ad plium sensum interpretatur lege cautelas nostras a. 9. Sic & Ephræm exponi potest.

Ad alia loca Ephræm, vbi videtur negare distinctionem sexuum in beatis, non est intelligendus quantum ad organa &c. sed quantum ad vium sic. nerunt uelut Angeli Dei in cœlo. Quando videtur negare processionem Spiritus S. à Filio, expōndens est, sicut & Damascenus, uel, ut illi reiſciendus, secundum censuram S. Thomæ, de qua re superius dictum est.

## ARTICVLVS IV.

### An Nouatorum doctrina cum Patrum magisterio conueniat.

#### Hæreticorum vaſtricies.

**A**lia quoque fraus etiam antiquitus est deprehensa, ut cum auctoritate sincera suam causam agere non possunt hæretici, ad pseudologias, & mendacia fabricanda configurerent, ad pseude ipsorum Euāgelium stabiliendum, iactantes interdum Patres veteres, & Synodos à partibus suis stare. Huius

fraudis meminit Maximus Episcopus Aquilensis in Concil. Lateranen. cōsultatione 4. sic loquēs de Monothelitis. Imitatores Dei conuenit, ut licitum est, in omni verbo, & opere imitari Dominū, ideoque, & illud oportet nos dicere pro sanctis, atque vniuersalibus quinque Concilijs, quod ipse de se se perhibuit Dominus: veniat princeps huius mundi, & in me nihil inueniet. Quoniam venerūt Principes huius nouitatis idest Cyrus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus, & in nobis de suis inuenierunt nihil, sicut propterea calumniari non irrationabiliter studuerunt, quod facere assolent hæretici, suā ex hoc cooperire dementiam properantes; quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare, & ex hoc patrem mendacij agnoscant, per eos propria contra fidem opera, instrumenta: quod utique Euāgelista B. Ioannes significans in catholica sua Epistola, ad tritionem nostram, perhibuit dicens. Quisnam est mendax, nisi qui negat, quia Jesus est Christus? Hic est enim Antichristus, & sicut auidissimis quia Antichristus veniet, & nunc Antichristi multi facti sunt. Ergo huiusmodi mendacijs, aduersariem suæ dispensationis sermone redarguens Dominus ait, quando videbitis abominationem desolationis stare in loco sancto, qui legit intelligat: locus autem sanctus est omne verbura, & definitio pia, de dispensatione eius à venerabilibus Patribus venerabiliter prædicatum. In ipso igitur contra eum per nouitatem aduersarij insistentes, & machinantur quodammodo falsare eum, & indire dicentes. Nos sumus, qui veram sanctorum Patrum, ac Synodorum fidem habemus sicut, & malignus in deceptionem audientium. ego sum, asserit Chr̄stus. Sed iuxta quod dictum est: qui legit intelligat, oportet enim legere d' uinas scripturas, sicut ad destructionem, Antichristi, quoniam ipse denunciant atque redarguant dolosas eius insidias, ita et in detectione hæreticorum sanctas probabilium Patrum, vel Synodorum doctrinas. Ipsa namque nobis ostendunt hæreses illorum, quas nuper legentes cognoscimus, sicut nostis Sanctissimi præiudicium, quod factum est, ab aduersariis fidei violenter contra eas in paradiſo catholicæ Ecclesiae, illicita præsumptione, in quo paradiſo pia confessionis per oleumunctionis spiritus perficitur in omnibus purgatio. Ideoque cum beata, et nos ad Dominum exclamemus Susanna, contra iniquos Sacerdotes, in defensione memoratorum Sanctorum Concilliorum, d'centes. Aeterne Deus occulitorum cognitor, qui nosti omnia antequam̄ fiant, tu nosti quoniam falso calumniantur nos Cyrus, Sergius, Pyrrhus, & Paulus: propterea erexit Deus Spiritum Sanctum viri zelo zelantis pro Domino, cuius venerabile nomen: Martinus quoque sancte nos conuocauit, & propterea autoritate præsidet nobis, atque exclamauit voce magna: mundus sum à dogmate huius nouitatis reterantur igitur ornes ad audientiam, atque illorum, examinemus sermones] & infra relectis sermonibus impiorum, d'centum sua dogmata à Patribus, & Concilijs acceptissime subdit. [ Per hanc allocutionem simpliciores dolose subripientes, persuadent malum ut bonum complecti, per t'aires, & Synodorum suauem noniniis appellationem.]

Hanc astutiam etiam obſervauit insignis. ille

Ma-

Magister F. Petrus de Soto maior in defensione Catholicæ confessionis c. 73. de Patrum auctoritate sua dogmata astraenda Hæreticos gloriari.

Sed & Arius, vt est uidere apud Epiph. hæres. 65. Theodoret.lib. 1.c. 5. (abutens testimonij Luciani Martyris suos sectatores, Collucianos vocabat: Pelagiani (vt cæteros omittamus) ad integratatem humanæ naturæ, & liberi arbitrij sine gratia astraendam, testimonij Patrū, Cypriani, Ambrosij, & aliorum, imo ipsius tunc uiuentis Augustini sententijs, malo modo intellectis, abutebantur. Hæfiantes, hæretici similiter, ut notat Leo Bizantius de scitibus scholæ. act. 8. Cyrilli, Athanasij, & aliorum auctoritate suam hæresim fulcire satagebant, contra Christi Domini geminam naturam. Nouatores temporis nostri satis inconstanter de Patrum Magisterio loquuntur; modo reiciunt, modo conuiutijs, & contumelijs incessunt, modo eos sequi simulant. Vndique angustijs se uallari prospiciunt: si admittunt de tota causa eorum actum est; si non admittant in peius absurdum incident; nam fateri coguntur hæc impossibilia Christi sponsam iam per mille, & quingenitos annos adulterasse, ei rassè, blasphemasse, ne scisse quid crederet, imo & contra Christi promissiones (quas negare non audent) iam portas inferi præualuisse aduersus illam, & paulatim Satan uinculis admotis, & arietibus in muros insilisse, donec tandem funditus eam subuerterit, & capta, & euersa Ecclesia nedum de illa, sed de eius sposa, & capite triumphasse. Hinc cum non habeant miseri quod se uertant, noui isti Vertumni, modo in contraria studia rapiuntur, nunc quæ uentus impulerit, incitato errore, uoluuntur Patres contemnendo, & eierando; nunc in semetipso reuersi illos probando, tanquam contrarij fluctus, eliduntur; nunc temeraria præsumptione, quæ recepta sunt ab i'lis edocta dogmata reprobant; nunc irrationali metu, quæ reiecerunt, defendenda suscipiunt: incerti, quæ eant, quæ redeant, quid appetant, quid dimittant, spiritu uertiginis agitati, suas confusiones despumantes.

Hoc in genere Caluinus præ cæteris uersipellis apparuit, qui (ut visum est supra) cum Patrum testimonij se non teneri protestatus sit, eosdemq; conuiutorum plaustris onerasset, in contrarium uiam tamen deflexit, Patrum testimonia non solum approbare simulans, uerum etiam hanc struit calumniam; quod suos errores eorum auctoritate muniri posse, pronunciet, & velut iactabundus Goliath, catholicorum castris insultet. Sic autem scribit ad Regem Galliæ pag. 5. *I* cum improbis clamoribus nos obruunt, ceu Patrum contemptores, & aduersarios: *Nos verò adeo illos non contemnimus, ut si id præsentis instituti esset, nullo negotio mihi licet meliorem eorum partem, quo bode à nobis dicuntur, ipsorum suffragijs comprobare* *I* ibidemque sexdecim annotat Patres, & vnum, aut alterum Concilium pro se adducit: passimque in toto suarum impiarum institutio- num opere, auctoritate Patrum abutitur. Eos tamen in suam partem trahere desperat, quia, vt loquitur, vt manifestos Papistas habet. Vnu Sanctum Augustinum in duabus præcipue materijs suum esse, sed falso gloriatur, videlicet in mate-

ria Eucharistia 4. instit. c. 17. num. 28. & in materia prædestinationis, & iustificationis sepissime, sed quam alienus sit Augustinus à Caluino ex dicendis apparebit suo loco. Sutcliffus in examinatione recognitionis doctoris kellisoni pag. 17. ante med. ait. *Patres in omnibus fidei articulis nobiscum consentiunt, non cum Papa*. Vuilletus in Antilogia pag. 263. ait. *Deum testem inuoco, ante cuius tribunal rationem redditurus sum, fidem ac religionem illam, quam propagamus, quoad præcipios eiusdem articulos, ab illis historijs, Concilijs, Patribus tradi, & confirmari, qui infra quingentos, aut sexcentos à Christo annos fuerunt. signanter Humfredus Iesuitismi p. 2. rat. 3. pag. 326. & Simon de Voyon in tabula num. 107. venerabilem Bedam suis aggregare non dubitant, & S. Bernardus quoq; in eodem numero x. reponitur à Gifford ser. in Apoc. p. 195 & S. Thomas in Catalogo Protestantium, recensetur ab Illyrico in cat. testium veritatis.*

Idem præstant passim alij Nouatores de alijs Patribus, quorum oppositiones recensentur, cum ipsis oppositoribus: sed & Iuellus Anglus, vt in eius vita habetur per Humfredum impressa anno 1573. pag. 123. post medium, ad crucem Londonensem concionabundus ad multos ex Sanctis Patribus nominatim exclamauit dicendo. *O Gregorij, o Augustine, o Hieron. o Leo, o Dionysij, o Anaclete, o Galixte, o Paule, o Christe, cuius verba, vel probans, vel extorqnens. Vvikal: ad rationem v. Campiani ait. ea est nostra omnium professio, idem omnes pollicemur, fidem non fallemus, insinuans Patres pro suis stare si decepti sumus uos nos decepitis; hæc vos nos docuissis. Hoc diabolico sophismate plurimos decepiunt, sub mellitis verborum Patrum verbis, venena propinando.*

### Oppositiones Nouatorum.

**P**rima. si principia fidei, nempe verbum scriptum spectemus, Hieronymus librum Sapientiæ, & Ecclesiastici e canone truncat, similius, & libros Judith, et Macabæorum, vt supra visum est. Ergo Nouatorum doctrina Patres habet patronos. Sic Lutherani, & Nouatores communiter qui eosdem libros e canone truncant, Hieronymum citantes.

Secunda. circa verbum Dei non scriptum nempe traditiones S. Cyprianus, & alij Episcopi consuetudine recta ad scripturas prouocabant, & epistola ad Antonianum dicit, *proinde frustra quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obijciunt, quasi consuetudo maior sit veritate &c.* & Basil. epist. 70. ad Eustachium cum consuetudinem reieciisset, subdit. *Item itaque arbitratus inspirata à Deo scripturæ. communiter Lutherani, & Caluinii. & in specie Kemnitius in examen conciliij contra traditiones.*

Tertia. circa Trinitatis mysterium Basilus ep. 141. dicit [*Deum non esse unum numero*] sūt ergo personæ diuinæ plures numero, ac proinde tres Dij, & communiter Patres tribus hominibus, vel Angelis comparant easdem personas diuinæ. Ita Tritheitæ docent, renouantes errores Philoponi. ergo.

Quarto

# 168 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

Quarta.circa Christi diuinitatem Ignatius hec docet. *Vnum & solum verum Deum patrem suum annumeravit.* Ep. ad Magnesianos, & ep. ad Tharsenses, Christum esse filium Creatoris, ait neque esse illum, qui est super omnia Deus &c. & Irenæ lib. 2. c. 3. loquens de Deo Israel, qui fecit celum, & terram, ait. hic Deus, est Pater Domini nostri Iesu Christi. Tertull. lib. contra Hermogenem. Pater ait tota substantia est, Filius vero derivatio totius, & portio. Seruetus primo de Trin. fol. 35. & ministri Transyli. in disput. Alibana lib. 3. c. 11. & lib. 4. c. 37. pro se Patres istos adducentes.

Quinta.circa Mysterium Incarnationis Patres nonnulli docuerunt, ita unitas fuisse diuinam, & humanam naturam, quo modo ferro ignis vniatur. ex quo habetur, quod non sit idiomatum. communicatio: nec enim ignis dicitur ferrum, & è contraria ergo vno facta est sicut ignis cum ferro, absque communicatione idiomatum: ferrum enim retinet suas proprietates duritatem, & huiusmodi; ita dicit Origenes 2. de principijs c. 6. Basilius oratione de natali Domini, hac kemnitius lib. de duabus naturis c. 22. & 23. qui utitur exemplo Origenis.

Vbiqutatem quoque humanitatis Christi astruere videntur SS. Patres. Chrysostomus homil. 17. de Christo loquens ait, quod dicit; nisi intrauerit in celum, non apparebit Deo, qui ubique est, & omnia replet? & Cyrill. epist. 1. ad Succellum. in singulos impartibiliter transiens unigenitus, & animas, et corpora eorum sanctificans, impartibiliter atque integrè in omnibus est, cum unus ubique sit, nullo modo diuisus. Augustinus serm. 14. de verbis Apostoli ait. sedet in celo, per ambulat, in celo erat, quia ubique Christus, hac Brentius, Smidellinus, kemnitius, & alij, qui tenet supradictam communicationem attributorum duarum naturarum adiuicem factam esse, & passim sectarij Vbiquetarij.

Sexta. esse mediatorem Christum Dominum etiam secundum diuinam naturam docet Augustinus in enchirid. c. 108. nam inquit, neque liberaremur per unum mediatorem Dei, & hominum, nisi esset, & Deus, homil. 10 de ouibus c. 12. diuina humanitas, & humana diuinitas mediatrix est. Huc Vbiquetarij similia proferentes ex Ireneo, Epiph. Chrysostomo, Ambrosio, Theodoretto: Melancton in loc. c. de filio, Simlerus lib. contra Stancarum, & in lib. concordia pag. 556. 677. 736. Lutherani communiter.

Septima. circa Sacraenta non raro Patres Sacraenta vocant sigilla, vt Basil. hortatione ad Baptisma, Hierony. in c. 4. ad ephes. Nazianz. oratione de baptismo &c. Sacraenta ergo nihil aliud sunt nisi sigilla diuinarum promissionum, quod ex scripturis etiam male intellectis probare nititur Calu. 4. c. 14. s. 5.

Ottava. Verbum Sacramentorum operari non quia dicitur sed quia creditur, docet S. Augustinus tract. 80. in Io. ergo formæ Sacramentorum (vt dicunt) concionales sunt, non conformatioria. Calu. lib. 4. c. 14. s. 4.

Nona. non omnia sacramenta instituta à Christo dixit Cyprianus serm. de ablutione pedum,

quem citat kemnitius in exam. Concil. Trid. sess. 7. ait enim Cyprianus: ipse summus Sacerdos sui est. Sacramenti institutor, & auctor: in cœteris homines Spiritum Sanctum habuere doctorem. ergo &c.

Decima. Alexander Episcopus Alexandriæ ratum habuit baptismum, quem Athanasius puer, alijs pueris per iocum contulerat, ergo non requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia, Luther. lib. de abroganda missa priuata.

XI. Fides, non ipsum Sacramentum vivificat, vt dicit Augustinus, dicunt Philippus in Apolo. a. 13. Lutherus lib. contra Cochlaeum: citant eundem in qq. veteris, & noui testamenti, Nec cœlestis, ait donum, poterit consequi, qui se per aquā, non per fidem communiari credit. Calu. vero 4. c. 11. citat August. lib. 99. in Leuit. 84. vbi dicit. Deū inuisibile dare gratiam, hominem Sacramentū visibile, nullam ergo causalitatem habent sacramenta nouæ legis.

XII. Sacraenta duo tantum veteres docuerunt. ergo &c. probat Caluinus 4. c. 19. s. 3. ex August. 3. de doctrina Christiana c. 9. & ep. 118. Ad Ianu. kemnitius 2. p. exā. p. 25. Iustinū Apol. 2. Tertullianum. 4. contra Marcionem, Cyrillum in catech. Ambrosium de ijs, qui sacris initiantur mysterijs, vbi hæc duo enumerantur.

XIII. ceremonia Ecclesie, & ea, quæ adhibentur in Sacraenta, damnantur à Patribus: nam Augustinus ep. 118. conqueritur de earum maiestate, ut tolerabilius ait. sit cōditio Iudeorum, unde refecandas esse existimat; ergo. Caluinus 4. c. 10. s. 13.

XIV. In necessitate Laicos baptizare dubitauit Augustinus dicens, in tali casu nescio, an sic quicquam dixerit, baptisnum repetendum, & Tertull. conquerens est ausas esse seminas hereticas baptizare lib. de vel. virg. Epiph. heresi. 42. Calu. 4. c. 15. num. 20. 21. 22.

XV. Baptisnum parvulorum non videntur Patres admittere; Nazianzenus enim optat disferri baptisnum, donec pueri possint de fide sua respondere, & Augustinus 4. de bap. contra Donat. parvulorum baptisnum dicit, non fuisse à Conciliis stabilitum; incipisse autem Origenis tempore. Ministri Transyli. in calce librorum contra Trinitatem, & Incarnationem Domini.

XVI. Veteres de manuum impositione loquuntur, hoc est de confirmatione, sed non Sacramentum vocant. Augustinus aperte affirmat lib. 3. de Bapt. c. 16. nihil aliud esse, quam orationem. Calu. 4. c. 19. s. 4.

Similiter, vñctio ipsa est desumpta à veteri disciplina, ex Tertull. lib. de bapt. similiter, & Cyprianus dicit, relicta hanc vñctionem ex veteri testamento kem. 2. p. exā. 297 Hieronym. lib. contra Lucif. dicit ob honorem Sacerdotij factum, vt soli Episcopi manus imponat, non ob legis necessitatem. kemni. 3. p. pag. 324. Non ergo Episcopus est minister huius Sacramonti.

XVII. S. Ignatius de Eucharistia dicit epist. ad Philadelph. *Vnus est panis, pro omnibus confratrus, & unus calix totius Ecclesie*] hæc autem non conueniunt nisi vero panis. Petrus martyr lib. 1. contra Gardinerum obiectione 149. Dionysius

nysius par. 3. cap. 3. de ecclesia ast. hierarch. dicit similiter Pontifex, opertum panem, & individuum aperit, & in frusta concidit, idem obiectione 150. item ex pane ali corpora nostra dicit Iustinus, & contra Triph. expresse Iustinus *Ecclesiasticum vocat panem*, idem obiectione 151. Ipsum panem, Ireneus lib. 4. cap. 32. & cap. 57. vocat corpus Christi. consimilia profert ex Origene, Cypriano, Athanasio; citat etiam Ambrosium 4. de sacram. cap. 4. ubi panis vocatur Christi corpus, & nos bibere similitudinem preciosi sanguinis, idem obiectione 188. Basilius in sua liturgia vocat Eucharistiā *avtrivm* idest figuram corporis, obiectione 185. Chrysostomus (ut obicit Oecolampadius) etiam in psalm. 22. panem vocat *similitudinem corporis*, & homil. 11. in Matt. expresse dicit, non verum corpus continere, sed mysticum corporis eius, & homil. 83. eucharistiā vocat *symbolum passionis eius*, idem obiectione 197. Hieronymus in cap. 1. ad Ephes. dupliciter caro Christi, & sanguis intelligitur, vel spirituālis illa, & diuina, de qua ipse dixit, caro mea vere est cibus, vel caro, & sanguis, quae crucifixum est &c. idem obiect. 120. Augustinus lib. contra Adimantum cap. 12. Non dubitauit Dominus in cere, hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui, in psal. 98. Non hoc corpus, quod videtis, manducatur estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent: sacramentum aliquid commendavi vobis: idem dicit de doctrina christiana libro 3. cap. 16. locutionem esse figuratam cum dicitur, nisi manducaueritis carnem, videamus etiam epistola 28. ad Bonifac. & alibi, Petrus martyr, & alii, & ante istos Berengarius apud Lanfracum. Cyrillus in epistola à Concil. approbata Eucharistiam dicit non esse comedionē, nudi, & puri hominis, quod non est aliud, ait Petrus Martyr obiect. 211. quā mutatis verbis negare *αὐτὸν οὐαγίαν* idest carnis humanae comedionem, & epistola ad Calosirium dicit in pane, & vino sumi carnem, & sanguinem Domini. idem Petrus Martyr. Theodoretus ait 2. dialogo, quod mystica signa post sanctificationem non recedunt à sui natura, manent enim in priori substantia, & forma &c. & Gelasius lib. de duabus naturis aperte docet naturam panis remanere. Lutherani communiter, inter quos Kemnitius 2. parte exam. seff. 13. cap. 4. consimilia testimonia adducuntur ab iisdem aliorum Patrum, quae ad prædicta reuocantur, quibus vel transubstantiatio, vel realis presentia Christi negatur, vel canalistica, vel spiritualis astruitur.

XVIII. Sub utraque specie necessariū esse fidibus omnibus communicare, dicunt Ignatius epistola ad Philadelph. *vñus est panis omnibus confractus, vñum poculum omnibus distributum*, idem dicit Iustinus: qui dicunt in Iesum Apostolis qui euangelium scripserrunt præcepisse; hoc facite &c. Cypr. etiam dandum esse sanguinem fedibus, vt roborarentur ad martyrium dicit ep. 62. Kemnitius. Et Caluinus profert Hieronymum in cap. 7. Malach. dicentes *Sacerdotes esse qui Eucharistiam cōficiunt, & sanguinem domini populo distribuunt*. idem scribit Algerius lib.

2. cap. 8. communiter Lutherani. citatur etiam Chrysostomus homil. 18. in 1. ad Corint. *nunc nō sic, ut in veteri lēge, sed omnibus vnum corpus proponitur, & poculum vnum*. Hieronym. quoque Malach. cap. 2. idem asserere videtur. Ergo &c.

XIX. Formā consecrationis esse deprecatoriā insinuant liturgiæ Chrysostomi, & Basilij, nam post illa verba *hoc est &c.* dicunt supplicamus, & depositimus, ut mittas Spiritum Sanctū tuum, & fac panem istum quidem, preciosum corpus Christi tui, & quod in calice isto, preciosum sanguinem Christi tui. Luth. de abrog. missa priuata.

XX. Pœnitentiam e numero Sacramentorum dispungere videtur Augustinus serm. de baptis. ad infantes, & lib. 3. qq. vete. Testamēti, vbi Sacra menta, visibilia esse signa decernit. Quid tale autem ipsi videntur, aut alijs, querunt ostendere in eo, quod *Sacramentum pœnitentiae* vocant? ait Calu. 4. c. 15. 6. 15. 16. 17.

XXI. Pœnitentia idem est ac *pœnitentia* hoc est resipiscētia ex Lactantio lib. 6. c. 24. nulla ergo requiritur animi mutatio interior, sola resipiscētia sat est. Lutherus.

XXII. confessionis necessitatē de medio tollit Chrysostomus dicens homil. 2. in psal. 50. si confunderis alicui dicere, quae peccasti, dico quotidie in anima tua, non dico ut confitearis conseruo tuo, qui exprobaret, dico Deo, qui curat ea. Calu. 3. c. 4. sect. 8. qui profert alia similia ex eodem serm. de pœnitentia, homil. 5. de incomprehensibili Dei natura, hom. 4 de Lazaro. Philippus in confess. art. de confessione alium similem ex homil. 31. in c. 17. ep. ad Hebra. adiugit, Kemnitius pag. 1019. Cassianum similia dicentem coll. 20. c. 8. & Ambrosium hom. 10. in Lucam c. 96. vbi dicit: *Petrus doluit, & fleuit, quia ut homo errauit, non inuenio, quid dixerit: inuenio quod fleuit, lachrymas eius lego, satisfactionem non lego.*

XXIII. satisfactionem negant Patres, dum docent non infligere Deum pœnas pro peccatis, sed peccatores excitare ad resipiscētiam; ita videatur loqui Chrysostomus lib. 3. de prouidentia adducunt etiam alium locum Chrysostomi hom. 2. in psal. 50. dicentes, *vbi misericordiarum quæsio nulla, vbi misericordia condonata responsio est*, & homil. de B. Philogonio: nihil aliud, inquit, Deus requirit ad satisfactionē, benignus est etc. & Augustinus de Eccles. dogmat. c. 54. ait pœnitentie satisfactione, est causas peccatorum excludere, nec eorum suggestionibus aditum indulgere, Calu. c. 4. §. 35.

XXIV. Indulgentias non continere merita Sanctorum, docent Leo Pontifex Rom. ep. 51. vbi dicit quamvis multorum Sanctorum in conspectu Domini preciosa mors fuerit, nullius tamē occiso propitiatio fuit mundi, & Augustinus tract. 84. in Io. & frater pro fratribus moriantur, nullius tamen sanguis martyris in remissionem peccatorum funditur, similia habet 4. ad Bonifa. c. 4. Calu. c. 9. sect. 40.

XXV. Vnctionis extremæ ceremonia vñ fue runt Valentiniani, quos refutat Ireneus lib. 1. c. 18. & similia hęc sūt Ethnicis superstitionibus, quas

damnat Dionysius c. 7. de Ecclesiæ hierarch. non ergo Sacramentum. kemnitius in examine Concilij Trident.

XXVI. Episcopos non esse superiores præsbyteris docuit Chrysostomus homil. 15. ad Tim. inter presbyterum, ac Episcopum interest fere nihil, idem docet Dionysius, Theophil. Oecumen., & Hieronymus in ep. ad Tit. & August. ep. 59. ad Hieron. Calu. lib. 4. c. 4. seft. 2. kemnit. in exam. sess. 23. c. 4. Item quinque solos esse gradus ordinum numerat Hieronymus, in comment. Esaiæ c. 9. v. 3. Episcoporum, Præsbyterorum, Diaconorum, fidelium, & cathecumenum, Calu. lib. 4. c. 4. Ambr. c. 4. ad Ephes. quinque numerat, & loco Cantorum ponit exorcistas. S. Ignatius epist. ad Anthiochenos, Epiph. in fine Panarij, plures numerant, quam septem, addentes laborantes, & confessores. Tres facit ordines (kemnitius ait in exam. 23. sess. Concilij) Pontificum, Sacerdotum, & ministrorum Dionysius in Ecclesiæ hierarch. c. 5. In Petro nullum cognoscunt Primatum: Cypr. lib. de simplicitate Prælatorum: Hoc erant viique, & cæteri Apostoli, quod fuit, & Petrus, pari confortio prædicti, & honoris, & potestatis. S. Augustinus tract. 50. in Ioannem: Petrus quando claves accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Luth. de potestate. Papæ, Calu. 4. instit. c. 6. Obijcunt etiam Nouatores auctoritatem Hilarij 6. de Trinit. vbi dicit, quod Petrus edificationi Ecclesiæ subiacet, & non dixit esse fundamentum, nam fundamentum Christus est. Hæc illi contra primatum S. Petri.

XXVII. Matrimonium posse diffolui docet Hier. qui in epita. Fabiolæ dicit eam, non peccasse mortaliter, cum post diuortium alteri in marito nupserit. & Origenes in c. 19. Matt. quosdam Episcopos dicit tale coniugium permisisse, kemnit: Idem docuit Ambrosius supra relatus ab Eusebio, & alij, vt Iustinus Martyr, quem allegat Philippus Melancthō in appendice locorum communium. Accedit Hil. can. 4. in Matth. dicens, nunc merito fides euangelica non solum voluntatem pacis indexit, verum etiam reatum contineri in adulterio uxoris imposuit. Si alij ex dispensationis necessitate nubenda sit. Idem tenent Chromatius in Matt. Theoph. Luc. 16.

XXVIII. finienda supplicia adstruit Origenes, & Hieronym. in comment. Epistolæ ad Ephes. c. 2. exponens illa verba, ut ostenderet in seculis superuenientibus. Hæc assert Stanislaus Pannonus Anabaptisticæ sectæ minister libello de divina Philanthropia apud Senensem nostrū pag. 290. infamans S. Hieronymum, quod Origeni partim abnuit, partim annuit.

XXIX. Purgatorium videtur negasse Chrysostomus hom. 9. 1. Cor. ibi sic saluus erit quasi per ignem: itidem, ait, in hoc loco cum inquit, saluus erit, nihil aliud quam supplicij incrementum significat; quasi dicat ipse perpetuo in supplicio permanebit, & homil. 1. de Lazaro neque enim qui in praesenti vita peccata non abluerunt, postea aliquam consolationem inuenturi sunt. Hieron. 3. comment. in Amos c. 9. duo loca agnoscit, Infernum & Paradisum. & in ea verba Ecclesiastes: si ceciderit lignu sive ad Austrum, sive ad Aquilonem

&c. Nouatores communiter: Augustinus tract. 49. in Ioannem ait: requiem, quæ post mortem datur, si ea digna est, tunc accipiet quisque cum moritur. Calu. 3. instit. c. 5.

XXX. Deum esse auctorem peccati, docuit Augustinus 5. contra Julian. c. 13. explicans illud. Tradidit eos in passionem ignominiae, & sequitur, audis propter hoc, & quæris in aniter, quomodo intelligendum sit, tradere Deum multum laborans, ac ostendens eum tradere deserendo. non ergo deserendo tantum, sed efficaciter efficiendo concurrit ad mala. In Enchirid. c. 100. peccata docet Deo volente fieri, quia non fierent, ait nisi sineret: idem de gratia, & lib. arbitrio c. 21. docet etiam Deum inclinare voluntatem hominum, siue ad bona promisericordia, siue ad mala pro eorum malis meritis. Hæc Calu. 3. instit. c. 23. & Beza in responsione ad Castilionem, & in responsione ad Heshusum.

XXXI. Concupiscentiam, siue somitem veram habere ratione peccati dicit Cyprianus: ita cum ambitione congressio est, cum carnalibus vitijs, & homines propter hos malos motus, quamuis de origine venientes, dicit Hieronymus: quamuis habeant culpam, tamen non teneri crimine, in cap. 7. Matt. Lutherani communiter, Calu. & kemnitius in exam. sess. 6. Concil. pag. 480. Item August. 1. de nuptijs, & concup. c. 25. dicit peccata dimitti in baptismo non ut non sint, sed ut non imputentur, & c. 26. Idem peccatum dicit reatu transire, actu manere. Luther. in assert. 2.

XXXII. Liberum arbitrium negat Augustinus 6. de Genes. ad litteram dicēs. Hoc autem necessario futurum est quod Deus vult, & ea fera futura sunt, quæ ille præscivit de gratia, & libero arbitrio c. 2. ita dicit creaturam ita esse in Dei potestate, ut eam quæ voluerit, quando voluerit, quomodo voluerit faciat inclinari, & in Enchiridione c. 30. libero arbitrio male utens homo se perdidit, & ipsum. Caluinus 2. instit. 9. & alij Calu. & Luth. communiter.

XXXIII. Item liberum arbitrium non nisi ad peccandum valere dixit Augustinus 3. contra Pelag. c. 8. ita Lutherus disputat aduersus Ekium apud Senensem annotat. 278. nihil ergo boni potest operari, imo in operibus malis nunquam peccat.

XXXIV. Pœnam, hoc est mortem, non culpam Adæ ad posteros transfundi, docet Chrysostomus homil. 10. in illa verba, in quo omnes peccaverunt, & hom. 39. ad Corinth. in ea verba sequut in Adæ omnes moriuntur. hom. 24. ad Ephesios, vbi dicit, neminem expedit primi parentis damnationi fieri obnoxium. his auctoribus Iulianus Pelagianus olim Chrysostomum faciebat siue sententiae auctorem, negando originale peccatum: & Erasm. eodem se tuetur testimonio in annot. 5. cap. ad Roman. docendo peccatum originale nihil aliud esse, quam obligationem ad mortem ortam ex primo peccato Adæ. Ambrosius etiam idem insinuat in Epist. ad Rom. duplum mortem distinguens corporis, & animæ: illam dicit ex Adam esse, istam ex propria culpa nostra, est argumentum Seruerti apud Senensem lib. 6. annot. 236.

XXXV. solam fidem iustificare tenet Ambrosius lib. 1. de vita beata. Non operibus iustificantur sed fide, quoniam carnalis infirmitas, operibus impedimento est. Origenes citatur etiam in collectaneis Lutheranorum aduersus Tridentinum, apud Sextū annot. 233. dicit ergo in cap. 3. ad Romanos: credens quis tantummodo, iustificatur, etiam si nihil ab eo opus fuerit expletum. Huius can. 8. n. Matt. a. t. sola fides iustificat. Nouatores Lutherani, Calviniani communiter.

XXVI. Certos esse homines de sua gratia, docet enim Hilarius in c. 2. Matth. i. dicens: regnum cœlorum quod Dominus in te possum est profensus, vult sine aliqua incertæ voluntatis ambiguitate spectari kemnitius in examen. Trid. Bernardus i. sermone de annunciat. hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro Spiritus Sanctus dicens, dimissa sunt tibi peccata tua: sic enim arbitrabatur Apostolus: gratis iustificari hominem per fidem, hoc testimonium adducunt, Lutherani. Calu. Bucerius, & alij adducti à Controuertiatis in materia de incertitudine gratiæ, Soto, Bellarm. Staplet.

XXXVII. Non fieri per infusionem charitatis nostram iustificationem asserere videtur Ambrosius in pag. 18. se. m. 3. dum dicit: qui dicit peccata sua, iustificatur Augustinus lib. 6. de Circuitu Dei c. 27 ipsa iustitia nostra potius pescatorum remissione constat, quam perfectione virtutum. Bern. epist. 190. iustum me dixerim: sed illius iustitia. Calu. 3. instit. c. 1.

XXXVIII. Neminem esse verè iustum astrictuit Hieronymus 3. in Hierem. ibi, omnis laguncula implerbitur vino, sic dicens. Hæc autem ebrietas, qua obliuiscimus præceptorum Dei, & virtutis, atque peccatis, omnis impletur humana conditio, dicente Propheta: non iustificabitur in conspectu suo omnis viuens, & iterum in p. dial. contra Lucifer. nos tunc ergo iusti sumus, quando nos peccatores fatemur, & iustitia nostra, non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia. August. lib. 9. confess. c. 13. Væ etiam laudabilis virtus hominum, si remota misericordia discutias eam. Calu. 3. instit. c. 14. Philipp. in loc. commun. de peccato. kemnitius in examine Trident, & alij adducti à Controuertiatis Bellarm. Staplet in controv. de iustitia imputatiua.

XXXIX. Peccatores non esse Ecclesiæ membra dicit Hieron. in regula Monach. c. de penitentia, & misericordia. qui peccator est aliqua forma de maculatus, de Ecclesiæ Christi non potest appellari, idem dicit in Epistolam ad Ephes. lib. 2. Lutherani apud nostrum Senensem annot. 307. lib. 6.

XXXX. Santos non esse orandos innuit Chrysostomus, cum dixit homil. de profectu Evangel. Philipp. 1. ibi sive occasione, sive veritate: ait enim loquens de Chananaea. Vides quomodo repulit cum alijs precarentur, ubi vero ipsamet pro domo clamauit, annuit. Ergo &c. Hunc locum objiciunt Lutherani apud Senensem annot. 310. lib. 6.

XXXXI. Imagines non esse colendas dicit Hieronymus in Danielem ibi, Deos suos non colimus. Qui adorant imagines hoc se facere intel-

ligat, quod tres pueri facere nolentes, placuerunt Deo. Nouatores apud Bellarm. c. 11. de Imagin. Sanctorum lib. 2. c. 16.

XXXII. Non esse lugendam mortem Christi tenent Ambrosius in Luc. c. 23. explicans illa verba filiæ Hierusalem, & Teophilactus eandem clausulam tractans dicit: non decet lamentari eum, qui sponte pro salute omnium patitur Bed. lib. 6. in Lucam idem afferit, ex his locis contendit Erasmus mortem Christi non esse ploram- dam apud Senensem annotat 162. lib. 6.

XXXIII. Ecclesiasticam disciplinam corruptam esse docuit Iustinus Imp. epist. ad Zenam, & Serenam, dicit enim: de quorumdam, prout eorum fert præsumptio, institutione, & disciplina, sed præter rationem suscepit illa, & inutili, iuxta tradicionem hominum, quasi hereditario ab eis iure occupata, persimilia Pharisæis facientibus, & seniensibus, in Epistola ad Papam, per quam diligenter, & accuratè differui. ex hoc loco Nouatores conclamant, conuulsas traditiones à Romana Ecclesia veras, et Apostolicas, statutis hominum superinductis apud Bar. tom. 2. pag. 191. num. 10. anno 165.

XXXIV. Immunitatem Clericorum non admittere videtur Hieron. in Matt. lib. 3. ibi: Reges terræ &c. conqueritur enim, quod nos pro illo honore tributa non reddimus, & quasi filii Regis à vectigalibus immunes sumus. Erasmus in annotationibus, ex hoc loco Hieronymi in immunitatem inuehitur clericorum, apud Senensem annot. 76.

XXXV. Clericis habere possessiones temporali non licere, scripsit Chrysostomus homil. 86. in illud Lucæ. vade. & vende vniuersa, que habes, dicens: eas haberi à Sacerdotio est alienum. vide eundem hom. 15. 1. Timoth. Idem docere videtur Hieronymus ad Nepotianum. vbi dicit, quod Clericus nihil extra dominum habere potest. Idem dixit Ambrosius in Luc. c. 12. in ijs verbis congregabo omnia, quæ nata sunt mibi. cui subscribit Basilius homil. de eadem re: esurientium panis est, quem tu detines. & similes lectiones, quibus insinuantur, diuites esse dispensatores non dominos Vuichlephitæ apud Waldensem in doctrin. fidei, & nouissimi heretici communiter apud Senensem annot. 121.

XXXVI. Hereticorum scripta legenda ex parte eis Hieronymus Epistola ad Minerium, & Alexandrū, simil. id declarans, quod in terra aurum queritur, & de fluminorum alveis, si lentes proferetur glarea. Theophilus laudat libros Originis, eosque comparat prato omni generis floribus ornato, & ex illis inquit: Si quid boni in illis reperio, illud excupo: si vero spinosum quid visum fuerit, hoc tanquam aculeatum prætereo. Socr. hist. Eccl. c. 17. ex Eusebio, & lib. 7. c. 7. resert quod visione admonitus Martyr, ut omnia, que ad manus suas deuenirent, legeret, expenderet, approbaret. Oecolampadius hec afferit, apud nostrum Senensem in annot. lib. 6. 266.

XXXVII. fidelium multitudinem à Christo potestatem habere ordinandi ministros Ecclesiæ videtur docere Cyprianus lib. 1. epist. 4. dicens. Plebs maximè habet potestatem, vel eli-

gendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi, quod & ipsum videmus de diuina autoritate descendere, ut Sacerdos plebe præsente, sub omnium oculis deligitur, & dignus atque idoneus publico iudicio, & testimonio comprobetur. argumentum est Illirici lib. de electione Episcop. & Iemnij desumptum ex Luthero, Brentio, Caluino, & nouissimi M. Antonij de Dominis de Republica lib. 3. c. 3.

XXXVIII. Celibatum probare non videtur Ignatius, qui in epist. ad Philadelphios dicit Patriarchas, Prophetas, & Apostolos maritos fuisse. Calu 4. institut. c. 12. S. Gregorius etiam teste S. Vildarico ad Nicol. Papam, Sacerdotibus vxores ademit, sed postea ex adulterijs, & aliis inconvenientibus continuo decretum reuocauit. Centuriatores 9.c. 10. col. 540.

XXXIX. Politicam potestatem non esse bonam, neq; licitam docet Augustinus lib. 19. de Civit. Dei cap. 11. dicens rationale factum ad imaginem suam noluit Deus nisi irrationalibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori, inde primi iusti pastores magis pecorum, quam Reges hominum constituti sunt. idem videtur afferere Gregorius lib. 21. mor. c 11. dum omnes homines natura æquales genitos dicat, & per vitium inæquales factos. est argumentum Ministrorum Transylvaniæ in opusc. attitulato, antitheses Christi veri, & falsi, edito Alba Iuliæ 1568.

L. Christianis non esse licitum bellum gerere videtur afferere Hieronymus epist. ad Ageruchiam de Monogamia dicens, olim bellatoribus dicebatur. Accinge gladium tuum super femur tuum potentissime, nunc Petro dicitur conuerte gladium tuum in vaginam. idem videtur afferre Tertull. lib. de corona militis, & alios Patres ad id probandum afferit Erasmus, Origenem lib. 2. contra Celsum, & tract. 7. in Matt. & Chrysostomum, Basiliū, & Theophilactum ex catena. B. Thomæ & Ambrosium 10. in Lucam, & Augustinum in psal. 37. & epist. 5. ad Marcellinum, & epist. 158. Erasmus in annotationibus 3. capit. & 21. in Lucam, apud Senensem annot. 156.

#### CONFUTATIO EORUNDEN Ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo auctoritas S. Gregorij Nazianzeni, Epistola ad Cledonium. Nec vero hoc indignum censendum est (quamvis vique graue, & indignum sit) quod homines isti perniciosa sua dogmata simplicioribus animis praetalijs versutiores, & sceleratores infundunt: sed quam nos in eadem opinione, & sententia esse mentiuntur, hamum suum hac escâ circumtegentes, atq; fucos suo, & pretextu cupiditatem suam nefariè explentes, simplicitatemq; nostram, qua fiebat, ut non alienorum loco eos haberemus, sed fraterna benevolentia complectemur, in sceleris occasionem arripientes.

S. Vincentius Lerinen. lib. cōtra prophan. voc. Nouitates cap. 11. Captant (ait) plerumq; veteris cuiuspiam viri scripta, paulò innolutius edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo, quasi

congruat, ut illud nescio quid, quodcunq; proferunt, neque primi, neq; soli sentire videantur.

S. Greg. 12. mor. c. 16. explicans illa verba Iob. c. 15. & senes antiqui sunt in nobis multò vetustiores quam patres, &c. ait, ideo hæc dicta, quia omnes hæretici à sancta uniuersali Ecclesia sunt egressi: testatur Ioannes, qui ait, ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, sed ut ea, quæ afferuntur commendare stultis mentibus hominum, quæ ex antiquitate possint, antiquos Patres se habere testantur, atque ipsos doctores Ecclesiæ suæ professionis magistros dicunt. Cumque præsentes prædicatores despiciunt, de antiquorum Patrum magisterio falsa præsumptione gloriantur, ut ea, quæ ipsi dicunt, etiam antiquos Patres tenuisse fateantur: quatenus hoc quod rectitudine astruere non valent, quæ ex illorum auctoritate confirmant.

Secundo ex Leone Bizantio de sectis scholæ abt. 8. qui de hæreticis Hæsitantibus loquës dicit. Ad faciendum verò fidem dogmati suo plures authoritates producunt, quarum prima est, quod S. ille Cyrillus, vnam naturam Dei sermonis incarnatam dixerit. Ad quod respondemus fateri nos id à Sancto Cyrillo dictum, sed idem nihil omnino sentiente nostræ refragari: nō enim Christi naturam incarnatam dixit, sed vnam naturam Dei Verbi incarnatam dixit, vñ. alteram aliam naturam denotans & quod alteram illam significare voluerit, dum incarnatam ait ex ijs manifestum est, quibus seipsum in secunda ad Successum epistola declarat, inquit: quod se vna Dei sermonis naturam &c. quod dictu quoq; exposuit S. Th. 3. p. q. 2. ad 7. dicens, [ cù Cyrilus dicit ] vnam naturam Verbi esse incarnatam non intelligitur, quod ex duobus sit facta vna, sed quod natura Verbi sibi vniuit carnē in persona Jvbi vides praxim, quod obtegentibus hæreticis hæresim sub verbis Cyrilli, ex Cyrilli verbis mens Cyrilli sit explicata. Et afferentibus authoritatē Iulij ad Dionysium Corinthi Episcopum respondet: sed nos pluribus coniociimus, non illam epistolam esse Beati illius Iulij, sed Apollinaris, & multis probat. Afferentibus etiam authoritatē S. Greg. Taumaturgiex quadam fidei confessione respondet. Ad hoc, inquit, respondemus. primum de hac itidem dubitatum apud antiquiores, an sit Gregorij: deinde Gregorius Nissenus orationem, de illo prodigiorum effectore, funebrem scribens: nullum, ait, opus in manibus eius esse, præter solam fidem, quam in visione conspexit. Amplius ex eodem, nam obiiciuntibus authoritatē Athanasij respondemus, ait, primo dictum hoc nobis non aduersari: non enim ait: duas naturas ita tradimus, ut adoretur una, non adoretur altera: sed vnam statuimus esse naturam Dei sermonis incarnatam: deinde ne quidem est Athanasij, nam cum à nobis interrogantur, ubi dictum hoc extet, nec eius ostendendi copiam habent, in arctum coarcti pusillam quandam orationem proferunt, quæ duorum filiorum, in qua dictum hoc legitur: at notum est uniuersis omnia S. Athanasij opera, valde magna &c. & cum obiiceretur illud testimonium: legi in inuestigiis Cyrilli contra Theodorum, respon-

spondet; ita esse, sed mendum esse priscum. Diocorus enim successor B. Cyrilli factus, quum eius opera reperisset, forte non veritus est inforere nonnulla, quae ipsi libitum fuit. Producunt aliam auctoritatem ex Erechesio, cuius inter Patres, nec auditum est vñquam nomen, adeo quidem, vt cum Thimotheus contra Synodum scripsisset, & auctoritatem Erechesii citasset, Cyrus qui apud ipsum presbyteri loco erat, his ad eum verbis rescripsit, mallem hoc te corrigerem, nam Erechesij nomen inter Patres auditum nunquam fuit. Vbi vides primo sub nomine Patrum, falsas doctrinas hæreticos citare solitos, dubias auctoritates afferendo, supposititia dicta allegando, incognitos etiam Patres adducendo, quam proxim secuti sunt Nouatores huius temporis, vt patebit ex responsionibus ad argumenta, & alijs adductis animaduersionibus in hac questione.

Tertio cum Ariani pro se stare dicerent Lucianum Martyrem, citantes libellum de fide ab eodem compositum, ex Athanasio, per eundem libellum conuicti sunt mendacii: illumq; vindicauit S. Athanasius in decreto contra Arianos, egregie.

Quarto ex Nouatorum ipsorum testimonio ad hominem. Votonus in Apolog. Parkinsi p. 491. sic contra ipsosmet dat testimonium dicens, Patres à parte nostra non sunt. Quid tum deniq; nihil ne verum erit, quod non ipsorum testimonio probari possit? vide claram confessionem aduersarii, quod dissonent Nouatores à Patrum doctrina. Sed vide vafriciem, patrum adhuc corūdem, ne conuincantur, auctoritatem alegantem.

### CONCLUSIO CATHOLICA

Nullo modo Nouatorum doctrina cum  
Patrum traditione concordat,  
& si subdolè Patrum di-  
ctis malè intellectis  
se amicire co-  
nentur.

R E spondeo dicendum idem accidere Nouatoribus, scut accedit Academicis, & Scepticis Philosophis, qui scientia certitudinē tollentes semper querabant, & nunquam inueniebant; & veritatis patrocinio destituti, nedum septem sapientes, sed & Democritum, Heraclitum, Empedoclem, Hippocratem, Socratem, Platonem suæ inscitiae authores producebant, ex Laertio 9. de virtutis Philosopherum in Pirrhone. Hæc callidè quidem, vt suas nimirum opiniones speciosis vestibus obtegerent, & tanquam à maioribus probatas, facilius animis imperitorum instillarent. Callidius longè Nouatores, qui peruersas suas sententias tueri non valentes, Patrum specioso titulo, tanquam superinducto suo, colorare co[n]antur; ac si eadem cum illis sensisse videantur: cum tamen nihil à nouitiis istis dogmatibus sit adeo alienum, quam veterum Patrum constans, & firma doctrina. Sed sicut Cicero illos incusat, ita uisdem ferme semitis eosdem liceo interpellamus. Dicit ergo lib. 4. Academ. 99. Primam

nibi videmini ( ait ille ) cum veteres Physicos nominatis, facere idem quod seditiones ciues solent, cum aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicant fuisse populares vt eorum ipsi similes esse videantur, referunt iam P. Valerium. C. Flaminium. L. Cassum. Q. Pompeium. P. Africanum &c. Horum nominibus tot virorum, atque tantorum expositis, eorum se institutum sequi dicunt. Similiter vos cum perturbare, vt illi Rempublicam, sic vos Philosophiam bene constitutam, velitis; Empedoclem, Anaxagorā, Democritum, Parmenidem, Xenophōtem, Platonem etiam & Socratem profertis. Sic ergo vos incusamus, Nuatores, cum veteres Patres nominatis, Clemensem, Iustinum, Irenæum, Augustinum, Ambrosium, id quod seditionis illi ciues, & quod Sceptici Philosophi faciebant, & vos facitis. Et sicut illi Rempublicam perturbare, & Philosophiam demoliri satagabant, ita fidem, & Theologiam confundere studeris, proceres istos allegando; vt horum nominibus, tot inquam egregiorum viorum expositis, vestrum institutum, eorum auctoritate, probare videamini. Sed nullus veterum simile quicquam dixit, quod habet recens vestra Mateologia, quæ cum Patrum ipsorum doctrina è diametro pugnat, vt fusius alias ostensum est, & ex solutionibus ad argumenta patebit. Non ergo nisi subdolè Patres allegantur, dum contra veritatem extorquentur.

### Solutiones ad oppositiones.

A D Primam, quæ fuerit mens Hieronymi, satis ostensum est, cum de scripturis canonis ageretur, nimirum negasse eos esse de canone, non Ecclesiastico, sed de canone Hebreorum, vnde & idem Hieronymus, librum Iudith auctoritate Concilij Nicenæ recipere fassus est, quem tamen Hebrei, suo non recenserent in canone.

Ad secundam. Cyprianus dubiam eam putabat consuetudinem, & ab Apostolica Traditione discrepantem, vnde veritatem putabat se illi opponere. In genere vero quantum consuetudini, & traditioni debeamus, monuit idem Sanctus, dum consuetudinem non rebaptizandi, volebat dirigi ad canalem Apostolica traditionis: non ergo in eo axiomate errabat, quod consuetudine, & Ecclesiæ traditiones essent reiiciendæ, sed in eo quod consuetudo non rebaptizandi ab ipso putabatur scripturis, & veritati contradicere. Sæc. Etus Basilij adeo tenax est in defendendis Apostolicis traditionibus, & verbo Dei non scripto, vt satis aperiatur mentem suam, in lib. de Spiritu Sancto, vt earundem sit fortis Hypsiperistites. Quando ergo consuetudinem videtur reiicare, id factum est ad condescendendum aduersario, qui cum negaret consuetudinem, & traditionem, consuetudine, & traditione conuincere non poterat; propterea tanquam ad asylum ad scripturam, quam recipiebat, confugit, dicendo. Stemus itaque arbitratu diuinæ scripturæ.

Ad tertiam. illud verbum Basiliū intelligitur affirmatiue, & sensus Basiliū est: unitatem Dei nō

constare ex collectione alicuius numeri, sicuti humanae naturae unitas specifica, constat ex pluribus humanis naturis individuis distinctis, quæ constituunt unum numerum, quomodo dicitur, quod participatione speciei, plures homines sunt unus homo: Ceterum cum dicimus Deum esse unum numero, id intelligimus negatiuè, & sensus est, quod secundum rationem individua unitatis, quæ solet constituere numerum, non nisi unum Deum esse confitemur.

Ad quartam, cum ex vera Theologia dictio exclusiva non excludat concomitantia, nec quæ eandem naturam participant, multo minus ea, quæ sunt eiusdem naturæ: in eo ergo solo vero Deo, qui est pater includitur Verbum, & Spiritus eius, & tantum excluduntur falsi Dei per illam particulam solum, sicut ergo quando Christus dixit, *hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum,* ex hac regula non excluditur à Christo eius diuinitas, ita nec similibus Patrum locutionibus nequaquam Verbum à Deitate Patris separatur.

Ad quintam. Eo exemplo Patres nolunt ostendere communicationem idiomatum, nec totum Incarnationis mysterium: certum enim est, ferrum non esse ignem, & ignem non esse ferrum, at de fide est Deum esse hominem, & hominem esse Deum: solum eo exemplo voluerunt ostendere, quod sicut igne ex ferro non nigrexit, nec rubigine sedatur, ita impatibilis remansit diuinitas, nec miseriis humanis sedata est: & quemadmodum in uno ferro duas naturas inspiciuntur, ita in uno supposito duas naturas confitemur impermixtas, ita ut unus naturæ proprietates alteri non sint communicatae, sed hypostasi vtriusque naturæ communicatae sunt: vnde in abstracto prohibentur haec voces: deitas est passa &c. in concreto vero, nempe Deus est mortuus &c. catholicè enunciamus.

Ad Vbiquetarios. Chrysostomus se ipsū explicat: docet enim ibi clarè Christū (qui ut Deus ubique est) secundum carnem debuisse in cœlum intrare, ut appareret vultui Dei pro nobis: quia secundum carnem, non erat in cœlo antequam ascenderet. Cyrillus autem illis verbis dixit, Christum esse ubique, non absolute, sed iuxta subiectam materiam, de qua loquebatur, nempe ubicumque essent hostiae consecratae: Augustinus vero loquitur de Christo, non secundum quod Deus homo est, sed secundum, quod Deus est, seu de persona diuina, non de humana natura: vnde ibidem dicit propter unitatem personæ in terra Filius Dei, propter eandem unitatem in cœlo Filius hominis; non dicit esse in cœlo humanitatem, in terra deitatem, sed in cœlo Filium hominis, i. personā in terra, & in cœlo Filium Dei, nempe eandem personam, quia ubique est illa persona.

Ad sextam responderetur, loqui Augustinum de persona, quæ operi debet dare dignitatem, vnde 9. de Ciuit. cap. 15. vbi dictum est, querendus est mediator, qui non solum homo, verum etiā Deus, subdit Augustinus, nec tamen ob hoc mediator est quia Verbum, & maximè quia immortale, & maxime beatum Verbum longè est a mortali-

talibus miseris, sed mediator, per quod homo Christus Deus, & homo mediator est, sed forma, secundum quam mediator est.

Ad septimam responderetur, dici sigilla in alia significazione ab ea, quam usurpant hæretici: nā dicuntur signacula, eò quod rem sacram continent, id est inuisibilem gratiam, ut multa mysteria, quæ fidelibus deteguntur, ita Nazianz. oratione de baptism. prope finem: Vel quia ijs profitemur fidem: ita Basilius de Spiritu Sancto c. 12. Vel quia obsignantur fideles, vt ab infidelibus distinguantur, ex eodem Basil. hom. ad baptism. & lib. 19. contra Faust. c. 11.

Ad octauam responderetur, dixisse Augustinū verbum Sacramentale operari, non ut aer percussus est, & dictio quædam est, sed quatenus res est supernaturalis, ac proinde ut est obiectū fidei, seu sola fide cognoscibile. Vnde propterea subiunxit S. Augustinus: nam & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud manens.

Ad nonam. illud verbum Cypriani *[in ceteris]* non intelligitur de Sacramentis, sed Sacramentalibus, & ritibus per homines introducitis, square ex vi aduersarię, non Sacraenta, sed Sacramentalia excluduntur, ab institutione Christi.

Ad X. Respondet Hugo lib. 2. de Sacr. p. 6. c. 13. quod duplex est locus, quidam, in quo deest intentio conferendi Sacramentum, & hic illusio est, & deceptio impediens veritatem Sacramenti: alter locus est, qui secum habet finem verè conferendi Sacraenta in ipso ludo, & hic non impedit collationem veri Sacramenti. Ludus ergo Athanasij, & illius Sacerdotis, qui baptizauit illum mimum Genesum posteriori modo contigit, & sic vera fuerunt Sacraenta in ludo collata, quia vera adfuit intentio, qua deficiente irritum fuisset Sacramentum.

Ad XI. liber ille non est Augustini, sed aliquius hæretici propter multis ibi admixtos errores; nam inter ceteros q. 109. Melchisedech asseritur esse Spiritus Sanctus. secundo dicitur auctorem illum posse intelligi locutum esse de causa formalis, & ea est fides, non quæcumque, sed viua, iuxta quod scriptum est Act. 15. fide purificans corda eorum: at Sacraenta iustificant efficienter, instrumentaliter tamen, Deo principaliter gratiam causante.

Ad XII. non integrum numerum septenarium Sacramentorum adduxerunt Patres, quia exemplariter satis erat duo, vel tria adducere, vel quia id requirebat genus argumenti, ut de aliquibus non de omnibus tractaretur: duo vero frequenter numerant nempe Eucharistiam, & baptismū, quia haec sunt præcipua Sacraenta, vnum necessitatis, alterum perfectionis; primum est Baptisma, secundum Eucharistia, quæ est (ex Dionysio lib. de Eccl. Hierarch.) finis Sacramentorum: vnde figuram habent in effluxione aquæ, & sanguinis a latere Christi, & explicitè habent materias, & formas expressas etiam in scripturis. tria etiam numerantur, quia haec dari solita erant baptizandis, baptisma, confirmatione, Eucharistia. Ex omnibus autem Patribus, imo ex uno Augustino septenarius numerus Sacramentorum aperi-  
tissimè

tissimè colligitur, ut patebit in proprijs locis,  
Deo dante.

Ad XIII. respondetur Augustinum non cœ-  
remonias ab Ecclesia institutas damnare, sed il-  
las temerarias priuata auctoritate introductas:  
vnde ibidem dicit Augustinus, quod ea, que  
neque in sanctarū scripturarum auctoritatibus  
continentur, neque in Concilijs Episcoporum  
statuta inueniuntur, neque recepta ex consuetu-  
dine, refecanda sunt.

Ad XIV. ijs verbis Augustini nulla contine-  
tur dubitatio, nam idem est dicere: *nescio an ali-  
quis piè hoc dixerit*, quam dicere hæc verba  
æquollertia: *Non nisi impiè hoc dici potest.* Qua-  
re sicut hæc verba huius propositionis assertua  
sunt, ita & præcedentia.

Ad XV. respondetur, optasse Nazianzenum  
differri baptismum ad triennium, ut possent re-  
spondere infantes de fide sua. Sed excipit peri-  
culum mortis. Sed quoniam alios inopinatos, &  
periculosos casus incurrire poterant paruuli,  
propterea alijs Patribus non placuit Nazianzeni  
contilium. S. Augustinus eo loco voluit ostende-  
re consuetudinem illam baptizandi paruulos ex  
Apostolica traditione descendere: vnde dum ta-  
lem traditionem profert, nunquam Augustinus  
dixit: *Origenis tempore* tales consuetudinem  
cepisse quare mendaciter, & subdole Augustinus  
citatur ab aduersarijs.

Ad XVI. S. Augustinus ibi loquitur de manu impositione, quæ fieri solebat in reconcilia-  
tione penitentium, non de ea, quæ fit cù christi-  
mate, quam Sacramentum esse, agnoscit sepiissi-  
mè idem Augustinus, vnde dum dicit hanc re-  
peti posse, satis Augustini mens declaratur, non  
de manus impositione, consecratione, & consigna-  
tione per chrismatisunctionem, sive locutu-  
fuit autem desumpta unctione ex veteri discipli-  
na, non quantum ad institutionem, & efficaciam,  
sed quantum ad figuram, que precesserunt, insi-  
nuata enim videtur in unctionibus antiqui te-  
stamenti. Quod vero Hieronymus dicat non  
ob legi necessitatem conferri Confirmationis Sa-  
cramentum ab Episcopis, non excludit min-  
istrum ordinarium, qui est Episcopus, à collatio-  
ne huius Sacramenti sed voluit ijs verbis indica-  
re, quod ob necessitatem legis diuinæ necessa-  
rium non sit, ut consigatio, seu confirmatio ab  
Episcopo suscipiatur, cum salutem per baptis-  
mum quis posset consequi: vnde subdit aliqui  
*lugendi essent, qui in vinculis à presbyteris, vel  
Diaconis baptizati, ante moriuntur, quam ab  
Episcopis iniungantur.*

Ad XVII. q. à Patribus Eucharistia vocetur  
panis, non visualis noster triticeus intellectus est,  
sed panis cœlestis, & diuinus ratione rei conten-  
ta: vnde & Christus Dominus se ipsum vocavit  
panem de cœlo descendedentem. Etiam ratione  
specierum vocatur panis, scripturarum more,  
quæ res exterius apparentes ordinariè vocat se-  
cundum id, quod apparent: ita angelos apparen-  
tes hominibus viros vocat, & serpentem æneum,  
serpentem vocat. Panis quoque vocatur, quia  
hæbreæ phrasæ nomine panis, quicumque cibus  
intelligitur: est autem Eucharistia almonia cœ-

lestis, & panis supersubstantialis?

Dicitur autem à Patribus Eucharistia antity-  
pon, hoc est imago, quia species Sacramentales  
sunt signa corporis, & sanguinis Domini ibi real-  
liter, & substantialiter existentium; & quia idem  
corpus, & sanguis representant sacrificium cru-  
cis, & illius typus sunt, ut dicit Chrysostomus  
homil. 17. in ep. ad Hebr. Vocatur etiam ab eodē  
(ut obijicitur in contrarium) *similitudo corporis*,  
quia species exteriores, illius Sacramentum sunt.  
Quanquam illa commentaria falso adscribantur  
eidem; sicut etiam commentaria imperfecta in  
Matthæum, in quibus illa verba (que obiciuntur)  
ab hereticis inserta putantur, & variis etiam  
erroribus ea scatere docuit noster Senensis lib. 4.  
biblioth. quod etiam Erasmus in præfatione, &  
idem Petrus Martyr fatentur. Vocatur autem  
Eucharistia *symbolum Passionis eius*, quia Sacra-  
mentum nedum est signum demonstratiū rei  
præsentis, sed etiam est rememoratiū rei præ-  
terita, vnde etiam Ecclesia dicit, quod per hoc  
Sacramentum recolitur memoria passionis eius.  
Hieronymus iis verbis, non distinguit carnem  
Christi in Eucharistia ab eadem, ut erat in Cru-  
ce quoad substantiam, sed solum quoad qualifi-  
catem: hic enim spirituali modo est, & impatibi-  
liter: in cruce vero passibiliter &c. sī eādem di-  
stinctionem passibilitatis, & impassibilitatis car-  
nis nostræ, ut aliter sit caro nunc in corruptibili-  
tate, aliter in resurrectione: certū est autem non  
intellexisse, ut aliam esse, & aliam secundum sub-  
stantiam significaret, sed aliam, seu potius alterā  
ex qualitate: nihil enim proficeret contra Orige-  
nem contra quem scribebat. Porro Augustinus  
cum dixit Eucharistiam *signum corporis sui*, lo-  
quitur de signo corporis, prout in Cruci immo-  
lati: nam Eucharistia est verè corpus Domini, &  
signum corporis eiusdem, ut in Cruci immolati:  
ut dicebatur ad Chrysostomum. Alium vero  
locum eiusdem in psalmos, iam pridem dissoluit  
Lantfrancus contra Berengarium, dicens: Augu-  
stinum dicere non esse corpus idem, non quidem  
secundum substantiam, sed non esse idem secū-  
dum qualitatem, ac proinde non eodem modo  
manducandum. Siquidem concedendum, esse  
sub aliena specie impatibiliter, & indiuisibili-  
ter. Quod vero Cyrius dicat non esse in Eu-  
charistia mandationem puri hominis, magis fir-  
mat propositum, nam contra Nestorium docet  
esse mandationem hominis Dei, & si puri esset  
manducatio hominis, nihil manducaretur, nisi res  
terrena: nec admirabiles illi fructus concoripa-  
tionis cum Christo reportarentur, quos Cyrius  
commendat. Porro Theodoreus dum dicit  
*substantiam symbolorum manere, non mutari*, lo-  
quitur de substantia, quæ distinguitur contra  
accidentia, & substantiam more Græcorum vo-  
cauit vsiā. i. essentiam: dicit ergo remanere sub-  
stantiam symbolorum, id est essentiam, & naturā  
accidentium, remanet enim quantitas, odor, sa-  
por, &c. Et per hanc doctrinam respondetur Ge-  
lasio, quanquam ille liber non sit Gelasii ut do-  
cent omnes sermè recentiores orthodoxi (vide-  
Canum lib. 6. de loc. theol. c. 8. ad 9. Baronium t.  
6. anno 496. c. 1.) sed potius est Gelasii cuiusdam  
Graci,

Græci, qui sub Basilio Imperatore ad annum Domini 476. floruit. Dicit ergo remanere substantiam ad modum explicatum, vel etiam quia ea accidentia vicem, & proprietatem substantiae inducent.

Vt autem ad has, & similes anctioritates respondamus, tres regulas obseruandas ex Doctribus tradit Senensis. Prima regula est, quod in Eucharistia spectare oportet id quod est res, quod est signum, quod res, & signum. Res est corpus Christi, signum species Sacramentales, res, & signum idem corpus Christi, prout etiam unitatem corporis eius mystici repræsentat. Quando ergo Patres dicunt corpus Christi esse signum, intelliguntur, secundum quod ipsum corpus Christi est res, & Sacramentum.

Secunda Regula, quod duplex est edēdi carnis Christi modus, quidam carnalis per carnalem commessionem more Lestrigonum, & Antrophagorum humana carne vescendum; alter spiritualis, seu Sacramentalis. Quando ergo Patres mandationem realem excludunt, spiritualem admittentes, secundum hanc regulam sunt interpretandi.

Tertia Regula, quod præsentia Christi duplenter intelligitur, vel in propria, vel sub aliena specie: quando ergo Patres præsentiam corporis Christi negant, illam intelligunt prout est sub propria specie, qua olim in terris visus est, & cum hominibus conuerstatus est.

Ad XVIII preceptum datum Apostolis, datum est ut sacrificantibus, non ut simpliciter cōmunicantibus, vnde de institutione sacrificij, non communione locutus est Iustinus. Cyprianus eo loco, vbi dicit *muniendos martyres sanguine Domini &c.* dicit etiam muniri debere protectione corporis Domini, quare non tribuit peculiarter sanguini effectum, vt distinguitur contra corpus Domini, ad eum modum quo multa attributa enunciamus de Filio, quæ non excluduntur à Spiritu Sancto. vnde, cum sanguis etiam in corpore Christi contineatur, qui corpus sumit, etiam Christi sanguinis virtute robatur. Quod vero Chrysostomus, Hieronymus, & alij pastores olim sub utraque specie benigna dispensatione, & indulgentia populis communicare concesserint, nunquam obligationem, vel præceptu esse intellexerunt, vnde merito Nouatores indulgentiam, & benignam dispensationem in præceptum vertentes, anathemate in Constantiensi, & Tridentina Synodo seriuntur.

Ad XIX. ijs loquendi formulis, quæ sunt in Chrysostomo, & Græcorum liturgijs, non insinuantur, tunc fieri consecrationem, quæ iam antea facta est, sed solum ostenditur, quod licet sermo Christi in voce transierit, tamen remanet effectus consecrationis sub speciebus panis, & vini: vnde & mulier, quæ fluxum sanguinis patiens, tangendo Christum sanata est, adhuc audiuit: *esta sana à plaga tua, Mar. 5.* per quod significatur, quod licet tactus fimbriæ transisset, effectus sañationis perseverabat. Vel dicendum quod ea verba per figuram accipienda sunt, vt intelligamus tunc inuocari Spiritum Sanctum tanquam perfectæ iam consecrationis, & iam perfectæ con-

uersionis operatorem. Vel tandem illos loquendi modos exponi non de vero Christi corpore, sed mystico, vt populus fiat corpus Christi mysticum, quod etiam Paulus expressit, quod omnes unum sumus, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Cor. 1.c.x.

Ad XX. nō desunt signa visibilia, tam ex parte pœnitentis, quam Sacerdotis absoluens: internum enim animi dolorem, & peccati detestationem ex vera confessione, satis exprimunt, pœnitentes, & hi actus pœnitentis materia sunt; forma vero sensibili voce profertur: quæ & si propriè non videantur, sensibiliter discernuntur, vt merito visibilia signa dici possint: nā quod odoratur, quod sentitur communi loquentium vnu videri dicuntur ex Augustino 10. confess. c. 35. rectè enim dicimus *vide quid sapiat, vide quid oleat, vide quam durum sit &c.*

Ad XXI. respondet quod idem Laetantius lib. 6. diuin. instit. c. 14. docet pariter eos verè resipiscere, quos errati pœnitent, & se ipsos castigāt dementiæ. & præclare Tertullianus 2. contra Marcionem nomen Græcum pœnitentiæ, à metis immutatione dictum, docet aperte. Quare vanè Lutherico ad etymologiam, seu id, à quo nomen est impositum, solū attendunt.

Ad il'a loca Chrysostomi. Cum Chrysostomus expressè lib. 2. de Sacerdotio dicit ad pœnitentis medelam necessariam confessionem [ & Sacerdotum curationi se se submitte, & oportere ] necessario exponendum est, quod locutus sit de confessione publica, qua olim fieri solebat in Ecclesia, quam sustulit Nectarius prædecessor, quare cum prædecessoris sui exemplum mordicus defendere conaretur, ad publicam ista confessionem non adstringebat, & propterea illam non esse necessariam ( vt re vera non est ) inculcabit. eodem modo locutus est Cassianus Chrysostomi discipulus de Theatrali, & publica confessione, non auriculari, melius, Sacramentali.

Ad auctoritatem Ambrosij. Etiam in lacrymis confessionem agnouit Ambrosius dicens: *vera recunda lacrymæ, sine errore culpam loquuntur.* Vel dicendum, quod Ambrosius locutus sit de confessione Petri facta Deo, qui omnia nouerat, nec tunc temporis confessio Sacramentalis instituta est, quam post resurrectionem à Christo institutam legimus Io. 20. ex Concil. Trident. sciss. 14. cap.p.

Ad XXIII. Chrysostomus loco illo de prouidentia, loquitur de pœnis præcedentibus cōuersionem, quæ post flagellationem Domini cessant; sed non propter hoc laboriosa opera, & pœnalites excludit, quibus conuersi diuinæ iustitiæ satisfaciunt, quas cum exoluerint, etiam temporalia flagella cessant; & non immittuntur ad punitionem, sed ad virtutū exercitationem. In psalmi vero 50. expositione, probare contendit, quod vbi ex misericordia plenam quis cōsequitur indulgentiam, nulla alia pœna à Deo infligitur: sic exponendum est in homil. de B. Philogonio, qui si ibidem legatur attente, tantum abest vt satisfactionem eneruet, vt satisfactionis modum utiliter tradat, dicens. *Proinde & tu quibus modis provocasti Deum, per hos rursus factio propitium &c.*

Ad

Ad locum ex Augustino de Ecclesiasticis dogmatibus: ille liber non est Augustini, sed Gennadij, qui etiam si legatur attente c. 53. satisfactionem lachrymis, & orationibus esse faciendam docet apertissimè. Quando ergo dicit *pénitentiam esse satisfactionem*, per illam particulam, esse, causam peccatorum excludere voluit, & definit satisfaçionem ab effectu. Vel dicendū quod causæ peccatorum cum non excidantur, nec euillantur nisi dignis pénitentiæ fructibus, & operibus laboriosis, a perte etiam ijs verbis includitur satisfactio.

Ad XXIV. quamuis filius Christi Domini mors, reconciliatio fuerit totius mundi, nihil obstat, vt propter vinculum charitatis unus possit alteri satisfactionem applicare pro solutione temporalis pœnæ: hoc autem fieri per Indulgencias Ecclesia fatetur. Quare & si primū negavit Leo, secundum nūquam exclusit. Similiter Augustinus rectè docet filius Dei esse remissionem peccatorum causare, quod in iustificatione continet: hanc autem per Indulgencias non fieri (quæ non remissionem culpæ, sed pœne respiciunt) liberrime confitemur.

Ad XXV. respondetur, vt dicit Tertullianus lib. de præscriptionibus, etiam res Sacramentorum nostrorum diabolum esse emulatum, propere non est mirum, si etiam in suis conuenticulis heretici illi, sacra vocatione abuterentur. Accedit longè diuersam suisse illam vocationem à nostra: nam Valentianiani vngabant oleo, & aqua mixtis, vt esset loco baptisimi, nos separatim aqua vtimur pro baptismo: illi mortuos vngabant, vt explicatur ab Epiphanius heresi 26. nos viuos vngimus ad finem etiam (si sit expediens) sanitatis. Forma etiam longe est diuersa, cum illi horribilibus verbis hebraicis vtebatur, nos aperata, & intelligibili prece, & forma. Falso quoque dicit kemnitius à superstitionibus Gentiliū hunc ritum desumptum: cum potius illi vocationes ab Hebræis, qui fuerunt antiquiores sint suffurati: fuerunt autem illæ vocationes hæbreorum, figura eorum, quæ tempore reuelandæ gratia præstanta erant, vt & præstitum est.

Ad XXVI. quamuis nomina Episcopi, & præsbyteri fuerint olim communia, officia tamen erant diuersa, vnde semper seruatū est, vt Episcopi ordinarent, & confirmarent, quod nunquā præsbyteris est concessum. Item Episcopi præfiebantur non tantum vt consules in Senatu, vt singunt aduersarij, sed etiam, vt Prælati in reginone Ecclesiastico: vnde quoddam imperium illi attribuitur à Nazianzeno, oratione ad Principem irascentem, Chrysostomo de dignitate Sacerdotali: in cuius signum excelsa subsellia pro Episcopis super alios præsbyteros locabantur, & ex hac ordinandi, & regendi facultate consueuerunt populi olim Episcopos Apostolos vocare: sic Paulus etiam c. 1. ad Rom. Andronicum Episcopum vocat, ad Philippenses, Epaphorditum Apostolum Philippensem: ad Ephesios quoque dicit positos esse quosdam Apostolos &c. & Apostolorum nomine à Patribus multis, intelliguntur Episcopi.

Circa numerum ordinum, Hieronymus ibi

loquebatur de ordinibus, seu statibus Christianorum, non de ordinibus Clericorum. Quinarius numerum vero expressit, quia quinariū, illum numerum Esaiæ, erunt quinque Cittates, per allegoriam interpretari voluit, sic etiam Ambrosius, quinque ordines voluit explicare, quia explicabat illum locum Pauli: *Quosdā quidem dedit Apostolos, alios Prophetas Eph. 4. &c.* & quinque illis officijs quinque ordines adaptauit, per Apostolos intelligens Episcopos, per Prophetas præsbyteros, per Euangelistas Diaconos, per Pastores lectors, per magistros, seu Doctores exorcistas. Ignatius præter ordines, etiā status quosdam secularium voluit enumerare. S. Dionysius, quia de Hierarchia tractabat, voluit tres functiones hierarchicas recensere, perficientum, purgantium, illuminantium, & perfectum ordinem Pontificibus, illuminatum presbyteris, purgatum Diaconis appropriauit.

Ad obiectiones contra Petri primatū respondetur, quod Cyprianus, seu quicunque eius libri sit auctor, agnoscit recte aequalē potestatem non in omnibus, sed quantum ad Apostolatum: ceterum inter Apostolos, Petrus primatum gessisse fatetur lib. de vnit. Eccles. vnde Leo epistola ad Anastas. 83. ait quod *cum omnium par esset electio, nempe ad Ecclesias fundandas, prædicandum Euangeliū, unum tamen datum est, ut ceteris præemineret.* Ad Augustinum. sicut cū dixit Augustinus de Christo lib. 15. de Trin. c. 26. quod *cum baptizatus est figuram gessit Ecclesiae, historiā non evertit realis baptisimi Christiani: ita nec typica ista figuratio, quod Ecclesiae suscepit claves in persona Petri, realem historiam excludit, quin Petrus in propria persona in clauium acceptance, per quas significatur plenitudo potestatis super vniuersam Ecclesiam, primatum super omnes accepit, vnde vtrumque copulans Augustinus in psal. 108. ait *Ecclesiae gessisse personam, propter primatum, quem in discipulis habuit, & ferm. 13. de verbis Domini Ecclesiae figuram portans, Apostolatus principatum tenuit.**

Ad Hilarium. Mens Hilarij obscura ex alijs locis clarioribus intelligitur: cum ergo Hilarius can. 16. in Matt. & in psal. 131. dicat *I super Petrum tangam fundamentum, Ecclesiam esse fundatam, procudubio Petrum agnoscit Ecclesiae esse fundamentum: sed quoniam primario fundamento nempe Christo innixum profiteniur, merito etiam dicitur, quod Petrus ædificationi Ecclesiae subiaceat, & super Christum innitatur: cum hoc tamen stat, quod super ipsum omnem aliam Ecclesie structuram ædificatam ex illis verbis agnoscamus: tu es Petrus, & super hanc petram, &c.*

Ad XXII. respondetur ex nostro Sixto Senefili lib. 6 annot. 41. quod duplex est ordo Patrum, in hac materia explicanda. quidam etiā diuorum ob adulterium, & incorrigibilitatem consuluerunt, & præceperunt, at noua fædera conubij iniri posse, altero coniuge superstite, vterunt. In hac seriè, ait, sunt Hilarius Chrysostomus, auctor operis imperfecti; Euthymius, Theophili, & Augustinus præcipue lib. de adulteri.

ter coniugij. Quidam qui diuortium quoq; in coniubij vinculo fieri posse dixerunt. Sed hi diuiduntur in eos, qui ad tempus ad vitanda maiora incōmoda atq; tollenda, nō per vniuersā Ecclesiam, sed certis locis à particularibus Episcopis repudiū permiserunt, concesserunt, iūserunt: tales sunt Episcopi, qui tempore Origenis repudia concesserunt, quos Origenes nō laudat, sed clare reprehendit. Quāquam rectius dici possit, quod Episcopi illi ( sicut & nonnulli Concilia prouincialia sanxerunt, sicut & Zacharias Papa dist. 22 q. 7. concubisti ) locuti sunt de coniugio, quod parti innocentē conceditur, non quidem superstite altero coniuge, sed post ipsius mortem. Alij verò indubitate licentiam repudij etiam quoad vinculum probarunt, sic Tertull. & Ambrosius, quanquam Magister, d. 35. lib. 4. Ambrosium ( si tamen eius sint ea cōmentaria, vt re vera non sunt ) excusat, & explicet. Ad Hieronymum ergo dicitur, quod expressū dicit, Fabiolam fuisse ream peccati, & per consequens factū illud non probauit: Origenes exp̄s dicit Episcopos fecisse contra præceptū diuinā scripturā. Ambrosij commentaria sunt corrupta, vel saltem adhuc num sit eorum author, dubitatur. Iustinus laudat mulierem illā diuortium fecisse, sed non dicit nupsisse alteri superstite coniuge, quod Melancthon debebat probare. Hilarius similiter, vt Iustinus intelligendus est, & exponentus.

Ad XXVIII. Origenes propterea damnatus est, quod illud dogma inuexit in Ecclesiam. Sed Hieronymus i calumnia illi affixa à Pannonio, iampridem se defendit, respondens Ruffino ibi in A pologia contra eundem, et alijs locis præsertim in c. 3. Ion. vbi Origenem consulat, primo quia eam sententiam de finiendis damnatorum supplicijs nunquam diuina scriptura doceat. Secundo quia in Euangelio ignis aternus dicitur. Tertio quia illa sententia de finiendis tandem supplicijs timorem Dei euertit, Vl. imo quia nulla esset distinctio inter electos, & reprobos. Quando ergo Hieronymus (vt in comment. ad Ephes.) annuere videtur Origeni, loquitur ex sententia aliorum. Vel referendus est ad ignē purgatorij, à quo anima purgata tandem egrediuntur. Sic videtur loqui in fine comment. Esai. e.

Ad XXIX. circa primam auctoritatem Chrysost. dicitur, quod nomine ignis intelligat poenam eternam, reclamantibus alijs Patribus, sed exp̄sitione nos potest subsistere. Secundus locus nil contra nos: aperte enim Chrysostomus loquitur de Epulone, & damnatis, qui in hac vita pœnitentiam non egerunt. Ad Hieronymum, loquitur ibi de anima impia contemplante, quæ quocumque se verterit, vel in celum, vel ad infernum, Deum ultorem reperiet. Vel loquitur de ultima retributione aeternitatis, vel gloria (inter quæ mediat purgatorium, vbi retributio pro peccatorum solutione, temporarijs poenis datur) & finalis non est; cum bonis operibus merces visionis aeternæ perpetuo tandem debeatur. Augustinus dicit, omnibus dari requiem si nihil habeant, quod exoluant. Vel dicendum quod

quod requies maxima est (etiam si locus sit cruciatu) certitudinem habere suæ salutis: requies ergo uniformis non est: quedam enim est sine via prorsus admixtione doloris, quedam non sine admixtione poenarum.

Ad XXX. ad primum locum ex Augustino. Quia Julianus nolebat admittere unum peccatum esse alterius peccati præcedentis poenam; ideo Augustinus dicit peccatum esse alterius peccati poenam, siue homines deserendo, siue quocumq; alio modo, ac propterea ibi ostendit, inaniter laborasse Julianum docentem solum Deum trahere deserendo, vnde nullam efficientiam assignat Augustinus, sed alium modum præter solam desertionem, vnde subdit; sed quoniam dolibet tradat, propter hoc tradidit, propter hoc deseruit, curavit enim Apostolus dicere quanta poena sit credi passionibus ignominiae, siue deserendo, siue alio, vel explicabili, vel inexplicabili modo, quo facit haec summè bonus, & ineffabiliter iustus.

Ad alium locum. Bene docuit Augustinus peccata non fieri, si non sineret fieri; sed hoc sinere non est velle mala, sed velle permettere mala. Quare & si Deus non habeat velle fieri, quod mala voluntatis signum est, habet velle permettere, quod bona est voluntatis vnde c. 96. ait quamvis que mala sunt, in quantum mala sunt non sint bona; tamen vt non solum bona, sed etiā, sint & mala, bonum est.

Ad alium locum de gratia, & libero arbitrio respondeatur, illam inclinationem non esse, malitiam inserendo, vel corda peruerendo; sed voluntatem proprio vitio inclinatam non impedire, ne præcēps feratur, vnde idem c. 23. sic dicit, cum ergo auditis: ego Dominus seduxi Prophetam illum, & quem vult indurat: eius merita cogitate, quem sic obdurari, vel seduci permisit.

Ad XXXI. S. Augustinus lib. 2. contra Iul. qui Cypriani testimonium expendit, exp̄s dicit impium esse existimare, Cyprianum esse ambitionem, carnalem &c. quia cum illecebris secularibus configebat, imo subdit, nihil eorum erat, quia his malis motibus, partim de origine, partim de consuetudine venientibus, fortiter resistebat: tantum ergo abest, vt ijs motibus peccatum reus fieret, vt ex illo somite relicto ad agonem coronas sibi decoris inumeras extrueret paras in celis.

Sanctus verò Hieronymus non loquitur de concupiscentia, pro vt inclinatio, quam impiè aduersarij volunt esse peccatum, sed de actu, qui si sit voluntarius peccatum est, si non voluntarius plenè, vitij culpam habet, quia veniale peccatum est, crimen non est, quia mortale peccatum non est.

Ad Augustinum respondeatur, nunquam Augustinum docere in renatis concupiscentiam esse peccatum: dicit tamen non imputari, nec reos facere; quia ad peccatum extimulās nunquam peccati quis reus est, nisi consentiat, & secundū hanc excitationem, & stimulationem actu remanere dicitur, quamvis reatus, & culpa ex baptisme sint dimissa.

Ad XXXII. in primo loco Augustinus loquitur

tur de necessitate consequentie, non consequentis. Ad alium locum. Est in potestate Dei quocumque voluerit mentes hominum inclinare veris, sed miris modis, vt fortiter agat pro se, suauiter pro nobis; attingens fortiter, sed, salua liberi arbitrij facultate, suauiter. Ad alium locum S. Augustini idem respondet lib. 2. contra Epistolas Pelag. quod libertas periret quidem per peccatum, sed illa [ quæ in Paradiſo fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam ] itaq; loquitur S. Augustinus de libero arbitrio non simpli citer, sed in statu miseriae, & peccati, vnde perdit libertatem, vt ex se non possit exurgere à peccato, & miseria. Ceterum in ipso peccatore non periret, ait idem Augustinus loco mox citato, vt per illam peccet, maxime omnes, qui cum de lectione peccant.

Ad XXXIII. respondetur ex Roffensi, eum (& similes locos, quibus hominibus non adhuc iustificatis per gratiam, facultas auferri videtur agendi bona opera) intelligi de operibus meritorioris, quæ sine gratia perfici non possunt. Ceterum hominem bona opera moralia præstare posse, & si non omnia, vt ædificare domos, plantare vineas, idem docet Augustinus, & experientia demonstratur.

Ad XXXIV. respondetur, quod S. Augustinus olim sic retundit Iulianum in p. lib. *Ita ne nobis verba S. Ioannis Episcopi audes opponere? absit, absit, hoc malum de tanto viro credere, aut dicere &c.* cum ergo dixit, neminem ex peccato protoplasti à regno cœlorum excludi, & obnoxium fieri damnationis eternæ, noluit originale peccatum damnare, sed negare voluit posteros Adæ, non ex eo capite peccato originali obnoxios, quia actualiter tantum ipsi peccauerint ( nullus enim ex alieno, & à se nō participato scelere impius existit, ait Chrysostomus) sed ex eo quod eandem cum Adam naturam participant, eiusdemque naturæ vitium contrahunt. Ad auctoritatem Ambrosii, quam adducit Seruetus respondetur S. Ambrosium negare illam mortem deberi, qua anima gehennæ suppliciis alligatur in inferno inferiori, vel sequi ex originali peccato; hæc enim mortalibus actualibus peccatis debetur: ceterum mors illa, quæ in inferno superiori, hoc est in Limbo, vbi Patres detentisunt, vel animæ parvulorum in originali decedentium, detinentur, ex Adæ peccato sequi ab Ambrosio non denegatur.

Ad XXXV. Ad auctoritatē Ambrosii ex Magistro 3.d.23. respondetur, quod loquitur Ambrosius de fide formata. Ad Origenem: dixit peccatores sola fide sine operibus iustificari, vt excludantur opera, quæ sint iustificationis meritoria; si enim gratia ex operibus, iam non est gratia: itaq; loquitur Origenes de prima iustificatione, hoc est de principio, & initio iustificationis, non de profectu, atque incremento iustificationis. Ad Hilarium: loquitur Hilar. de fide formata, vnde can. 7. in Mat. opera cum fide coniunxit dicens: *salus gentium omnis in fide, & in præceptis Domini, vita est uniuersorum.* Vel dictum est, *sola fides*, ad excludendam legem Moysis, de qua dicit ibidem, quod peccatum

lex laxare non poterat, vt sensus sit, sola fides iustificat, lex non iustificat; fidem legi opponens, non operibus.

Ad XXXVI. S. Hilarius non loquitur ibi de fide propriæ iustificationis, sed de fide dogmatica resurrectionis corporum, vnde ibidem subdit, *desperationem futurorum inde nasci, quod aliqui futuram resurrectionem desperant.*

Ad S. Bernardum respondetur, loquitur de fide Catholica, qua credimus Deum, quantum est ex parte sua, certò remittere nobis peccata, vnde ibidem eodem tenore dicit credendum esse nobis donari merita, & vitam æternam: ceterum de remissione peccatorum quantum ad nostram dispositionem attinet, securi esse non possumus. Vnde etiam Bernardus ep. 107. & serm. primo de septuages. dicit de vita æterna consequenda, spem nos habere, non securitatem.

Ad XXXVII. respondetur, quod qui dicit peccata sua, iustificatur; sed in iustificatione, non tantum intelligimus terminum à quo, sed terminum ad quem, ita ut non solum anima mundetur, sed etiam dealbetur, non solum macula auferatur, sed gratia quoque infundatur, sic exponitur Ambrosius.

Ad Augustinum dicitur, quod dixit iustitiam nostram magis constare remissione peccati, quā quod perfectione consistat (cum alias ipsem et Calatinus dixerit 3. inst. c. 11. §. 15. Augustinum pro se non stare, eo quod ad sanctificationem, & renouationem, gratiam iustificationis etiam Augustinus ipse retulit) sed qā, remissione peccati facta, simul nō eget noua infusione virtutum: at, virtute semel infusa, eget noua remissione peccati, non mortalis sed venialis: vnde subiunxit ibidem Augustinus, quod iustis etiam competit dicere: *dimitte nobis debita nostra.*

Ad Sanctum Bernardum responderetur, aliquē dici iustum iustitia Christi, nō qua ille iustus est, sed qua nos iustos facit, cuius sumus participes per regenerationem; hoc est causaliter, non formaliter.

Ad XXXVIII. respondetur ad Sanctum Hieronymum, ibi loqui de humana conditione, Dei gratia destituta, vel etiamsi loquatur de humana conditione per gratiam sanata, etiam, peccatis venialibus aspergitur: vnde non iustificatur in conspectu Dei omnis viuens. Si enim quilibet iuxta diuinæ iustitiae rigorem examinetur, sepius etiam in die iustus cadere deprehenderetur.

Ad alium locum Hieronymi responderetur, eius verba posse referri ad primam iustificationem, per quam homo ex impio fit iustus, quod si referatur ad secundam iustificationem, adhuc in ore iusti veritas ista perseverat, quod: *In multis offendimus omnes, & iterum: si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.*

Ad auctoritatem S. Augustini, fatemur, cuiuscumque iusti vitam quamcumque laudabilem, egere misericordia in ipsius iudicio, saltē propter peccata venialia: cum hoc tamen stat, quod iustitia secundum quam iustus ex fide viuit, [ quoniam per spiritum gratia homini ex Deo est ] verè iustitia est, vt dixit Augustinus 3. contra

# 180 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

tra duas epistolas Pelagianorum cap. 7.

Ad XXXIX. respondet ex eodem Sixto Senensi, quod Hieronymus non de hac terrena, & militanti loquatur Ecclesia, quæ quotidie orat: dimitte nobis debita nostra, sed de Ecclesia cœlesti triūphante, & glorioſa, quæ à peccatis omnibus libera, neque rugam habet, neque maculam.

Ad XXXX. respondet hunc locum, quem Lutherani veluti Achillem Zenonis, contra invocationem Sanctorum catholicis opponunt, nihil pro ipsis facere; cum innumeris locis Chrysostomus eandem intercessionem fateatur; sed inuenitur in desideris, & sacerdotes, qui ita Sanctorum patrocinio fidunt, ut interim omnem sollicitudinem, & curam salutis abijciant, quicunque nihil pro sua salute agere velint, vnde in homil. 1. ad priorem epist. ad Thessal. dicit. His itaque cognitis, nes Sanctorum preces contemnamus, neque totum in illas projiciamus.

Ad XXXXI. Sanctus Hieronymus ibi docet non esse adorandas statuas Regnum, qui habebantur pro diis, & quorum statuae diuinis honoribus afficiebatur, vnde bene è fecerunt pueri nolentes transferre Dei gloriam in idolum, venerationem eiusmodi recusantes.

Ad XXXXII. non prohibuit Christus Dominus, mulieres ne charitatis, & pietatis affectu illum lugerent, sed quia illum veluti imbecilem, & infirmum hominem indecorè plangebant, propterea admonuit eos, atque reprehendit; Quare non prohibuit religiosum catholicorum affectum, qui anniversaria die Passionis dominicae, pijs lachrymis Christo patienti compatiuntur, imo & peccata propter quæ delenda Christus passus est, recognitantes eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus cōtradictionem, ex Apostolo ad Hebreos c. 12. vnde error Erasmi valde est detestandus.

Ad XXXXIII. quod Iustinus scribit, ad Papam scriptisse &c. nihil concludit pro Nouatoriis; etiam ex ipsorum doctrina, qua tenent cum catholicis, olim nomen Papæ ceteris Episcopis suisse commune. Accedit potuisse illud nomen Papæ esse proprium nomen: nam etiam martyr quidam in Lycaonia Papa vocabatur. sed scripsit Iustinus ad Papam Romanæ Vrbis, & orbis Episcopum; non possunt aduersarij probare corruptelam traditionis Apostolice in Vrbe Romana, aut in Ecclesia, quæ si paulatim in aliquibus personis ob diuersarum sectarum antisignatos in Vrbem aduentantes, corrumpi cœperat, vt gregi consuleret, merito Iustinus Papā admonebat: ceterum, quæ sententia habitat omni tempore à viris orthodoxis de auctoritate infallibili Romanæ Ecclesiæ, & quomodo semper in ea sit semper illibatè seruata traditio, legat lector Iraneum lib. 3. c. 3. fidelium sensum experientem de incorrupta doctrina Ecclesiæ Romanae.

Ad XXXXIV. respondet Sixtus noster, Hieronymum non loqui de tributo Principibus huius mundi debito, sed de tributo, quod debemus Christo, qui cum talis, ac tantus pro nobis vestigalia soluerit, cur nos miseri, ait Hiero-

nymus, qui Christi seruos, nos esse profitemur, maiestati ipseus debitum seruitutis tributum non reddimus?

Ad XXXXV. Chrysostomus non damnauit in Clericis diuinarum possessiones, sed potius causam, ob quam cogebantur Episcopi, & Clerici easdem diuinas ministrare. Erat autem ea causa nempe diuinitus sui temporis crudelitas, qui vt se ab onere liberarent ministrandi necessitatibus pauperum, compellebant Sacerdotes, vt relictis Sacerdotialibus officijs, pauperū curæ intenderent, contra formam Auctorum 6. præscriptam; Apostoli namq; dixerunt: non est æquum relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. quanto magis Chrysostomus deplorasset Lutheranorum, & Calvinistarum audaciam, & sacrilegium, qui ad explendam auri sacram famam, Ecclesie gazas diripuerunt, quas olim catholici Reges, & Principes Episcopis, & Clericis donarunt. Ad Hieronymum iampridem S. Thom. 2.2. q. 85. respondit, docens ] hæc pronunciasse non aduersus Clericos, qui diuinarum possessione recte vtuntur, sed contra eos, qui earundem possessione abutuntur, negligendo id quod potissimum est, nempe Dei cultum, & rerū spiritualium curam. ] alias responsiones vide in nostro Sixto Senensi pag. 161. t. 2.

Ad XXXXVI. nō fuit olim omnino prohibitū ne scripta hæreticorū legerentur, sed ne sine facultate maiorum legerentur, vnde olim Quartæ Synodus Carth. c. 16. concessit eam lectionē Episcopis, vt eos possent confutare, quæ etiam postea resticta est: omnibus. n. siue doctis, siue indoctis corundem librornm lectio propter periculum merito talis lectio vetita est. Antiquitus autem nō erat facta talis restictio Patribus illis priscis, cùm propter eminentem eorum erudititionem, & in fide constantiam, tūm etiam quia cum non longè ab exordijs nascentis Ecclesiæ distarent, ob inopiam catholicorum doctorum, cogebantur eorum euoluere commentaria, vt haurirent aurum de cœno: & eos confutandi etiā necesitas immineret, & ijsdem respondendi: & propterea eorum lectio erat necessaria. Nūc vero, cum tot sint feliciter commentaria à diuersis catholicis doctoribus elaborata, & abunde hæreticis responsum sit, non opus est vt vulgus indoctum, nec etiam docti, ad hæreticorum scripta se conferant, cum abunde in limpidissimis fontibus catholicorum purum fluentum doctrinæ cibere possint, relictis lutulentis hæreticorum lacunis.

Ad XXXXVII. Cyprianus nihil ibi tribuit populo circa electiones Sacerdotum, sed solum, vt testimonium ferrent de vita ordinandorum, qui mos etiam in ordinationibus seruatur in Ecclesia catholica: non ergo habet populus potestatem eligendi per calculum more iudicis, sed solum se habet, vt testis.

Ad XXXXVIII. S. Ignatius exceptit Ioanne. Quanquam in Vaticano Codice, & alijs vetutis, nec habeatur nomen Pauli. Clemens Alexanderius 3. stromatum aliquos Apostolos nominavit Paulum coniugatos afferit: sed quicquid sit, ante vocationem ad Apostolatum, certum est

vt dicit S. Hieronymus, primo contra Iouinian. officio coniugali renunciasse, vt colligitur ex scriptura: ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Ad auctoritatem S. Vldaricij illam epistolam fuisse confitam, ex eo apparet, quod Vldaricus est factus Episcopus anno 924. ex Hermanno Contracto, & Abbe Vspergensi, Nicolaus vero iampridem obierat anno 903. ex Panuino.

Ad XXXIX. Augustinus loquitur deseruitate propriè dicta, dicit enim: conditio seruitutis iure intelligitur imposta peccatori. Quod verò dicat primos illos custodes pastores potius pecorum, quām hominū factos, insinuauit quid postularer ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. Vel etiam respixit ad despoticum principatum: vnde dixit s. de ciuit. c. 12. Rex dicitur à regnando, & consulendo, non à regnando, atq; dominando. Gregorius non loquitur de principatu politico simpliciter, sed adiuncto metu, & perturbationibus alijs, quæ per peccatum sunt inducta. Et cum ait homines natura esse æquales: intelligit quantum ad speciem, non quantum ad dona, vel officia. Cum dicit vnum alteri non debere dominari, intelligit non debere dominari principatu despoticō, sed non negat ciuilem principatum.

Ad ultimum, non inter dicunt illi Patres bellum Christianis, sed illis viris, qui totos se diuino cultui mancipauerunt. Vel dicendum non esse licitum si non adsint conditiones iusti belli, de quibus S. Thomas 2.2 q.40. ar. 1. signanter autem ad Hieronymum: vult dicere, in veteri testamento fuisse imperata bella ad acquirendam terrā promissionis, in testamento vero nouo non sunt necessaria ad acquirendum regnum cœlorum. sed Tertullianus per accidens iudicabat eo tempore non esse licitum bellum, quia Principes omnes Gentiles erant, & temeraria fuisse Christianorum aduersus eos irruptio, & per hæc patet responsio ad similes aliorum etiam Patrum auctoritates.

Illud autem necessario aduertendum, quod & superius ostensum est, quod cum loca obscura quædam obiciuntur, quæ difficultatem ingenunt ex dilucidioribus locis explicanda sūt. Quod & Patres sequentes in omnium Patrum dictis obsecuris obseruant. Discant saltem Protestantes ex uno Beza, qui cum Calvini obscura quædam dicta explicaret, sic scripsit in Epistolis Theologicis ep. 82. pag. 382. ante medium Comparanda sunt n. inter se sè numero unius eiusdemq; scriptoris loca, ut quæ fuerit eius sententia liquido perspiciatur, cum omnia omnibus locis etiam de re una quaquam dici, nec possint, nec debeant. Hoc qui non faciunt, dici non potest, quantam iniuriam sèpe bonis doctisque faciant. Hec ipsorum proprius propheta. Cuius doctrinam à nostris tamen suffuramat, si sequi voluissent aduersarij nostri, nūquam tam friuila, & à Patrum mente aliena (quæ quotidie passim in omnibus colloquijs, vel controversijs disputant, vel scribunt) obijcerent, & inculcarent.

## ARTICVLVS V.

De pseudologijs, & mendacijs,  
quæ ab Hæreticis moder-  
nis, affiguntur Patribus  
Ecclesiæ.

*Hæreticorum spiritus mendax  
& impius.*



Vñ (scripsit quidam) sunt coniurata demona, mendacium, & iniquitas, vtræque hæresis foetus, ambo proles obscurati intellectus, & flagitiosæ voluntatis, inde nihil magis hæreticis familiare est, quām mendacia fin gere, & catholicis quæ inopinabilia sunt affigere, vt ex meadacitate quoque suam ostendant genitiram ex patre diabolo esse, qui mendax fuit ab initio, vt dicitur Ioannis c. 8. olim de Gnosticis scripsit S. Iræneus lib. 1. c. 15. quod nullus perfectus inter eos habetur, qui non maxima mendacia fructificavit: perfecti quoq; in generatione sua sunt Nouatores, qui ne dum aibusculas institutionum, confessionum, mendacijs onustiores, quām solijs, proferunt, & magisterii sui apicem constituisse videntur in conglomerandis mendaciorum aceruis, in quibus profundendis, adeò inter se certare videntur, vt in hoc palma reportare videatur, si vñus aliù in effingendo mendacio excedat: omnia enumerare possibile non est, magnos aliquos, & maturos mendaciorum fructus colligo, qui suo se odore produnt, magnitudinis mole se ostentant, sed dignos arboris germine, scilicet vt de pomis sodomiticis scripsit S. Cyprianus, vel Tertullianus in carminibus *Sodoma*, videlicet, quod eius regionis arua, & si latas *Autumi* conentur opes, facile optima se promittunt otulæ, pira persica, & omnia mala, donec carpanatur: nam protinus indice tactu, soluitur in cinere, sit vana fauillaq; pomum: euaneunt. tandem mendacia (& vt scripsit idem Cyprianus ad Cornel. ep. 55.) cogitare debemus quod mendacia non diu fallunt: noctem tam diu esse, quam diu illuc scat dies, clarificato autem die, & sole, oborto, luci tenebras, & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem, latrocinta cessare. Et ne putent aduersarij nos falsò illis imponere pseudologias, & mendacia, oculari ostensio ne aliquot recensebimus, vt ex his coetera agnoscuntur, & videant Catholicæ, Protestantium si dem

# 182 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

dem super mendacia appensam, ipsosq; mendaciorū esse architectos, & eorundē fraude, qua ad mentendum instructi sunt, detecta, in disputādo, vel agendo cum iis ( ne fallaciarum muscipulis decipiantur ) sint cautores.

## OSTENSIO OCULARIS

*Aliquarum pseudologiarum, & mendaciorum, que Patribus Ecclesie, affigunt Nouatores.*

### Mendacium.

**R**ationem partiendi decalogi, ut tria precepta dent primæ tabulæ septem, secundæ, puriori saeculo fuisse incognitam dicit Calu. 1.instit.8.nu.12. & pro se Origenem habere gloriatitur, qui hom.8.quattuor multiplicat in prima tabula.

### Conuictio.

**F**alsum, nam eam partitionem disertis verbis secutus est Clemens Alexandrinus lib. 6.strom. c. 8. Author commentariorum in psal. sub nomine Hieronymi, si Hieronymus non est in psal.32. & S. Augustinus disertissime in psal. 32. & ep.119. & q.71. in ex lib. 15. contra Faust. Manich. histestibus tanquam exceptione maioribus, qui puriori saeculo vixerunt, retunditur impudentia Caluini. Ipse quoq; Origenes aliorū quoq; sententiam ponens ( qui mandatum de non colendis aliis diis, nec de faciendo aliquo idolo expimentes, vnum & idem afferunt ) Caluuum quoq; reuincit, vide S. Th. 1.2.q.100. a.4.

### Mendacium.

**N**emini veterum consilia Euangelica in mentem venisse, ait Calu. in 4.lib.instit. c.13.num.12. Aperte docent se ( de nostris loquitur ) plus oneris suscipere, quam suis Christus imposuerit, quoniam scilicet Euangelica consilia de diligendis inimicis, de non appetenda vindicta, de non iurando &c. se seruaturos promittant, quibus non sunt communiter ad stricti Christiani: in eo quam nobis antiquitatem obtendent? nulli unquam veterum hoc venit in mentem: omnes una voce clamant, nullam penitus vocalam a Christo emissam, cui non sit necessario obtemperandum.

### Conuictio.

**O**mnes veteres, mentiri Caluinum demonstrat apertissimis suis dictis. legatur Orig. in c.15.ep.ad Rom. Euseb.lib.1. demonstrat Euag. c. 8. Gregorius Magnus lib. 29.moralium c. 20. Fulgentius prefat. ad Monimum. Paulinus ep. 4.ad Seuer. Aug.serm.61. de tempore. Chrysostom. 2.in ep.ad Cor. & de pœnitentia. Optat. 6. contra Parmenianum ante med. Hieronym. 1.

contra Iouinianum c.7.Ambros.lib.de viduis viii. tra med. Nazianz. oratione 3.contra Julianum. S. Basil.lib. de virginit. Epiph. in Panario, Cypri. de habitu Virginum. Orig. lib. 10. in ep. ad Rom.

### Mendacium.

**V**Num caput visibile in Ecclesia esse, veteribus fuisse ignotum. Calu. lib. 4. c. 6. sect. 17. axioma illud quod Romanenses pro confessi, et Indubie sumunt de unitate terreni capitis in Hierarchia, veteribus fuisse prorsus ignotum, & c.7.sect.21. ait nomen etiā capitum nibilo magis fuit usitatum & c. 7. sect.3. quod esset summus Pontifex, & unicum Ecclesie caput, nesciebatur.

### Conuictio.

**T**am apertum est hoc mendacium, vt sola Patrum, omnium sæculorum, inspectione argatur. legatur Clemens Romanus epist. 1. Dionys. de diu. nominib. c.3. Ignatius Martyr. ep. ad Ro. Anaclet. epist.3. Sixtus ep. 1. Pius ep. 1. Victor Epistola ad Theophil. Alex. Iræn. 3. aduersus hæreses c.3. Tertull. lib. de Monogamia. S. Athanasius ep. ad Marcum Papam. S. Basilius oratione de peccato. Ambrosius serm. 11. Optat. 2. contra Parmen. Chrysostom. in psal. 50. hom. 2. Aug. serm. 124. Cyril. 12. in Ioann. c. 64. Vincent. Lyrinæ. lib. contra prophan. vocū. nouit. c. 9. Cyp. lib. 1. ep. 8. lib. de vnit. Eccles. Hieron. epist. ad Damasum. Prosper lib. de ingratis. Gregorius Papa, vltimus, Caluini iudicio, Episcopus Romanus existimatus lib. 1. epist. 24. & ep. 42. lib. 11. & ep. 54.

### Mendacium.

**O**mnes vetusti Patres Sacerdotum, & Episcoporum coniugia approbarunt. Cal. lib. 4.c.12.num.26. dicit de vetustis Patribus non modo coniugium in Episcoporum ordine tolerasse, sed etiam approbasse, & num. 25. subdit & si Deo placet, hac generali vituperatione non contenti, immunditatem, & pollutionem carnis in suis canonicis vocant.

### Conuictio.

**S**ed hi omnes Patres contra se testes instaurat. Legendi sunt Clemens Rom. 6. constit. Apostolicarum c.17. S. Ignatius epistola ad Heronem. Orig. homil. 23. in Num. ante medium. S. Cyprianus, vel author libri de singularitate Clericorum, Epiph. in Panario versus finem, & hæres. 59. S. Hierony. contra Vigilantium c. 1. Ambros. 10. ep. 82. Chrysostom. 2. in Job. Aug. de adulterinis coniugij c. 20. S. Innocentius Papa ep. 2. c. 9. Isid. Pelusiot. lib. 3. ep. 75. S. Leo. ep. 99. ad Rusticum c. 5. S. Greg. lib. 2. epist. 42.

## Mendacium.

**5** Q Vuod transubstantiatio non fuerit agnita à Patribus, & sacrificium à Gentibus, & Iudeis, Patres mutuati.

Veteribus ignotam fuisse transubstantiationem, dicit Brentius in confess. Vuitenberg. & Calu. 4. inst. c. 17. §. 15. Bernardi quidem aetate, & si durior inualuerat loquendi ratio, transubstantiatio tamen nondum agnita erat. Plessaeus lib. 4. de Eucharistia per multa capita, & in fine cap. 7. sic concludit. *In angusta illa antiquitate transubstantiationis nullum vestigium.* Adamus Francisci in margarita Theolog. p. 256. commentum, ait, Papistarum de transubstantiatione mature in Ecclesiam irrepit, & Vileetus in Antilogia p. 263. hæc scribit. *manifesto constat Papistas, pro absurdis illis dogmatibus suis Papisticis, Transubstantiationis, sacrificij Missæ &c. ne speciem quidem ullam habere vilius testimonij Patrum, qui intra quingentos post Christum annos vixerunt.*

## Conuictio.

**S** Ed non vnum, verum multa extant vestigia, simo & evidenter loca Patrum, quæ hos Nouatores de mendacio conuincunt. Dionys. c. 3. de Ecc. hierarch. S. Ignatius Martyr. epist. ad Symnenses apud Theodoretum dialogo 3. Alexander Primus Epist. ad omnes orthodoxos tom. 1. conc. Clemens lib. 6. apost. const. c. 23. Thelesphorus epistola ad vniuersos tom. 1. conc. & apud Gratianum de consecr. d. 1. cap. nocte quadam, Pius Papa apud Gratianum de consecrat. d. 1. cap. si per negligentiam, & in Breuiario 11. Iulii. S. Iustinus Martyr. Apolog. 2. ad Antoninum Imperat. S. Iræneus lib. 4. aduers. hæref. c. 34. Tertullianus lib. de resurrect. carn. c. 8. Origin. homil. 1. in diuersos. Cyprianus serm. de laps. Pontianus Papa epistola ad onines fideles. S. Dionysius Alexandrinus epist. 5. ad Sextum Papam. Magnum Concilium Nicenum. S. Hilarius lib. 8. de Trinit. S. Greg. Nazianzenus orat. 2. in Sanctum pascha. S. Cyrillus Hierosolymitanus mystagogica 4. S. Bafilius lib. 2. de baptif. mate c. 2. S. Ambrosius lib. 4. de Sacra. c. 4. Nissenus lib. de vita Moysis. S. Epiphanius in Anchorato. S. Hieronymus epist. 1. ad Heliodorum, & 85. ad Euagrium, Chrysostomus homil. 83. in Matt. 26. Augustinus concione prima in psal. 33. Leo sermone de ieiunio septimi mensis, Greg. lib. 3. dialog. c. 58. Ipsi quoq; aduersarii contra se & suos dant è testimonium, nam Centuriat. cent. 5. c. 4. col. 496. lin. 4. Chrysostomus, inquit transubstantiationem confirmare videtur, & cœt. 4. c. 10. col. 985. Emisenum transubstantiationem fassum esse dicunt. S. Damascenum eandem docuisse eum Theophilacto scripsit Vrbinus lib. cui titulus commonefactio cuiusdam Theol. de Sacra Domini cœna pag. 221.

## Mendacium.

## Circa oblationem pro defunctis.

**6** S Acrofaneti Eucharistiae sacramenti oblationem pro mortuis tempore Augustini, non fuisse, mendaciter afferit Philippus Melanthon de Ecclesia. Mornæus in suo myst. iniquitatis obmurmurat. in præfat. ad Ecc. Rom. sectatores: totis mille annis solitarias Missas, non fuisse pro uiuis, & defunctis oblatas.

## Conuictio.

**S** Ed ante, & post Augüstini aetatem, oblationem Sacrofaneti Eucharistiae Sacramenti pro mortuis fuisse, habetur ex Cypriano, qui libro 1. epist. 9. meminit: quod tota Africana Ecclesia in Synodo veterat, pro quibusdam offerri Eucharistiam. Tertullianus de exhortatione castitatis, & de corona militis c. 3. Ambrosius oratione funebri sui fratri Satyri. Cyri. catech. 5. mystagogica: Chrysostomus homil. ad Antioch. 69. August. serm. 32. de verbis Apost. Enchirid. c. 110. ad Dulcitium q. 4. Confess. 9. c. 12. Epiph. hæref. 75. Ipsi quoq; aduersarii testantur, quod Tertullianus, Cypriantius, Augustinus, Hieronymus, sacrificium pro defunctis asseruerint esse traditionem Apostolicam: ita Fulco in confut. Purgatorii pag. 303. 393. Giffordus, vt in demonstratione, quod Brounistæ sint Donatistæ, afferit morem pro defunctis orandi præcessisse tempora Augüstini, allegatq; Patres proximos Apostolorum temporibus,

## Mendacium.

## Contra sanctorum Inuocationem.

**7** S antiquos Patres, sed temporibus Gregorii in Ecclesiis irrepissæ afferit Philippus Melanthon ibidem, & Plessaeus lib. 4. de Eucharist. c. 14. pag. 520. dicit inuocationem sanctorum primiæ Ecclesiæ non docuisse vñq; ad Concilium Nicenum, & infra cap. 11. p. 534. dicit, quod inuocatio sacerotorum in Ecclesia Orientali nō ē usurpata, etiam diu post Concilium Nicenum, & cap. 16. p. 545. idem affimat de Ecclesia Occidentali. Kemnitius c. 1. p. 3. pag. à fine ait. Inuocatio sanctorum tandem circa annum domini 379 per Basilius, Nissenus, et Nazianz. in publicos Ecclesiæ conuentus, introduci cœpit.

## Conuictio.

**C** Ypriani aetate anno 160. Virgo Mater inuocabatur, vti ex eo recitat Nazianzen. oratione in Cypriano. Nectarius Constantino-politanus inuocat Diuum Theodorum. Augustinus lib. 7. de baptismo contra Donatistas cap. 1. Diuum Cyprianum inuocat, & serm. 1. Diui Laurentij S. Laurentium. Ambrosius de viduis ait, obsecrandos Martyres. Hieronymus in Paule epitaphio Paulæ inuocat. Athanasius in serm.

de Sancta Deipara Mariam inuocat. Basilius oratione in 40. Martyres ad martyres orandos inuitat Nissenus oratione in S. Theodorum. Origenes com. in Iob. inuocat Sanctos, Chrysostomus ad Philipp. c. 1. docet Sanctos inuocandos. Diaum Ephræm Theodoreetus inuocat in vitis Sanctorum: & Cœturiatores in centuriis expresse, vt ostendemus infra cent. 3. col. 84. lin. 23. id in Cypriano fatentur haberi, & in Origene cêt. 3. col. 83. lin. 49. ergo ante Basiliana tempora erat usus, & traditio Sanctos inuocandi. Cent. 3. c. 4. col. 83. l. 47. dicunt. *Videas in Doctorum huius seculi scriptis, non obscura vestigia inuocationis Sanctorum, ergo ante Gregorij magni tempora, sancti inuocabantur.*

**Mendacium****Contra Purgatorium.**

**A**ntiquos Patres multis seculis non agnouisse Purgatorium impie docet Plessenus lib. 3. c. 9. p. 456. lin. 31. & cap. 11. p. 497. lin. 43. Nichil certi de Purgatorio definisse Augustinum asserit Brentius cum suis in confess. Vitudenberg. Gregorium magnum doctrinam de purgatorio primum ad credendum proposuisse Vitudenberg. lib. 7. p. 480.

**Conuictio.**

**S**ed audiant Patres Purgatorium astruentes, Cyrillū Catechesi 5. mystagogica. Chrysostomum homil. 69. ad Populum, & specialiter Augustinum de cura pro mortuis c. 4. de verbis Apostoli 32. serm. de ciuit. Dei lib. 21. c. 11. & alibi frequentissimè. vnde ipsiusmet aduersarij fatentur Augustinum Purgatorium agnouisse, ita Fulco in confutatione Purgatorij pag. 161. & p. 78. Ipsius Calu. lib. 3. c. 5. Institut. 9. x. agnoscit, ante mille, & trecentos annos usu receptum fuisse, ut precatio[n]es fierent pro defunctis, licet postea haereticē subdat, sed fateor in errorem ab repti sunt, idem agnoscit in tract. Theologico p. 394.

**Mendacium****Contra septenarium numerum Sacramentorum.**

**D**uo Sacramēta nouæ legis tñ, Baptismū, & Eucharistiam agnouisse veteres, cum de Sacramentis proprio loquuntur docet Caluinus in institutionib[us] lib. 4. c. 19 s. 12. dicens veteres dum propriè loquuntur nusquam plura duobus Sacramentis recensent, Baptismū, & Eucharistiam, etiam ipse Augustinus: idem dicit Plessenus lib. 4. de Euch. c. 1. pag. 648. & pag. 654.

**Conuictio.**

**P**lurium Sacramentorum meminit Cyprianus quam Baptismi, & Eucharistiæ lib. 1.

epist. c. 12. & ferm. de ablutione pedum, Tertullianus lib de poenit. Hieronymus contra Luciferianos. Leo magnus epist. 90. Augustinus confirmationem agnoscit lib. 1. contra Petil. c. 104. & lib. 5. contra Donatistas c. 20. Ordinem agnoscit lib. 2. contra epistolam Parmeniani c. 13. Poenitentiam lib. 1. de adulterinis coniugijs c. 26. & 28. Matrimonium lib. 1. de nuptijs, & concupiscentijs. Extremam vunctionem serm. 211. de tempore Baptismū, & Eucharistiam epist. 118. ad Ianuarium, & ita ex uno solo Augustino, quem alibi magnificiunt, habetur, septem esse Ecclesiastica Sacra menta. Hugo de S. Victore septem expressè recenset. Sex Sacra menta à Dyonisio asseri cōfiretur Lutherus t. 2 lib. de capt. Babyl. f. 84. edit. Vitudenberg. anno 1562. & Humfredus 2. p. Jesuitismi pag. 519. circa m. & Balæus in catal. Paparum fol. 26. & Szegedinus in speculo Pontif. p. 33. ante m. profitentur Innocentii primum asseruisse, extremam vunctionem esse Sacramētum. Cōtradicunt ergo sibi dum ad duo, vel tria &c. se restringunt. Quinq[ue] numerasse Cyprianum dicit kemnitius in exam. pag. 2. pag. 7.

**Mendacium****Contra necessitatem confessionis.**

**C**aluinus 3. instit. c. 4. sect. 7. dicit, non dubitant in alijs rebus excudere fictitia de cœta. quæ vœtustissimis Concilijs adscribunt, ut ipsa antiquitatis veneratio simplicium oculos perstringant, in hoc capite talem fallaciam obiungere non venit illis in mentem itaque ipsi testibus, nondum elapsi sunt anni trecenti, ex quo iniecius ab Innocentio Tertio laqueus, & imposita confundi necessitas. Vitudenberg. lib. 7. contra Duræum p. 490. Innocentio Primo tribuit talem institutionem. Simundus vero in Apoc. pag. 57. Leonem primum facit authorem confessionis Sacramentalis.

**Conuictio.**

**S**ed antiquitas contrarium manifestè demonstrat, nam Origenes de necessitate confessionis clare loquitur homil. 1. & 3. in Leuiticum, & homil. 2. in psal. 37. & homil. 17 in Lucam, Cyprianus lib. 3. epist. epist. 16. libro de lapsis. Lactantius lib. 4. diuin. instit. c. 17. Hilarius c. 18. in Matt. Basilius in regulis breuioribus, regula 229. Ambrosius lib. 2. de poenit. c. 6. Nissenus epistola canonica ad Episcopum Mytilenes, extat in biblioth. Patrum tom. 1. Chrysostomus homil. 30. in Genesim, & homil. 33 in Ioannem. Hieron. ad cap. x. Ecclesiastes, & ad cap. 16. Matthei. Innocentius Primus epist. 1. ad Decentium Episcopum Eugubinum c. 7. Augustinus lib. 50. homil. 12. & 41. & tract. in psal. 66. S. Leo epist. 30. ad Episcopum Campanæ, & epist. 90. ad Theodorum Foroliuj Episcopum, Sozomenus lib. 7. histor. c. 6. Gregorius Magnus homil. 26. in Euangelia. Beda ad cap. 5. epist. Iacobi, & lib. 5. hist. gentis sua cap. 14. insigne describit exemplum cuiusdam militis, qui confiteri contemnēs, iustis-

iustissimas inferni peccatas incurrit. Sed inimicos aduocamus, ut iudices. Centuriatores lib. 3. col. 177. lib. 27. dicunt quod confessionem magnopere urget Tertull. lib. de pœnit. & usitatam fuisse priuatam confessionem, qua delicta, & cogitata quoque prava confessio sunt, ex aliquot Cypriani locis apparet, ut in lib. de lapsis, & lib. 3. epist. 14. & 16. ubi diserte ait, in minoribus etiam peccatis, quæ in Deum non committuntur, necesse est ad exomologesim venire, idque frequenter iubet lib. 1. epist. 3. &c. sed iterum infra adducentur.

### Mendacium

#### Circa satisfactionem.

**I** 11 Vth. in assertionibus art. 5. sic habet. Quare verum dixi, arbitriariam istam satisfactionem, nec in scripturis, nec in Patribus reperi. Melancthon eius Achates in Apolog. confess. Augustana ait, satisfactionem esse committitam sine autoritate scriptura, & veterum scriptorum Ecclesiasticorum.

### Conuictio.

**S** Ed veteres scriptores, & Patres satisfactionem adstruunt. Iustinus allegans penitentiam Davidis in dial. cum Tryphone, Iræn. 1. adu. hæres. c. 9. Tertull. de pœnit. c. 9. Clem. Alex. 6. Orig. hom. 6. in Exod. Nazianz. oration. 38. Cyril. catech. 3. Chrys. 2. de Sacerd. ser. 4. de Lazar. Theodor. Epitom. diu. decret. S. Ambros. de Elia, & ieunio. Hier. ep. 22 ad Eustochium. Augustin. hom. 50. c. 5. in ps. 44. & ho. 50. sed, & Centuriatores, qui oculos Argi assumpserunt, ut reperirent Patrum nœuos, quos nunquam deprehenderunt, sic dicunt Cent. 3. c. 127. l. 38. Imponi etiam solitam illis factio[n]em [pro modo delicti] appareat ex serm. 5. ex lapsis. Meminit eius, & Tertull. lib. de Pœnit. sed plura infra a. vltimo.

### Mendacium

#### Circa matrimonium.

**I** 12 Vtherus in captiu. Babyl. C. de matrimonio [ Matrimonium, ait, non solum sine villa scriptura pro Sacramento censemur. verum eisdem traditionibus, quibus Sacramentum esse iactatur, merum iudicium factum est. Matrimonium Sacramentum est, non diuinitus institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inuentum, ignorantia tam rei, quam verbi adductis.] Caluinus lib. 4. instit. c. 19. §. 24. [ Postremum est matrimonium, quod ut à Deo institutum fatentur omnes, ita pro Sacramento datum nemo usq; ad Gregorij tempora viderat &c. ]

### Conuictio.

**C** Onuincitur primo Lutherus cum Caluino mendacijs, nam Ephes. 5. dicitur *Sacramentum hoc magnum est* ego autem dico in Christo, et Ecclesia. Græcæ autem habetur mysterium, quod

latine exprimitur Sacramentum. Sic autem dictū est, quod rei arcanæ, & sacræ signum sit, vñ. coniunctionis Christi, & Ecclesiae ex interpretatione Hierony. Ambrosij, Chrysost. hom. 20. ad Ephes. Aug. 1. de nuptijs, & concupiscentijs. Nō solum autem est signum coniunctionis Christi, & Ecclesiae, sed coniunctionis animorum, ex Aug. de nuptijs, & concupiscentijs cap. 21. quod in Christo, & Ecclesia, ait, est magnum Sacramentum, quæ dicitur res significata, & non contenta, hoc est in singulis quibusque viris atque uxoribus minimum, sed tamen coniunctionis inseparabile Sacramentum: & hoc dicitur res, & Sacramentum, de qua sepissime Augustinus in lib. n. de fide & operibus c. 7. ait in ciuitate Domini in monte Sancto eius, hoc est in Ecclesia, nuptiarum non solum vinculum, sed etiam Sacramentum commendatur, & de bono coniug. c. 7. fœdus illud initum cuiusdam Sacramenti res est, ut nec ipsa separatione irritum fratres autem significata, & contenta sanctitas est, & gratia, quā idem quoque connubium significat, vnde Augustinus bonum nuptiarum per omnes gentes atque omnes homines in causa generandi est, & in fide castitatis, quod autem ad populum Dei perinet, etiam in sanctitate Sacramenti c. 24. Sanctitas autem Sacramenti est ille nexus, non quicunque sed Sacramentalis, qui ut significat sanctitatem dilectionis Christi, & Ecclesiae, est obiectu[m] sanctitas, ut vero animos unit in charitate, sicut Christus dilexit Ecclesiam, cum id sine charitate, & gratia fieri nequeat, est simul nexus gratiosus & sanctitas formaliter, ut dicemus ex Hugone infra: vnde & quidam dixerunt nexus esse dispositionem ad gratiam, ut & character, de qua re disputatur à schol. in materia Sacramentorum, vnde S. Th. 4. d. 31. q. 1. a. 2. ad 4. dicit, in verbo Sacramentum, quod est 3. bonum matrimonij, non solum intelligenda est indiuisio sed omnia illa, quæ consequuntur matrimonium, ex hoc quod est signum coniunctionis Christi cum Ecclesia, dicitur reperit in 5 ad 7. consequitur autem ex nexu, ut diligent vxores suas, sicut Christus dilexit Ecclesiam, ne eas ob sterilitatem aborreant, morbum, vel affectatam absentiam &c. hoc autem prestat sanctitas Sacramenti, quæ magis extimanda est, quam proles &c. vnde Aug. de bono coniugali lib. 1. c. 18. in nostrarum quippe nuptijs, ait, plus valet sanctitas Sacram. quæm fœcunditas vetris. Iam ergo habemus omnia, quæ in ceteris sunt Sacramentis, Sacramentum tantum: hoc est exteriorum coniunctionem, seu copulam coniugalem, per verba de praesenti factam: id quod est Sacramentum & residu[m] quod ultimo significatur, & est res contenta, & horum omnium effetu[m], nexus coniugalis, & gratia causa est & significatio, Sacramentum nuptiarum. Quod si non integrè ex Pauli Apostoli verbis, ex sola significatione rei significata, & non contenta, probaretur matrimonium esse vere, & propriè Sacramentum, ex alijs effectibus, nexus coniugali, & gratia, adiuncta PP. expositione, probaretur propriè esse Sacramentum nouæ legis, nec n. tunc est solum symbolum rei sacræ, vel indicium signi, sed practicum, & officiens, nempe causando ne-

xum Sacramentalem gratiosum, qui cuiusdam Sacramenti res c.7. de Bono coniuga. dicitur ab Augustino, vnde Hugo de S. Vict. 2. p. de Sacram. fidei p. 11. c. 7. In quo Sacramento, ait, foris est indiuisa societas, res Sacramenti intus ad inuicem flagrans perseveranter animorum charitas, & infrā exponēs dictum Augustini, quod sola sanctitas Sacramenti est in monte Sancto eius, ait, *santitas autem, siue virtus Sacramenti, non nisi in Civitate Dei nostri, sed in monte eius, hoc est in fide, et charitate, in Ecclesia vero. Santa, et inter fideles esse perhibetur &c.* quare non tantum matrimonium res bona est, vt tonstrina, agricultura, vt satis parcè concedebat Caluinus, sed sancta res est, sanctitatem efficiens, & figurans, nexus indissolubilem causando, verè ergo Sacramentum esse ex scripturis quincitur, addita Patrum explicatione.

Confirmatur. nam verè, & propriè Sacramentum illud est, quod supernaturale aliquem effectum significat, & producit, at in matrimonio Christianorum causatur effectus aliquis supernaturalis, & spiritualis, ergo &c. minor patet ex eodem Aug. qui lib. de bono coniug. c. 7. vbi dixisset ex isto nexus Sacramentali, non posse fieri diuortium, quem diuina regula præscribere videtur [subdit] Quem non faciat intentum, quid sibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis? quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi aliquis rei maioris ex hac infirma mortalitate hominum, quodam Sacramētū adhiberetur, quod deserentibus hominibus, atq; id dissoluere cupiētibus, in concussum illis maneret ad pœnam. Ergo ex mente Aug. supernaturalis effectus agnoscitur, qui etiam res Sacramenti dicitur, in easignificatione, qua character Sacramentalis eodē modo ab ipso Augustino effectus baptismi diagnostetur: vnde de adulterinis coniugijs hi duo effectus simul comparantur, nexus, & character baptismalis sic n. dicitur lib. 2. c. 5. sicut n. manente in se Sacramento regenerationis excommunicatur, qui reus criminis, nec illo Sacramento caret etiam si nunquam reconcilietur Deo, ita manente in se vinculo fœderis coniugalis vxor dimittitur ob causā fornicationis, nec carebit illo vinculo etiam si nunquam reconcilietur viro, carebit autem si mortuus fuerit vir eius. ex quo effectu, & significatione (ait idem Aug. c. 18.) Sacramentum nuptiarum temporis nostri, sic ad unum maritum, et unam uxore redactum est, ut dispensatorem Ecclesie non liceat ordinare nisi unius uxoris virum, vnde & alium quoq; effectum parit (ex ordinatione tamen Ecclesie, vnde potest in eo fieri dispensatio) quem inuit Augustinus, quod seruans uitatem Sacramenti, est capax ordinacionis, bigamus verò fit irregularis, & subdit: propter sanctitatem Sacramenti sicut fœmina etiam si catechumenenauerit uitata, non potest post baptismum inter Dei virginis consecrari: ita non absurdē visum est eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quādam Sacramenti amisisse, non ad vitæ bona mevitum, sed ad ordinacionis Ecclesiastice signaculum necessarium. Ex quo iterum desumitur ar-

gumentum in hoc potest fieri dispensatio, etiā Sacramentum aliqualiter violetur, nō in primo diuinus ergo, & supernaturalis est effectus indiuisibilitas, vt viuente alterutro coniuge, non fiat quoad vinculum separatio. Cum ergo talis nexus significetur, & per connubium producatur, & non possit ab homine produci, sed diuinus, evidenter sequitur verè, & propriè Sacramentum esse.

Conuincitur secundo, ex traditionibus. Omnia n. agnoscimus in matrimonio, quæ sunt etiam (ipsis hereticis fatentibus) necessaria, vt aliquid sit Sacramentum, nempe signum sensibile, cum mandato, & institutione Dei, eiusdemq; gratia promissione, & exhibitione. Hæc autem tria ab initio nascentis Ecclesie, Patrum traditio nos edocuit. De mandato, & institutione sic loquuntur Patres.

S. Martialis ep. ad Tholosan. *Magister meus Iesus Christus legitimus, & immaculatus thorum connubij approbanit, eis, qui ex sanctificatione, & honore castitatis nubere volunt, ut ad quasdam nuptias inuitatus eas præsentia sua maiestatis sanctificauerit, & miraculo magnifice stupendo laetificauerit.*

Athanasius term. contra omnes hereticos. *Nunquid auscultas in Euangelio, Dominum in Cana ad nuptias vocatum, easq; benedixisse, & ex aqua vinum fecisse?*

Epiphan. heresi 67 quomodo non erunt venerabiles nuptie, & in Deo habentes regnum celorum, cum vocatus sit ipse Salvator ad nuptias, ut nuptias benedicere, & venerandæ igitur sunt nuptie, quoniam ipse illas decreuit &c. Quomodo apud te o Hierax nuptie rejiciuntur post aduentum Christi?

Chrysostomus serm. contra Iudeos, Gent. & heret. t. 3. *Venit Iesus ad nuptias, quod si venit, quomodo ergo nuptiae male? non potes excusare. ego autem non dico, quod tamē venerit, sed quod & dona secum attulerit. A quam in vinum mutauit, & in Ioan. hom. 2. 1. Tunc Iesus vinum ex aqua fecit, tunc atq; etiam in præsentia lascivus, & infirmas hominum voluntates mutare non defnat, &c. & hom. 12. in c. 4. ad Coloss. si voles, et miracula faciet, quemadmodum tunc, faciet & nunc ex aqua vinum, multoq; præclarius concupiscentiam dissolutam, fluxam, & frigidam immatabit, & in spiritualem transferet: hoc est ex aqua vinum facere. Clarè innuens effectum Sacramentalem, vt diligatur vxor sicut Christus dilexit Ecclesiam, concupiscentiam immutando.*

Aug. tractatu 9. in Io. *Ac per hoc ergo Dominus inuitatus venit ad nuptias, ut coniugalis castitas firmaretur, & ostenderetur Sacramentum nuptiarum, sine gratia autem castitas firmari non potest.*

Gaudentius Brixien. tract. primo de lectione Euangeli. *Benedixit ergo, quod constituerat à primordio, legitimum Christus coniugium, dum pergere ad nuptias non renuit inuitatus.*

Maximus Taurinens. hom. 1. de Ephes. Domini. *Vadit ad nuptias Dei Filius, ut quas dudit potestate constituit, nunc præsentia sue benedictionis sanctificet.*

Cyrill.

Cyrill. Alex. 2. in Ioannem c. 22. clarius, & expressius Christus profectus ad nuptias, non coniuij gratia, sed potius miraculi. Deinde quantum ad carnem attinet, sanctificari oportebat certe quoniam totam naturam hominis ad melius restaurabat, non solum iam natis hominibus benedicere, verum etiam nascituris gratiam preparare, & aditum illorum in hanc vitam auctoritate miraculi, & presentia sua sanctum efficere. quomodo igitur aliter depellenda haec maledictio erat, ne condemnata nuptiarum sanctimonia videretur, quam Salvatoris presentia? qui cum sit verum gaudium, priscum nuptiarum mæorem presentia sua depulit.]

Ex his omnibus Patribus habetur, sensibilibus nuptijs, Christum Dominum adfuisse eas decreuisse, & per gratiam eas sanctificatas esse ad immutandam concupiscentiam, priscum mereorem vertendo in gaudium, & populo Dei nascituro prouidendum, ubi sensibile signum, mandatum, gratie promissio, & exhibitio ( quæ etiā requirunt aduersarij ) ab ipsis Patribus expressa, vel saltem insinuata apertissime citatis testimonijs cernimus.

Quod autem in hoc Sacramento gratia detur cum dignè suscipitur, docent etiam Patres. Clemens Alex. 4. Strom. sanctificatur itaq; quod per Verbum perfectur matrimonium, si coniugii esse Deo submittat, & cum vero corde administretur in fidei certitudine: sanctificatorum corda à mala conscientia, & ablutorum corpus aqua mundata, & habentium confessionem fidei, fidelis. n. est qui promisisti etc.

Ambrosius de Abraham Patriarcha lib. 1. c. 7. cognoscimus velut Præfulem custodemq; coniugij esse Deum, qui non patiatur alienum thorum pollui, et se quis fecerit, peccare eum in Deum, cuius legem violat, gratiam soluit, & quia in Deum peccat, Sacramenti celestis amittit consoritum. Quod gratiam soluit, & consoritum celestis Sacramenti amittit, qui iura matrimonij soluit, ad Sacramentalem gratiam allusit Ambrosius: ob quod cauendum dicebat Laet. in epito. diui. institut. Qui habet coniugem nihil querat extrinsecus &c. in uiolati cubilis Sacra menta custodiatis, & Theodosius Rex apud Cassiodor. 2. epst. x. cauendum dicebat, ne illud humani generis procreabile Sacramentum scelerata temeritate profanetur.

Innocentius I. ep. 9. sensum totius quoq; Catholice Ecclesiæ exprimens, interrogatus de eo, qui viuente prima vxore, aliam duxerat, respondet. Qua de re Domine fili merito illustris, statuimus fide catholica suffragante, illud esse coniugium; quod primitus erat gratia diuina fundatum: cōuentūq; secunda mulieris priore superstite, nec diuortio electa esse legitimū. Gratia legitimū matrimonium fundatum afferit Innocentius. Clarissimè Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacram. fidei p. 2. c. 13. quærens an Sacramentum coniugij sit apud insides, hinc inde afferens argumenta dicit: omnia, quæ præter fidem sunt, & si vera sunt ad speciem, non sunt vera ad salutem, & si vera sunt ad formam Sacramenti,

ad effectum tamen virtutis, & gratia spiritualis vera non sunt, & infra tractans, an peccatores fideles vera suscipiant, & conferant Sacramenta; respondet, Itaq; dicimus veritatem Sacramentorum Dei duplē esse, aliam s. in sanctificatione Sacramenti, aliam in effectu spirituali: dicitur. n. veritas Sacramenti virtus, & gratia spiritualis, quæ in ipsis, & per ipsa Sacramenta percipitur, quam veritatem accipere non possunt qui Sacra menta Dei indignè percipiunt. Secundum itaq; bunc modum sac. script. aliquoties dicit, quod Sacra menta Dei illis vera ad sunt, qui ea indignè percipiunt. pro eo quod sola exterioris Sacra menta contrectando, ad veritatem illorum, qui in gratia spirituali consistunt non pertingunt. Sic itaq; Sacra menta Dei, & in se vera sunt semper, quantum ad eam, quæ per verbū Dei fit, sanctificationem: & indignè tractantibus, ac percipientibus vera non sunt, quantum scilicet pertinet ad eam, quæ in ipsis percipitur, gratia spiritualis participationem j & exemplificat de consecratione corporis, & sanguinis Christi per schismaticos, & peccatores, quod per illud non sanctificantur, quamvis sanctificant, & alios, & subdit. [ sic ergo dicimus de coniugij Sacramento: quod secundum aliquid apud illos rectè verum siue ratum siue sanctum non esse dicitur, qui solum Sacra mentum habentes, vel non rectè credentes, vel præviuendo, veritatem eius hoc est virtutem, & effectum spirituale accipere non merentur, dicit B. Aug. quod Sacramentum coniugij omnibus commune est: Sanctitas autem Sacra menti, non est nisi in Ciuitate Dei nostri, & in monte Sancto eius. ] expresse ergo in Ecclesia tempore reuelata gratia, dari effectum spirituale coniugibus, qui in fide, & charitate congruunt dixit Hugo, ut clariora verba proferri non possint.

Præterea ad gratia ostensionem faciunt, quæ alijs Patres tradunt; nimirum coniugium fidelium benedictione Sacerdotali consecrari. Euaristus PP. ex traditione Apostolica docet in Ep. ad omnes Episcopos Africæ, quod sœmina, cum precibus & oblationibus benedicatur.

Chrysostomus hom. 48. in Genes. loquens de immodestis nuptijs, ait, cur honesta nuptiarum mysteria in uigas? oportebat haec depellere, & verecundiam principio docere pueram, & Sacerdotes vocare, & precibus, & benedictionibus concordiam coniugij constringere, ut amor sponsi augeatur, & continentia crescat, & omnia, quæ sunt, eos spectent, ut virtutes ingrediantur domum illam, tollanturq; de medio omnes diaboli insidia, & ipsi gratia Dei uniti, iucundè vitam perficiant. Vide quot effectus spirituales inducuntur ex benedictione Sacerdotali.

Ambrosius ep. 70. cum coniugium velamine Sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat, quomodo par est coniugium dici, ubi non est fidei concordia? Concilium Chartagin. quartum præsente Augustino c. 13. offerendos Sacerdoti sponsos, cum benedicendi sunt, statuit.

Siricius Papa ep. 1. c. 4. despousatam non posse ab alio accipi prohibet, quia ait, illa benedictio, quæ nupturæ sacerdos imponit, apud fideles,

les, cuiusdam sacrilegij instaret, si uilla transgressione violetur. Sacrilegium non esset nisi aliquod Sacramentum violaretur.

In Caroli Magni lib. 6. de legibus c. 300. sicut sit qui castas, & incorruptas uxores cupiunt inuenire, sic ad eas casti, & incorrupti debent accedere, easq; tū benedictione sacerdotis, sicut in Sacramentario Gregorij continetur, accipere.

Rodulphus Ardens Dom. 2. post Epiphan. accessuri sponsus, & sponsa ad Sacramentum nuptiarum, debent de præteritis pænitere excessibus, & peccata sua confiteri. Percepta benedictione nuptiali, non statim debent se se cognoscere, sed dare honorem Sacramento, & prima nocte cum luminaribus in Ecclesia vigilare, & orationi vacare. Si gratia non conferretur, non inculcasset peccatorum confessionem iste Pater, ut purius ad hoc Sacramentum, nedum contriti, sed & confessi accedant, vide Trid. sess. 24. c. 1. de reform.

Iuo Carnotensis ep. 56. ad Galtherium. requisiitus ex parte tua, qua pænitentia multitudis sit presbyter, qui verba diuina Sacramentii, & insignia sacerdotalis officij in coniugali benedictione cuiusdam virginis illusoriè transmutauit, & alia pro alijs interposuit &c. & respondet, quod ubi speciales sententiae non occurruunt, quantum mibi videtur, generales, quæ super diuinorum Sacramentorum temeratores promulgatae sunt, sufficere possunt,

Et epist. 130. ad Odonem loquens de matrimonij quibusdam ad contrahendum vetitis, qui autem contra interdicta talia, coniugia contraxerint, vel presbyteri, qui ea consecraverint, pro inobedientia sua digna satisfactione ad arbitrium iudicis sui corrigantur, ut ceteri à tali temeritate compescantur: coniugia vero nisi causa legibus cognita minime soluatur. Sicut n. Sacramentum ordinatiois quamvis ab ordinatoribus ordinationem illicite usurpatibus semel acceptum manet in ordinatis, sic Sacramentum coniugij quamvis ab inobedientibus Presbyteris impositum, manet in coniugatis, quia virtutem Sacramentorum cassare non possunt, prava merita usurpatorum: semper ergo sanctitas eorum est honoranda, usurpatum punienda.

S. Thom. 4. contra Gent. c. 78. matrimonium, secundum, quod consistit in coniunctione maris, & feminæ intendentium prolem ad cultum Dei generare, & educare, est Ecclesiæ Sacramentum: unde & quædam benedictio nubentibus per ministros Ecclesiæ adhibetur.]

Sed quia Canis hæc, & similia dicta Sanctorum allegans, putans benedictione sacerdotali tanquam forma Sacramenti, perfici Sacramentum, & illud tantummodo pro Sacramento agnoscit, quod per ministros Ecclesiæ traditur, notwithstanding quod merito à posterioribus scriptoribus reiectus est, & sententia opposita est securior, & communior maxime post Trid. eam docuit antiquitus venerabilis Hugo in summa sententia tract. 7. c. 6. consensum ait prædicto modo diffinitum sufficere credimus ad contrahendum coniugium, licet dos defuerit, & sacerdotalis benedictio.

Ad Sanctorum vero dicta tuendo, optima-

ast aduertentia insignis nostri P. Fr. Petri à Soto in Concil. Trid. celebris in instru&t. Sacerd. de matrimonio lection. 2. qui in verbis coniugum exprimentibus consensum, seu in mutua traditione, & acceptatione per verba de præsenti, perfectionem essentialiæ Sacramenti cum communiō constituit, subdendo, quod per benedictionem sacerdotalem prior coniunctio perficitur, præsertim, si non ritè sit facta in gratia, ex renouatione. n. consensus ( occasione acceptiois illius benedictionis ) gratiam infundi probabilius existimat, tunc .n. ait, & perseverat, & quodammodo renouatur prior ille consensus, & superadduntur benedictiones Ecclesiæ, sed non oportet ad has redigi augustias, benedictiones n. Sacramentalia sunt, non propriè Sacramentū, & impetrant spirituales effectus ex opere operantis, & ministrantis sacerdotis in persona Ecclesiæ, essentialia vero matrimonij ex opere operato concurrunt ad causandam gratiam: & benedictio illa externa symbolum est, internæ benedictionis Dei, qui Präfus connubij ab Ambroſio vocatur, qui animos nequit coniugum per gratiam, sicut exterius per anulum exterius dexteræ iūgit Sacerdos ( cuius ceremonia epistola ad Anyfiū Naziaꝝ. meminit, ) & gratia intus dari, per illas benedictiones profitetur Ecclesia, ita ut non solum, ut ciuilis contractus habeatur, vel ut tostrina, vel sutrina, ut ludebat Caluinus, sed ostendatur coniugium verè, & propriè Sacramentum, ut cætera, quæ per ministros Ecclesiæ administrantur. Quare tanquam à signo, ex his ceremonijs, tanquam rem sacram matrimonium semper habitum, non ut prophanum contractū &c. Patrum testimonij contra Caluinum, & Lutherum abunde demonstratur, ut egregie idem Petrus de Soto aduersus eosdem loc. cit. edisserit.

Accedit, quod nedum sacerdotali benedictione matrimonium, sed & missæ sacrificio, sacrabatur, vnde Tertull. 2. ad uxorem c. 9. unde ait sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod Ecclesia conciliat ( per benedictiones Sacerdotales ) & confirmat oblatio, nempe sacrificij ) &c. quale iugum fidelium duorum, unius spei, unius voti, unius discipline, unius seruitutis ) vide nexum coniugalem, qui est res, & Sacramentum: His Dens pacem suam mittit, vbi innuitur gratia ad quam augendam impetrat oblatio &c.

Conuincitur 3. nam & si vox Sacramentum sepissimè in scriptura in latiori significacione acceptum inueniatur, tamen quando significatur aliquid, quod non solum est signum, sed & causa efficiens alicuius effectus supernaturalis, tunc verè, & propriè Sacramentum dicitur. in tali significacione locutus est sapissimè Augustinus, vt supra probatum est multis locis, qui supernaturalem effectum in Sacramento agnouit coniugij, & rem cuiusdam Sacramenti vocavit, similiter, & sailitatem, quam Hugo sup. interpretatus est esse virtutem, & gratiam Sacramenti, nexus illum supernaturalem, cum charactere baptismatis comparauit: omnium autem sententia, comparatio est inter ea, quæ sunt eiusdem generis.

Ante

Ante Augustinum Tertullianus meminit, nā vbi dixisset lib. de prescript. c. 40. diabolus ipsas quoq[ue]res diuinorum Sacramentorum in idolorum mysterijs emulatur: subdit; inguit & ipse quosdam utiq[ue] credentes, ac fideles suos, expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mithre; vide baptismi simulationem: signat illic in frontibus milites suos, en confirmationem: celebrat panis oblationem, vide Eucharistiam Quid? quod & Summum Pontificem in vni nuptijs statuit, vide matrimonium. Vnde ex Monogamia, Episcopos, Presbyteros, Diaconos dicit esse eiusdem Sacramenti c. 5. de monog.

In Patribus ultime etatis, autor libri altercationis Ecclesiae, & synagogae anno 890. expressius Sacramentū vocat. ex omnibus ait Sacramētis, quæ ad remedium hominis sunt instituta, solum coniugium Sacramentum ante peccatum homini legitur institutum, non tamen propter peccatum, sed ad Sacramentum solum, & officium; ad Sacramentum propter eruditionem, ad officium propter exercitationem &c. ad Sacramentum in quam, vt erat purum signum coniunctionis futuræ Christi cum Ecclesia. B. Petrus Damianus serm. de dedicat. Ecclesia agens de Nuptiarum Sacramento ait. Hoc magnum est ait Apostolus, & Dominus in Euangelio: Propter hoc relinquit homo patrem, & matrem &c. quid n. magis vnu, quam illi, quibus est una caro dicit. honorabile connubium dicit vas electionis, thorax immaculatus, & de Sacramento strictè sumpto loqui patet ex toto discursu.

Hugo de S. Victore clarius lib. 1. erudit. Theol. c. 12. d. Sacram. Ecc. vbi ait. Septem sunt principalia Sacra menta, quæ in Ecclesia ministrantur, vbi recenset vi imo loco matrimonium, & quod de propriæ Sacramētis loquatur, subdit distinctionem, aliquando Sacramentum dicitur sacra rei signum, velut in baptisme, exterior ablution, quæ interiore significat emundationem: aliquando dicitur Sacramen tum sacramentum secretum Velut Sacramentum incarnationis, & huiusmodi; quare cum idem Hugo coniugium annumerauerit cum baptismate confirmatione &c. verum Sacramentum fassus est esse coniugium.

Petrus Lombardus septem Sacra menta quoque enumerat, & inter ea matrimonium recenset. initio 4. sent. d. 1.

Lucius 3. c. Ad abolendam de hereticis, matrimonium cum alijs recenset Sacra mentis anathemate inuoluens, aliter sentientes de Sacra mentis quam Sancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat.

Gregorius X. Palæologo Michaeli Imperatori possessionem fidei transmisit, cui Imperator subscripsit: habetur in Concil. Lugdunensi 2. in tom. 3. Romæ impresso sub Paulo V. ibi ergo sic dicitur. Tenet etiam, & docet S. R. E. septem esse Ecclesiastica Sacra menta, vnum S. baptisma, de quo dictum est supra; aliud est Sacramen tum Confirmationis, quod per manū impositionē Episcopi conferunt, chrismando renatos; aliud est pœnitentia, aliud Eucharistia, aliud Sacra men-

tum Ordinis, aliud est Matrimonium, aliud extrema vñctio, quæ secundum doctrinam B. Iacobii infirmantibus adhibetur. Et subdit. supra scripta fidei veritate ( prout plene lecta est, & fideler exposita ) veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem cognoscimus, & acceptamus, & ore & corde confitemur, quod verè tenet & fideler docet, & prædicat S. Romana Ecclesia.]

In Concilio Constantiensi sessione 15. damnatur error iste Hus inter alios. Sacerdotes quomodolibet criminose viuentes, Sacerdotij polluit potestatem, & sicut filij infideles infideliter sentiunt de septem Sacra mentis Ecclesia, & clauibus, & officijs &c. vnde nec ipse Hus septenariū numerum Sacra mentorum abnegavit. sess. 19. In abiuratione Hierony. de Praga dicitur Cōsenio autem S. R. E. & Apostoli sedi, & huic Sacro Concilio, & ore ac corde profiteor, in omnibus, & per omnia, & præsertim de clauibus, Sacra mentis, et officijs &c. & à Martino V. vt habetur in eodem Concil. sess. 45. damnatur Hus, Vuitclephus, & Hieronymus Pragensis, quod inter cæt. de sacro Eucharistie Sacra mento, & alijs Sacra mentis Ecclesia, & articulis fidei, aliter quam S. R. E. credit tenet, & prædicat, & docet, quam plurima temere, & damnabiliter credere ac tenere; prædicare atq[ue] docere pertinacter attentabant J & inferius, vt haec eticos habendos pronuntiata, qui de Sacramento corporis, & sanguinis D. N. Iesu Christi, vel de baptismate seu peccatorum confessione, pœnitentia pro peccatis iniunctione, vel reliquis Ecclesiasticis Sacra mentis, seu fidei articulis, sentire, aut docere ( auderent ) aliter, quam Sacrosancta Rom. Eccles. prædicat, & obseruat. J & iterum ponitur art. 8. Ioannis Hus, ad inquirendum, & castigandum eos, qui illum cum alijs articulis damnatis, defendere, vel prædicare præsumperint &c.

In Concil. Florentino in vniōne Armenorum, recensentur septem Sacra menta, inter quæ matrimonium. Nouissimè Tridentinum sess. 24. sic dicit. Cum igitur matrimonium in lege Euangelica veteribus connubij per Christum gratia præfet, merito inter nouæ legis Sacra menta annumerandum, Sancti Patres nostri, Concilia, & vniuersalis Ecclesia traditio semper docuerunt, aduersus quam impii homines in fanentes &c. & mox anathematis dirigit in Luth. & Calu. can. 1. si quis dixerit matrimonium non esse verè, & propriè vnum ex septem Sacra mentis à Christo D. institutum, sed ab omnibus in Ecclesia inuenit, anathema sit. Traditioni innixum est Concilium Trid. quæ quando sola esset, sufficiens est oppilare Calu. & Luth. calumnias: & quando nollent ea conuinci aduersarij, satis esset consensus Ecclesia à tempore Hugonis per 500. annos ad eos euincendos, cui confessui Lucius 3. & Concilia citata inherendo, aliter sentientes ex doctrina, & praxi, seu obseruatione Rom. Ecclesia, damnarunt. Conciliorum etiam meminit Tridentinum, alludendo ad Constantiense, & Florentinum: Sanctos Patres quoque allegauit, non solum respiciendo ad ultime etatis Patres, sed ex particula semper, vt se opponeret Calui.

# 190 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

no, ad antiquiores ante Gregorium respexit, vt ad Augustinum, & alios citatos, vbi nota ex nostro F. Petro de Soto, quod licet rarò inueniatur nomen Sacramenti in antiquis Patribus tribui, vt aperte in hoc consensum Ecclesiae ab eius ortu aperte probari posse non appareat, res tamen semper à Patribus, ait, idem fuit credita, nempe matrimonium esse sacrum signum, & diuinum, & in eo esse sanctificationem, & à Christo sanctificatum, vt probatum est: cui veritati signum illud adstipulatur, quod Patres noluerunt altere celebrari matrimonium, quam benedictionibus Sacerdotum, & oblationibus; non. n. vt tōstrinam, vel agriculturam habebant, sed vt sacrā cœremoniā à Christo sanctificata, & signū diuinus institutum, causans vt explicatum est nempe coniugalem, & virtutem spiritualem, nempe gratiam. Accedit antiqua praxis confitendi, quæ de consilio est ex Petro Soto, vt purius Sacramentū suscipiatur, vt dictum est. Sic euaniē monstrantur calumniae horum impostorum,

## Mendacium

### Circa liberum hominis arbitrium.

**L** Vth. in colloquijs latinis c. de libero arbitrio sic dicit,  
[ Nomen liberi arbitrij odiosissimum semper fuit omnibus Patribus, quamvis ipse nos concedimus, Deum homini dedisse liberam voluntatem.]

## Conuictio.

**S** Ed mentitur in caput suū impius apertissimè & reuincitur ab Iræneo lib. 4. c. 9. Clé. Alex. primo Strom. & lib. 4. Orig. hom. 1. in Ezechielē, & p̄f. in lib. Periarchon. Ath. Oration. 2. cōtra idola, Cyrill. Hierosolym. catech. 4. Nazianz. apolog. 1. Epiph. h̄r. 61. Chrysost. hom. 22. in Genesim, Hiero. 2. contra Iouinia. Aug. lib. 1. & 2. de libero arbitrio, lib. de gratia, & lib. arbitrio. tract. 4. in Ioann. ep. 47. ad Valent. Ipsemēt à se ipso confutatur Lutherus, tot. n. Patrum testimonijs victus, eo libro quem visitationem Saxoniam vocat, hæc habet. *Multi de libero arbitrio indiscretè loquuntur, idē hanc breuem informationem adscriptissimus.* Homo habet ex propria virtute liberum arbitrium ad faciendum, vel omittendum opera externa, per legem, & personas ad actas. Quapropter potest, & secularem iustitiam, & bona opera facere de propria virtute, à Deo ad hoc data, & obtenta; Paulus. n. eam vocat iustitiam carnis, hoc est quam caro, aut homo propria virtute facit. Si ergo operatur homo ex propria virtute illam iustitiam, utiq. habet electionem, & libertatem, & fugiendi malum, & faciendi bonum, & Humfredus Iesuitissimi parte 2. p. 530. ante med. docet, quod Clemens Alexanderinus, Theophilus, Cyprianus, Iustinus meritum operum astruant.

## Mendacium contra cælibatum Sacerdotum.

**I**N cælibatum Sacerdotum mendacium fabricatus est Gulielmus Vuitakerus lib. 7. contra Dur. pag. 460. ante med. dicens. *Ip̄ primus cælibatum Sacerdotibus imposuit.* Nempe Siricius.

Et Mortonus in Apologia Cath. c. 73. pag. 219. conglomerat plura testimonia, quibus probare conatur Siricum primo decreuisse Sacerdotes cælibes esse debere.

## Conuictio.

**A** Nte Siricum suisse legem in Ecclesia de eiusmodi cælibatu, patet ex Origene hom. 23. in Numeros in hom. 8. in Leuit. Epiph. h̄r. ref. 59. Hieronymus quoq; qui tempore Damasi vixit, prædecessori Siricij, in Apolog. ad Pamachium c. 3. & in c. 1. ad Titum, & lib. 1. c. 19. aduersus Iouinianum, tanquam Ecclesiæ praxim à Patribus receptam, recenset abstinentiam Sacerdotum, & Diaconorum à connubio. et Optatus Mileitanus qui ( vt ex eodem Optato colligitur ) 2. lib. contra Parmenianum, Siricio coetanæus fuit, cum Siricio totum orbem communicasse docuit; totus autem orbis cælibatus legem seruabat in Asia, Africa, Europa, ex Hieronymo supra. Agnoscunt id quoque Centuriatores infrā citandi a. vltimo.

## Mendacium contra Matrimonij indissolubilitatem.

**P** ER diuortium licere coniugi innocentem alterum inite matrimonium, suisse in usum in veteri Ecclesia scripsit Melancton in examine ordinandorum anno 1554. & in appendice locorum communium anno 1552. id, imponentes, docuisse Origenem, Eusebium, Hieronymum &c.

## Conuictio.

**S** ED crassum est mendacium impostorum, nā Origenes in Matth. solum scriptis id solum permisisse quosdam Episcopos ad vitandum maius malum. Eusebius meminit cuiusdam particularis diuortij, sed nunquam scriptis viuente altero coniuge, alteri nupsisse. Factum vero Fabiolæ Hieronymus improbat, reamq; peccati facit &c. vt supra dictum est.

## Mendacium contra Primatum S. Petri.

**M** Iddeltonus in Papistomastige impres. fo 1606. pag. 200.  
Papias, ait, primus parens, ac inuentor fuit traditionum, & primatus Petri, seu fassus Romani Pontificis.

# De Patrum sensu, & authoritate. 191

## Conuictio.

**S**ed præter PP. & antiquitatis testimonia, qui apertissimè primatū Petri etiam ex scripturis demonstrant supra reliquos Apostolos, nempe Clement. Ignatium, ipsimet Nouatores catholicā veritati testimonium perhibent. Caluinus citatus ab Vvitgisto in def. p. 173. sic dicit *ex duodecim Apostolis unus cæteris præerat*. Musculus ibi d. cit. p. 66. sic dicit, *nec angelici spiritus, nec ipsi Apostoli omnes inter se æquales sunt, multoies legimus Petrum primum inter cæteros locum habuisse, quod non negamus. ipse Vvhitgistus p. 375. ait inter Apostolos unus primus fuit, qui cæteris authoritate pollebat, ut schismata compонeret, & in eodem tract. p. 62. & seq. respondet quibusdam scripturæ locis, quibus aduersarij contra primatum S. Petri abutebantur. hæc pauca de plurimis.*

Sed Lutheri ipsius calculo ipsos sic euincimus satis mendaces, lib. de votis monasticis, vbi sic dicit. *Mendacia certè dignoscere non potes nisi quando sibi metipsis contrarijs sunt. A Deo. n. ita ordinatum est, ut impij semper se ipsos confundant, & quod mendacia non consonent, sed semper contra sibi metipos corantur.* Cum ergo hæc omnia non consonent veritati, imò & plerumq; contra se pugnant ( vt patet cum varia, & contraria mendacia effutiunt circa defectionem Ecclesiæ, quam somniant, circa Antichristi ortum, & huiusmodi, non conuenientibus eorum testimonijs, his hæc, illis alia secula designatibus) hac sola varietate, & pugnantia, spiritus hæreticorum mendax reprehenditur. Vel ex hoc tandem resipiscant seducti, & non veluti aureas Pythagoræ sententias, quas imperitis veluti dulces liquores, e cathedra instillant, tam splendida mendacia amplectantur: sed in earudem peccati penam illud adimpletum est, quod Hierem. 5. cap. scripsit: *sutor, & mirabilia facta sunt in terra: prophetæ, Lutherus, Caluinus, &c. prophetabant manibus suis: & populus meus dilexit talia, ne-pe hæreticorum vulgus deceptum, & captum muscipulis pseudoprophetarum circumuenientium. sed de hac re iterum redibit sermo infra, cum de moribus, & tesseris hæreticorum tractabitur.*

## Mendacium.

16 **A** Diversus Romanos Pontifices lib. 1. Rei pub. c. 4. sic Spalaten. oblocutus est.

[Sed neque silentio prætero, ipsomet Episcopos Romanos hoc primum videri suæ sedi attribuisse, eam esse Petri sedem, & consequenter se Petri successores asseruisse, &c. & citat pro se Firmilianum.]

## Conuictio.

**S**plendidissimum mendacium. Nam & Cyprianus, Optatus, Athanasius, Hieronymus, Chrysolog. quos idem citat Spalatensis, summo consensu, hunc Sacrum Principatum cum successione, in Romano Pontifice, non usurpatum,

sed diuinitus institutum agnoscunt, quibus nefas est homunculum se opponere. Parum vero illi suffragatur Firmiliani authoritas, apostatico in spiritu contra Stephanum insurrexit, quem M. Antonius imitatus est, sed dissimili forma, nam tandem Firmilianum admissi sceleris huius puduisse, & penitusse scribunt Hier. contra Lucifer. Aug. contra Cresco. l. 3. c. 3. at & si M. Antonium suę apostasię pœnituerit, iterum relapsus, in cadavere igneas pœnas exoluit. Hæc dixisse satis est, vt agnitis mendacijs, quæ isti velut vene na suffundunt, caueant Ecclesię filij vel etiam seducti ab eorum dictis, & scient antiquitatis monumenta euoluendo, vt dicebat Tertull. contra Gnosticos nulli infirmorum facile nocitura, se quis hanc nostram ex fide præbiberit, veletiam superebiberit potionem.

## ARTICVLVS VI.

An iustæ sint calumniæ Nouatorum, quibus sanctorum Patrum personæ proscinduntur, & lacerantur.

### Positio blasphemæ Nouatorum.



Vm luce claritus vidissent hæretici testimonijs seculorum recurrentium, vsq; ad Apostolica tempora conuici, ea que firmissima esse tela ad eorum contundendam peruciaciam, primum, successiōrem istam oppugnare ceperunt, proclamantes non ad certas personas, & loca, sed ad Dei verbum, & Euangeliū esse alligatum: mox cum nec id subsistere posse cernerent, centurias ediderunt, vt non pertinere a catholicis successionem, ostenderent: sed cum etiam yiderent antiquitatem, nec pro se stare, veritatis argumentis destituti, ad calumnias, & conuicia contra Sanctos proriperunt, linguam, & calamum armando, fingendo nescio quas inclinations doctrinæ neutrōs, palea lapsus Patribus tribuendo nedum in genere, sed & in specie. De S. Dionysio hæc effutiuit Luther de captiuitate Babylon. cap. de ordine: *in illo nihil esse solidæ eruditio[n]is, et in colloq. mensalibus c. de theologia schol. multa, inquit, garrit de diuinis nominibus, de Ecclesiastica, & cœlesti Hierarchia.* Melancton in 14. cap. ad Roman In eis ait sunt initia Monachatus; quod graui reprehensione dignum est: non discernit inter Sacra menta diuinitus insituta, & humanas traditiones. In scuto fiduci Genevensis dial. 11. Caluinicole in effingendis mendacijs, & vanis somniis portentis, audacem, & insolentem fuisse ausi sunt proclamare. Caluinus ipse lib. de vera parti-

# 192 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

participatione Christi in cena eosdem libros Dionys. multi insulsi, & monachalibus nugis, & multis absurdis commentis, & impijs speculationibus scatere, pronunciauit; & lib. i.c. 14. 4. varium stultum, & garrulum, pronunciat, & lib. de reformandæ Ecclesiæ ratione post medium ait. id probant nescio cuius testimonio, quæ Sanctum Dionysium vocant, cum ad l' bidinem suam, etiam in sanctorum numerum retulerint.

Bartholomeus Causæus dial. 3. & 11. vocat delirum senem. Clementem Romanum, idem Causæus vocat superbum nequam, a Diabolo fascinatum. Feces & Zizania protulisse. Centuriat. lib. i.c. 10 centu. prima diabolico infido contagio & superbia animi obsecratum. Nebulonem, vocat scutum fidei Geneu. dial. 11.

In epistolis Ignatij putidas nœrias ait inueniri Calu. lib. 1. c. 14. & Vvoctonus in defens. Parkini pag. 340, testimonio cuidam S. Ignatij martyris respondens, ait. liberè dico huius testimoniū nihil valere, quia in Theologicis parū uersatis est. Irænum Cent. 2.c. 10. traducunt, quod opinones incommidas, seu stipulas quasdam, & non exiguae habuerit. Nescio quid fanaticum Irænum edidisse, pronunciant. Idem obmurmurat Vvitakerus apud Campianum. Adam Scultetus lib. 3. c. 8. medulla theologiae, stipulas super addidisse fundamento Apostolorū, Scutum fidei Geneu. dialog. 8. ait nunquam sacras perlegisse scripturas, nec intellexisse Apostolorum symbolum, sed & multa in Christum protulisse pestifera nefaria, & ab omnibus rei cienda multa temerè commutasse, & a vera Apostolicaq; doctrina nec habuisse veram confessionis fidei sanctæ, religionis Christianæ, intelligentiam.

In Iustino reperiri sententias militantes, nœnos, lapsus memoria, pronunciauit idem Sculatus cap. 17. Magicam incantationem, consecrandi morem. descriptam à Iustino apolog. 2. ad Antoninum pium vocat Calu. lib. 4. c. 14. In Athenagora vero idem Sculetus lib. 2. c. 5. nœnos lectorum agnoscere liberum arbitrium more Philosophorum nimis extollere. Osiander epist. cent. 2. p. 56. & cent. 2. col. 207. Puritani in brevi enarratione falsitatum concionis D. Brancrofti pag. 203.

Clemens Alexandrinus à Tilmanno Heshusio lib. de seruo arbitrio, vocatur, rudit in doctrina Christiana.

De Gregorio Nazianzeno dicunt Centuriat. supra cap. 10. quod peculiaribus luserit opinionibus, & Scutum fidei dial. 8. pag. 258. Dei perpetuum vocat inimicum, quique ignoraverit, quæ propria manu consignasset. Melanthon in in 14 ad Rom. dicit, quod fictas narrat fabellas, & una cum Basilio errores traxit suorum temporum; malo exemplo instituerunt cœtus Monachorum; & quidam libri eorum sunt pleni falsarum opinionum, de celibatu, & quod continent ridiculas nugas. & in eundem sanctum, Orientis iubar, iocatur scutum Geneu. dial. 8. nempe. Quod Sanctum Gregorium citas, orantem Basiliū, ut pro se oraret &c. docere te volo, Gregorium dum eiusmodi sermonem habuit, quid diceret nesciisse.

Cyprianū Luth. 1. cit. de Patribus supra vocat infirmum theologum. Magdeburgenses, impudicum, destitutum a Deo depravatorem paenitentia. Cent. 3. c. 4. sibi contradicere in doctrina de libero arbitrio dicit Sculterus lib. 8. c. 24. Scutum fidei dial. 11. inter declamandum ait, effundere inter dum absurdas sententias, & immoderatis hyperbolis exagerare causam, quam instituit: multa continere plena absurditatis, quapropter ipsius dicta pro dogmatibus habenda non esse.

S. Athanasium Sophistam vocat Valentinus Gentilis apud Calu. in historia de actis Gentilis, & quod quartum Deum introduxit, sacrilegij incusat. Symboli corruptorem nuncupat: & symbolum eius nugas dicere non erubescit.

Chrysostomum Centuriat. 5. cap. 5. irrident, vocantes eum bonorum operum encomiasten, & iustitiam fidei obscurare. Lutherus supra impudentius dicit, Chrysostomum nullo loco habeo, non est nisi loquaculus. Eius A chates Philippus in comm. 14. ad Rom. Chrysostomus, ait, multos statim sex vitiosos mores recensens, non reprehendit, scut laudat adeuntes monumenta Sanctorum, monasticam immodicis, & falsis laudibus ornat, eius enarratio est obscura, nec ubiq; secum ipsa consentit, longius excurrit extra septa: scriptum eius de paenitentia, pleraque falsa continet, & confusum, & perplexum est.

Theophilum Alexandrinum Causæus dial. 15. Hypocritum, intoxicatedum Monachum, & Doctorem trium lectionum ] vocat.

S. Hieronymum sic Luth. traducit lib. de seruo arbitrii. Hieronymus nibi obiectitur homo nullius iudicij, neq; diligentiae in seim. conuiu. eundem dicit Monialum amatorem, & in Auribro tit. de PP. Nullum scio inter Patres, cui ita inimicus sim, atq; Hieronymo] & in c. 22. & 31. Genesis impia ait, & detestanda est vox Hieronymi, quin te Hieronymum conculcamus una cum Bethleem, cuclelo, & deserto. Brentius in Apol confess. Vvitemb. vocat cum conductitiō Rhetorem Caluinus in 4. Ionæ v. 14. Hierony. ait fuit natura cauillosus, lusit protervè, eundem vocat maligni, & peruersi ingenij, in p. Corinth. 7. impium quoq; dicit, idem apud Rescium verbo Patrum hostes, eo quod dixerit paenitentia esse secundam tabulam post naufragium, hominem furiosum, mente alienatū præcipuum scripturæ corruptorem vocat Causæus dial. 6. 7. & 8. Brentius in prolog. sol. 110. in Patribus ait sunt errores, Cyprianus anabaptizat, Hieronymus Origenizat Melanthon in 14 ad Rom. eundem ait, confirmare falsas, & superstitiones opiniones de traditionibus humanis, vituperare coniugii, contumeliosa oratione insectari nuptias &c. eisq; multos in scriptis Hieronymi non exiguos lapsus. Beza Hieronymum aequè damnatum facit, ac diabolum, iniuriosum Apostolo, blasphemum, sceleratum, impium. Scutum fidei dial. 6. 7. 8. Hieronymum dicit hominem inconstantem, furiosum, rabidum, mente captum. sibiique repugniam facit, sacra scriptura euer forem: eum stultas ait infelices, & fanaticas opiniones nititur afferere, & quod pro cereis contra Vigilantium scripserit, & magis fidelem se præstans Vigilantium, illum morem

morem irridendo, quam Hieronymum dial. 8.  
pag. 223.

Ambrosium ieiuniè scripsisse (dixit Lutherus). Per multa crassa habere de inuocādīs mortuis, dicunt Centuriat. 4. c. 4. diabolica visione fascinatum, & cacodæmonis voce delusum dicit Causas 6. 7. & 8. dial. diabolica illūsum malitia dicit Geneenses in Scuto fidei dialog. 6. Brentius fol. 138. suæ Apolog. sic dicit. Illi Ambrosium habent magistrum, nos Christum magnū doctorem sequimur, quia Ambroso aliquoties nonnulla verba exciderunt, eundem deridet V vitakerus.

Augustinum Lutherus lib. contra Regē Anglia sic traducit. *Quis est Augustinus? quis nos cogit illi credere?* & in colloq. conuiual. tit. de Patribus, suum Melanthonem præfert Augustino dicens. *Apologia Philippi omnes Ecclesiae doctores superat, etiam Augustinum:* Melanthon in c. 14. ad Roman. de Augustino loquens ait. *Interdum in eius scriptis figuræ orationis occurrit non satis explicatae, aut commoda, nec satis assuefactus fuit ad accuratas disputationes &c. sermones de purgatorio, qui huius aetate percrebescere coepérunt, nec refutat, nec confirmat, plus tribuit voīs, quād conueniebat, non satis considerauit quid vītij in votis fuerit: vincebatur enim vulgaribus opinioribus sui facili.* Theodoricus Neppius lib. de Eucharistia dicit. *D. Augustinum, non leuum errorum semina iecisse, vel ab alijs iam sparsa auxisse, atq; confirmasse.* Gentilis censura de Patrum scriptis: *Magistrū imperiosum appellat, Magicum scriptorem, & Sophistam.* Aretius addit quod si superstes esset in hac Euangeliū luce, libros de Trinitate ipse met in ignem proiceret. Caluinus eundem Sanctum vocat *Theologastrum nugacissimum, blaterantem nugas, quod τὸν λόγον Græcum latine reddiderit.* Verbum eiusdemq; commentaria dicit, falsa, prophana, inepta, absurdā plusquam anilia deliramenta, effici fabularum insomnia, allegorias pueriles, & frigidas hominem in omnī doctrina varium, & inconstantem, quem decrepitate vetuæ emoueant desideria, comment. in Io. c. 1. 6. 11. 3. 15. 20. & lib. 3. instit. c. 20. §. 20.

Gregorium dicit Lutherus in colloq. mensal. à diabolo deceptum. Melanthon supra, quod Ethnico more ornauerit statuas: magnæ impietatis confirmauerit initia: in Ecclesiās alienas sibi imperium sumperit: impie destruxerit coniugia: iniustus aduersus eos, qui infantes ē monasterijs abstrahebant, fuerit &c. lapsus denique sit in manifestam impietatem, & tyrannidem. Calu. in 2. cap. Abachuc: *Multis erroribus Gregoriū esse imbutum pronunciat, & lib. 1. c. 11. s. 5. negat in schola spiritus fuisse edoctum.* In schola Spiritus Sancti minime educatum lib. 1. c. 11. Bullin. lib. de Origine erroris Missæ c. 4. eundem vocat *Magistrum ceremoniarum, nouandi cupidum.* Gaspar Peucerus in chronicis, *superstitionum architectum.* Eundem cum S. Augustino Anglicorum Apostolū vocat, duces, & coriphæos superstitionis Papisticorum, ita Villettus in Tetrastylō Papismi p. 122.

Leonem ambitiosum facit Caluinus lib. 4. in-

stit. c. 7. similiter Leonem, Iulium, Clementem Pontifices, de Christo dixisse, quod in schola Iuliani didicerunt. Sed & Prudentium V vitakerus apud Campianum, non ut Christianum, sed ut poetam dicit martyria decantasse. Bedā inuolutū erroribus Pontificijs diffimant Osland. epit. cent. Cent. 8. l. 2. c. 3. S. Bernardum dicunt Centuriat. centur. 12. c. 10. coluisse Deum Moozin, & acerrimum esse propugnatorē Sedi Antichristi. In genere vero contra omnes lingua armat Lutherus, tumidus, & superbus, bellua apocalyptic habens in ore blasphemias dicens. *V alde spectosum, & robustum videtur argumentum Papistarum: Ecclesia tot seculis sic sensit, & docuit: Sic senserunt, et docuerunt omnes primi tunc Ecclesia Doctores viri Sanctissimi, quis es tu, qui ausis ab ijs dissentire? quid responderi debeat respondet vafre idem Lutherus. Quando Satan hoc vrget, constanter dicas: Siue S. Cyprianus, Augustinus Ambrosius, siue S. Petrus, Paulus, Ioannes, imo Angelus de cælo aliter doceat, tamen hoc certo scio, quod humana non suadeo, sed diuina: ibi enim cum fiducia dicere possum, esto sanè Ecclesia, Augustinus, & alij Doctores, item Petrus, Apollo, imo Angelus de cælo diuersū doceant, tamen mea doctrina est huiusmodi, quæ solius Dei gloriam illustrat. Petrus Apostolorum summus vivebat, & docebat extra verbum Dei. vnde tale est ipsius argumentum. Ego suadeo diuina, & humana omnes ergo Patres stipites, & fungi fuerunt, hæc impius in comm. ad Gal. c. 1. fol. 290. & Centuriatores similiter vniuersitatisq; seculi Patres infamant. Sed & Caluinus cum his omnibus pessime aduersus Patres tot scommata eructat, vt ad decem sequentia prædicamenta redigi possint.*

### Prima categoria oppositionum.

**P**Atres sunt erronei, ergo nullam habent auctoritatem: antecedens authoritate Thrasonica enunciabit.

Centuriatores circa animæ productionem cent. 5. 1. 4. inter errores, & nauos Augustini referunt, quod docuit animam non esse ex tradi-  
duce.

Parum ait Caluinus *me mouent circa satisfactionis articulum, quæ in veterum scriptis de satisfactione passim occurruunt.* Video quidem eorum nonnullos, dicam simpliciter: omnes fere quorum libri extant, aut in hac parte lapsi esse, aut nimis aspere, ac dure locutos 2. instit. c. 4. §. 38. V vital in Campianum rat. 5. pag. 78. obmurmurrat, quod Cyprianus, & [ alij Sancti Patres illius temporis, in eo fuerunt errore, quod satisfactiones de peccatis oporteat facere pro poenis, peccato debitis, dimittendis ] idem scribit in defensione translationis Anglicanæ, eosdē Patres satisfactionem afferentes, vocat Lutherus in ep. ad Galat. iuxta versionem Anglicanam, operarios iustitiae veteris Papatus, in specie Hieronymy. Ambrosum, Aug.

De lib. arbitrio 2. instit. c. 2. inter scripiores ait *Ecclesiasticos multi eorum longe plus æquo philosophis accesserunt, & infra: certe quas retulimus*

# 194 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

sententias videlicet antiquorum Patrum de libero arbitrio esse falsissimas paulo post constabit. Cent.2.c.4.col.58.l.59. obscuratam esse a Patribus eo seculo doctrinam de libero arbitrio, & addit: eodem modo Clemens liberum arbitrium, ubiq; afferit, ut appareat in eiusmodi tenebris, non tantum fuisse omnes eius seculi DD. verum etiam in posterioribus eas subinde creuisse.

Et circa cooperationem liberi arbitrij cum gratia lib.2.c.3.num.47 non recte ait à Chrysostomo scriptum est, nec gratiam sine voluntate, nec voluntatem, sine gratia quicquam posse operari. & superintendens Cantuariensis Vhigistus in defens. sua contra Cartounghit. p. 472 & 473. agens de doctrina cuiuscumq; aitatis ab ipsis Apostolorum temporibus ait: omnes ferè Episcopi, et scriptores, tam Græcæ, quam Latinæ Ecclesæ, maxima parte infecti sunt doctrina illa de libero arbitrio, de merito, de invocatione SS. & similibus.

Circa iustificationem lib.3. c 11. §. 15. scholæ ait in detersus semper aberrarunt, donec tandem precipiti ruina deuoluta sunt ad quemdam Pelagianismum. Ac ne Augustini quidem sententia, per omnia recipienda est de persona mediatoris lib.2.c. 14. §. 3. atque hic excusari, ait, non potest veterum error, qui dum ad mediatoris personam non attendunt, totius ferè doctrinae, qua in Evangelio Ioannis legitur, genuinum obscurant sensum sequere implicant multis laqueis. Cent. 5. col. 1178. Chrysostomum impure dicunt tradere doctrinam iustificationis.

Circa concupiscentiam lib.3.c.3. §. 10. neque opus est multum iuuestigando laborare, quid hic veteres seferint, scilicet paulo post] inter Augustinum, & nos hoc discriminis interest, quod ipse concupiscentiam non audeat vocare peccatum, sed infirmitatem, nisi consensus accesserit, nos autem pro peccato habemus.

Circa orationem pro defunctis, dicunt aduersarij, quod S. Ambrosius illam probauerit, & quod sit communis error illius temporis, Fulco in confut. Purgat. p.78. & 320 ante m. & s. Augustinus ex cœciata eam defendenter idem p. 194. Calu.3. institu. c. 5. §. 5. cum niki, ait, obi ciuit aduersarii, ante mille, & trecentos annos usus receptum fuisse, ut precatrices fierent pro defunctis, eos vicissim, interrogó, quo Dei verbo? quare reuelatione factum sit? & postea de Patribus haec dicit. Abrepti etiam ipsi fateor in errorem fuerunt, nempe ut inconsiderata credulitas priuare iudicio solet mentes, et paulo post. Monicam matrem suam in libris confessionum Augustinus narrat vehementer rogasse, ut sui memoriae in peragendis mysterijs fieret ad altare anile sicut locutum, quod filius non exegit ad normam scripturæ, sed pro naturæ affectu, probari alijs voluit. Liber autem de cura pro mortuis ab eo compositus tot habitationes continet, ut suo frigore merito debeat stulti zeli calorem extinguere, sic quis mortuorum patronus esse appareat. & 2. instit.2. § 4. veteres omnes, excepto Augustino, sic in hac re, aut variant, aut vacillant, aut perplexo loquuntur, ut certi ferè nihil ex eorum scriptis referre liceat. & 2.c. 16. n.9. Sed hæc fa-

bula ait, tametsi magnos authores habet, & hodie quoque à multis serio pro veritate defenditur, nihil tamen quam fabula est nam concludere in carcere mortuorum animas, puerile est. Circa prædestinationem Calu.c.3.22. mutu.1. neque hæc vulgo recepta opinio solius vulgaris habuit enim facultis omnibus magnos authores, quod ingenuè fateor, ne quis cause nostræ magnopere obfuturum confidat, si eorum nomina contra opponantur.

Circa meritum, Calu.lib.3.c.15. 2. vñ sunt factor pastim vetustæ Ecclesæ scriptores nomine meriti, atque utinam vocula unius abusu, erroris materiam posteris non præbuissent. Circa christi Sacram. Kemnitius PP. antiquos reprehendit in exam. p.2. pag.88. signanter Cyprianum, Cornelium: & Ministri dieccesis Lincolniensis in compendio pag. 42. Cypriano, et Ambrosio impingunt tanquam errorem, quod esse Sacramentum confirmationem fassi sint.

Circa solemnum pœnitentiam, lib. 4. c.12. §.8. quia in parte excusari nullo modo potest immoda ca veterum austeritas, quæ & pro suis a Domini præscripto diffidebat, & erat mirum in modum periculosæ. Vniuersaliter sic pronunciavit in materia de votis Petrus martyr. de calib pag. 462. Quamdiu consuetus in Conciliis, & PP semper in iisdem erroribus versabimus, et Luth. de seruo arbitrio p. 934. afferit. Patres præcedentium seculorum cœcos fuisse, imperitos scripturarum, toto tempore vita sue errasse etc.

Circa delationem Eucharistie ad ægrotos, sic dicit 4.cap.17. § 39 si quis vetustate tueri huic huiusmodi inuentiones velit, nec ipse ignoro, quam vetustus sit chrismatis, & exsufflationis in baptismo vñus quam non longe ab ætate Apostolorum cena domini tacta rubigine fuerit, sed isthac scilicet humanae confidentie procacitas est, quæ se continere nequit, quin semper in Dei mysterijs ludat, & lasciviat. Et 4.19. 1. I am verò cum verbo Dei, & probabilitate ratione definiri se vident, pretexunt, quod solent, vetustissimam esse hanc obseruationem, & multorum seculorum consensu firmatam, etiam si id verum esset, nihil tamen efficiunt. Circa sacrificium scriptit Calu. in ep. ad Heb. c. 7. v. 9. p. 924. m;ror tot Veteres Ecclesæ Doctor es hac opinione occupatos fuisse, certe, ut error errorem trahere solet, cum ipse sacrificium in Christi cena, nullo eius mandato finierint, adeoque canam adulterasset, addito sacrificio, colores posse a hinc inde accersere conati sunt, quibus errorem suum fucarent, idem dicit I.b. de vera Ecclesi. reformat. p.389.

9.

II. Secunda Categoria. sūt PP. Idolatriæ, & Dei abiuratores, ergo &c.

Caiuinus 1.4.c.17. §.36. circa adorationem sacræ Eucharistie, quare ait qui Sacramenti adorationem excogitarant, eam non modo à seipso somniantur citra scripturam, & bi nulla illius mentio ostendi potest ( que tamen non fuisse prætermissa si Deo accepta foret ) sed reclamante scriptura, suæ sibi libidinis arbitrio, Deum fabricati sunt,

de

# De Patrum sensu, & authoritate. 195

derelitto Deo viuente, quid enim est idolatria se hoc non est, dona pro datore ipso colere? Vbi duplex peccatum est: nam & honor Deo raptus ad creaturam, traductus est, & ipse etiam impoluto, ac profanato suo beneficio inhonatur, dum ex sancto eius Sacramento factum est execrabilis idolum, & cap. 5 §. 13. projectum videmus ista ingeniosa subtilitate, ut panis pro Deo haberetur.

Et 4.C. 19. §. 7. qui oleum vocant oleum salutis, salutem, quæ in Christo est, abiurant, Christum abnegant, partem in Regno Dei non habent.

§.

## III. Categoria sunt Impostores, & Incantatores.

¶ Calu. 4. 15. 19. Cum antem videret Sathan stulta mundi credulitate, absque negotio ferè inter ipsa Euangelij exordia, receptiones esse suas imposturas, ad crassiora ludibria prorupit, hinc spectra, & similes nugæ palam in baptismo probrum effreni licentia inuestitæ.

Et 4.C. 15. nu. 19. totam antiquitatem insimulat, ut veteres ipsi appareant præstigatores, & incantatores: quasi enim res esset contemptibilis ex Christi præcepto aqua baptizari, inuenta est benedictio, vel potius incantatio, qua veræ aquæ consecrationem pollueret, & 4.C. 17. 15. tam brutæ imaginationis causa fuit, quod consecratio tandem apud eos valebat, ac magica incantatio, & 4.C. 17. 39. Ita sicut non hic magicam aliquam incantationem imaginati sunt, decet ut saitis sit verba demurmurasse, quasi ab elementis exaudiantur, & 4. 19. 10. Os sacrilegum, tunc pinguedinem factore duntaxat anhelitus tui inquinatam, & verborum murmure incantatam, audes Christi Sacramento opponere, & conferre cum aqua verbo Dei sanctificata?

§.

## IV. Categoria. Sacrilegi, & blasphemii, in Pardonem Christi iniurij.

¶ Circa professionē Monasticā, quod in ea peccata dimittantur sic obmurmurat Calu. 3. 13. §. 14. nondum enim natum erat sacrificium illud dogma, quod professionē Monasticā Baptismo comparat, imo palam assert formam esse secundi Baptismi.

Circa sacrificium Missæ 4. 18. 2. ostendamus in missa intollerabilem blasphemiam, & contumeliam Christo irrogari, & §. 2. altera missæ virtus proposita erat, quod Christi Crucem, Passionem, opprimit, & obruit.

§.

## V. Categoria sunt superstitiones, ergo &c.

¶ Caluinus, circa materiam negationis gratia efficacis obstinatis 2.c. 4. ¶ sic dicit hic Augustinus quidem illa superstitione interdum solutus est, quemadmodum, ubi dicit indurationem, & excæcationem, non ad operationem Dei, sed ad præscientiam spectare.

Idem circa iejunia 4. 12. 19. At vero semper in primis cauendum ne quid obrepas superstitionis, in iejunis, quemadmodum ante hac magno Ecclesiæ malo accidit, & infra, qua in parte non in totū excusare audeo veteres, quia & superstitionis quedam semina iecerint, & occasionem præbuerunt tyrannidi, quæ possea exorta est, & §. 20. & tunc passim inualuerat superstitionis Quadragesima obseruatio, & infra fuit igitur mera xaozna, & superstitionis plena, quod titulo, ac colore imitationis Christi iejunium ornabant.

Circa signum Crucis. 4.C. 17. §. 28. ait, Augustinum superstitionis ritum inter symbola presentiae Christi numerasse. Circa alias cæremoniae, quæ in baptismo, & alijs Sacramentis fieri solent, sic dixit Beza in ep. Theol. c. 8. totum illū apparatum, quo vetustissimæ etiam illi Baptismo & cena Domini, se exornare posse putarunt, non satis mirari possum. pag. 79. eas vocat histrionicas inepitas, pag. 80. ut superstitiones habet, ait enim Plerique tamen ex vetustissimis illis, Christianorum sacra, non aliter, quam Cereris mysteria quedam occultanda censueræ &c.

§.

## VI. Categoria. Dæmones sunt, & Dæmonis satellites, ergo.

¶ Caluinus. Circa coniugium sacerdotibus interdictum 4. 12. 28. Paulus, ait, ex Spiritu Sancto denunciat, fore nouissimis temporibus homines impios, qui coniugium prohibeant, eosque non modo impostores nuncupat, sed Dæmones. Hoc igitur vaticinium, hoc Sacrum oraculum est Spiritus Sancti quo Ecclesiam ab initio præmunire aduersus pericula voluit, doctrinam Dæmonium esse, coniugij prohibitionem.

Idem. Circa operum necessitatem 3. 17. i. nunc persequamur alia quoque argumenta, quibus Sathan per suos satellites fidei iustificationem, aut diruere, aut deterrire molitur, nempe, quod obseruantibus legem promittatur vita.

§.

## VII. Categoria sunt Iudæi, & Pseudoprophetae, ergo.

¶ Idem. Circa sacrificium, & sacrificandi morem 4. 18. §. 11. Imitati sunt enim proprius Iudaicum sacrificandi morem, quam aut ordinaverat Christus, aut Euangeli ratio ferebat.

Et 4. 19. §. 21. scilicet rem ingeniosam conantur ex Christianismo, & Iudaismo, & Paganitate veluti consutis centunculis, religionem unam confidere &c eadem verba effuttiunt Feildus lib. 3. de Eccles. c. 19. Fulco in reduplic. Brist. replic. p. 28. Aschamus in Apol. pro cœn. Domini p. 31.

Circa festiuitatem dierum 2. 8. 24. ita euancientur nugæ pseudoprophatarum, qui Iudaica opinione populum superioribus seculis imbuerant, nihil aliud afferentes, nisi abrogatum esse, quod ceremoniale erat in hoc mandato (id vocant sua lingua die septimæ taxationem) remanere autem, quod morale est, nempe unius diei obseruationem in hebdomada.

# 196 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

§.

VIII.Categoria.sunt sine discretione,& iudicio,& deliri .

¶ Idem circa orationem pro defunctis lib.de vera reformanda Ecclesiæ ratione , edito , Geneuae anno 1566. non nego eiusmodi preces à Sancto Chrysostomo, ab Epiphanio, & S. Augustino, alijsque similiter fuisse receptas , quod eas à suis haberent antecessoribus &c. Verum boni illi, quos nominaui, nimia credulitate absque discretione vlla, vel iudicio id fecuti sunt, quod intra breue tempus autoritatem obtinuerat.

Et Galuiniani in clypeodial. 11. aiunt meras esse delirations , qua illi de hac re litteris consignarunt, talemque eorum doctrinam, præcipiti , qua ipsorum impellebatur caput, stupiditati esse adscribendam, cum vacui essent spiritu Dei , Circa traditionum confessionem, sic in Chrysostomum inuehitur Vvitak. de script. p. 678. eo quod dixerit 2. ad Thess. 2. Traditione est, nihil amplius queras. Respōdeo, inquit Vvit. [sermo iste inconsideratus est, & tanto Patre indignus.]

§.

IX.Categoria,quod modum excedant, Christi admonita negligant .

¶ Circa liberum arbitrium Calu. lib. 2. c. 2. 5. Græci præ alijs, atque inter eos singulariter Chrysostomus, in extollenda humanæ voluntatis facultate, modum excesserunt.

Circa Virginitatem, Calu. 1. Corint. 7. 5. 7. & 9. Præcipui doctores dum toti occupantur in effera- da virginitate, humanæ infirmitatis oblii, hanc Pauli admonitionem imo Christi ipseus neglexerunt.

§.

X. Categoria.sunt barbari, stolidi, fatui profani.

¶ Calu. Epist. ad Polonos pag. 1972. in opusc. edit 1566. hæc precatio, ait, communiter recepta : Sancta Trinitas unus Deus miserere nobis, mihi non placet, ac suam planè barbariem redoleat, & postea pag. 1973. stolidam, fatuam, ac prophana- nam vocat eorum fidem, qui docent credere in Deum esse credere in Trinitatem .

## CONFUTATIO EORUNDEN M Ex Orthodoxorum firmamentis.

§.

Ed contra. Primo quia secundum succeden- tes ætates, præclara posteriorum Patrum ex- tant testimonia de præcedentibus . Ignatium enim laudat Dionysius, aliosq; coelestis scientiæ laude præstantes, inter ceteros Hierotheum, Iræneus Polycarpi, & Clementis Romani au- thoritate, Sacra dogmata fulcit: idem præstat passim in suis operibus Clemens Alexandrinus honorificè de Patribus sentiens prioribus: eadē vestigia sequitur Athanasius filij Dei propu-

gnator acerrimus. Basil. lib. contra Eunomium Augustinus contra Donatist. & Pelag. decertans, vt diffusus, sup. cum de PP. elogij.

§.

¶ II. quia hæreticorum mos fuit semper alienè sentire de Patribus . Vnde Augustinus 2. contra Pelag. Julianum, eundem Patribus obre- stantem reprehendit, his verbis. Nunquid Iræneus, Reticius, Cyprianus, Olympius, Hilarius, Gregorius, Basilis, Ambrosius, & Ioannes de plebeia fece sellulariorum, sicut Tuliane iocari, in vestram inuidiam concitatam sunt? Nunquid milites, nunquid scholastici auditoria- les? nunquid nautæ, tabernarij, cæmetarij, coqui, lanij, nunquid adolescentes ex Monachis dissolu- ti? Nunquid postremo de qualicumque clericoru turba, isti sunt, quos urbana exagitatos dicacita te, vel potius vanitate contestaris? &c. & post hæc, Ipsi Episcopi sunt docti, graues, sancti, veritatis acerrimi defensores aduersus garrulas vanitates, in quorum ratione, eruditione, libertate, quia tria bona iudici tribuisti, non potes inuenire, quod spernas.

Et lib. 3. c. 17. hæreticis Pelagianis blasphemaribus per Sā Etos Patres Ecclesiæ deceptam, sic resistit: si enim per sanctos antistites Dei memo- rablesque doctores Iræneum, Cyprianum, Reti- cium, Olympium, Hilarium, Ambrosium, Grego- rum, Basiliū, Ioannem. Innocentium consti- prauerunt Ecclesiæ Manichæi, dic mihi Iulia- ne, quæ te peperit? Vtrum te casta, an vero me- reirix in lucem, quam deseruisti per uterum gra- tie spiritualis enixa est? an ut dogmata Pela- giana defendas, coningis Christi, & matris tuæ viscera instinctu nefario non erroris, sed furoris infamas? Usque adeo enim contra vetustam pul- chritudinem Saræ non inuenit, quod nouitia de- formitas mentiatur, ut tot Episcoporum glorio- rum catholicorum, in tanta suarum sententiariū manifestione, cum sensum in quibus sunt, quæ Manichæi, nec nōme audierunt, Manichorum blasphemia criminetur? ] in specie autem in his libris contra Julianum honorificis epitetis, ac titulis sanctos illustrat. Iræneo, quod non longe extiterit ab Apostolorum æuo, plenam auftontatem tribuit, Cyprianum beatissimum martyrem, & Episcopum appellat; Reticium ab Augusta- duno magnæ in Ecclesia auctoritatis; Olympiu- m Hispanum magnæ in Ecclesia, & Christo gloriæ; Hilarium Gallum venerandum, & Ec- clesiæ catholicæ aduersus hæreticos acerrimum defensorem; Ambrosium excellentem Dei dispen- satorem, sibique, ut patrem in Christo venerandum; Gregorium de partibus Orientis magnè nominis, Basiliū sine ambiguitate sanctū; Ioan- nem Constantinopolitanum Sanctum Episco- pum. Ambrosium iterum florem Latinorum ex- cellentem fidei dispensatorem. Hieronymum græco, latīno, & hebræo eruditum eloquio.

Rursus idem Augustinus, vbi in confessum Patrum Julianum aduocasset, subdit, & quid facies cum tibi dixerint: tolerabilius dente male- dico nomina consinderes nostra, quam fidem no- stram

# De Patrum sensu, & authoritate. 197

steam, cuius merito in cœlo nomina scripta sunt nostra &c.

§.

¶ Tertio propterea inuisi sunt Patribus, quia iam nondum natis hæreticis, iam apud ipsos causa nostra acta erat. vnde euidenter apparet, quod hæc lumina ciuitatis Dei impudenter, & imprudenter, hostiliter insectantur, quæ fideliter sectari deberent. antecedens probatur, debellat enim Dionysius Nouatores, qui Ecclesiastica hierarchiam defendit, traditiones monstrat: eosdem propulsat Clemens rituum Sacramentorum, & ceremoniarum, & legum Ecclesiasticarum, & disciplinæ assertor.

Debellat Ignatius, ordinum gradus recensens, notas Ecclesiæ tradens: debellat Iustinus cum Antenagora liberum arbitrium defendendo, opera virtutum prædicantes. Debellant Cyprianus exomologesis inculcator, sacrificij incruenti, primatus Romani Pontificis vindicta. Debellant in vniuersum alii Patres, purgatorium, memoriam martyrum, cultum Imaginum sanctorum, sacra dogmata ( controuersa ab impijs ) manifeste tradentes, bona fide consignantes filiis suis, aurum, quod in deposito acceperunt tradentes, non plumbum supponentes, nec scenum superextruentes, & stipulas. vt mentiuntur Magdeburgenses, sed aurum, & lapides preciosos super fundementum locantes.

Et tandem, quia Nouatorum totum Euangeliū est in impietate fundatum, nulloq; modo potest consistere, nisi veteres rejecliantur, & maledictis aspergantur, non est mirum si rationibus relictis ad conuicia, & maledicta profiliunt, & veluti desperatissimi homines, impietatis armis sumperunt, argumenta in contumelias transfrentes..

§.

Ad hominem ex eorum ineonstantiam: nam Patres contemnentes, ipsimet Nouatores reiciunt atq; confutant. Iosias Simlerus de eterno Dei filio lib. 1 c. 2. [ noui nostri Samosateni, Serueto imprudentiores, suas blasphemias aperte prædicant, quas tamen silencio perpetuo sepeliremus, nisi nostra ætate plures huius impietatis patroni, nos quasi vi protraherent ad disceptationem. Vt temur autem in harum confutationum paucissimis Patrum testimonij, non quod ea desunt nobis, sed vt aduersariis morem geramus, hi enim nos ad scripturas prouocant, & quia omnem antiquitatem sibi aduersari non ignorant, omnes sine exceptione reiciunt: imo Irænum, Iustum, Ignatum vetustissimos scriptores damnant, atq; Antichristos, & falsiloquos nominant. & in Caluniturismo lib. 1 c. 5. introducitur in persona Calunistarum Samuel sic loquens. Illud autem animaduerto, quum ex nostris alii Patribus multum tribuunt, alii nihil prorsus &c. illos priores esse, ut pauciores minus eruditos homines populares vulgi plausum captantes, eorumque auribus,

ut probabile est, sese accomodantes, & nusquam comparent nisi in Anglia nostra, ubi populus, tamen veteris suæ fidei tenacior, tu Episcopos, & Sacerdotes suos Patriū egregiis enomiis audiendis magis assuetus, diuinam plane de Patribus opinionem conceperat ] & postea loquens de Luther, Caluino &c. ait quod longe aliam opinionem suam in voluminibus suis ad omnem posteritatem transmissis, nobis reliquerunt, vt in eleganter attigisti ] & mox, quamquam ad exactæ rationis lancem renoco doctrinam nostram, non concipio, quemadmodum nos hæreticorum nomine liberemus, nisi doctores illos, vt improbos respuamus, & quos illi vocant hæreticos eorum in nos patrocinium suscipiamus: neque enim negari potest quin Arrium Vigilantium, Louianum, Pelagium, & multos alios Epiphanius, Hieronymus, Augustinus, Phil. hæreticos vocent, propter certa et notissima capita religionis nostræ quia negarunt Missam, cum illud sacrificium, & preces pro mortuis, invocationem Sanctorum, quæ vocabant vota Monachorum, & sanctimonialium, necessitatem pedobaptismi, iustificationē ex operibus, et eius generis alia, que omnia quam nos ex verbo Dei defendamus contra Papistas nostri temporis eosque, vt hostes Euangelii exercitamus: qui hæc cum vetustis illis Patribus impugnant, vitari non potest, quin, vt hos recentes Papistas, ita & veteres illos Patres ab eodem loco ducamus & utrosque ex æquo detestamur, nisi nobis ipsis hæreses maculam malimus inurere. Ioannes Serranus Araúcianus Minister in sua concordia religionum pag. 5. Quos autem meliores, & aptiores Apostolorum interpretes agnoscere possumus, quam & orthodoxos illos Doctores Ecclesiæ Catholice, qui ante natas controvicias uerunt in Europæis, Asianis, Africanis Ecclesias illustres, Irænum puta Athanasium, Gregorium Nazianzenum, Basilium Chrysostomum, ceterosque illos veros augustinum Patrum nomine apud omnes maximè reverendos: plane illorum fides, & authoritas omnibus peræque accepta est sanis. Hos testes, hos interpretes prophetæ & apostolicæ doctrine, quæ in sacerdotiis scripturis continetur omnes amplectimur. quod si per spicum sit Ecclesia in Concilijs, vt magnis suis comitiis coadunatam ei doctrinæ assensisse, et quis Christianorum dubitare amplius possit illæ veram esse doctrinam, omnibus semper, & ubiq; ratam quam scriptura doceat, doctores orthodoxi Ecclesiæ interpretentur, Ecclesia denique ipsa catholica suo consensu confirmet: & fol. 18. Non possum æquo animo, vel legere, vel audire scioloru[m] præterius, & conuictos sannas in orthodoxos Ecclesiæ PP. qui in illorum quidem scriptis hospites atq; peregrini, ac animosi Aristarchi de tota lege pronunciant, e legis particula carptim, & temere designata iudicio inciviliter præcoci, nemirum saepè damnantes, quod ne legerunt quidem ipsi unquam, vel minimè intellexerunt, eo audacieores quod imperitiores. Solidè eruditæ de Sanctis Ecclesiæ Patribus aliter iudicant. Hæc illorum propheta verissime.

**CONCLVSIO CAT HOLICA**  
*Satis impiè hæretici autoritatibus  
 Patrum pressi, ad conuitia, &  
 contumelias aduersus eos-  
 dem erumpunt.*

**R**Espondeo dicendum sicut dicit S. Gregorius in 8.cap.Iob. c. 23. lib.8.moral. *sæpe hæretici eosdem nobiscum Patres quos veneramur, laudant, sed intellectu deprauato, ijs suis nos eorum laudibus impugnant ] cum verò ipsorum auctoritate se premi sentiunt, ad maledicta prosliliunt, vnde idem dicit Grego. lib. 3.c.15. Si autem recta loqui incipimus ( Patres allegando) graues mox contumelias ex eorum response sentimus, protinus in aduerseatem prosliliunt, & contra nos in vocem doloris erumpunt . Cuius ratio inde accipi potest ; quia cum abieciissime jacere se sentiant, si eorum auctoritas cum auctoritate Patrum Ecclesiæ conferatur, proptere Ecclesiæ lumina tetrici blasphemiarum suarum nebulis obfuscare conantur, & ad contumelias confugiunt, quod quam impium sit satis Augustinus 1.contra Julianum inculcat dicens, *tantum ne apud te possunt Pelagius, & Cœlestius ut à solis ortu usque ad occasum tot, ac tantos Catholice fidei Doctores, et defensores, antiquos, & nostræ etati contiguos, dormientes, & manentes, non solum deserere, verum etiam Manichæos audieas appellare ?**

Secundo, quia dum hæreticis prioribus à prisciis Patribus damnatis manus iungunt, & subdole patrocinantur, & consanguineæ sibi improbitati, improbo suffragantur affectu, volentes eiusdem esse sensus, & spiritus, dolentes cognatas sibi hæreses ab Ecclesia esse disiunctas, quas sciunt sibi esse simili peruersitate coniunctas, in Patres inuehuntur, per quos ab Ecclesia eliminati sunt prisci hæretici, de quorum stripe surrexerunt Nouatores; vt enim dicam cum Cassiano de Incarnat. Verbi lib.1. c.2. dubium admodum est, *antiqua magis dici, an recens debeat* ( Lutherana ) hæresis, noua enim assertoribns, sed vetusta erroribus fuit. quare non est mirum si ad defensionem veterum hæreticorum, spirèt calumnias, dicēdo, Patres lapsos quia inquinunt, mortuos adorauerunt, missarum sacrificium inuenierunt, Monachorum vota, & merita probarrunt, qui nucleus, & medullam Euangeliū solam fidem iustificantem ignorarunt ] qui tamen si eos vt hæreticos haberent, Patres laudare necesse esset, per quos prisci illi, vt hæretici sunt damnati, vnde in simili dicit Augustinus Iuliano laudatori Pelagianorum, Patrum obtrectatori: abiiceres laudes Pelagianorum quibus tanquam magnus eorum defensor extolleris, et stylū vt mitius dixerim, contumeliosum, non tanquam pallio pudoris absconderes, sed tanquam manu emendatori confringeres.

Tertio ex Philautiæ vitio: vt enim se solos sapientes se diuinitus afflatos prædicent, se ipsos encomijs prædicant, & venerandam Patrum caniciem, vt delirantem, vt insanam aspernantur. Vnde sicut à simili Julianum Pelagianum Au-

gustinus arguebat, vocantem antiquos Patres Manichæos, sic hæreticos modernos interpellare possumus [ Mutat iam istam mentem, obliuiscere huius erroris, & propemodum furoris, quo in tot, ac tales Patres Manichæum iaculaberis opprobrium, si nesciens hoc fecisti cur non miseram respicis imperitiam ? si sciens, cur non sacrilegā deponis audaciam? iniuste ergo, & arroganter, & blasphemè Patres subsannant, astutiae, & fraudis, & superbia spiritu incitati.

*Solutiones oppositionum.*

**A**D primam Categoriam, & si Augustinus, vt patet libro de origine animæ, aliquando de hac re dubius fuerit, alibi, vt supra monstratum est, suā mentem expressit ex lib. de hæresibus. Tertull. idem error tribuitur: eam sententiam suisse multorum hæreticorum habetur lib. de Ecclesiastis dogmatibus c. 14. ex Concilio Toletano p. in assertione fidei. eadem, (ex Leone Papa, & ep. 93. ad Turibium c. 10.) veritas Catholica definitur, quod anima intellectua creetur: licet autem forte ab aliquibus existimat, non adhuc esse eam per Ecclesiam damnam, dicunt tamen esse hæresi proximam, vt potè communī Patrum, & Ecclesiæ doctrinæ repugnantem: sed inter damnatas recensenda, vt patet ex Cœcilio cit. & decreto Leonis. lege Sanctum Thomam 2. contra gentes c. 86. vbi inter errores Apollinaris eam recenset, *quod dixerit animas ab animalibus generari, sicut à corporibus corpora, & expresse hæreticam vocat eandem* sententiam 1.p. q. 118.a.2.

¶ Circa articulum satisfactionis, Concilia, & perpetuus vsus Ecclesiæ testimonium perhibet operibus penitentialibus, ex Concil. Nicæno can. 12. alias. 13. Carthag. 4. can. 76. Arausic. 1. c. 3. 5. Leo. ep. 9. Cyprianus sermone de lapsis, Greg. 3. lib. Reg. & innumeris Patres sensus Ecclesiæ sunt fidissimi testes, qui satis sunt ad nouitiam Nouatorum paraturam reuincendam, & delicatulos istos ministulos ventris, & carnis mancipia retundendos.

¶ Circa liberum arbitrium, errarunt Simoniani, Bardesanes, Manichæi, Mahometani, Petrus Abailardus, Viclephus. At illud propugnarunt Clemens Romanus ep. 3. Areopagita de Ecclesiastica hierarchia c. 2. p. 3. S. Ignatius ep. stola ad Magnesianos, Iustinus Martyr. ad q. 103. Athenagoras in Apologia pro christianis, Iræneus 4. lib. c. 9. & alij. Vnde progeniem viperarum se monstrant, & mali corui oua, liberi arbitrij opugnatores.

¶ Circa cooperationem liberi arbitrij cum gratia, antiquissima doctrina est Sanctorum, & Conciliorum utrumque requirentium in opere iustificationis, & adeo sunt clara etiam scripturæ testimonia, in quibus modo gratia petitur adiutorium, modo gratia exigit voluntatis consensu, vt mirum sit tenebriones homines cœcutisse in luce Euangeliū, & in verbis Euangeliū scripti, quod tantopere commendant. Vnū Augustinum legant, quem sui oblii, sic efferrunt Nouatores presertim Caluinus, vt in eo solo quicquid anti-

antiquitas dixit in materia iustificationis reperi-  
re liceat, ita scribit 3. instit. c. 3. Melanthon. in de-  
clamat. S. Augustini.

Circa iustificationem, satis sit vnum testimonium aduersiorum: nam Osiander in consu-  
tatione scripti Melanthonis, viginti discrepantes  
sententias apud solos Confessionistas nominari  
doctet. Et Caluinus ab Apostolo longe discre-  
pat, qui cum iustificationem in sanctitate, & in-  
teriori renouatione posuerit: *abluti estis, sed san-  
tificati estis: eratis tenebræ: nunc autem lux in  
Domino &c.* ipse lib. 3. iustificationem tanquam  
vocabulum forense habuit, vt nihil aliud iustifi-  
care sit secundum Caluinum, quam iustum  
pronunciare lib. 3. c. 11. §. 2. Si Apostolo non con-  
sentit, quid mirum si ab Apostolicis Patribus  
dissentit iste bardus, & indoctus sophista?

Circa concupiscentiam, non peccatum est, sed  
fomes peccati relictus nobis ad agonem, vt per  
eum probemur tanquam aurum in fornace, ex  
Methodio apud Epiphanium heresi 64. vnde  
talem phantasiam ( quod concupiscentia pec-  
catum sit ) nedum Augustinus, sed & alij Patres  
profligarunt, Hieronymus ep. ad Oceanum S.  
Prosper lib. 3. de vit. contemp. c. 4. S. Gregorius  
lib. 9. epist. 39. Bern. serm. 56. in cant. & alij, vt ma-  
gis credendum sit his Ecclesiæ proceribus, quam  
nouissimis his nebulonibus, qui se ipsos, vt pro-  
phetas intrudentes, pseudoprophetas se de-  
monstrant.

Circa orationes pro defunctis. malunt isti  
Aerio, Armenis, Albanensibus, Petrobusianis  
Pseudoapostolis, Vualdensibus, Albigensibus  
credere, quam cum veteribus sentire Docto-  
ribus, qui eas cù Purgatorio affirmarunt: quis cre-  
det tenebras pro luce venditanti, fontes limpi-  
dos pro cisternis dissipatis relinquendi?

Circa prædestinationem, si magni nominis  
autores catholicam de prædestinatione sen-  
tentiam fecuti sunt, cur magnis ipse tantillus, &  
humi repens non credit? plus certe apud pru-  
dentes valere debet vnius Augustini ( quem alibi  
commendauit, vt dictum est, etiam si sola es-  
set sententia ) quam vnius homuncionis, ex sola  
libidine perperam sentiendi, prolata sententia.

Circa merita. Si horum assertione Patres er-  
ronei sūt, an erroneous Christus dominus *cum di-  
xit [ gaudete, & exultate, ecce n. merces vestra  
multa est in cœlo ]* an erroneous Paulus, *cum di-  
xit: Bonum certamen certavi &c. in reliquo repro-  
fisa est mihi corona iustitiae? &c.* sed cum Christi,  
& Pauli doctrina vera sit, & hæc sit fidei Catho-  
licæ sanitas, ostenditur satis prauitatis hereticæ  
vanitas, & præsumptio spiritus, vnde si Christo  
Domino, & Paulo non credunt, quid mirum si  
Patribus non credant, rectè dicebat vhus de  
eorundem castris Strigel. orat. de Adamo Pri-  
mus ad ruinam gradus est dubitare de certitudi-  
ne verbi diuinatus traditi, & relito verbo Dei  
quærere sapientiam magis blandientem rationi.

Circa sollemnem pœnitentiam delicatulo, &  
mollibus vestito displicet pœnitentia sollemnitas  
actus, quæ tota antiquitas usque ad nostra tem-  
pora exercuit. Vel vnius Fabiolæ exemplo su-  
perbus iste cōteratur, si non vult erudiri à Leo-

ne ep. 80. Siricio cp. 1. Innoc. ep. 6. Tertull. lib. de  
pœnit. Paciano parenæsi de pœnit. Cyp. lib. 3. cp.  
8. Concilijs Carth. 2. can. 4. & 3. can. 31. Arelat. 2.  
can. 22. &c. Si vnam ex notis Ecclesiæ ponunt es-  
se sub cruce, cur crucis mortificationem in cor-  
pore refugint?

Circa votorum obseruationem, non mirum si  
votifragi, tam insolenter, in Patres votorum de-  
fensores, & laudatores insurgant, deberent re-  
colere, quod scripsit Aug. de Sæcta virginitate c.  
14. quod, *est quædam egregia gloria preparata,*  
*non omnibus in æternum victuris, sed quibusdam*  
*ibi tribuenda, cui consequendæ parum effeffe liberat*  
*rum à peccatis, nisi aliquid ipsi liberatori vo*  
*ueatur, quod non sit criminis non voulisse, sed vo*  
*uisse, ac reddidisse sit laudis.*

Circa delationem Eucharistiaæ, ab incunabulis  
Ecclesiæ fides ista monstratur, vt est videre  
apud Dionys. Alex. ep. ad Fabium, apud Euse-  
bium 6. histor. c. 16. Concil. Nicen. primum can.  
14. alias 18. alias 20. & alios. si testibus irrefragabi-  
libos fasces submittere iam veretur, satis suo  
cerebro indulgens, manifestè ostendit se spiritu  
ventoso superbia agitari, & dum catholicos su-  
gillat, quod antiquitate se muniant in hac parte,  
sicut in ceremonijs baptismi &c. se ipsum de-  
struit, cum scripturam audire debeat ( cui soli  
inhaberé dum putat) dum dicitur: *Interroga ma-  
iores, & dicent tibi &c.* Sed vt dicebat Strigel.  
in 1. Reg. c. 22. Ariani iactabant suum consensu,  
& Athanasium tanquam pertinacem sine men-  
te persequebantur, sed exitus ostendit, Arianos à  
diabolo agitato esse, & Athanasium vera do-  
cuisse. Sic in ceteris dogmatibus dicendum, non  
Patres sine mente, sed oppugnatores arreptitos,  
& à Démone possessos.

## Ad secundam Categoriam:

**S**ed ad derogandam homini fidem satis est  
inconstantia doctrinæ, nouitas eiusdem &c.  
non minor causa est iactare mendacia, & ca-  
lumnias, majeditaque congerere. Non sunt  
Patres idolatrae, qui Christum Dominum verū  
Deum, & hominem sub speciebus Sacramenta-  
libus contentum coluerent. Artolatrae essent, si im-  
parationem constituerent, vel canalisticam  
phantasiæ Caluini sequerentur; sed cum hæc  
adoratio ad Christum verum Deum, & hominem  
sub illis speciebus ( quæ signa sunt Sacramenta-  
lia ) terminetur; impij ipsi sunt, & idolatræ peio-  
res, blasphematores. De hac adoratione leg. Cle-  
men. lib. 2. Ap. const. c. 61. Cyrillum cat. 5. Am-  
brosum 3. de Spiritu Sancto c. 12. Nazianz. ora-  
tione de S. Gregorio, Chrysostom. homil. 61. ad  
populum Antioch. Aug. in psal. 98. ep. 118. & in  
psal. 21. conc. 1. sed bene contra illos vrgere pos-  
sumus, quod scripsit Philipp. Camer. in oper. suc-  
cisiu. c. 42. p. 455. *omnis transfuga, vel apostata*  
*est persecutor sui ordinis, vel eorum a quibus de-*  
*scivit, quid mirum, si in sanctos iniurij, à quibus*  
*descierunt.*

Non abiuratores Dei sunt, qui oleum salutis  
vocant, nec enim ab oleo Patres salutem expe-  
ctant, sed ab ipso, Deo cuius virtute oleum san-  
ctifi-

Etificatur ipsi Deum abiurant, quem vel negant posse materialia ista elementa eleuare ad producendam gratiam, vel sacri vnguenti chrisma-tis ( cuius meminerunt Apostolorum discipuli, Dionysius, & aliorum seculorum succedentes Pá-tres ) virtutem nolunt agnoscere , cuius quoque signaculo Caluinus consignatus, dum ad castra rebellium confugit, Christum, & eius Sacramé-ta ( quæ tanquam militiæ desertori ad pœnam remanent ) eierasse deprehenditur, vnde bene contra ipsum quadrat dictum Melanct. in po-stilla per Pezelium edita p. 3. pag. 176. semper apostatae sunt pessimi .

#### *Ad tertiam Categoriam.*

**N**on sunt impostores, & incantatores, qui ceremonijs ab Apostolica traditione susceptis baptismus, & Sacraenta diuina celebra-runt, cum verbo Dei sanctificantur, & Ecclesiæ auctoritate, imo Apostolice disciplinæ sanctitæ sint: ipsi potius impostores, & incantatores: nam vt dixit quoque Tertullianus lib. de præscrip-tionibus c.43. Notata sunt ipsorum commercia eum Magis, neque villa heres vñquā fuit, quæ incantationibus, & impostoribus huiusmodi ca-reter: talium esse Genevæ ordinarium conuentū, Caluinianus Danæus fassus est, prope summam ædem, vt in ea vrbe, spacio trium mensium, quin gentas personas iudicibus morte mulctatas asserat. vide Crespetum de odio Sathanæ lib. 1. di-scursu 15. & Delerium in disquisit. in prologo.

#### *Ad quartam Categoriam.*

**V**tri Sacrilegi, aut votifragi, an qui rupto iugo votorum, quæ distinxerunt labia eorum, dicentes non serviam, semetipso tradiderunt impudicitiæ, & auaritiæ tanquam liberi onagri aberrantes per abrupta vitorum, an verò qui se, & sua Deo altissimo vota reddit, seq; in holocaustum offerunt, nihil sibi reseruando nec bona externa, nec interna, ipsam quoq; propriam voluntatem abnegantes? quæ cum omne genus satisfactionis excedant, & martyrij incurruent vi-ces subeat talis oblatio, eam satis rationabiliter Patrum veneranda canicies baptismo compara-uit, hi sunt Leontius Cyprus in vita Simeonis Abbatis, Hieron. ep. 8. cohortans Demetriadem. Bernard. de dispensat & præcepto. Quasi de-nig secundo baptiz. amur, dum per id quod mor-tificamus membra nostra, quæ sunt super terrā rursum Christum induimus, complantati denio similitudini mori eius, equiuale antem baptis-mo professio, non quoad infusionem gracie, & virtutum, sed quoad satisfactionem, quando, & omnem pœnitentiam, publicamq; satisfactionem pro quā tumuis enormi delicto, ( quod fit in reli-gione) commutant patres, & haberur 33. q. 2. Quod si his non credant, scripto verbo credant. Matt. 19. vbi de castitatis consilio fit mentio, non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Et de paupertate, & obedientia item: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ ha-bes, & veni, & sequere me, quæ consilia Euange-

lica voto firmata, religiosum statum constituant, & iam ab initio nascentis Ecclesiæ agmina religiosorum, Christum sub religionis iugo secuta sunt usque ad nostra tempora. sed vt dixit Au-gustinus in psal. 132. contra Donatistas statum Monachorum detectantes. Quid opus est, ut ver-bis nostris comparentur, ebrios cum sobrios, præcipites cum consideratis, furentes cum simplicibus, vagantes cum congregatis? sed tamen dicere consueverunt, quid sibi vult nomen Monachorum? quanto melius dicimus nos, quid sibi vult nomen Circumcellionum, Caluinistarum, & hu-iusmodi quisquiliarum?

Circa sacrificium missæ. Ipsi blasphemiam, & contumeliam Christo irrogant. Ipsi passioni Christi sunt iniurij, imo sunt Antichristi præ-nuncij, sicut enim tempore persecutionis Antichristi publicus cultus, & sacrificium publicè cessabit, dicente Daniele cap. 12. & cessabit iuge sacrificium, sic & in ijs regionibus, vbi est erecta nouatorum pestilentiae cathedra, idem iuge sacrificium cessasse videmus. Si nolunt antiqui-tatis testimonia venerari, quæ sacrificium istud, eiusque virtutem commendant, vel noui testa-menti scripturis se erudiri nūc patientur: audiāt saltem noui Iudei veteres prædicationes Malachiæ c. primo. Quoniam à Solis ortu usque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & oblatio munda, quem locum vnamiter Sancti intellexerunt de sacrificio incruento: vnde Iren. lib. 4 c. 32. noni testamenti nouam docuit oblationē, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo &c. de quo in duode-cim Prophetis Malachias, is præsignificauit: non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus omni-potens, quoniam à solis ortu usque ad occasum &c. mirum est, quod sacrificium Caluinistæ ve-lint oppugnare, dexteras miscendo potius cum Bogomilis, Petrobusianis, Vuiclephitis, quam cum Patribus omnibus seculorum hostiam istam immaculatam reuerenter adorare.

#### *Ad quintam Categoriam.*

**F**also superstitionis infamatur Augustinus, quod Deo nequaquam attribuat tanquam causæ efficienti indurationem, & excærationem; cum sententiam Augustini probent sacræ litté-ræ, Deo summam bonitatem attribuendo, omnē quæ causalitatem circa peccatum, excludant, Abachuc. 1. Mundi sunt oculi tui, & ad iniqui-tatem respicere non poteris Osee. 13. Perditio tua ex te Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Rom. 9. nunquid iniqüitas apud Deum? Quanto ( vt ita dicam ) vobis modestiores (& si in cau-sa hæresis veneno vobis æquales) fuere Mani-chæi: illinamque mala, & peccata, Deo malo tri-buebant, bona vero Deo bono: vos autem sum-mæ bonitati, quæ vñus, bonus, & solus Deus, ef-ficientiam peccatorum attribuistis, & ne blasphemie proclamaremini, præoccupacione in-sulsa nos superstitionis incusare tentasti. Bene contra vos, quod symmista quidam Pezelius scribens in Genes. c. 29. pag. 547. scripsit adaptari potest.

poteſt. Improbis, & fallaces homines, ubi ſemel à norma rectitudinis deflexerint, nullum peccandi finem faciunt, interim tamen fucum ſemper faciunt, & prætextus foris querunt, quibus culpā à ſe reiſcunt. Vt n. criminē ſe non teneri ſuadeant, maiestatē blaſphemant peccataq; tribuendo, cum tamē Deo ſint odio impius, & impietas eius, alioqui n. quomodo Deus iudicabit hunc mundum?

Sed si iejuñij ſuperstitiosam dicant obſeruationem, iam iuſtificabitur cauſa Aerij, Manichæi, & aliorum, qui tamen iampridem ab Ecclesiā ſub anathemate, eo etiam titulo, ſunt ſeparati, quod iejuñia Ecclesiastica contemnebant. Utinam illud Ambros. attendant, quod ſcripsit de quadragesima ſerm. 25. & 34. Non enim fratres leue peccatum fidelibus indicat Quadragesimam à Domino non iejuñare, & iejuñia conſecrata ventris voracitate diſoluere: ſcriptum eſt: qui dicit ſe in Christo manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Si vis ego Chriſtianus eſſe, debes quod Christus. Ille, qui non habet peccatum quadragesimam iejuñauit, tu non vis quadragesimam iejuñare, qui peccas? Si ergo ſuperstitiosos dicas Christi exempla ſequentes, ſuperstitiosum oportebit dicere eum, qui iejuñandi nobis dedit exemplum. Superstitiosos dicere oportet tot Sanctos, & fideles, quoruſ tamen, etiam in ſcripturis, legimus commendata iejuñia: tales autem voces non ſunt niſi fulmine dignæ.

Si ſuperstitiosum cultum dicit ſignum crucis in myſterijs celebrandis adhibere: cur illud tantopere diabolus perhorreſcit, vt etiam ad vacuū, ſed ſignatum, ad Iudæum inquam ſe ſignantem veritus fit accedere (de qua re Gre- gorius in dialogis) cur vel ipſe Iulianus A po- ſta, eodem ſigno ſe muniuit à D, monib; ora- cula fiftaturus? illum, vt ſcribit Nazianzenus orōne prima in Iul. terrores adoriri cœperunt [re inopinata perculſus, ad crucem, vetusque remedium confugit, eoque ſe aduersus terrores co- ſignat, eumq; quem persequebatur in auxilium adficiſit &c. ſi parædro ſuo Caluinus dedit ma- nus, & Lutherus diabolo magistro ſe gloriatur, miror quod diabolico aspectu perterriti noluerint à Iuliano ſigni crucis efficaciam, & virtutē addiſcere: ſed ſi à Iuliano, à Patribus, ab Eccle- ſia, à Sacerdotibus, à fidelibus, qui ad omnem progreſſum, ad veſtitum, ad calceatum, ad lau- cra, ad mensas &c. frontem crucis ſignaculo te- rimus, vt dicit Tertull. lib. de corona militis, & Cyrill. catec. 4. ſaltem à magistro eorum diabolo edoceris patiantur, à quo non ſolum ipſe, ſed & omnia eius opera magica compescuntur, vt docet Athanasius de incarnatione Verbi. Non ergo potest eſſe ſuperstitio, quæ ſuperſtiones vincit, diabolum fugat: non potest eſſe ſuperstitio, cuius ſigno Sacerdotes benedicuntur, Sacra- menta perficiuntur, vt eleganter proſequitur. S. Leo ſermonē de Paſſione Domini. Aliꝝ cere- monia Ecclesiæ, quas impij, vt histrionicas, & ſuperstitioſas fugillant, valde ſalutares ſunt, & myſterijs plenæ, quando n. ait Augustinus ep. 119. ad Ianuarium, de inferiori creatura ducuntur

tur ad diſpensationem ſacramentorum, eloquen- tia quædam eſt doctrinæ ſalutaris, mouendo af- fectioni diſcenſum accomodata, à viſibilis ad inuiſibilis, à corporalibus, ad ſpiritualia à tem- poralibus ad æternā.

## Ad ſextam Categoriam.

Demoniorum doctrinam vocat Apoſtoliſ D eam, quæ in vniuersum legitima coniugia damnat. Sed idem quoque Apoſtoliſ aperte dicit de viduis, quæ caſtitatem promiferant in Ecclesiā, quæ cum luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quod primam fidem irritam fecerunt; concedit Apoſtoliſ connubium, at non ijs, qui ex voto religio- nis, aut ex fuſceptione ſacri ordinis ſe diuino cultui manciparunt. In omnibus ait honorabi- le connubium, & thorus immaculatus Heb. 13. ijs, qui illo sancte utuntur, ſed non ilis, qui primā fidem irritam fecerunt, quales ſunt Apoſtæ Clerici, & excucullati monachi. Ipsi ſunt De- mones, & demonijs peiores, qui impudicitijs Deo consecratos polluere ſatagunt, & Christi ecceſobia fieri, ut accidit in nōnullis regionibus, Iupanaria Antichriſti. Rechte aduersus eos adap- tari potest, quod ſcripsit Strigelius in Chro. P. 66 ſemper heretici. & Idolatraſ ſunt libidinosi, & Paucerus in lect. Chron. 3. libidiner, & conſu- fiones coniugiorum, präbent occaſiones mutatio- nibus, & conuisionibus religionum, & libidines plerumq; comitantur idolatriam tanquam indi- uiduā ſociā. Id magno Germaniæ malo exper- tum eſt, cum libidine extimulati, qui uotis ob- ſtriči erant, transierunt ad caſtra rebellium, pu- dorem & religionem cum homine exuentē.

Si ſatellites ſunt Patres eo quod docuerunt uitam æternam dari obſeruatorib; legis, euide- ter ex ipsorum ſētentia, Christum Dominum in- ſamant, regnum paratum à conſtitutione mundi in retributione clando ijs, qui in sanctis, & bonis operibus ſe exercuerunt, dicendo Venite benedi- ci &c. Matthei c. 25. eſurui enim, & dediſtis mihi manducare. ab initio Genesis uſque ad Apocalypsim opera bona commandantur, pre- cipiuntur, conſuluntur, exempla Sanctorum in- medium adducuntur. Ab omnibus, ait Laſtan- tius lib. 4. c. 24. [bona opera exigit: ſemper enim habet locum illud Propheta]. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis]. Solis iis Epicu- reis opera non placent, qui belluina retribu- tionem in carne, & ſanguine fundatam cū Mil- lenarijs, & Mahometanis expectant.

## Ad ſeptimam Categoriam.

Circa cultum Eucharistiæ, non imitati ſu- mus Iudæorum ſacrificandi modū, quan- do hostia in hostiam tranſit, & cruentum ſacrifi- cium in inſciuentiam hostiam commutatur, ex prophetia Malach. c. 1. de oblatione mūda fu- ſura in omni loco prænunciante ſecundum inter- petrat. Irān. lib. 4. c. 32. Cyp. in Iud. c. 16. Chrys. in ps. 95. Aug. 18. de ciuit. c. 35. Nec ex Paganiſmo, & Iudaismo cōpactus eſt ſacrificandi ritus.

Certe

Certe sacrificij ratio apud omnes gentes viget, sed excellentiori modo apud catholicos reperitur. Ipsi videant: an humanæ societatis nomen mereantur, cum enim nulla natio sit absque sacrificio, nec sacrificium absque sacerdotio, dum sacerdotium eliminarunt, & sacrificio vale dixerunt, etiam hominem extuerunt, & in bellus se transformarunt; vnde non est mirum si sacrificij osores imitati Donatistas, vt scribit Optatus Mileuit. canibus Sacramentum Eucharistiae obiecerunt, altaria confregunt. Quid vos, ait Optatus, contra vos, & eosdem Donatistas offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus, & sanguis habebat? Hoc modo subdit, Iudeos eis imitati, illi iniecerunt manus Christo in cruce, & vobis percussus est in altari. Hoc tamen immane facinus geminatum est, dum fregit etiam calices, Christi sanguinis portatores. Item, in hoc genere tamen damna fecistis Deo, quanta lucra Diabolo procurastis.

Si talem distinctionem in diebus festiuis, qua Sancti tradunt de festiuitate diei 7. quod alia sit ratio cærimonialis, alia moralis, Caluinus voluisse attendere; & quod ratio cærimonialis cessauit, morali ratione permanente, virgutam censoriam arripiens totam Ecclesiam de Iudaismo, non tam audacter infamasset. Iudei enim Sabathi obseruatione futura significabant; quare cum post Christum habeant falsam significationem, non potest sub hac ratione celebrari in lege verò gratiæ, cum per festiuitatem Dei beneficia primario recolamus propter, quæ instituta sunt, merito dicit Augustinus contra Admantum c. 16. quod illi ad prædictiones, & significationes attendeant: nos autem, ait idem, qui dominicum diem, & Pascha sollemniter celebramus, et quælibet alias christianas dierum festiuitates, intelligimus quod pertineant, & non tempora obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus, vnde successerunt Iudaicæ festæ nostra, vt lux vmbra, lux nocti, exemplar figuræ: quare illa vmbrialia, & carnalia, nostra spiritualia merito nuncupantur.

#### Ad octauam Categoriam.

**M**axima fuit sapientia, & discretio cum humilitate coniuncta, morem orandi profunditatis, à tota antiquitate seruatum, ab Apostolis traditum retinere: ipsi fatuos deliri, & sine iudicio, & miriones, ac stupidos se demonstrant contra receptissimam consuetudinem disputando, dicente Augustino insolentissime insanæ esse disputare contra id, quod per totum terrarum orbem frequentat Ecclesia. Vnum audiant Dionysium à tempore Apostolorum de his preceptibus sic loquentem c. 7. p. 3. Eccles. Hierarch. Precibus, ait, Ponitfex, à diuina benignitate contendit, ut omnia peccata, quæ humana fragilitate admissa sunt, ei qui excessit è vita remittat.

Circa traditionum assertionem, ipse Virakeurus satis inconsideratus, & proprio iudicio condemnatus, qui nec ad uerbum Dei scriptum, traditiones inculcans, voluit attendere. State ait Scriptura 2. Thessal. c. 2. & tenete traditiones,

quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

#### Ad nonam Categoriam.

**N**on fuit excessus Claryostomi, & aliorum Patrum Græcorum, si libertatem extulerunt; cum enim non esset illis sermo contra Pelagianos, sed contra Manicheos, qui liberum negabant arbitrium, in vitium vitio prudenter coactati sunt alieno, liberum extollentes arbitrium excessu laudabilis; & de hoc fuse cum de canonibus, seu cautelis pro Patrum intelligentia tractatum est sup. q. 1. art. 9. Porro Patres humanæ Infirmitatis obliiti, vocem auscultantes Christi Domini virginitatem commendantis, & Apostoli eandem suadentis, sua gratia Deo robur tribuente, ad illam seruandam in eo omnem spem posuerunt, & eius ope perfecerunt, vnde ab eo tempore, ex quo, vt dicit Nazianz. apparuit castitas diuidens mundum, tot agmina virginum sequentium sponsum visa sunt, vt hoc solum Augustino olim reluctanti Deo, in illecebris deuoluto, magnum ruborem incusserit, vt tot pueri, & puella Dei ope seruarerit quod ipse fermè impossibile iudicabat; si, mussitantes illas cogitationes carnis, & sanguinis, & insultantes dorso suo audire voleant, non est mirum, si sordidissimo cœno, hoc est carni, & sanguini demersi volutentur.

#### Ad decimam Categoriam.

**S**i barbari sunt Patres, quod Trinitati supplicant, & latitudinem volunt oppugnare, non est, quod timeamus grammaturorum ferulas, quid Athenis, & Hierosolymis? quid Prisciano, & Paulo, quid Patribus cù istis Burgimæstris? si barbariem obijcas, quod barbarum sit, ac ferinum sacrosanctæ supplicare Trinitati, tales errores effundens, Bestia es Apocalypticæ, quæ non contenta Sanctos blasphemare, Patres impetrare, in habitaculum eius, in cœlum, & in sanctos, & in Sanctum Sanctorum furore incredibili debachata es, illum de throno deturbare conatus es, eius naturam abnegando, nam si satuum putas esse ponere, & credere in Deo Trinitatem, iam auferes essentiæ unitatem, quæ Trinitatem personarū includit nexus individuo. Desperatè agrotas Hæretice, quando medicos, hoc est Patres tales fidem tibi propinantes, tam dure cædis. desperatissimè agrotas, qui in omnium parentē Deum manus inijcere non es veritus. Paulatim à Patrum abnegatione in Dei abnegationem terminasti. O gigantem, vel ipsi Ioui formidabilem, quid supererat nisi, vt de his blasphemis lento gradu diuina ira vindictam procedens, tarditatemque supplicij grauitate compensans, tandem sumeret ultionem? Nam sicut Nestorius, qui Deiparam blasphemauit, lingua veribus exesa, toto corpore computrescente miserrime perijt, ex Theodor. lib. 4. hæret. fabul. & Copronymus inextinguibili igni, percussus in anima, & corpore, traditusest; & Sancti Antonij conuictatores, tam subito puniti sunt igne sacro, vt in

proverbiū abierit: neminem in Sanctum Antonium impunē peccare; ita mirum non est si Caluinus, varijs correptis infirmitatibus præter alios dolores ptisi, asmathe grauissimè affletus fuit, & sicut alter Herodes, & Antiochus, Epiphanes, & Honorius secundus Vandalorum Rex, & Arnulfus Imperator Caroli Crassi successor, consumptus est: & quod magis horrendum est, grauissimos dolores non ferens demonibus inuocatis, vitam execrans atq; blasphemās, horribilem fœtorem spirans, miser ad blasphemiae loca sit destinatus: harum, & omnium blasphemiarum æterno cruciatu, & igne inextinguibili pœnas luens, & decem plagas Ægyptiis illis horribiliores experiens, ob iniuriarum aceruum decem categorijs conclusum, vt merito secundum mensuram delicti, sit & plagarum modus.

## ARTICVLVS VII.

## De nonnullis aduersariorum technis obseruandis, atque cauendis circa Patrum doctrinam.

**D**iligenter ergo obseruanda sunt nonnullæ aduersariorum technæ quibus Patrum authoritatem infirmare conantur.  
Primo simulat se multum antiquitati deserre, vt interea omnē antiquitatis testimonia cludat. Sic Caluinus ep. ad Regem Gal. tum improbis clamoribus nos obrunt cœū Patrum contemptores, & aduersarios. Nos vero adeo illos non contemnimus, vt se id presentis instituti esset nullo negotio mihi licet meliorem eorum partem, quæ hodie à nobis dicuntur, ipsorum suffragijs comprobare. Sed vide lusionem. Sic tamen in eorum scriptis veramur, ut semper meminerimus omnia nostra esse, quæ nobis seruant, non dominantur: nos autem unius Christi, cui per omnia sine exceptione parendum est.

Secundo. vbi possunt eorum authoritatibus abuti, Patres pro suis partibus stare pronunciāt. Sic suos esse falso gloriatur Caluinus in materia Canalisticæ sua Cœnæ 4. inst. 17. inst. 17. n. 28. & in materia iustificationis 1. c. 7. num. 3. 2. c. 5. 3. c. 18. 7. 4. c. 10. 15. & c. 17. n. m. 21. & alij Nouatores passim obtorto collo in suam hæresim pe-trahere nituntur.

Tertio. tantum valere volunt quantum ipsorum partibus fuerit commodum, sin autem, vale illis dicunt, & veluti Satanica commenta eliminant: vnde Caluinns lib. 4. c. 15. num. 19. quum autem videret Satan stulta mundi credulitatem absque negotio ferè inter ipsa Euangelij exordia

receptas esse suas impioruras ad crassiora Indubia erupit. imposturas vocat constantes patrū sententias, ab ipso nascentis seculi exordio poteritati traditas.

Quarto. si eos pudeat antiquitatem reijcere, ad crimen falsi prorumpunt, Patres corrumpendo, & apponendo quod nunq; somniarunt. vnde Caluinus 1. inst. 11. num. 12. sic S. Augustinum corrumpit, de suo etiam addens contra S. Augustini doctrinam suffragatur, ait, & Augustinus ad Bonifacium, qui in enumeratione nempe decalogi huc ordinem seruat, ut vni Deo religiosis obsequio seruiatur, ut idolum non colatur, ut nomen Domini non in vanum accipiatur, quum ante seorsim de umbratili sabbati precepto locutus fuerit &c. sed suam falsitatem prodit falsarius predicatione, & stylo, vbi n. Aug. habet, ea verba. Ut vni Deo religionis obsequio seruiatur? sed longe est mens Aug. vt patet ex c. 11. & 12. eiusdem epistola, quæ non est ad Bonifaciū, sed ad Ianuarium ep. 119. nam ponit distinctionē de precepto Sabbati, & aliorum, dicēs: vera tamen ibi precepta propriè sicut precepta sunt, sine vel lafigurata significacione obseruamus: nam & idola non colere manifestè didicimus, & non accipere in vanum nomen Dei nostri &c. non figurare aliud pretendunt, sicut preceptum de Sabato, & mystice aliud significant, sed hic obseruantur, visonant. vide ergo quam diuersa sit mens Augustini, & quam perperam eiusdem verba per additionem corrupta. Citant quoq; sanctorum loca sine capite, vel libro, Caligulam imitati ex Suetonio, qui legem de vestigialibus proposuit, sed ē minutissimis litteris, & angustissimo loco, vt ne cui describere liceat; id familiare Caluno, qui authorum citationes non ponit, vel sinistrè allegat, vel interdum, tamen dexterè, vt inuenire non liceat. Satis quoq; eluet in eodem Origenistarum imitatio, vt sicut illi pro Sexto Pythagorico, nomen Sixti Pontificis, & martyris supponebant ex Hieron. 4. comment. in Ierem. c. 22. vt sub nomine, inquit, martyris biberent de aurco calice Babylonis; sic emēto nomine, vel sine nomine vulgauit idem Caluinus, vt patet ex eius lib. Gallicè edito: & in indice librorum prohibitorum extat dicitur: Alcuini seu potius Caluini commētarij in libros de Trinitate.

Quinto. insidiātur, ait Claudius de Sanctis in repetit. 2. de Eucharistia in repetitione, singulis Patrum syllabis, ac voculas aucupantur, & si quam possunt captare, ex ea amplissimis, & clarissimis paginis præscribunt, vt præiudicium afferant.

Sexto. ineptissimas regulas ad Patres eludentes sunt fabricati, sed hoc nouum non est aut inusitatum. Antiquitus enim hæretici pressi argumentis ex auctoritate Patrum, dixerunt dicta Patrum non ex professo ab ipsis esse tractata, sed perfunctorie, & per transennam: ita in Concilio Lateran. sub Martino Primo factum est, quando prolatis clarissimis sententijs, his technis se se absconderunt, vt supra dictum est: nihil enim, dicebant, impij definitiū Patres locutos de dupli Christi operatione &c.

Simili

Simili astutia Nouatores vñ sunt , quiad varias conjecturas , fantasiasque inanes , pro suo arbitratu singunt , ac refingunt extortas regulas veluti summi essent legislatores , & solum quod cause eorum videtur commodum , probant; cū non possint auctorem , vel codicem calumniari , vel truncare , vel immutare .

Prima regula irregularis . Cum simpliciter , & clarè Patres aliquid enunciant , quod ipsorum non quadrat iudicio , Patres hyperbolice loquuntur . Hac regula vñus est Caluinus in ultima admonitione ad Vuestphalum perpendēs enim illum locum Hilarij 8.lib.de Trinit. [ de veritate carnis , & sanguinis non est relictus ambigendi locus : nunc enim & ipsius Domini professione , & fide nostra vere caro est , & verè sanguis est ] dicit Hilarius loqui hyperbolice , quam extorsionem , quasi prævidens Hilarius iampridem confutauit dicens : non est humano , aut seculi sensu in Dei verbis loquendum , nec per violentiam , aut impudentem prædicationem cælestium dictorum , sanitati alienæ , atq: impiæ intelligentiæ extorquenda perueritas est &c. & subdit . Si enim verè Verbum caro factum est , & nos verè verbum carnem cibo dominico sumimus , quomodo non naturaliter manere in nobis existimandus est ?

Eadem regula vñus est Kemnitius 2. p. exam. 1082.ad euertendam satisfactionem , culis Patres sunt luculentissimi testes [ Veteres , ait , ut riuis illos satisfactionum hominibus magis commendarunt . saepe cohortatore magis , quam verè iuxta Chrysostomi dictum , de ritibus illis per hyperbole locuti sunt , peccata s3 , & pœnas peccatis debitas purgari , compensari , tegi , iudicem placari , & reconciliari operibus illis satisfactionum . Sed impostura est loquacis , & garruli : & manifestis testibus conuicti , verba conantur elude . re . sic . n. posset omnis impius omnia verba scripturæ extorquere , & viam atheismis aperire .

Secunda Regula irregularis . quod asperè , & durè sint locuti . Sic Calu. 3. initit. c. 12 §.8 qui conuictus authoritatibus satisfactionis ait : quæ in parte non excusari nullo modo potest immoda ca veterum austoritas , quæ & prorsus à Domini præscripto diffidebat , & erat mirum in modum periculosa , & c. 45. 38. eosdem dixerat , aut lapsos esse , aut nimis asperè , & dure locutos ] sed satis ostendit vnius homuncionis temeritas , quam parum sit Lesbiæ regula fidendum , qui ausus est nedum regula Patres regulare , sed & eadem illustres proceres Ecclesiæ impetrare , & extoram amissim Ecclesiæ inuehere .

Tertia regula irregularis . quando difficultis est res ad intelligendum secundum rerum proprietatem , ad tropos oportet configere , hanc viā mentiti sunt Ariani , qui illa verba . Hic est filius meus dilectus , metaphorice exponebant , de quibus scripsit S. Athanasius . Admiror inquit , cur isti , cum unus sit Deus , plures secundum sua ex cogitata , figuræ , sapientias , & verba introducāt , alterumque adhuc proprium , & naturale verbum Patris existiment , in quo hunc filium procreauit , quam verum filium per metaphoram , ac secundarium intellectum appellari censem , non aliter quam & vitis , & via , & ianua , & lignum vitæ ,

sapientiaq; nomine tenus nuncupatur : esse tamen nihilominus , & alteram sapientiam propriam , & veram Patris ingenitam illam , & coexistentem cum ipsa , in qua cum hunc alterum creasset , nominauit eum ex participatu naturæ , illius sapientia & sapientiam ] hoc modo Sacramentarij cum Ariani conspirantes , hoc est corpus meum per metonymiæ , & similitudinarie exponunt . Zuinglius cum laboraret ad inueniendum exemplū in scripturis , ipsi illud suppeditauit diabolus . Agnus est phæse . sed & Caluinus lib. contra Heshusum ex alijs particularibus exemplis de scriptura collectis , curauit vniuersalem legem tanquam in duodecim tabularum numero locam , efformare , dicendo . ubi de Sacramentis agitur , peculiaris regula scripturæ tenenda est , nimurum de intelligenda illa metonymica locutione [ Sed videant , quæ fides diabolo suggerenti illud exemplum debeatur , videant , quam falsum sit Sacramenta metonymicis locutionibus promulgari , ita vi nomen rei significata soleat signo attribui ] vide Claudiū de Sanctis repet . 4. ubi sub hac forma regula dicta proponitur . Quotiescumq; PP. dicunt Christum Sacramentaliter sumi , vel in mysterio adesse corpus Christi , id nō valet realiter , sed in solo signo cū absentia rei , ] sed hæc regula thrafonica est , superciliosa , quæ rabidis ministellis , non cordatis catholicis venditāda , & breui cōpendio satis superq; consultatur , nam in baptisme , eum dicitur baptizantes eos & e. nulli hic tropi , & aqua in propria significatione retinetur , & nullus dicit , aquam significare spiritum , etiamsi habeatur hoc exemplum in scripturis Si quis sit , veniat &c. hoc autem dicebat de spiritu , quem accepturi erant credentes in eum . ]

Quarta regula insulsa , quod Patres fecuti sūt communes opiniones vulgi , vel de Gētilitate , aut Iudaismo dogmata hausta ( sic passim Centuriatores , & Caluinus gratis , & calumniose sine probatione , sed pro suo placito , & phantasia loquentes ) vel eosdem non publicam , sed priuatam doctrinam tradere ; ita Illyricus contra Tiletanum dicit : satis apparere eum , Augustinum , doctrinam de purgatorio nequaquam vt à Christo traditam , certam , & à tota Ecclesia receptam , proponere . cum tamē Augustinus explicans Ecclesiæ sensum , & consuetudinem , tam aperte loquatur de purgatorio , nedum in enciridione ( in quo frustra causam suam agere putat falso Illyricus ) c. 110. sed etiam lib. de cura pro mortuis , c. 4. 9 confess. c. 13. ep. 64 de ciuit. 21. c. 13. vt etiam in hæres. 53. numeret inter Aerij dogmata hæretica , pro mortuis orare , vel oblationem offerre non oportere .

Quinta regula blasphemæ , & athea . Patres aliquos hoc , vel illud dixisse , videlicet quando erat inclinata doctrina , id dicit in Ioann. c. 4. v. 20. Calu. Baptistas , ubi paucos nominarunt honore dignos coaceruare ingentem hominum sui simillium cateruam , vel saltē descendere ad corruptiora secula , quibus eis nondum iam crassa barbaries inualuerat , religio tamen , & doctrina penitus multum declinauerant , & subdit . ergo tenendum est sedulo discrimen , ne Patres censeantur ,

tur, nisi quos constabit fuisse Dei filios, deinde qui pietatis suæ excellenitatem hunc honoris gradum promeriti sunt. Sed utinam diceret nobis Caluinus, qui sint isti Patres honore digni. Si restrinxerint numerum ad priora saecula, iam vacillavit fides, nisi aut nullam Ecclesiam, aut sine legitimis patribus extitisse contra Christi promissionem fingant: sufficit nobis saltem, quod aliqui sint isti Patres purioris saeculi, ad quæ cum omnia dogmata referamus ab hereticis controvessa, satis ex hac ipsorum irregulari regula confundantur.

Alias technas, & diuerticula passim habent isti calumniatores, de quibus proprijs controversijs tractabitur, sed recte Sanctes supra dicit, quod quamvis infani hominis sit semper adiudicatum Patribus aduersari, insanissimum magis hac via Patrum iugum, & reuerentiam excutere. Simplicius animum, ait & intentionem proderent heretici, & meliori fide nobiscum, & cum ipsis Patribus agerent, quam agunt, cum per tot calumnias, argutias, præstigiatorum regulas, & male sibi conciorum diuerticula, Patribus imputant, à quo fuisse alienissimos etiam lapides ipsi loquuntur. consule aduersus hanc vafricem Theodor. in fine Dial. 1. & 2. Polymorph.

## ARTICVLVS VIII.

Quomodo eadem numero dogmata, quæ Patres profensi sunt quæ modo prædicat Ecclesia, ex Nouatorum testimonij, & quæ ipsi callida vafricie næuos, & paleas vocant, sunt nihilominus sacrosancta, & de Apostolica disciplina atq; doctrina descendunt: & de præcipuis capitibus controvensis exemplificatur.



Iicut ad ostensionem Nouatorum doctrinæ hereticæ satis est ostendere, quod præcesserit in suis parentibus priorū hereticorum iusta damnatio, sic ad demonstrandam veritatem nostrorum dogmatum satis est hæc eadem, quæ nunc prædicat, & confitetur Ecclesia, de Apostolico-rum Patrum doctrina descendere. Quare sicut conducit ad fidei defensionem, vt idem diuini sermonis gladius in nouis angubus defecet, qui prius in antiquis serpentibus Draconis caput amputauit, ita valde confert nostram doctrinam

à Patribus prædicatam ostendere, vt eadem prædicationis veritas appareat, & quæ manifestatur in fructu, & quæ in radice, vel germe monstrabatur; cumq; renascentes colubri pestiferos in Ecclesiam flatus emittant, veterum doctrinæ causando, vt per illos, heretica licentia, iam pridem damnati hostes de heresi excusentur, & Patres, per quos damnati sunt vetereshæretici, in filiis rursus renascentes errores, superstitiones, idolomaniam introduxisse conclaniatur: proprieatè propter has nouas infirmitates, recens est hæc apponenda, & coniungenda veteribus medicina, nempe ostendere, non esse quæ nunc prædicantur (vt alias causantur) nupera inueta Sorbonistarum, Thomistarum, &c. sed antiquissimam, & robustissimam fidem, traditam ab initio, decurrentis Ecclesiæ, vt quamvis ipsi calumnientur esse næuos, vel stipulas, satis sit ea dogmata, quæ impij reiciunt, sub antiquitatis nota, ipsis non dissidentibus, lucem aspexisse, & toti mundo conspicuè prædicata, vt si quando vera non fateantur, antiqua tamen profitendo, in nouitij dogmatis suspicionem incurvant, & si quod nunc agimus non valet ipsorum malitia ad pertinaciæ morbum depellendum, valeat saltem ad nutantium, & seductorum languentium sanitatem. Per principalia ergo capita hodie controvorum dogmatum ex ipsis Protestantibus, ostendemus, antiquitatis suffragio, & calculo sive comprobata.

§.

### De libris Canonicis.

M Vltos libros canonicos ab hereticis controuersos receptos iam pridem à Patribus, & Concilijs ostendunt Nouatores.

Rainoldus in conclusionibus annexis collationi conclus. 2. pag. 699 post medium ab Aug. & patribus Concilij Carthaginensis aperte id confitetur, vnde à veritate, & antiquitate conuictus lingam in Patres armavit.

De iisdem libris, quamvis iniuitus, agnoscit iudicium eiusdem Concilij, & Innocentij, & Gelasij, Zanchius de sacra script. pag. 32. & 33. & Hospinianus in historia Sacrament. parte prima pag. 160. ab eodem Concilio, Innocentio, Gelasio, Augustino receptos in canone agnouit, sed impie reicit, sic & Lubbertus de principijs Christiani dogmatis lib. 1. c. 4. pag. 8. & Hippierius in methodo Theologica lib. 1. pag. 46. sic dicens. In Concilio Carthaginensi adduntur *Canoni &c. Sapientia, Ecclesiasticus, duo libri Machabæorū, Tobias, Judith &c.* quos omnes eodem ordine numerat Aug. Innocent. & Gelas. idem agnoscit iudicium Fieldus de Ecc. lib. 4. c. 23. pag. 246. Couellus contra Burghesum pag. 76. & 77 78. & quamvis reclamante antiquitate Ecclesiasticum Canonem à Patribus, & Ecclesia traditum præscindant Nouatores, ab alijs Symmisticis satis discerpuntur dicentibus, Ecclesiam habuisse Dei Spiritum ad discernendum veras a falsis scripturis, ita Fulco responsione ad Pseudo Catholicon pag. 5. Iuillus Anglus in desensione Apo-

## 206 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

*Iogia pag. 201. quidam aliis Protestans à Bullingerio laudatus lib. de script. & eccles. c. 16. fol. 74 & Couellus respons. ad Burgesium pag. 3. & Feildus lib. 3. de ecc. lib. 3. fol. 170. & Gommarus. in speculo veræ Ecclesiæ pag. 96. Augustinum, qui illi Concilio Carth. interfuit, à Deo inspiratum, Doctorum maximum agnoscent, & quod magis est nonnullis apparetib[us] rationibus, quibus aliqui moti sunt, ad truncandos eosdem libros, de canonicorum voluminum catalogo, satisfacere nititur, idem Couellus responsione dicta pag. 83. dicens. *Facile possemus ea cum alijs scripturis concordare, & sine dubio ea quam verissima esse ostendere, & nonnullis obiectionibus pag. 87. 88. 89. & 90. respondet.**

§.

### *Verbum Dei non scriptum aquæ cum scripto recipiendum.*

**T**radiderunt hanc doctrinam Patres nostri. Chrysostomus 2. ad Theol. hom. 3. Epiph. hær. 61. Basilius de Spiritu S. c. 27. Euseb. 1. dem. Euangelic. Aug. 5. de bapt. c. 20. & ep. 118. de Ianuar. Dionys. de Ecc. Hierarch. c. 1. & alij innumeris. Sed de Chrysostomo quid dicit Vvitik. de sacr. scr. pt. pag. 678. sermonē Chrysostomi esse inconsideratum, & tanto Patre indignū: de Basili. & Epiph. Rinoldus loquens cōcluſ. 1. pag. 639. eosdē sigillat, & subdit [ iudicet autem Ecclesia, num consideratē satis ] Caruūrightus in defensione Vhitgisti, ait, quod probare Augustini dictum de traditionibus est *Papismum introducere*, & alibi id dicere esse scripturam maxime prædicare. Sed & Kemnitius omnium virulentissimus in suo examine Concil. Trid. parte 1. pag. 87. 89. 80. reprehendit Clementem Alex. Orig. Epiph. Ambros. Hierony. Maximum. Theophil. Damasc. &c. traditio[n]es prædicantes. & Fulco contra Purg. pag. 362. 303. 397. ob assertas traditiones à Chrysostomo Tertull. Innoc. Leone, Basil. Eusebio, Damas. eosdem Patres corrigere audet. Sed recte in hoc dixit quidam ipsorum Propheta Strigelius in Chronico pag. 204. *semper in mundo eadem fabula agitur, mutatis dumtaxat personis, nominibus, occasionibus, & ceteris circumstantijs; sic & diabolus subinde reuocat eadem certamina nunc de dogmatibus doctrinæ*, ait Gorlicius in axiom. Ecclesiast. pag. 137. siquidem traditiones iam pridem oppugnarunt vetustiores hæretici, Gnostici, Ariani, &c. vt dicitum est t. 1. cum de traditionibus ageremus. Vnus sit pro omnibus traditionibus Dionysius Areopagita, quem explodere non audet Humfredus in Iesuitismi q. 2. art. 5. pag. 513. & 514. vbi dicit, hunc Areopagitam agnoscent Suidas, Michael Singelus, Gregorius Turonensis, & alij Patres.

Auditore credunt suisse Pauli, & autorē celestis, & Ecclesiastice Hierarchiae, & Hamelmanus in traditionibus Apostolicis col. 707. l. 27. col. 736. Vvitakenus de sac. scrip. pag. 655. ait, *Concedo Dionysium pluribus in locis fauere traditionibus.*

### *Sacramentorum numerus, & efficacia.*

**V**Bi nec vestigium numeri Sacramentorum præter duo tria, vel 4. reperi in antiquis Patribus Nouatores contendunt, tandem (& si non fateantur septem) plus, quam duo, tria, 4. reperi agnoscat in veteribus expressa mentione, Lutherus n. tom. 6. Vvitenberg. anno 1562. de captiu. Babyl. fol. 84 obiciens sibi restringenti numerum Sacramentorum ad duo, ait [ At dicas quid ad Dionysium dices, qui sex enumerat Sacra[m]enta? Respondeo, Scio hunc solum haberi ex antiquis pro septenario numero Sacramentorum, licet matrimonio omisso, senarium tantum dederit ] idem scripsit Humfredus Iesuitismi p. 2. pag. 519. Kemnitius in 2. p. exam fatetur Augustinū de quinque mentionem fecisse. Balæus in Catal. Paparum fol. 29. Szegedinus in speculo pontificum profitetur Innocentium primum de extrema vñctione mentionem fecisse. Sed si vel solum vnum Augustinum attendere vellet in uno solo Augustino reperiret omnium septem Sacramentorum confessionem, vide confessionem Augustinianam Torrensis. In Tertulliano quoq; eandem septem Sacramentorum confessionem haberi, disertè ostendit Pamelius in notis ad Tertull. de præscriptionibus. Vel hoc vnum pro nobis faciat, quod plura reperiuntur in Patribus Sacra[m]enta, quam ea pauca, quæ fiantur, ut veritas ex inimicis probetur.

§.

### *Baptisma.*

**P**er eadem Sacra[m]enta, & in specie de baptismō, non tantum gratiam significatam, sed collatam, veterum doctrina, conffitentur Centur. Centur. 2. c. 4. col. 47. v. 43. & Centur. 3. c. 4. col. 82. l. 55. vbi Cyprianū referunt afferentem, quod persona baptizans Spiritum S. conferat, & baptizatum intus sanctificet. ] & cēt. 4. col. 1160. 1. 53. & 1161. l. 2. col. 2243. 29. Centur. 5. col. 515 & 516. Periculose admodum aiunt Chrysostomus videtur loqui de efficacia in 1. cor. 15. hom. 40. dicens solus Deus peccato liberare potest, quod in isto generationis lauacro facit mentem gratia tangit, hinc radicale peccatum euellit.

De baptismō vero sanguinis, seu martyrio (licet Sacramentum non sit) quod condonentur delicta Patres quoq; citant Magdeburgenses, in præf. 2. cent. aiunt. *Martyria Sanctorum tantis euexerunt laudibus*, ut quidam sentire cœperint esse peccatorum expiationes. Disertè aut̄ Clemens inquit martyrium esse expurgatorium peccatorum cum gloria, & iterum. In epistolis suis pluribus Ignatius valde periculose loquitur de martyrij merito, vt ad Smyrnenses; item ad Antioch. Pro animabus vestris ego efficiar, quæ phrasit etiam ad Polycarpum, & Ephes. vittur, col. 54. Item cent. 3. col. 85. citant pro eodē dogmate Tertull. in Scorpiano, & in Apologia ijs verbis, quæ non pati exoptet Cypria. 2. epist. 6. & in

6. & in exhortatione martyrij. Sed Patres contemnentes, de Gnosticorum semine progenitos se monstrant, qui martyrium, ut inane exuffabant.

Parvulorum baptisma constanter à Patribus traditum assuerant cent. 2. col. 62. de baptismō aiunt extat opinio non satis recepta sac. script. in responsione ad quæstiones orthodoxorum Iustini operibus adiunctis, infantes scilicet affici bonis baptismi, propter fidem eorum, qui eos ad baptismum afferunt, quæ opinio nimis alienæ fidei tribuit &c. Cent. 5. col. 516. Augustinus infantes aliena fide baptizari, & parentum, non sine fide sua, credere passim docet, & col. 656. Augustinus scribit, eos, qui gestarunt infantulos ad baptismum pro ipsis solitos fuisse renunciare Satanae. Cartwrightus in defensione V vigisti p. 522. & 516. & Bulling. in decad. Anglic. decad. 5. serm. 8. cū eodem confessisse alios PP. afferuit Muscul. loc. communibus de baptism. p. 208. sed dum Patribus id tradentibus insultant, genima vipersum se ostendunt, Pelagianorum, Armeniorum, Albigensium, Lollardorum, Viclephistarum.

§.

## De confirmatione.

**C**onfirmationem esse Sacramentum nouæ legis à Patribus agnatum, fatentur aduersarij, Centuriatores baptizatos signari ab Episcopis, & Christmate inungi afferunt 4. col. 423. 1. 4. & 837. 1. 20. col. 478. 1. 17. 4. col. 420. vt scribit Ambros. baptizati spirituale signaculum accepterunt, vi perfecti fierent, & ductis ad altare illiti sunt oculi. col. 422. adducunt canonem Concilij Laodiceni, sub Damaso. oportet, baptizatos post baptis. Sacratissimum chrisma percipere, & regni coelestis participes fieri. Kemnitius p. 2. exam. pag. 58. & 64. & 65. Cyprianum, Melchadem, Cornelium, & Tertullianum, & p. 298. insanit vocando propter hanc assertionem, Cyprianum & Tertullianum Montanistas, & per contemptum Cyrilli Hierosolym. de eo Sacramento egregie differentis, oleum confirmationis vocat Cyrillicum oleum. Idem oleum chrismatis afferunt solitum monstrant cent. 4. 420. 1. 10. dicentes: *Chrisma in ampulla conseruari solitum* indicat Optatus. Cet. vero 4. col. 865. 1. 43. col. 503. 1. 8. col. 1174. 44. & col. 864. agunt ex veterum monumentis de consecrat. Chrismatis per Episcopum. Sed dum huic Sacramento sunt iniurij, & in Patres debacchantur, originem, & censem suum iam deserunt ad Nouatianos, Vyaldenses, Viclephitas &c.

## De Eucharistia.

**E**ucharistiam esse Sacramentum permanens ex afferuatione in pastophorio, vel tabernaculo, quod disertis verbis Tertull. Cyp. Basil. Ambros. &c. confessi sunt, planè euincitur, & Nouatores expressè confitentur id à Patribus agnatum Lib. 4. c. 17. §. 39. Instit. Calu. ait, qui sic faciunt, nempe afferuare Eucharistiam, habent

seieris Ecclesie exemplum. Sed impie subdit. Verum in retanta, & in qua non sine magno periculo erratur, nihil tutius est, quam ipsam veritatem sequi. Petrus Martyr. impudentius perstringit nunc Chrysostomum, nunc Nazianz. modo Bernardum. modo Damascenum, lib. de Euch. aduersus Gardinerum obiecit. 203. col. 858. respödens ad authoritatem Cyrill. ait [confuetudo seruandi Eucharistiam spectat ait opinor ad receptam quandam consuetudinem, ea tamen consuetudo, & si saperet non nihil superstitionis, tamen illi Cyrilus alijs; subscribebant &c. sed proprio gladio se ingulat, dum malunt nouitatem sequi, quam veteris Ecclesiæ doctrinam, & consuetudinem à tot heroibus assertam, vt formidans Kemnitius 2. p. exam. Trid. sess. 13. c. 3. & 6. veteres traducere, illud effugium ( sed inane) sit meditatus, alios Patres cōtrarium sensisse, ferulam. n. timebat vniuersos Ecclesiæ Proceres ablegare.

§.

## Euch. Mysteria.

**E**ucharistiam continere verum corpus, & sanguinem Christi trānsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, aduersarij profitentur, agnatum esse à veteribus. Centuriat. 3. col. 58. Cyprianum citant dicentes serm. 5. de lapsis, sentit in cena corpus, & sanguinem Christi esse, & vt vocat serm. de cena Domini panis iste quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatu &c. & subdunt ibidem dicere. Christianos usq; hodie Sanctissimum, & veracissimum suum corpus creare, sanctificare &c. Cent. 5. col. 517. lib. 23. in serm. de cena Domini eandem transubstantiationē docet [ quare & si multi eum librum Cypriani fecerūt non agnoscant, tamen Fulco contra testam. Rhemens. & 1. cor. 11. fol. 282. dicit, quod autor eius libri non multo recentior Cypriano fuit, & Erasmus in notis Cypriano annexis Basile. 1558. dicit illud opus fuisse alicuius eruditus, tempore Cypriani. Plura pro transubstantiatione ijdē Cent. 3. 7. col. 184. 1. 23. Chrysostomus aiunt videtur transubstantiationem confirmare, nam ita scribit, num vides panem, num vinum? num sicut reliqui cibi in secundum vadunt, absit, ne sic cogites quemadmodum n. si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiae remanet, nihil superfluit, ita, & hic puta mysteria consumi corporis substantia. Similiter & Musculus in loc. commun. pag. 336. qui eundem Chrysostomum refert, & reiçere non formidat. Petrus Martyr. in defens. Gardineri p. 4. 724. & in Epistola annexa suis loc. comm. Anglic. in ep. sua ad Bezan p. 106. non facile ait Cyrillo afferim, qui talē communionē afferuit, vt per eam ipsa Christi carnis, & sanguinis substantia primo benedictioni ( sic n. panem illum sanguinem vocat ) iungatur &c. Inutiliter [ Eusebiū Emisenum de transubstantiatione locutum dicunt Centuriat. 4. c. 10. col. 985. 1. 30. sunt verba Eusebij. Ecce Sacerdos in æternū ē. mox in eius sanguinem. vinum

conuertitur Anton.de Adamo in anatom. Missæ fol.227.& cent. 4. col.295.l.3. & Oecolampad.in lib.epistol.& cent.4.col.242. Ambrosium eandē profidentem agnoscunt lib.de Sacram.dicentem [ sicut est vere Dei filius &c. vsque ibi cōuerte-re genera instituta natura ] & col.244. [panis est ante verba Sacramentorum ] S. Ignatiū agnouit Vvigtgistus in discussione sua contra replicat . Cartuighti pag.408. eidem transubstantiationi testimonium perhibere,& Kemnitius p.p.exam. pag.94. à fine ipsiq; Lutherani in confirmationē realis præsentia, quam tuetur, affirmant de hereticis sui temporis eundem Sanctum pronunciāsse. Eucharistias, & oblationes non admittūt, quia non confitentur Eucharistiam esse carnem Salvatoris nostri Iesu Christi, qui pro peccatis nostris passus est, sic habetur in libro concordie impress. Lipsie 1581. nona recitatione pag. 177. Veteribus ergo istis manus dare debent, nec.n. Ecclesiā errare potuisse, etiam testimonij aduersariorū non semel euic mus, & euincemus. Alios quoq; Patres adducunt Centuriat. 4. col. 144. Epiphanium dicentem . Videmus quod acceptip Saluator in manus suas velut Euangeliū habet &c. vsq; ibi, is excidit à gratia, & salute. col 294, subdunt. Athanasius expresse negat ex carne, & sanguine Christi aliquid in mundo inueniri, nisi illud, quod in ara Crucis per manus Sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur . Est & phrasis noua apud Nazianz. in prima inuestiua in Julianum. mox in incruenti sacrificij oblatione, manus commaculat. citant, & Greg Nil-sennum oratione Catechetica . Recte nunc etiam Dei verbo sanctificatum panē, in Dei verbi cor-pus credimus immutari , & col. 662. Canonem Patrum Concilij Nic. referūt his verbis. [ Perue-nit ad S. Concilium, quod in locis quibusdam presbyteris Sacraenta Diaconi porrigunt . Hac namq; neq; regula, neq; consuetudo tradi-dit, vt hi qui offerendi sacrificij non habent po-testatem, his , qui offerunt corpus Christi por- rigant] Cent. 5. col.516 dicunt de Theodoreto. Theodoreto scribit. [ symbolica corporis, & sanguinis Domini , alia quidem sunt ante inuocationem Sacerdotis sed post inuocationem im-mutantur, & alia sūt ] , col.518. Eucherium citat. Christianis præceptum est, ut oblationem panis, & vini i. co. poris, & sanguinis Christi Sacra-mentum in sacrificium offeramus &c. qui locus etiam sacrificium probat. Habentes ergo tan-tum testium nubem, immerito illos reiçere cō-tendunt, more. n. malorum litigantium cum te-stibus, & ( quod maius est ) iudicibus premātur, quid mirum, si eos, vt legitimos antiquitatis te-stes producunt, pro solo placito, & temerario auſu repulsent?

Eucharistiam sacrificium quoque esse tam vetustum in Patrum doctrinis, vt Acamus in-apologia pro ceña Domini pag. 31. scriperit originem eius post Apostolos ostendi non posse, sunt testes luculentissimi antiquissimi Patres citant Centur. 2. c.4.col.55.l.43. Ignatium episto-la ad Smyrnenses, & Irenaeum lib.4.c.32. & de Ignatio dicunt suspicari ab aliquo quedam in-serta esse in eius epistola col. 113.l.9. cum tamen

ea verba sacrificium adstruentia, in omnibus exemplaribus, & Bibliothecis extant. de Iræno 1.23. dicunt, oscitante, & impropiè locutum quando Eucharistiam, oblationem vocauit. amplius 2.col. 127.l.17. ab Ignatio aiunt, tradita in-commode, & esse periculosa errorum semina .

Caluinus quoq; in Epistolam ad Heb. c. 7.u. 9. ait tot veteres Ecclesiæ Doctores hac opinione occupatos fuisse miror &c. certè, vt error errorem trahere solet, cum ipse sacrificium in Christi cœ-na, nullo eius mandato fixus sit, adeoq; cœnam adulterasse addito sacrificio, colores posse a hinc inde accrescere conati sunt, quibus errorem suum fucarent. similiter lib de Eccles. reformat. pag. 389. Veteres ait, excusandi non sunt, quatenus s̄. ipsos appareat à primo, & genuino Christi insti-tuto deflexisse &c. Feildus 3. de Ecc. c. 19. pag. 107. Caluino subscribens, dicit ideo veteres di-xisse Eucharistiam esse sacrificium, quia cum inter Iudeos, & Gentiles viuerent, Christianos sacrificium habere multo nobilius ostenderent, & Fulco in replicat.ad Bristol pag.28. sacrificij ait vocabulum, quo Patres passim pro Cœna Do-minicæ celebratione, usi sunt, à Gentibus, & Iudeis mutuarunt &c. confiteātur ergo, vel inuiti Patrū esse de sacrificio doctrinā, sed ne à veritate vinci videantur, calūnias struūt. sed vt scripsit Peucerus in præfat. tom 2. epist. Phil. [ post mul-tam calumniarum virulentiam tandem vincit veritas, quæ non pendet ex iudicijs, vel affecti-bus hominum, nec temporum momentis mu-tatur. ]

De mixtione aquæ cū vino in sacrificio, quid afferri debet, tam euidenter ex omnium seculo-rum, & ætatum Patribus constat, vt nec illud negare potuerint aduersarij. nam Iuellus in replica pag.34 dicit Sanctus Cyprianus, & alij PP. de ea mentionē faciunt, & multum vrgent. Cartuu-fitus in defensione Vvhitgisti pag. 625. ex Iu-stino, & Cypriano id haberi conffitetur. Vvhitgisti vero Cyprianum dicit, in eo lapsum esse, quod tamen subdit, illo tempore, alijs cum Cy-priano comitfune fuit. Sed iam in eorum pro-dromis damnati sunt Nouantes, nam Armeni hoc titulo damnantur à Theophilacto in Io. c. 19. quod non admiscent in mysterijs aquam vi-no, & quod maius est ab Ecclesia in Concilio 6. Constantinopolit. reieci sunt, quod [ vinum tā-tum in sacra mensa offerunt, aquam illi non mi-scentes ] & ibidem subditur. [ nam & Iacobus Domini nostri Iesu Christi frater &c. & Basilius Cesarex Episcopus &c. mystico nobis in scriptis tradito sacrificio, ita peragendum in Sacro my-sterio ex aqua, & vino, sacrum poculum edide-runt. ]

Sacrificium offerri à solis Sacerdotibus ritè initiatis, & ordinatis, etiam ab antiquissimis Pa-tribus afferitur. Vnde Centuriatores in Cypri-anum calatum acuentes scripserunt cent. 3. col. 83.l.34. [Cyprianus inquit vice Christi fungi, & Deo patri sacrificium offerre] & in tab. Alphab. ipsius centur. littera, S. dicunt. Sacerdotem vice Christi in ceña Domini fungi superstitione afferit Cyprianus] ep. 83. sed bene illis quadrat, quod Strigelius in Eccles. c.10. scripsit [& si ca-lum-

Iumnia aliquātis per confirmat auditorum opinionem: tamen progressu temporis ipsa nihil est imbecillus, quā etiam viperæ instar ipsi parenti tandem perniciem affert.]

De aera in qua sacrificium offertur, frequens mentio est apud PP. patentibus Novaroribus, vnde Rainoldus in collat. p. 552. in fine, altare, & sacrificium affert correlativa esse, & mutuo se inferre, vt vno probato probetur, & reliquum, vnde Petrus martyr in loc. commun. p. 4. pag. 255. Patres multos recenset eosdemque sigillat. v. 3. [ Petrus Alexandrinus ait, plus tribuit extero altari, quām uiuis tēplis Christi ] de Optato ait [ Optatus contra Parmenianum ait, quid est altare? ipsa sedes corporis, & sanguinis Christi. ] & mox subdit impius [ Huiusmodi dicta non ædificauerunt populum ] Cartunightus 2. replica p. vlt. pag. 264. antiquorum, ait, abusus in hoc facile apparēt, quod nimia loquendi licentia ( Patres ) cena Domini sacrificium, & communionis mēsam, altare vocare soleant. idem dixit Petrus martyr. in loc. communibus 4. p. 225. Et Pratorius de Sacram. p. 287 magis representare, ait, Iudaismum, quām Christianismum. Centuriat. 4. col. 409. l. 15. aras dicunt in templis fuisse, id quoq; huius seculi historia testantur &c. Verum hæc etiam consuetudo à Iudaica in Ecclesiam Christi promanauit. Sed bene illis quadrat, quod Eusebius lib. 15. de præparat. Euangelica scripsit citans dictum Aristorelis de suis calumniatoribus. [ Omnes erant Sophistæ, & contentiosi, quorum nomina, & libri citius, quām corpora p̄ierunt. Sic vniuersaliter spuma scopolis allis rursus defluunt, cum ipsi scopuli stent immoti. ]

Sacræ Eucharistie adorationem agnitam à priscis Patribus, patet ex Martino Kemnitio, qui in 2. p. examinis pag. 92. multa ex Ambrosio Nazianz. Aug. citat, quibus Eucharistie adorationem aperte docent, & Caluinistas perstringit, quod eam negent, quas ob causas Sacramentarios appellat. Sed Fulco de dicto Nazianzeni ( quod habetur in oratione funebri Gorgoniae fororis ) in responsione ad Stapletonum de successione Ecclesiarum p. 230. satis nugaciter nugatur, sed tandem hic à veritate conuictus, in hæc mēdacijs verba prorupit [ Eucharistia in altari non fuit ab ea adorata, quamvis in magna reuerentia, & fortasse non sine superstitione habita esset, ] ò mēdaciū calumniosum, & mendacem calumniam. Vel saltem ad Centuriatores attendissent, qui de Ambrosij verbis in præparatione Missæ tractantes cent. 4. col. 430. l. 25. sic ce nsent. Continent verba ista adorationem panis in Sacramento, Idem iudicium adhibent Crispinus lib. de Ecclesia pag. 87. Bilanus in vero discrimine p. 4. pag. 622. Parkinsus in problem pag. 21. Basilius etiam adducitur à Fulcone in triplicato contra Bristoum pag. 685. cuius auhoritati futilissimam responsionē adhibet, sed à suis perstringi possunt: recte. n. n. hoc scripsit Strigel. 1. p. loc. fol. 391. communium [ Et si calumnia, & errores aliquantisper florent, & dominentur, tamen paulatim fiunt languidores, ac tandem euanscunt omnino, veritate triū-

phante, & conculcante suos hostes ] sed Spiritus S. eiusmodi imposturas euertit Prou. 12. vbi scriptum est. [ labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis repentinus, concinnat linguam mendacij] inconsiderati ergo, & repentina testes, dum contra veros testes antiquitatis insurgunt, multa mēdacia confarcinare oportet. A ieuniis sumendum Eucharistiam, in honorem tanti Sacramēti, docuerunt Patres: id agnoscent Protestantes, nam Hospiian. in hist. Sacram. p. 1. lib. 2. pag. 45. & 25. allegat Aug. ep. 118 & subdit p. 25. [ nō obscure innuit Aug. ieuniū hoc traditionem esse Apostolicam. ] A castis sumendum, à Patribus commendatum, ijdem agnoscent, vnde Hieronymum refert Fulco cōtra Heskinum Sanderum pag. 458. & Hospiianus in hist. Sacram lib. 1. p. 46. e pleriq; antiquis Patribus demonstrat, sed dum ille dictum Hieronymi, indignam, & Papisticam Theologiam vocat, ab isto redarguitur, dum ait, hunc Papismum, ceteri Patres religiore obseruarunt. Si religiosa obseruatio habetur à symmista, indigna cærenimonia non est. Sed benē res se habet, quod calumniatores dum perniciem alijs struunt, sibi inueniunt.

Sacrificium offerri etiam pro mortuis testatur Fulco in confutat pag. 362. & 303. & 395. cōfitendo, quod Tertull. Cyprian. August. Hieronymus dicant esse Apostolicam traditionem. Idem habetur in Calu. de vera Ecclesiæ reformat. quæ extat in tract. Theol. Caluin. pag. 394. Centuriat. 5. 679. citant Chrysostomum dicentes offerri missam pro ijs qui dormierunt, ex traditione Apostolica: ijdem dicunt cent. 3. c. 5. col. 138. l. 56. [ Tertullianū approbasse oblationem pro defunctis ] à quibus mutuatus est Ostander Cent. 3. lib. 1. c. 5. pag. 10. Ijdem Centuriat. 4. c. 4. col. 92. 95. l. 3. perstringunt Ambrosium, quod non recte de Trāsubstantiatione, & applicatione Eucharistie pro mortuis scriperit. de Cyrillo Hospiianus in hist. Sacra p. 167. ait. Quod ad Cyriillum Hierosolymitanum attinet, dicit ille pro sua tum temporis recepta consuetudine, sacrificiū altaris maximum iuuamen esse animarum. sed sola antiquitas contra eos dat testimonium, & calumniarum oppilit ora.

Plura quoq; citant Centuriatores testimonia antiquorum circa vsum, & celebrationem Eucharistie, nam à Diaconis solum distribui, non offerri, scribunt 4. col. 662. l. 2. col. 703. l. 36. col. 705. l. 31. In vasis sacris reponebatur, quæ Laici, ( nec etiam Subdiaconi tunc ) tangere non poterant Cent. 4. 835. l. 46. nec ingredi Sacrarium cent. 4 col. 409. l. 40. Cruce signari solitam 3. Cont. c. 6. l. 14. l. 34.

### Pœnitentia.

C irca Pœnitentię Sacramentum, agnoscut ex antiquis Patribus Tertull. & Cypriani temporibus in vsu fuisse confessionē etiā cogitationē Cent. 3. c. 6. col. 127. l. 28. absolutionem deinde à peccatis ita conferebat [ si qui pœnitentiā agebant, peccatum prius confessi essent ] & mox Tertull. & Cypriani in multis locis citant. Satisfactionem etiam imponi solitā, iuxta modū offendit, & delicti, agnoscut ex Patribus ijde-

## 210 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

Cent.3.c.6.col.29.l.40. per eandem debitas pœnas exoluī, agnouerunt Vvitak. contra Campian. rat.5. pag.78. & apud Fulconem c.13. p.368. impiè tamen dicit idem p. 78. paulo ante m. nedū Cyprianum, sed etiam omnes ferē illius ævi San. Etissimos Patres in eo fuisse errore, per eiusmodi satisfactiones pœnas delictorum exoluī, & diuinæ iustitiae satisficeri, quod à suo Caluino accepit lib.1.c.4.sect.38. Centuriatores 3. cent.c. 54. etiam doctrinam de pœnitentia maxima ex parte obstrutam hæc ætas habuit: de contritione n. & satisfactione potissimum. Doctores eius ætatis loquuntur, de fide vero parum. col.81. Ple- riq. huius seculi scriptores doctrinam de pœnitentia mire deprauarunt. Origenes iubet lapsos pœnitendo, flendo, & satisfaciendo delere, quod ad miserunt, quia dicit Propheta si conuersus ingemuisti saluus eris, & pœnitentiam, i.e. lacrimas assert esse pretium, quo peccata nostra redimantur, & lapsis postbaptismum spem tantum Purgatoriū polliceri videtur. Cyprianus quoq; peccata, ait redimi, & ablui satisfactionibus, & lapsos auxilio martyrum apud Dominum posse adiuuari. Pœnitentia vero definitionem eiusmodi extruit. Pœnitentiam ille agit, qui diuinis præceptis mitis, & patiens, & sacerdotibus Dei obtemerans, obsequijs suis, & operibus iustis Dominiū promoveretur. Cent.4.l.1. Pœnitentiam aiunt hæc ætas, ut ferē, & superiores, nequè recte definiunt, neq; partes eius satis explicauit. col. 231. l. 12. doctrinam pœnitentia, & cetera satis tenuiter, & frigide &c. ut in superioribus ætatis tractatam videas ab hac ætate. Amplius confessione facta, & pœnitentia iniuncta absolui pœnitentes adhibita ceremonia illa manuum, vt nunc fit impositionis iudem Centuriatores agnoscunt 3.col.127. lin. 44. Hoc idem agnoscit Caluin. lib.1.c.4.sect. 38. initio, Vvitak. in Campian. rat. 5. pag. 78. paulo ante medium falsò tamen calumnias miscent.

§.

### Extrema vñctio.

**E**xtrēmā vñctionem agnoscunt à veteribus agnитam Centuriatores 5.c.6.de ritu visitationis infirmorum testimonio Innocentij P. epistola ad Decentium Eugubinum c. 8. probant eosculo fuisse consuetudinem vngendi ægrotos. quare calumniose Kemnitius à Fælice 4. institutam gratis, temete, & impiè afferit.

§.

### Ordo.

**O**rdinem habitum, vt Sacramentum inter cetera ex Cypriano serm. de ablutione pedum fatetur velit nolit Kemnitius in exam. p.2. pag.7.6. post medium, in eo n.sermone aper tè fit mentio baptismi, & aliorum Sacramentorum, inter quæ sacram ordinem recenset. Sed nullum aliud subtersugium habuit Kemnitius, quam negare eius opusculi este Cyprianū authorem. Sed esto, satis est, quod eius libri author es-

set ætate coeūus Cypriano. vide Pamelium in notis Cypriani. Varios esse ordinum gradus. vt Diaconi, Subdiaconi, Accolijthi, Exorcistæ, Lectoris agnoscunt, & satentur Centuri. ex veteribus 4. col. 873. & 874. sacris ritibus initiari ab Episcopo ex Theodoreto, ijdem pronunciant col.435. dicendic Recitat Theodoretus rursus, & alios rit s &c. ut flexis genibus ad sacram mensam assistere, & in frequenti populi conuentu, manus imponere, qui viuis inde ab Apostolis ipsi, in omnium locorum Ecclesijs hastis, & ibidem Constitutiones Concilij Laodiceni ordinationes iudicio multitudinis fieri prohiberunt &c. Ac pro ijs apud eum Episcopum, penes quem esset ius ordinandi, precabantur, quemadmodum ex Epistola 4. Basilij, & Gregorij eiusdemq; ad Cæsarienses trigesima appareat, & cent. 4. col. 489 Lin 60. ordinatio ministrorum propria erat Episcopi. col.4.

Primatus Papæ super omnes Episcopos, patet ex Primatu Petri super reliquos Apostolos, ex veteribus agnito, vt satentur Nouatores, nam pro hac re citant Centuriat.4. col.1215.1.2. Sanctum Hieronymum, in cent.4.c.555. 1.30 Hilarium, & col.558.1.54. Nazianzenum; lib.3. col.84. 1.73. dicunt Tertullianum (sed non sine errore aiunt ipsi errores) sentire videtur claves soli. Petro commissas, & Ecclesiam super ipsam extrectam esse, & col.84. 1.59. Passim dicit Cyprianus super Petram Ecclesiam fundatam esse. & col.85. 1.3. Origenes 5.in Matt. dicit per promissionem meruit fieri Ecclesia fundamentum. Calu.1.4.c.6.§.6. in Petro ait fundatam esse Ecclesiam quia dictum sit super hanc Petram &c. vt nonnulli ex Patribus sic exposuerunt, sed reclamat tota scriptura, sed pessimè impius tot Patrum expositiones, scriptura vim etiam inferre reiecit. Vel vocem nouelli Protestantis Couelli Puritanos euincientis audirent in tract. examinationis contra actionem causæ &c. pag. 106. & dicentis. Vnum ceteris præponi necessarium ad evitanda schismata, & dissensiones tollendas. Petri successoris Rom. Pontificis primatum, ex veteribus ostendunt Centuriat. 2.col.62. vnde Ignatium citant vocantem Ecclesiam Romanā eminentia dignam, Irænum: ad eandem propter potentiores principalitatem necesse omnes contineire, col. 209. Hanc Ecclesiam fundantes, & instruētes BB. A postoli Petrus, & Paulus Lino Episcopatū tradiderūt &c.] & cent.5.col.1262. de Leone Papa dicunt. Multum laborat Primatum Petro præ ceteris Apostolis datum esse, et inde ortum habere Ecclesiae Romanae primatum &c. alios quoq; Patres allegat Fulco in response ad pseudocatholicum, & in retentiu &c. pag. 285.

Actus & exercitia eiusdem primatus agnoscunt ijdem ex veterum monumentis, videlicet, Synodorum conuocatio, & indictio. Cent. 5. col.781. 1.20. earundem, fine authoritate conuocatarum, reiectio, ibidem in iisdem Romani Pontificis præsidentia. col. 781. 1. 36. & legatis præsidendi suo nomine concessa facultas. Sic Celestinus Cyrillo Alexandrino in Ephesina Synodo, & Leo Paschasino Siciliæ Episcopo, vt Chal-

Chilcedonensi præsiderent, mandarunt. ibidem decretorum Synodalium approbatio col. 781. Patres in Concilijs aiunt sæpè honoris ergo petebant à Pontificibus sua decreta confirmari. Sed non ob honorem tantum, quantum, vt robur haberent decreta Synodicae Chalcedonensis Synodus ad Leonem scribit: *Rogamus &c.* col. 9; 6. sic loquuntur Episcopi in damnatione Dioscori. Sanctissimus, & Beatisissimus Leo &c. Ad ipsū appellatio ab Episcopis. Cent. 5. com. 778. l. 51. & c. tant act. 6. Synodi Carthagin. Sextum Ep. 2. ad Oriental. & col. 1013. d Theodoreto scribunt. *appellasse ad iudicium Leonis.* citatur ab iisdem cent. 4. col. 764. l. 6. & ab Osiādro in Epitome p. 294 septimus canon. concilij Sardicensis, vbi de grauatorum Episcoporum appellatione ad Sedem Romanam loquitur, quamvis postea inique, vt &c. fugillent.

Grauatis Episcopis ius dixerunt, eos absoluendo à criminibus in sedibus restituendo, aduersarios dirisuouendo. Sic de Theodoreto cēt. 5. col. 1013. l. 26. restituit Theodoreto Episcopatū Sanctissimus Leo: aduersarium Chrysostomo Theophilum excommunicatum, & depositum pronunciauit Innocentius col. 663. l. 39. nec præcario, vt ijdem scribunt cent. scū vt arbitrio restitutiā Iulio Ep. scopi orientales, qui ad eum appellarunt, sed Ecclesie Romane prærogativa fretus Iulius id præstitit. col. 550. l. 15. & linea 20. idipsum fatetur Philippus Nicolai Protestās de Regno Christi l. 2. p. 149. Episcoporum citatio, vt Romæ compareant col. 779. Patriarcha Constantinopolitanus à Papa Romā citatur ad dicendam coram se causam, & Maximum se citaturum promisit Bonifacius. Quem locum Patriarchæ tenere debeat indicūt cēt. 5. col. 850. de Synodo Constantinopolis scribunt, Episcopū Constantinopolitanum locum proximum post Romanum obtinere debere col. 852. id statutum ideo, quod Constantinopolis noua Roma est. Ut maiores causē terminandæ ab Episcopis ad Papam deferrentur fol. 779. l. 43. Leo Tessalonicensis Arehiepiscopo hanc legem promulgavit: *Vt Bina per annum Provincia Concilia celebrarentur, & si res difficiles emerserint, nec fuerit Tessal. Epistoli iudicio determinata, ad Romanum referatur antisitem. Inferiorū manus ligat, Papa ne soluant, quos ipse ligauit.* cent. cen. 5. col. 779. l. 38. nam Gelasius in tomo Anathematum, Petrum Alexandrinum secundā sedis antistitie negat absolui à quoquam posse, quām ab Episcopo primo sedis S. Romanae. Iurisdictionem etiā in remotissimos Episcopos, & Archiepiscopos, ac etiam Patriarchas exercuit, iisdemq; priuilegia concedit col. 777. 5. cent. Celestinus Papa Cyrrillo Alex. cui suas partes videlicet, vt in Synodo Ephes. præsideret, priuilegium dedit, & surpādi titulū Papæ, & mitram, teste Niceph. qui etiā addit famam esse, quod ab eo tempore Alexander Episcopus appellari cœperit index universi orbis, sed licet insignia, & legationis, & Præsidentis mitrus concesserit Pontifex Romanus Cyrrillo, non dedit, quod ipsi Papæ est proprium. vt esset iudex vniuersi orbis, quod inuidiosè fabrefactum à Centuriat. Hormisda sub-

dunt Remigium facit inspectorem Ecclesiarum Gallie, & dat ei potestatem convocandi Synodos dirimendi, controuerias, & componeudi diffidias, sed ita tamen, vt ad se acta referat. Cælestinus Patriarchis Alex. & Antioch, mandat, vt Proclum Constantinopolitanum designent Episcopū. Sextus Hierosolymam mittit legationem, qui congregata synodo damnat, & deponit Polychronium Episcopum Hierosolymitanum quem tamē postea restituit. Titulis quoq; illustribus Romanae Sedes decorata agnoscitur à Centur at. 5. col. 774 & 775. à Fulcone in retentua contra Brustum pag. 278. qui Prosperum, ait, nimium illi fauere, quod caput mundi Romanam Petri sedem vocarit. Hec vero omnia cum luce clariora sunt, nesciunt aliud respondei e Nouantes, quam hec omnia, vel à Pōtificibus visurata, vel ab adulatoribus introducta, vel inclinari tum cōpisse Christi doctrinam, vt homines decepti longa erroris duratione, existimarent plusquam Dei verbū permittat Petri super cert. Apostolos & Rom. Pōtificis super omnes Episcopos orbis, Principatum. Quæ effugia non habent alias probationes nisi calumnias, & mendacia, à ceteris symmictis etiam confutata, qui necessitatem huius Primatus fassi sunt. unus pro omnibus Nouantibus satis sit protoparens eorum Lutherus, qui in locis communibus class. 1. c. 37. pag. 107. post medium ait, *Cum Deus voluerit unam habere Ecclesiam Catholicam per totum orbem, necesse fuit, unum aliquem populu, imo unum aliquem Patrem istius populi unius eligi, ad quem, & suos posteros spectaret totus orbis, & fieret unum ouile, & sic ex omnibus Gentibus in infinitum variatis moribus, tamen unica fieret Ecclesia,* idem afferit Beza apud Saraviam de diuersis ministrorum gradibus pag. 491. & 492. & alij.

## 5.

## Matrimonium.

**M**atrimonium pro Sacramento à Veteribus habitum fatentur Nouantes, nam Martinus Lemnitius 2. p. examinis pag. 1225. & si falso affirmet [ ante Augustini ætatem ostendi non posse Matrimonio attributam, vel ipsam generalem Sacramenti appellationem ] fatetur saltē, licet dimittat, ab Augustini ætate usq; ad præsens, vt Sacramentum agnatum à veteribus, & Caluinus lib. 4. instit. c. 19. s. 24. restrictius Icquens dicat: *nominem ante Gregorium vidisse Matrimonium pro Sacramento datum.* Nō differtur agnatum ab ætate Gregorij, quod sufficiens est argumentum ad eos euincendos, dicentes esse inuentum Sententiarorum, & S. bonistarum, & ab ipsis antiquis Gnosticis Hugnosti confutantur, illi n. ad suas obscenas coniunctiones firmandas dicebant, vt est videre apud Iræneum lib. 1. c. 1. & Tertullianum contra Valentianos c. 30. semper honorandorum supernorum coniugiorum gratia. *Syzygiæ* id est coniugii, vel coniunctionis meditari mysterium, & vt Tertull. Icquitur, & celebrandum semper

Sa.

## 212 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

*Sacramentum, comiti, i. fœminæ adhærendo, in quo loca legendi Pamelius, & Feuardentius. Sed sa-  
tis superque; supra confutati sunt in mendacio 12.*

§.

### *Ceremonie Sacramentorum, & primo solennia baptismi.*

**I**psis quoque; Sacramentis adhiberi solitas cæ-  
monias, disertis, & apertis verbis in Patrum  
monumentis reperiri, non diffidentur Nouatores.  
Signo crucis perfici Sacraenta agnoscunt Cet.  
3. pag. 657. (quamuis in solo Sacramento Confir-  
mationis sit de essentia ex doctrina Ecclesie.)

Eodem signo aquam sacrari Cent. 4 col. 415.  
I. 44. agnoscunt, à veteribus, dum dicunt *aquam  
baptismi consecrari solitam*, Basilius indicat, &  
*Ambrosius testatur*. Baptiſteriorum meminit  
*Athanasius*, & *Ambrosius*, cent. 3. col. 28. I.  
50. & col. 148. I. 4. Baptizandus, aiunt, similiter  
cent. 4. c. 415. de symbolo interrogabatur, aut ali-  
qua symboli verba, coram toto catu recitabat,  
ibid. deinde renunciabat diabolo, & pompis eius  
ibid. similiter 3. c. 124. I. 13. & col. 126. I. 20. & 4.  
col. 415. ex Ephræm, aiunt, apparebant baptizandos  
secundum fidem coram multis testibus professo-  
esse, & sic dixisse. Abrenuntio tibi Satan, & ope-  
ribus tuis, & ibidem: Ambrosius scribit, *Sacerdotes baptizaturos primum dixisse Ephetha*,  
*deinde interrogatos respondisse renunciare se dia-  
bolo &c. Exorcismos adhiberi solitos, idem ibi-  
dem testantur. Etiam exorcizationem adhiberi  
solitam Nazianzenus scribit, citant etiam Opta-  
tum lib. 4. contra Parmenian. dicentem, *Demo-  
nem necesse esse ante salutare lauacrum ab homi-  
ne excludi, & separari. Hoc exorcismus opera-  
tur, per quem Spiritus immundus depellitur, et  
in loca deserta fugatur*. Ibidem meminerunt  
de signo crucis, quod imponitur baptizatis. Ori-  
genes etiam signo crucis baptizatos signari soli-  
tos ostendit, cuius ritus etiam Tertull. meminit,  
& cent. 5. col. 657. Chrysostomus citant, licet ca-  
lumnijs impetant. Chrysostomus de signatione  
crucis superstitione loquitur, quod signum sive in  
frontibus credentium, sive ipsi aquæ, qua regene-  
rantur, sive obo quo vnguntur, sive sacrificio quo  
aluntur, nihil eorum recte perficitur. Trinam  
immersionem quoque; agnitam tradunt 4. c. 415.  
Postea ter in aquam mergebatur, aut saltē per-  
fundebatur, et recitabatur formula Christi Bap-  
tizo te &c. & postea. Mersionem, seu ablutionem  
illam sequebatur unctio: illam sequitur un-  
ctio, & manus impositio, quem ritum Cyprianus  
non sine errore, calumniosè pro more suo, nece-  
sarium facit. & iterum. Erat phrasis apud Ba-  
silium, leuare e sacro fonte, & rursus baptismi  
ablutionem sequebatur olei inunctionio, deinde can-  
dida vestis sive stola. A tanta testimoniis luce con-  
uicti Nouantes non habentes nisi calumnias, &  
maledicta pro responsione, hæc itidem scom-  
mata commenti sunt, nam Calu. I 4. c. 17. §. 43. ait.  
*Siquis vetustate tueri huiusmodi inuentiones  
velit, nec ipse ignoro, quam vetustus sit Chris-  
tus, & exuflationis usus, quam non longe ab**

*Apostolorum ætate cœna Domini, tacta rubigine  
nauerit, & Beza in epistola Theologica c. 8. Totum illum apparatum, quo vetustissimi etiam illi  
Baptismum, & cœnam Domini se exornare posse  
putarunt, non satis mirari possum: etiā iterum p.  
79. sacramentas has ceremonias impie vocat histrio-  
nicas ineptias, & iterum, & si Apostolicos PP.  
agnoscant easdem ceremonias exercuisse, tamen  
in has rudas voces erumpunt. Certè qui Apo-  
stoli faciunt istarum ineptiarum authores, ne re-  
futatione quidem digni sunt, quantumcunque; sint  
vetusti scriptores, & tandem. Plerique; tamen ex  
vetustissimis illis Christianorum sacra, non alii-  
ter, quam Cereris mysteria quedam, occultanda  
eenuere &c. & totam illam actionem &c. in-  
dopptu quædam, & ne ipsis quidem mystis ple-  
risque; intellectis sacra, transformarunt.*

Chrisma, vel oleum in altari sanctificari profi-  
tentur ex antiquitate Nouat. Cetur. 4. col. 143. I.  
48. Kemnitius p. 2. pag. 58. post mediū, & col.  
420. vt scribit Ambrosius, baptizati spirituale  
signaculum acceperunt, vt perfecti fierent, & du-  
cti ad altare illi sunt oculi. Faciunt quoque  
mentionem ex antiquitate de consecratione  
Chrismatis per Episcopum 4 col. 865. I. 43. 503. I.  
8. 1274. I. 44. in ampulla seruari solitam, aiunt 4.  
440. I. 10. dicit Optatus.

In Eucharistiæ celebratione ceremonias adhi-  
bitas, vetustate firmas esse confitentur, non inno-  
cationis verba, dum ostendebatur Eucharistia,  
tradita à Basilio, expressè dicunt, cui nō nisi futile  
responsionem adhibet Bristous in triplicat p.  
685. Signo crucis signari Eucharistiam agnoscit  
ex veteribus Centur. 3. c. 6. c. 141. I. 34. Ex parte  
persona celebrantis, requiri uestes sacras, &  
has antiquissimas fatentur Centur. nam Cent. 4.  
col. 504. I. 7. aiunt meminit Athanasius uesti-  
mentorum Ecclesiasticorum, ornamenti quod  
venerib; in particulari albæ stolæ, seu Orarij  
col. 835. I. 48. & 51. Dalmaticam suis in vsu, Cy-  
priani ætate fatetur Vvigistus in defensione p.  
269. & 270. vbi assert pro se Petrum Martyrem,  
Pluialis aurei Cartuughas apud Vvigistū in  
defens. pag. 268. & 269 qui ad hæc probandum  
assert Theodoretum lib. 2 hist. c. 27. Mitra alias  
Petalon, ex Petro Martyre in epistola annexa  
suis loc. commun. Anglicè pag. 119. Et Ioannes  
Reinold. in collat. p. 616. agnoscit in liturgijs sub  
nomine Basilij, & Chrysostomi, amictum, cingu-  
lum, casulam, manipulum. Ex parte loci, sunt tē-  
pla, & altaria, ex parte instrumentorum vasa sa-  
cra, ex parte temporis dies, & hora celebrandi, &  
in ipso sacrificij aetu, vbi cerèi, thus, osculum pa-  
cis, & alia cæmonia interueniunt, quas passim  
annotant Centuriat. & vnica eademque; impietate  
fugillant, & vt superstitiones abominantur, sicut,  
& Caluinus, qui vbi missæ cæmonias antiquissimas  
esse recognouit, ausus est deinde tanquam  
rubigines ablegare. sic. n. dixit 4. instit. c. 17. §. 43.  
eas omnes natas esse ex procacitate humana co-  
fidentiae, quæ se continere non potest, & quæ in  
Dei mysterijs ludat, & lasciat. Satis ipse  
lasciuus onager, qui retinaculis antiquitatis,  
& pietatis non est passus astringi, & ad illum con-  
suetandum satis est, quod multas agnoscant asse-  
ri

ri à Dionysio, & alijs PP. vt mutuæ salutationis in osculo pacis, vt Scultetus in medulla Patrum 484. Thutis ad altare incési, Hospinianus in hist. Sacrament. c. i. pag. 104.

Impositionis manuum in reconciliatione pœnitentium, ex vetustate recensent. Cen. 3. col. 127. 144.

Ritus quoq; in extrema vñctione agnoscent Nouatores ex veteribus, sed more suo irrident, Kemnitius inspecie 2.p. exam. 1102. & deinceps, & ad ritus Valentini, & Ethnicorum reducit, qui ex Iren. c. 18. lib. 1. & Epiph. hæref. 36. suos asseclas inungebant. Sed diuersus ritus, nam illi portentosis nominibus miscentes aquam cum oleo, mortuos iam vngabant, nos vero morituis, vel moribundis, simplex oleum ab Episcopo benedictum, sub certis formulis, precibus Ecclesiae adiunctis ad solennitatem, ministramus.

In Ordine adhiberi cærimoniam manus impositionis cum alijs, agnoscent Nouatores ex Theodoreto 4 centur. col. 435. Vnctionis Sacerdotalis meminit Cyprianus serm. de Chrism. initio, quem propterea rejicit Kem. p. 2. examin. pag. 247. ante medium. Tonsuræ, & corone sacerdotalis meminit Scultetus in medulla Patrū pag. 484 dicens in lib. de Ecclesiastica Hierarchia Dionys. multa scribit de templis, altaribus &c. de tonsura, & ratione capitum.

Sponsos, & spousas dum nuptiæ celebrantur à Sacerdote benedici agnoscent Centur. 4. col. 453. l. 33. col. 874. l. 37. & col. 482. l. 28. eas celebrari in quadragesima à Patribus vetitas ijdem agnoscent col. 453. l. 29. 837. l. 33.

§.

### Monachatus.

**P**ro Monachetu Centur. 4. col. 300. citatur Basil. serm. exhort. de renunciat. huius seculi, in Auct. multa habet de fraternitatibus, & statutis fratrum, ut c. 14.

Monachorum consecrationes habentur apud Centuriat. 4. col. 466. l. 42. sub tit. de consecratio ne Monachi. Eorumdem castitas col. 300. l. 52. Paupertas col. 30. l. 29. 39. col. 464. lin. 58. Apparet Monasticem professuros, facultates suas prius distribuisse: Monachum ante omnia, id vitæ genus amplecti, ut nihil posse leat. col. 471. l. 23. Obedientia. col. 471. ex Hieronymo ep. ad Eustochium: Prima apud eos federatio est, obedire maioribus. eorundem abstinentia à carnibus &c. nec pane, nec obsonijs vescentes, neq; vinum bibentes, & alij à volucibus abstinent, vtuntur ouis, & piscibus: alij etiam à piscibus abstinent &c. col. 475. l. 42. col. 706. Vigiliæ recessentur: noctu, vt plurimum Monachi ad psallendum, & precandum conueniunt, vocatiq; sunt hi nocturni congressus, eas secutæ sunt matutina orationes post non ita longum interuallum. Hinc demum illæ diurnorum officiorum hōræ suo ordine successerunt, Tertia, Sexta, Nona &c. Vespertinae quoq; præces vñstatæ fuerunt. In claustris reclusio apud Osiandrum in Epit. Cent. 4. pag. 100. Eorundem austeras. Cent. 4. 474. l. 22. multi etiā

humī dormiunt, alij neq; calcamenta induunt, alij saccum gestant occultum. Cucullus, cingulum, reliquijsq; religiosorum habitus Cent. 4. col. 471. l. 49. & col. 7. 2. amictum aiunt Monachorū, Chrysostomus esse scribit, qualis Eliæ, Elisei, Io. Baptistæ, quem omnium Monachorum Principem statuit: etiam de Anachoretis, & Eremitis edifferunt, ijdem ex antiquitatis testimonijis 4. col. 470. l. 20. & col. 474. lin. 5.

De Virginum vero consecratione expresse loquuntur cent. 4.c. 865. l. 44. col. 869. l. 15. col. 874. l. 27. De Monasterijs Virginum 4 cent. col. 467. l. 28. & 36. col. 476. l. 34. col. 1355. l. 58. col. 137. l. 11. Osiander in Epit. cēt. 4. p. 507. De Virginum velamine Centur. 4. col. 468. l. 18. Velabatur in templo, ad altare, in die Paschæ, solenni conuentu, candelis accensis. Earundem habitus religiosus asseritur, col. 874. l. 28. 879. l. 37. Earundem præfecta, & magistra col. 1335. l. 38. col. 125. l. 30 erat aiunt in eadem urbe Publia nobilissima fœmina, cœtus virginū, quæ castitatem profitebantur, magistra. Virginitas earundem, col. 300. Basil. citant de Virginitate, qui damnat eas virgines, quæ postquam Christo virginitatem vñuerint, & despontatae quasi fuerint, ad carnis vitia deflectunt, ut viris iungantur col. 301. Amb. osius aiunt, nimis insolenter (sic loquuntur ipsi insolentes virginum faciarum matiti) pronunciat, de virginum meritis, cum ait: Virgines non solum sibi prodeſſe, sed etiam parentes, & fratres virginitatis merito redimere. citant quoque Ephraem de lucta Spiritus c. 4. Hierony. in reg. c. 6. cent. 3. col. 140. Tertull. citant lib. de cul. virgin. & de ieunio: Cyprianus aiunt etiam indicat, Epist. 9. & 11. fuisse inter Christianos virginis Deo dicatas, quæ continentiam præstare, vñuerint, & potuerint cent. 4. l. 4. c. 20. col. 467. l. 28. 36. col. 467. l. 32. Osiander. in epit. Scultetus in medulla PP. pag. 450. citant Ignatium ad Philip.

§.

### Hora canonice.

**H**Oræ canonice ex antiquitate recēsētur Centur. 4. col. 433. l. 27. cent. 3. 134. l. 45. & 459. l. 18. quin & de nocte surrexerunt, vide col. 41. l. 1. 52. col. 434. l. 24. & col. 676. Orationum, aiunt, canonicarum manifestè meminit Sedulius inquietus, aut ergo dicendum est eum semper orare, & non desicere, qui canonicis orationibus quotidie iuxta ritum Ecclesiastice traditionis psalmodijs, precibusq; consuetis, Dominum laudare, & rogare nō desistit] Cent. 7. col. 1134. l. 44. In lib. de ieunio Tertullian. ait tres illas horas tertiam scilicet, sextam, & nonam insigniores esse in orationibus diuinis: Cyprianus vero in orationem Dominicam, primam, tertiam, sextam, & nonam, horas vocat antiquitus obseruatas.

Obser-

## Obseruatio quadragesima, &amp; præceptorum Ecclesiæ.

DANT his quoque testimoniū, sed more suo postea calumniando, ijdem Centuriatores 3. c. 136. frequens, aiunt, sance apud scriptores huius seculi occurrit iejuniorum mentio, adeo ut in opinionem meriti iejunia abiisse videantur 4 col. 65. Doctrina de libertate Christiana nonnihil caput obscurari, & succreuit paulatim error de traditionibus necessario obseruandis, & incessere cœpit homines quædam electitorum cultuum religio, Ignatius ad Philadelp. sic scribit. Adhuc dico, Episcopis &c sextaferia ieuniate, col. 1 20. Originem habuisse, atque in Ecclesia diu durasse, inde ab obseruationibus Iudaicis perinde ut alia multa, etiam iejunia certum est, quæ in pluribus Ecclesijs non minori solennitate, & religione, quam Pascha ipsum obseruata sunt, & quidem initium fuerunt, & quasi parageuee celebritatis Paschalis, quamobrem, & iejunia paschalia, ideo quod aliquot apud alios diebus, apud alios septimanis ante Pascha obseruabantur, dicta sunt. Eusebius indicat. & cent. 5. col. 586. Inualuerunt paulatim opiniones de traditionibus humanis, nam iejuniorum Quadragesimæ, non tantum mentionem fecit obiter Augustinus, sed etiam autoritatem habere afferit in veteribus libris, ex ieunijs Moyse, & Eliæ, tum in Euangelijs ex ieunio Christi: col. 687. citant pro ieunijs Quadragesimæ Chrysostomum, Maximum Taurinensem hom. in die cinerum, Augustinum, & solus Augustinus non debebat eis sufficere, quem cum alijs impudentissime reiciunt? sed & Martinus Kemnitius eosdem Centuriatores transcribens p. prima examin. 89. Quadragesimam ait Ambrosius, Maximus Taurinensis, Theophilus, Hieronymus, & alij affirmant esse traditionem Apostolicam, vnde, & Aerius qui hæc iejunia impugnauit etiam ab ipsis Nouatoribus, licet aliqui reclamèt, pro hæretico est habitus, ita Hookerus in Ecclesiastica Politia lib. 5. se<sup>t</sup>. 77. p. 210. & author Protestans lib. cui titulus, Plactus Ecclesiæ Londini impressus 1592. pag. 31. & q. 10. & 104. idem quadragesimale iejunium a S. Ignatio probatur, ac præceptum agnoscat Vvitgistus in defensione sua pag. 408. eamque Epistolam ad Philipp. vbi iejunium commendat, genuinum esse fætum Ignatij afferit Vvitgistus, & Hookerus in Politia lib. 5. se<sup>t</sup>. 72. pag. 209. aduersariorum obiectionibus respondet.

Item de alijs ieunijs sic dicunt Centur. col. 440. 1. 39. Epiphanius hæres. 75. iejunium sextæ feriæ, quartæ, & sextæ, seu profabbato, in omnij orbis terrarum regionibus, in Ecclesia constitutum esse afferit, usque ad horam nonam, eiusque constitutionis autoritatem ad Apostolicos referit. Excipiunt ijdem ex antiquitate diem Dominicum, & Natiuitatis 4. col. 441. I. 51. scribentes. Diem Natalis Domini à iejunio liberum haberi, etiam si in quartum, aut profabbathum incidat. & Cent. 3. col. 159. 1. 39. Origenes hom. 10. in Lexit. dierum Quadragesimalium meminit, ieju-

nij consecratorum, item quartæ, & sextæ, in quibus sollemnia dicit fuisse iejunia. quoque iejunium quatuor temporū, & si per Calistū institutū afferat Vvitakerus contra Puræm lib. 7. pag. 480. tamen cum, uno intermedio, Victori Papæ succederit, vt respondit superintendens Cantuariensis Vvigistus in defensione pag. 510. qui decentibus Victorem primo permisit, vt feminæ baptizarent ad lecit. [Hinc certè maior cause vestræ accessio facta est, quam ipse suspicamini. Victor. n. Pontifex fuit, & martyr, & Ecclesia tunc temporis intemerata] ita & similiter quando non essent antiquiora testimonia pro ieunio quatuor temporum, cum alia proferri possint, satis est tradi id à Calixto, qui etiam fuit Pontifex pius, & martyr illustris ad confutandum Vvitakerum.

Ciborum quoque delectum agnatum à veteribus profitentur, ita Hamelmannus de traditionibus Apostolicis col. 251. & 253.

Cœlibatu Sacerdotum ad doctrinam Apostolicam referri, agnouit ex antiquitate Iuellus in defensione Apolog. p. 164 & anni 1571. fol. 195. causam suam superiorem, ait, arbitratur Hardingus, ut potè quæ sine dubio plurimos pro Patres habeat. vnde immerito Kemnitius in examine Trident. p. 3. pag. 50. S. Hieronymum, Ambrosium, & Origenem perstringit, & Epiph. pag. 62. qui ex antiquitate, & Apostolica doctrina calibatum defendunt. Centuriatores cent. 3. col. 86. Origenem citant pro calibatu eodem. cent. 4. col. 616. citatur primus Canon. Concil. Neocæsariens. vbi dicitur [ Presbyter si vxorem duxerit, illū ab ordine suo deponi debere ] Fulco in testamentum Rhemense, Matt. 8. se<sup>t</sup>. 3. fol. 14. Bancroftus in recognitione prætentæ disciplinæ p. 386. Carturightus in 2. repl. ca p. 1. p. 485. sed & col. 659. ijdem Centuria. 4. col. 659. referunt pro cœlibatu Canonem Nicani Concilij col. 663. Ambrosium citant eiusdem canonis mentionem facientis, col. 698. referunt canonem Concilij Elbertini, Placuit col. 868. canonem Concilij tertij Chartaginensis, vbi S. Augustinus intersuit 887. canonem Concilij Carthaginensis quarti. col. 704. Concilij Arelatensis secundi 626. Canonem Neocæsariens. Presbyter si uxore. col. 486. locum afferunt Eusebij 487. adducunt Hieronymum similiter, & 300. sed et col. 303. afferunt Epiphanium ijs verbis. Reuera non suscipit Sancta Dei prædicatio &c. Centur. 5. col. 754. [ Augustinus ait cū ministri Ecclesiæ quotidie Christi vicem agant, oportere eos mundiores esse alijs, & à concubitu abstinere, non quod malus sit, sed quia personæ non competit, ] col. 825. Synodi Carthag. canonem referunt &c.

## Signum Crucis.

SIGNUM crucis tanquam triumphale signum habitum, eoque signo communiri fideles ostendunt ex Antiquitate Centuriat. 3. col. 141. Origenem citant similiter, & Tertull. lib. de corona militis ad omnem progressum &c. Cent. 4. col. 302. citant

citant Ambrosium oratione de obitu Theodosij. Prudentium in hymno ante somnum. *Crux pellit omne crimen, fugiunt crucem tenebre, tali dicata signo, mens fluxionem nescit &c.* Ephraem. *Pingamus inquit in ianuis, atq; in frontibus nostris, & in ore, & in pectore, atq; membris omnibus vinificum signum.* sed nihil aliud responde-re poruerunt miselli, nisi blasphemias, & volun-tarias respōsiones, *Ephraem*, dicunt, crucis signa-tionis multū videtur tribuere: sic, & Fulco ( alle-gans Russinum, & Cyriillum) lib. contra Hes-kinum, Sanderum &c. pag. 657. dicunt eos *super-stitiosa de signo crucis opinionem imbutos esse*. sed sed hos confutat Burgesius apud Couellum in breui responsione ad eundem Burgesium pag. 130. excepta namq; adoratione crucis, quam im-merito & sacrilegio omittit, quicquid de Patri-bus de Cruce afferit, admittit. Sic n. Nouator iste contra alios dat testimonium, & eorundem opp. lat ora. *Nihil cruci in baptismo, vel extra baptisum à rigidissimis Papistis adscribitur, quod non Patres eodem tenore assenerauerint.* si ergo usum eius secundum Patres probemus, exi-stimandum est animam armari cum corpus cru-ce signatur, & crucem habere vim consecrandi. *Sacramenta arcendi dæmonis incantationes*, in cuius rei testimonium in margine citant multos Patres quarto seculo æquales. Sed cur non ado-rationem recipit, cum de eadem Patrum do-ctrina descendat? quare immerito ipse conspirat cum alijs suis symmictis Fulcone contra Hes-kinum Sanderum pag. 617. Parkino in Prob-lem. Danæo p.p.2. parte ad Bell. 5 controu. r. p. 3415. *Cyriillum, & plerosq; Patres plane super-stitiosos dicentibus, & adoratione crucis obca-catos, nam si vim crucis ex Patribus recipient, adorationem recipere coguntur.* Similiter & Puritani virtuti crucis testimonium perhibent, in nupero eorum tractatu de signo crucis edito Amsterdami per I. H. 604. pag. 21. his vebis. *Patres nobis crucem tradiderunt, tanquam vir-tutem habentem, non modo nos benedicendi, vt cū de facto nos eadem signamus, sed, & Dæmones expellendi, & superbenedicta consecrandi ad quod roborandum referunt dicta.* Tertull. Hierony. Lactat Cyp. & August. Vtinam, & cetera, iam admisso hoc principio traditionis Patrū, & omnia, quæ de Cruce, & alijs controversis dissi-tentur, recipient. *Eiusdem crucis festiuitas, & adoratio agnoscitur à Fulcone, & alijs mox ci-tatis supra.*

§.

### Orationes, & SS. invocationes, & intercessiones.

**O**RATIONES fieri solitas à Christianis, & verso vultu ad Orientem scribunt Cent. 3. col. 135. l. 13. [orabant vultu ad plagam Orientalē conuerso, quemadmodum rursus in Apologet. Tertull. afferit] & 4.c. 432. 1.98. 433. 1.8. 663. l. 8. Osiander Cent. 4. pag. 111.

Fideles, Sanctos etiam inuocasse ex antiqui-tate ostendunt Nouatores. Fulco in suo duplica-

to ad Bristoum pag. 5. *Confiteor, ait, Ambroſū Augustinū, & Hierony. Sanctos inuocare licitū esse, existimasse.* Idem contra testam. Rhemense, & in 2. Petr. 1. sect. 3. fol. 44. fatetur, ait, quod: in Nazianz. Basilio, & Chrysostomo inuocationis Sanctorum mentio fiat. Ibidem, quod Theodo-retus orationes ad martyres fusas, commemoret. Ibidem. Leo multum fudit precibus S. Petri pro se fusis. Idem agnoscit Kemnitius, sed extenuat p. 3. pag. à fine Inuocatio, ait, SS. tandem circa annum Domini 370. per Basiliū, Nissenū, Nazianz. in publicos Ecclesiæ conuentus intro-duci cœpit ] sed multo antiquiores Patres pro-ducunt Centuriat. nam cent. 3. col. 83. l. 49. citant Origenem dicentem; *O beata Iobora pro nobis miseris, & col. 75. l. 29.* dicunt. Angelos etiam Origenes inuocando putauit hom. p. in Ezech. col. 84. l. 23. aiunt. Certè in fine prioris Epistole lib. 1. non obscurè sentit Cyprianus Martyres, & Sanctos defunctos pro viuentibus orare. col. 83. l. 47. Videas dicunt in doctorum huius seculi scriptis, non obscura vestigia inuocationis Sanctorum. Centur. 4. col. 295. citant p. o eadem re Athanasium de Incarnatione Verbi, licet mox impiè addant, hæc idolatriam spirare. Citant quoq; Basiliū oratione in 40. Martyres Nazianz. in fine orat. in laudem Basil. & in S. Cyprianum col. 297. Afferunt Prudentium in hymnis S. Lauuentij, & de decem, & octo martyribus Cesaraugustanis, & de S. Cassiano: Ephraem de compunctione cordis 1. c. 13. & eundem col. 1009. & seq. citant, qui in oratione de laudibus Mariae, eam peccantium & auxilio destitutorum adiutricem vocat, & postea: sub alis tuis custodi me, & protege, & miserere mei. Cent. 5. col. 510. citant Augustinum, & Chrysostom. 412. citat Leonem serm. 1. de iejunio septimi mensis, Theodo-retum lib. 8. de martyribus, & col. 674. iterum citant Augustinum.

§.

### Christi Domini, B. Virg. & Sanctorum festiuitates.

**C**ENT. 2. col. 1. 18. ex historia Rom. Eccles. pro-bant celebrata esse festa, Epiphaniæ, Do-minicæ in Albis, Natalitia Apostolorum, in quibus consecrandæ sunt Virgines ] sub Antonino martyrum memorias celebratas scribunt ex Eusebio.

Cent. 3. c. 136. [meminit vigiliarum: Paschæ Euseb. & Tertull. indicat totam noctem diem Paschæ præcedentem, fuisse solemnem. Idem Pentecostes meminit, & diei dominica, & annuæ diei oblationum pro defunctis, pro Natali-tijs celebriores festiuitates Christianæ fuisse, in-dicat Origenes. diem Dominicam, Parasceuem Paschæ, & Pentecosten. Meminit etiam festiuitatis in memorij Sæctorum, sicut & Cyprianus]

Cent. 4. col. 451. citant Athanasium pro festo Annunciationis. Festum hoc inquit unum est ex Dominicis festis adeo primarium, ac prorsus ve-nérandum: *Martyrū festiuitates in omnibus, pa-ne hoc seculo Ecclesijs solemnies fuisse videntur.* sic Junen-

Iuuentio, et Maximiniano pro certamine de veritate pretiosa monumenta Antiochenam statuit, eorumque memoriam annuis festis resoluit, ut Theodoreetus indicat. Basilius reprehendit quosdam, qui in martyrum festiuitatibus negotiaciones exercebant, & pro Encœnijs Nazianzenum citant dicetem. Nazianzenus inquit, ut Encœnia honorentur vetusta lex est. pro Martyribus 2. cent. col. 119. scribunt, ex Eusebio reliquias Polycarpi conditas, & cum exultatione, et gaudio natalem Martyris celebratum monstrant.

§.

Sacrarum reliquiarum cultus, &  
translatio.

**P**rohæretico habent Vigilantium Nouatores, quod inuocationem Sanctorum, reliquiarum cultum, & alias cæremonias scriptis impugnauit Cent. 4. col. 1250. l. 45. Osiander in Epit. Cent. 4. l. 4. p. 506. Crispia. de statu Eccles. pag. 131. Saravia in defens. tract. de diuersis pag. 349. Beza apud eundem pag. 346. & licet Centuriatores debacentur vocando talem cultum superstitionis, se Vigilantij sectatores ostendunt, eosdemque ut hæreticos habemus, ut hæreticum existimarent Hierony. c. p. & 3. contra Vigilant. & S. Augustinus de Ecclesiast. dogmat. c. 73. item cent. 4. col. 419. ex Ruffino lib. 2. c. 33. referunt Theodoresum ante martyrum, & Apostolorum thecas fuisse prostratum. Cent. 5. col. 512. Hæc verba Theodoreti referunt [martyru] corpora non singula quidem singulis monumentis condutur, sed Ciuitates, oppida paganique conuentus hæc inter se sortiti, partiti sunt, laborantibusque, animis, & ægrotis corporibus salutares ea confiteri non cessant. Nihiloque; secius vrbium custodes, ac locorum praesides venerantur quoque; precibus, & interuentu apud Deum, eatenus per ea demum diuina munera consequuntur: sectis itaque; eorum corporibus, integra tamen vis, & gratia perseverantes nuteque; ac tantillæ reliquiae toti parem habent.]

Earundem reliquiarum translationes recensent 4. col. 457. inuentæ seu studio. seu casu sancti alii cuius reliquie, populo monstrabantur, & cuius essent Martyris significabatur. Deinde ordine, componebantur, & transferebantur ad aliquod templum, ubi vigiliae sequabantur, tota nocte habebantur, & concio de vita illius martyris siebat & miracula, si Ambroso credimus col. 482. si quæ sanctorum, vel Martyrum reliquie Romæ ex alijs locis transferebantur, siebat id hoc ritu, ut in quamcumque Ciuitatem, aut vicum illatae essent, per psalmorias exciperentur, & deducerebantur teste Sozomeno cent. 5. col. 698. in Africa pluribus in locis reliquias Stephani fuisse patet, Ignatij reliquie Antiochiam sunt illatae. Augustinus de reliquias Stephani scribit superstitionis verbum (de more suo falso additum ab istis centonistis) & magnum concursum multitudinis ad eas in Africam usque; factum, demen-tatis populis, quibusdam illusionibus (hic etiam

addititijs Augustino verbis more suo garriunt) que pro miraculis habita sunt 22. de Cini. c. 18. Circum gestationis reliquiarum, Martinus Kemnitius in exam. p. 4. pag. x. ex translationibus mox secutæ fuerunt circum gestationes reliquiarum, ut apud Hieronymum, & Aug. &c. quam circumgestationem Bullingerus lib. de origine erroris, ex Hieronymo etiam agnoscit, licet dicat quod in hoc afferendo: Nimis fuit Hieronymus, ipse tamen nimis insolens potius Vigilantium sequens, quem Ecclesiæ proceres.

Miracula in reliquijs eorundam facta idem Bullingerus ex Hieronymo agnoscit, dicente, ad Sanctas Andree reliquias rugiunt demones, sicut ex Augustino Centuriat. alia miracula, ut dictum est, & quamvis ijs fidem adimere conetur, eis alij symmictæ conuicti à Patribus contradicunt, nam Vvitakerus contra Durauum l. 10. pag. 866. ait. Non ea miracula vana iudico, que ad Sanctorum monumenta facta referuntur, & Foxius in actis impressis 1576. pag. 61 B. Cefauit idolum oracula fundere, dicens se ob Babylœ (martyris) corpus præsens responsa dare, & Lutherus eorum magister hac eos ferula castigat in purgat. quorundam artic. dicens: Quis contradicere valet ijs quæ Deus usq; hodie ad diuorum sepultra visibiliter, & miraculosè operatur: vnde tandem mitius locuti sunt cent. 4. col. 457. l. 37. Si Ambroso credimus, ægri qui vesces Sanctorum manu contigissent sanabantur obfusi liberabantur, & Kemnit. August. citat p. 4. pag. x.

Altaria cum martyrum reliquijs consecrari scribunt cent. 5. col. 829. PP. Conciliij quinti (aīūt) Carthaginensis, cui præfuit Augustinus Gano-nem hunc recitarunt: Basilicæ, quæ sine martyrum reliquijs dedicatæ sunt, euertantur.

§.

Sacrarum imaginum cultus.

**I**maginum cultum à Patribus traditum agnoscent aduersarij Nouat. Paulinum imagines pingare iussisse in templi parietibus scribit Fulco contra Sanderum, Keskinum pag. 672. & 675. Christi Domini imaginem eximia virtutis à Lætatio assertam agnoscent Nouatores; Cent. 4. c. x. col. 1080. l. 50. item & Bedam citant. 8. c. 10. col. 1850. sed vtrumque; Patrem immerito superstitionis fugillant, de S. Leone scribit Balæus in Catal. Paparum, & Symondus in apoc. p. 57. Leo imagines venerandas decreuit. Xenaiam ob id notatum atque; damnatum, quod primus Iconoclasta fuerit. Functius in lib. 7. comment. in Chron. ad annum Christi 494. dicens, Porrò is Xenaias primus in Ecclesia bellum contra imagines exercitauit. ijdem Cent. 4. col. 407. & seq. citant Athanasium pro imagine Saluatoris Berythi, & Martyrium repræsentantes in templo Iocari solitas lib. 3. c. 12. citant Euseb. pro imaginibus Christi Domini, & Sanctæ Crucis, lib. 1. c. 18. eiusdem Euseb. locus adducitur pro imaginibus Petri, & Pauli, & Saluatoris, & iterū. Crucis tamen imaginem seu in locis publicorum congressuum, seid domi

domi priuatim Christianos habuisse Tertull. in  
• Apolog. indicare videtur, ob hoc n. Ethnici Chri-  
stiani obiectiebant, quod Crucis religiosi essent.  
Cent. 5. col. 645. fuisse imaginem ( in Ecclesia  
Constant.) a Luca depictam &c. autor est Nice-  
phorus.

Peregrinationes ad imagines, & loca  
Sanctorum.

**S**anctum Gregorium suis indulgentijs pere-  
grinationes ad imagines stabilisse, scribunt  
Osiander. in Epitome cent. 6. p. 288. Petrus Mar-  
tyr in loc. communibus p. 2. pag. 243. Kemnit. in  
exam. p. 3. pag. 32 & pag. 10. ante medium, ait.  
*Suscipiebant etiam peregrinationes ad loca, ubi  
reliquias miraculis celebres, & claras audiebat.*  
Centuriat 4. col. 457 l. 57. idem ex antiquitat-  
ad struunt, & Osiander cent. 4. pag. 393. post me-  
dium Cent. 4. col. 458. Helenam dicunt profectā  
*Hierosolymam adorandi causa, et reperta Cru-  
ce duo templo extrusse, unū propè antrum Do-  
minice nativitatis, alterum in Monte Oliveti, et  
Constantinum in loco crani templum extruxi-  
se accersita Synodo Patrum, apud Tyrum con-  
gregata, & postea. Quæ res in anniversariam  
solemnitatem abiit, confluentibus eō Christianis  
ex omnibus terræ paribus, sed mox blasphemando  
subdunt, solita ipsorum zizania: & pau-  
latim in errorem multitudinem induxit, ut non  
in postrema pietatis laude ponerent terram sau-  
ftam, & loca sacra inuisere.*

Templa, & arae, & eorum usus.

**A**veteri disciplina tradita tempora, & aras, &  
corundem usus confitentur aduersarij no-  
stri. Cent 4 col 417. loca aiunt in quibus conue-  
niebant Christiani tempora vocabantur, seu Do-  
minica, seu oratoria, seu Basilicæ, seu martyria.  
Constantini temporibus, cum in Martyrum me-  
moriam tempora constituerentur. In templis  
nondum consecratis non conuenisse Christianos,  
clarè indicat Athanasius. Sed satis superbè  
hanc sacram traditionem has diuersis conspur-  
care conatur 4. col. 497. l. 50. dicendo templorum  
exornationes superbae, & superstitione Rom.  
Ecclesiæ in Missa celebranda insolentia, quam  
in nullis præterquam in sacris locis faciendam  
esse, tunc temporis Concilium Romanum sub  
Sylvestro constituit ] & col. 407. citant Euseb.  
Quomodo Constantinus templum Hierosolymis  
extruxerit, & auro, & gëmmis exornauerit.  
& 5. cent. col. 645. sic taxant pietatem veterum:  
tempora picturis, vasis aureis, & alijs etiam re-  
bus immodice ornare atque locupletare studue-  
runt. In Ecclesia Constantini. videtur fuisse ima-  
go argentea præsepis Domini, imaginis B. Virgini-  
nis a Luca depictæ, templum struxisse Pulcheriæ  
author est Nicephorus, qui etiam scribit ( aiunt )  
Theodosium auream Crucem mississe Hierosolymam  
ponendam in loco Caluariae. Eadem tem-  
pla consecrari, & benedici solita ex antiquitate  
agnoscunt Cent. 6. col. 364. 365. sicut, & Humfredis  
p. 2. Jesuitissimi pag. 5. & 627. & vt nouitiae

repudiant immerito: nouas intulerunt templo-  
rum consecrationes.

Aras aiunt etiam Cent. 4. col. 407. in templis  
fuisse seculi historiæ testantur, ad eas offe-  
rebant munera, & imponebatur eis corpus, &  
& sanguis Domini. Athanasius Throni in  
templis, subselliorum, mensæ lineæ, & tabulariæ  
mentionem facit: sacrarij Ambrosius, &c. & cent.  
5. col. 645. Habuerunt, & altaria quedam, nam  
eorum est frequens menio apud Aug. & Chry-  
softomus dicit. Sacerdoti altari assidentem, pre-  
cari pro præsentibus, & absentibus. Sacram men-  
sam ex auro gemmisq; purissimis artificiosissimè  
ornatam, ex voto pro virginitate sua, Ecclesiæ  
Constantinopolitanæ dedicasse Pulcheriam Im-  
perat. Sozom. recitat, & col. 774. l. 24. consecra-  
tionis altarium, testimonia referunt. Osiander  
in Epit. hist. Ecclesiast. Cent. 6. pag. 289. & 290.  
nedum altaria, sed vestes, Cruces, calices, cande-  
labra, thuribula, vexilla Sacra vasa, lustrales  
aquas, à PP. Gregorio Anglis tradita agnoscit,  
sic, & Ioannes Balæus in actis Rom. Pontif. Ba-  
sil. impressis 1558. pag. 44. 45. 46. 47. luminaria ac-  
cendebantur ex iisdem 5. col. 744 & 647. [sunt  
vñus aiunt lucernarum, tum propter nocturnos  
conuentus, tum etiam ( sic solent mentiri, & an-  
tiquas traditiones maculare ) prava imitatione  
Iudaismi]. Cet. 2. col. 317. distinctionis diuersorum  
locorum in templis faciunt mentionem: ex  
decreto Clementis apparat in templis distincta  
fuisse loca, ubi præsbyteri, & sancti steterint. Ve-  
rat. n. laicos Presbyterium ingredi dum sacerdos-  
tes missas celebrant.

Orationes, & sacrificia pro mortuis.

**O**RATIONES, & oblationes pro defunctis fieri  
solitas monstrant ex antiquitate Centu-  
riatores 3. c. 138. indicat Tertull. lib. de anima,  
mortuos etiam oratione à presbyteris componi  
consueisse, apud quem frequens etiam est men-  
tio oblationum, vt in lib. de corona militis [ ob-  
lationes pro defunctis, pro natalitijs, annuat die  
facimus] meiminit in lib. de castitate, &  
Monogam. etiam annuarum oblationum pro  
vxoribus, vide supra, quæ dicta sunt, cum de sa-  
crificio differuimus.

Orationes istas fuisse in usu à trecentis post  
Christum annis docent Fulco in retentiua, Buc-  
cerus in 4. Euangelia, quod eas probet Am-  
brosius agnoscit Fulco in confut. Purgat. p. 78. &  
similiter eas probarint Chrysost. Hierony. ibidē  
pag. 194. quod Augustinus easdem defenderit  
scriptit idem Fulco ibidem. Sed & Kemnit. 3.  
p. exam. p. 93. 96. Origenem, Ambrosium, & Pru-  
dentium, & Hieronymum citat, antiquiore usum  
agnoscit ex Cypriano, & Tertull. Fulco in con-  
fut. Purg. pag. 362. 393. & Calu. de vera ec-  
cles. reformat. in Calu. tract. Theolog. pag. 394.  
antiquiores, Bucerius loc. cit. & in Matt. c. 12. pag.  
311. ab initio inquit, quod in Ecclesia, preces  
& eleemosyne fiant pro defunctis, sensim irrepsit  
ea sententia ( quam D. Aug. ponit in Enchirio-  
dio cap. 110. ) neque negandum est defunctorum  
animas, pietate suorum uiuentium relevari cum  
T. pro.

## 218 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

*pro illis sacrificium mediatoris offertur &c. Hinc etiam non dubitarim exortum hoc in defunctos officium, pro illis orandi, & sacrificandi, sed non sensim irrepsit ea sententia fidei orthodoxe, sed ab Apostolica traditione descendit, ut Fulco, & Calvinus, ex Patribus quos citant, ostendunt.*

### *Funere, & exequiæ Christianorum.*

**C**ent. 4 col 453. pro exequijs Christianorum citant Prudentium.

*Gaudore nitentia claro Prætendere linteas  
mos est. Aspergæ; mirra, Labeo corpus medica-  
mine seruat.*

Quod psalmi canerentur, citant Nazianzen. de Constantis funere. *Constantius inquit communibus omnium elatus est laudibus / Eusebium similiter afferunt de funere Constantini dicentem, quod corpus Constantini sub altissimis gradibus in Basilica positum est. Luminibus super candelabris aureis circum circa accensis. Inde deductum in aliud templum, ubi conditum est. Turba frequens omnis generis sequuta est, ac preces cum fletu pro anima Imperatoris fudit.* col. 455. Præcatiuncula inter depoñendum in terram defunctum, recitatatur. Post conditum, & curatum funus dabantur elemosynæ. Celebris ob defuncti memoriam fuit dies quadragesimus post obitum. Ambrosius inquit: *septimo ad sepulchrum redimus qui dies symbolum futuræ quietis est* col 456. citant Diorysi dicentem *Accedit diuinus Antistes, & orat &c.*

**C**ent. 5 col. 695 citant Chrysostomum. *Quid sibi volunt illæ splendidae lampades, quid hymni? Cogita quid psallas in illo tempore, reuertere in quis anima in requiem tuam, quis Dominus beneficit tibi. item Non timebo mala quoniam tu mecum es* col. 596.

### *Purgatorium.*

**A**gnoscunt Purgatorium, antiquitatis testimoniis sulum Cent. 3. col. 87. semina inquiunt Purgatorijs in aliquot locis apud Origensem subinde sparsa videas, ut hom. 2. & 3. in ps. 36. hom. 8 in Levit. hom. 15. in Ezechiel. 5. contra Celsum Cent. 4. col. 104. Lactantij, Prudentij, & Hieronymi multa loca adducunt, quibus affirmant Christianos eosdam post obitum perstringi, & amburi igni & moderatam, ac mixtam iudicis clementiam experiri. Cent. 5. col. 32. Augustinum citant pro Purgatorio, & mitem temeritas, & insigne mendacium Fulconis in cōfut. Purgat. pag. 161. & pag. 78 quod Augustinus agnoscat de Purgatorio loquentem, & subdat, sed nullam pro tali igni fundamentum habuit, sed ex communi erro & illius temporis locutus est. Cum a tempore Apostolorum fidei Purgatorijs ante Augustinum tota Illustria sint patrum testimonia, ut non nisi proterius possit denegare, ipsomet satente in tract. de reform. Ecclesiæ ratione in tract. Theol. pag. 394. superest, ait, alter ordo mortuorum, quorum mentionem in cœna fieri volunt, ut detur eis locus refrigerij, lucis, & pacis. Non nego hanc fuisse vetustissimam consue-

*tudinem, & quoniam magna est vís consuetudinis, aut potius regnum, ideo huiusmodi preces fateor. Chrysostomo, Epiphonio, Chrysostomo, Augustino, & similibus probatas fuisse, quod à maioribus, quasi per manus traditæ essent, non ergo Augustini error esse potuit, quod de Apostolica traditione manauit,*

### *Limbus Patrum.*

**P**atrum Limbum agnatum à veteribus agnoscunt Nouatores, indeq; Patriarchas liberasse &c. nam, & Danaeus ad Rob. Belar. disput. p. 2. 176. post medium, authoritatibus Iustini, Clementis, Origenis Eusebij, Basili, Nazianz. Nissen. Epiph Chrysostom &c. nihil aliud respondeat, nisi solitis calumnijs, & scommatibus, non mirum quoad illos Patres attinet, non erant verbo Dei instruti, nee inde opinionem suam confirmant, sed conjecturis suis & Vtakerus contra Duræum 1.8. p. 567 quod scripturis euincere minus potuisti, id Patrum proculdubio testimonijs conficies, de quibus, ut ibi quod sentio, libere, breviterq; respondeam apud me una scriptura plus habet ponderis, quam mille Patrum sine scripturis pronunciata, sed etiam Patres recipiendos euicimus supra q. 1. artic. primo ex ipsorum met dictis, satis est ad eos nūc reuincēdos, quod Ioannes Lascivius 1. 7. de Russorum, & Moscovitie ig. pag. 222. dicat Protestantium doctrinam de Limbo Patrum à manifestis S. Igni ij testimonijs deuiae, etiā Thadæi Apostoli d. ctum apud Euseb. hist. c. vltimo allegat, & defendit Bilsonus in recognitione passionum Christi pag 657. & Frigeuillæus Gaius in palma Chr. stiana pag. 74.

### *Liberum arbitrium, & meritum operum.*

**C**enturiatores! berum arbitrum agnoscunt assertum à Patribus 2. col. 58. 1. 30. citant autorem apud Iustum ad q. 103. Irenæum lib. 4. c. 92. sed more suo ludunt, dum subdunt. *Hæc certe satis, & crassè, & aperte dicuntur, eodem modo Clemæ liberum arbitrium, ubiq; afferit, ut appareat in eiusmodi tenebris, non tanum fuisse, omnes eius seculi Doctores, verum etiam in posterioribus eæs subinde creuisse, & auctas esse.* Hæc illi ipsi crassissimi, & exceccati, qui contra manifestam experientiam locuntur, & hominem veluti truncum, & stipitem faciunt. Cent. 4. col. 29. 1. 7. aiunt, *Patres omnes ferè huius ætatis de libero arbitrio confusæ locuntur, & citant, & reiciunt dicta quadam Lactantij, Athanasij, Basili, Nazian. Epiph Hierony. &c. tanta est vis veritatis, ut ne in speculo suas sedes, & crassas impuras videant, illud posternere, & frangere satagent, nam etsi, ut dicitur, Augustinus nullus veritatem odio habere posset, cum se illi visendam exhibet, odio tamen haberi potest, cù illum indicat, & deformem ostendit.*

*Iudem Cent. 2. col. 60. doctrinam de fide bonorum operum docent obscuratam Clementis state, quia inquiunt in illis salutem æternam alias*

alias fidei, alias operibus modo utrisque simul adscribitur, & citant Theophilum lib. 2. dicentem. legem, & precepta sancta communicavit nobis. Deus quae si homo seruauerit, salutem consequi, et resurgent, hereditatem incorruptibilem nancisci poterit. Sed isti tenebriores nolunt attendere, quod non sola fides, nec opera absq; charitate ad meritum sufficient, propterea nedum de fide, sed de charitate, & alijs precepta, dari dixit Theophilus quibus seruatis, bene operando hereditatem merentur aeternam. Cent. 5. col. 506. & 507. dicitur. Nimirum hec etas bonis hominum operibus adscriptis, idq; ex depravato iustificationis articulo. Chrysostomus immodicus encomias est operum humanorum. Augustinus etiam nimis interdum operibus tribuit, docetq; mala opera condemnare, et bona vita aeternam mereri, ita n. Leo, Prosper, Salianus, Saloni, Maximus, & alij.

Cent. 4. col. 291. Patrum verba afferunt quibus docuerunt [nos mereri vitam aeternam, virtutibus, & arumnis nostris: nihil prodeesse si habeamus omnia, sola autem nos saluante charitate careamus, & recitatis Patrum locis hoc Epiphonema attexerunt. Iam cogitet pius lector, quam procul hac etas in hoc articulo ab Apostolorum doctrina desciuerit.

Quod Clemens Alex. Theophil. Cyprianus, Iustinus Martyr. merita bonorum operum astruant, docet Abraham Scultetus in medulla Patrum p. 48. 122. & 141. Humfredus 2. p. Jesuismi p. 530. sed vere hi omnes tanquam cœci palpant in meridie, nam cum rejectis Patribus, nonnisi Euangelium buccis inflatis crepant, & ad solas scripturas se adstringant, cum in Euangelijs, Pauli Epistolis passim bona opera, eorundem meritum inculcentur, nec ipsi scripturis pepercierant, nam & Petrum, Paulum, & Christum Dominum reiçere ausi sunt. Sic præiuit suos discipulos à diabolo edocetus Lutherus in c. p. ad Galat. Esto Ecclesia, Augustinus, & alij Doctores, item Petrus, Apollo, imo Angelus e celo diuersum doceant. tamen mea doctrina est huiusmodi, que solius Dei gloriam illustrat. Hæc impius Atheus, cuius spiritum sui accipere meruerunt.

### Iustificatio.

Doctrinam iustificationis, à Patribus traditam, à Nouatoribus conceditur. Centur. 5. col. 505. Augustinus in illo Rom. 3. iustificati gratis: nihil aliud vult intelligi per gratis nisi quia iustificationem opera non præcedunt. Cyrilus contendit non solum fidem ad salutem sufficere, sed fidem, & opera, quam sententiam habent Leo, Prosper, Isychius, Sedulius, & alii. Cet. 5. col. 504 dicunt. Operibus in iustificatione hominis coram Deo etiam nimis tribuunt huius saeculi Doctores, plerique interdum quidem satis commode loquuntur, interdum vero quasi sui oblitii toto impetu debacchantur. & quidem satis iuste Patres locuntur, ante n. primâ gratiam iustificantem, nullum opus agnoscent ex humano arbitrio procendens, quod vocantem gratiam

præcedat, vel quod iam homo excitatus mereatur gratiam, quæ omne meritum excludit, sed prima gratia iustificante accepta, crescere meritis crescentibus catholicè docuerunt, quod æger ferunt hi nebulones delicatuli ponentes cum pigro illo manum sub ascella, operari renuentes, & propterea quidam eorum male traducunt Augustinum docuisse fiduciam in meritis hominum ad peccatorum remissi. nem ex Centur. col. 507. l. 40. & 1133. l. 26. Brentius in confess. Vvitemberg colloquium Altebur. fol. 307. & quod Origenes dicat bona opera esse causam iustificationis Cent. 3. c. 265. l. 54. & col. 266. & quod Chrysostomus doctrinam iustificationis impure tractet, Patres n. nunquam de operibus, quæ primam gratiam præcedunt, loquuti sunt, sed de subsequentibus, per quæ homo crescit in gratia augumento. Sed hoc sufficit ad eos debelandum, quod Catholicum Patrum sensum etiā ad tempora Apostolica deferant, sic n. Bulling. in A poc. serm. 8. fol. 270. dicit, doctrinam meriti, satisfactionis, & iustificationis ex operibus (hæc n. omnia supponunt primam gratiam) ab Apostolorum tempore prima iecisse fundamenta. ]

### Legem Dei non esse seruatu impossibilem.

Enturiatores 3. col. 240. linea 17. de Tertulliano dicunt non poneretur, ait, Tertullianus lex ei, qui non habet obsequium debitum legi in sua potestate, & col. 265. lin. 48. de Origene dicunt. Legis possibilitatem esse it, &c. hom. 8. in Exod. Baptizatos, ait, per omnia posse legem implere, & col. 78. l. 41. & Vinkelmannus in Apocalyp. pag. 206 de Origene loquens, ait, statuit Origenes legem hominibus non impossibilem esse seruatu.

### De Ordinibus Angelorum.

Cent. 3. col. 75. l. 23. sic dicunt de Origene: de ordinibus Angelorum multa somniauit Origenes in epistola lib. 1. Periar. c. 8. & lib. 4. contra Celsum, ubi sic inquit, nec nos quidem clam habet in hoc Angelorum ordine thronos alios vocitari, alios dominationes, alios potestates, & principatus dicti, ibidem col. 44. l. 43. Methodius pro eadem re recensent. Sed Patres isti non dū suo, sed ex antiqua doctrina Ecclesiæ, imo, quod tantopere flagitant Nouantes, ex verbo Dei scripto, ordines istos angelicos tradiderunt, nouem si quidem, vt dicit Gregorius Angelorum ordines sacro testante eloquio didicimus. hom. 24. in Euan.

### Antichristum singularem hominem futurum.

Gnoscent id asseri à Patribus Cent. 3. col. 86 citat auctorem de Sina, & Sion, inquit, apud Cyprianum delirantem ( ipsi tamen deliri, & insani ) eo quod dixerit Enoch, & Eliam seruari in quendam locum translatum.

## 220 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

*ad confundendum Antichristum quo imperfecto martyria sua completuri sibi viuentes in eternum.*

Cent. 4. col. 280. citant Hilarium dicentem : *Antichristi abominatione à Daniele dictus est, si militer pro eadem re col. 281. citant Hierony. exponentem ea verba : iam mysterium operatur iniquitas. col. 306. Lactantium, & Ambrosium, & Hierony. col. 307. Nazianzenam col. 984. Eusebium Emesenum, col. 1010. Ephremum, & col. 1250. Hieronymum. Centuria. 5. col. 419. citant Augustinum col. 420. Aug. Prosperum, Theodoreum. col. 151. & 1552. Primasium, ad quorum autoritatem elidendam, more suo postea ludunt, eosdem Patres criminantes, & aculeato stylo perstringentes, ne à veritate victi videantur. Hæc pauca exempla ad nostrum propositum probandum sufficiant. alia Centuriatorū loca ex singulis omnibus Centurijs, breuitati studentes, omittimus, & fusius producturi, cum successionem doctrinæ Catholicae ex PP. monumentis, Centuriatoribus affirmantibus directe oppositam eorum doctrinæ Apostaticæ adducemus, cum de notis Ecclesiæ tractabimus infra in 2. parte huius tertij tomij.*

§.

*Argumenta, qua ex ista confessione Protestantum de Patrum doctrina circa articulos controversos deducuntur.*

**T**anta ergo cum sint aduersariorum testimonia, quod primarij fiduci articuli antetempora quibus ipsi prodierunt in mundum, in Patrum monumentis expressa inueniantur, qui ante quam nos, vel ipsi Protestantes nascerentur, pro nobis ferunt suffragia, quando cetera nobis argumenta decesserint, hoc solum satis effet ex Patrum auctoritate, quam agnoscunt pro nobis pronunciatum, & eorum causam victam esse. Hoc modo Augustinus contra Pelagianū Julianum processit, in controversijs de gratia, & peccato originali, qui, ut fit in forensibus iudicij, ad iudices vetustos tanquam alienos ab omni studio partium, litigantibus ignotos, nempe Patres veteres prouocauit, & tanquam firmissimo telo ex eorum testimonio, quod nullam exceptionē habet falsitatis (nisi quam fruile male litigantes praetexere solent) eos reuicit.

Sed ne nostros adducere videamus, audiant suos de Patribus testimonium hoc perhibentes. Iuellas in concione ad Crucem D. Pauli habita, vt patet ex eius vita per Humfredum impressa anno 1573. pag. 123, tractans de viginti septem articulis ab ipso singillatim enumeratis hæc ingeminat. *Quod ante dixi nunc repeto, libens me submittam, & palinodiam canam, si modo unus quispiam aduersariorum nostrorū eruditorum, vel omnes simul sumpti viuentes proferre possint, vel aliquam dilucidam sententiā ex veteri aliquo Patre, vel doctore, vel generali Concilio pro tempore sexcentorum post Christum annorum,*

*qua vel unus aliquis articulus ex 27. à me propostis probetur. De qua voce Iuello testimoniū reddēs Vvitakerus responsione ad rationes Campiani ratione 5. in fine pag. 90. sic ait. Audi Campiane, quam ea die Iuellus vocem verissimam, & constantissimam emisit, quando ad sexcentorum annorum antiquitatem prouocauit, vobisq; obtulit, vt si vel aliquam dilucidam sentientiam &c.*

Per easdem lineas serram reciprocans Rex Brittanie in præfatione monitoria idem replicauit, vt patet art. xij. quæst. prima principali supra, & in edito German. pag. 48. & 69. [ Ego, ait, (audiamus verbum Regium) quoties religionis, quam profiteor, ullum caput ostendetur non antiquum, non Catholicum, & Apostolicū, sed nouitium, & recens in rebus scilicet spectantibus ad fidem, me statim ab eo discessurum. Torum ergo locum Vincentij Lerinensis auctoritate sic concludam, me nunquam ullum fidei dogma quod quidem ad salutem est necessarium, complecti neque saturum, quod tota Catol. Ecclesia iam inde ab Apostolorum temporibus sine intermissione multis post seculis, constanter docuerit, & crediderit ] Iam ergo sic palmarum argumentum, tanquam trophæum veritatis in hac syllogisticam formam reducimus.

*Quæcunq; dogmata ex antiquitate, Patrum consensione, iam inde à primis seculis constanter prædicata sunt, recipienda, & credenda.*

Sed iam omnes articuli controversi (de quibus multi adducti sunt) ex antiquitate, & Patrum consensione ab initio, à primis seculis constanter sunt prædictati.

Ergo omnino sunt recipiendi, & credendi.

Maior asseritur ab Iuello, & Rege Angliae; Minor monstrata est oculari ostensione etiam ab Aduersarijs præcipue Centuriatoribus. Conclusio remanet evidenter probata.

Huius palmarum argumēti energia, & vi conuicti, Minorem propositionem, sic aliqui obscurare contendunt, dicendo: *Patres errasse, semina superstitionis iecisse & sexcenta huiusmodi.*

Sed contra, quia non est possibile, ait, Martyr illustris Roffensis in primo congressu de sacra sacerdotij defensione contra Lutherum, *quod Christi Dominus Ecclesiam suam, quam tanto precio nempe sanguinis sui redemit, tanto tempore neglexisset, tam cœco errore implicitam neq; minus mirandum, quod Spiritus S. qui potissimum eius rei gratia missus fuerat, vt Ecclesiam in omnem induceret veritatem passus eam fuisset, tam diu seduci. Sed nec est credibile, quod Præfides Ecclesiarum, quum tot citra nascentis Ecclesie tempora præcessissent, & ad regendam Ecclesiam ab ipso Spiritu fuissent constituti &c. non est inquam credibile, quod omnes ad unum in tantis tenebris, tot secula fuissent hallucinati, vt eam horrendum mendacium publicitus docerent. Postremo superat omnem admirationem, quod quum tot Ecclesie, qua per Christianum orbem sparso sunt, tanta cura, tantaq; solicitudine, Christi, simul, et sacri Spiritus ejus, atq; præsidii eis*

eis ad hoc institutorum hacenus gubernatae sunt,  
tanta potuit omnium esse conspiratio, ut intam  
fædos errores laberentur. Sed ne velut neoteri-  
cum repellant illum martyrem, id ipsum  
Tertullianus expressit lib. de præscriptionibus  
c. 18. Age nunc omnes errauerint, deceptus sit, &  
Apostolus de testimonio reddendo quibusdam:  
nullam respexerit Spiritus S. ut eam in verita-  
tem dederet, ad hoc missus a Christo, ad hoc po-  
stulatus de Patre, ut esset doctor veritatis: ne-  
glexerit officium Dei villicus, Christi Vicarius  
sinens Ecclesias aliter intelligere, aliter credere,  
quam ipse per Apostolos prædicabat. Ecquid ve-  
risimile est, ut tot, ac tanta in unam fidem erra-  
uerint nullus inter multos euentus est unus exi-  
tus, varia esse debuerat error doctrinæ Ecclesia-  
rum. Ceterum quod apud multos inuenitur, non  
est erratum, sed traditum. Audeat ergo aliquis  
dicere illos errasse, qui tradiderunt?

Subdit porro Martyr præclarissimus [nam  
si tamdiu veritas in tenebris conclusa delituissest,  
ut unum Lutherum post tot annorum centena-  
rios expectaret liberanda, frustra Christus de-  
maioribus nostris tantam curam habuit, frustra  
similiter, & Christi Spiritus, ut doceret eos om-  
nem veritatem fuerat missus, frustra quin etiam  
ab illis petita fuit, & quæsita veritas, dum inte-  
rea, tam vnam imiter omnes mendacium adeo  
perniciosum prædicassent &c.] qui discursus  
ne de nouitio teste conquerantur, ab eodem ve-  
tustissimo Tertull. loc. cit. his verbis ponitur.  
Quoq; modo sit erratum: tamdiu utiq; regnauit  
error, quamdiu hæreses non erant. Aliquos ergo  
Marcionitas, & Valenianos liberanda veri-  
tas expectabat: interea perperam Euangelizabatur,  
perperam credebatur, tot milia milium  
perperam tincta, tot opera fidei perperam admi-  
nistrita, tot virtutes, tot charismata perperam  
operata, tot Sacerdotia, tot ministeria perperam  
functa, tot deniq; martyria perperam operata, tot  
Sacerdos, tot ministeria perperam functa, tot  
deniq; martyria perperam coronata, quæ verba  
parum immutata, fideliter ad sensum addu-  
cta sunt ab eodem Roff. loco cit.

Sed si Tertullianum, vt Montanizantem (sic  
.n. effugere solent) reiiciunt, suos audiant. Opor-  
tet Pastores in Ecclesia semper manere Ephes.  
4. & dixit, & docuit ex scripturis Fulco contra  
testam Rhemense, in 4. Ephes. sect. 4. fol. 335. &  
contra Heskinum Sanderum pag. 569 eosdemq;  
falsa dogmata semper coarguere, ex eodem in  
responsione ad Pseudo Catholicum pag. 11. 92.  
dicente Propheta Ef. 72. Super muros suos Hie-  
rusalem posui custodes: tota die, ac nocte, non tace-  
bunt. Vigilarunt itaque alijs superseminarent  
zizania, tantum ergo abest, ut custodes paleas, &  
stipulas, vel zizania, & non frumentum electum  
iam pridè seminatum excoletur, ut custodiret,  
ut contra inimicos, contra fures, superseminato-  
res falsæ doctrinæ semper proclamauerint, ex-  
pellendo paleas inutiles de agro Dominico, gra-  
nis dogmatibus vñ. sanis in suo pondere rema-  
nentibus. Diaboli astus est, ut notat Chrysolo-  
gus serm. 97. ut in multis partibus triticæ messis  
superseminarentur zizaniorum errores, at nun-  
quam messis in vniuersum adulterata est. tene-  
bris .n. celantibus molitus est, ut adulterata  
messis noxa redundaret ad seruos, & hinc pñna  
sumerent, unde sperauerunt palmam, sed vix  
deprehensis erroribus clamauerunt; indecessum,  
ait, idem promittunt laborem, nec patiuntur mes-  
sis videre, vel temporaliter fœditatem, & ex eo-  
dem ille diabolus astum vidit, qui totius, &  
fraudis testis est, & laboris, & subdit Manent  
ergo laboris sui fructus benefaciem, manent  
et nequitia sua fraudantem, illi triticum ad hor-  
reum caeleste portabunt, diabolus zizaniorum  
suorum portabit fasciculos ad gehennam. Quid  
ergo paleis ad triticum o Centuriatores? si vos  
vel antecessores vestri, quorum errores, vobis  
confitentibus, profitemini, zizania seminastis,  
& stipulas, & paleas intulitis, vigiles ergo pasto-  
res, & Doctores habeatis necesse est, & vestros  
antiquos hæreticos quibus successisti, imo &  
diabolom vtrorumq; parentem habeatis boni  
seminis interclusorem, triticæ messis A postolice  
inturbatorem, zizaniorum superseminatorem, &  
collectorem, ut in ignem tandem coniiciat.





## CONTROVERSIÀ II. GENERALISSIMA,

De authoritate, & sensu præsentium Pastorum, atq;  
DD. & Ecclesiæ sensu, atq; consensu in dogmatum  
traditione, & interpretatione.



Ontrouersia ista (qua nulla alia perniciösior à Ministris Satanae agitata est, quippe qui recentiorum Theologorum, & Pastorum, ac Patrum Venerandum Senatum, & deniq; posteriorum temporum diuturnam seriem, ac successionem infidelitatis, ac perfidiae damnare contendit, atq; ipsum Ecclesiæ Catholice sensum, & consensum traducunt) diligenter tractanda est: stabilita enim etiam præsentium Pastorum, & magistrorum, ipsiusq; Ecclesiæ sensu, facile est omnes alias controversias dissoluere, atq; componere. Propterea, vt accuratè tractetur, sequentes sunt examinandæ questio[n]es. Prima de sensu Præsentium Pastorum, & DD. sensu. Secunda de ipsis Ecclesiæ sensu, atq; consensu.

Circa primam tractabuntur sequentes articuli. Articulus Primus. An soli Patres primorum quatuor, vel quinque, vel ad summum sex centenariorum, sint audiendi, an etiā subsequentiū, atq; præsentium temporum pastores, atq; Doctores.

Articulus II. An præsentis Ecclesiæ Doctoru[m], atq; Pastorum sensus, & magisterium, nedum scripturas, ea: umq; interpretationes, Apostolicas traditiones, sed veterum Patrum doctrinā venari valeant, & consignare, vt ex illa aīgumenta desumantur in fidei questionibus.

Articulus III. an propterea, quia apud antiquiores Patres de multis dogmatibus, quæ in Ecclesia prædicantur, non fit mentio, ea sint explodenda, quia ea solum apud posteriores DD. tradita reperiuntur.

Articulus IV. an Episcopi Ecclesiarum in proprijs sedibus considentes, per eorum responsa, & consentientes sententias, firmum præsentis Theologo argumentum.

Articulus V. an si hac parte sint seniores Provinciarum viuentes, hinc grauis Patrum numerus, potius hos, quam illos sequi debeamus.

Articulus VI. an Doctores scholastici, & Universitates Theologicas, per eorum firmas consentientesq; sententias firmum quoq; præsent argumentum.

Articulus VII. An erroneum sit scholæ decreta, atq; dogmatibus contrarie.

Articulus VIII. An Theologorū decreta, & scholasticorū sententia[re] iurisperitorum placitis sit præferenda.

Articulus IX. qui nam Theologi scholastici sint à Theologo auditore usurpandi, & de doctrinâ examine.

Articulus X. Quantam authoritatem sibi vendicat S. Doctor Thomas Aquinas in Ecclesia Dei.

Dubitatio I. an scripta S. Thomæ sint vñquā ab al quo scriptore articulis fidei, vel scriptoribus canoniciis, vel PP. comparata, vt piaculum sit ab illis discedere.

Dubitatio II. an ex commendatione doctrinæ S. Th. sit tanta Angelicis scriptis tributa autoritas, vt ceteris scholasticis, cum eorundem iniuria, adempta sit.

Articulus XI. An tota summa Theologica S. Thomæ, sit ab ipso S. Doctore composita.

Articulus XII. A quibus interpretibus mentem S. Thomæ intelligere possumus.

Articulus XIII. An ab insigne schola Salmantina sit sapienter iuratum in verba SS. Augustini, & Thomæ, pro defensione Augustinianæ, & Thomisticæ doctrinæ.



QVAESTIO I. PRINCIPALIS

ARTICVLVS I.

An soli PP: primorum quatuor, vel quinq; vel sex centeniorum sint audiendi, an verò subsequentium, & præsentium ætatum Pastores atque DD.

Positio Nouatorum.

**L**Utherus in captiu. Babyl. Melancthon. in locis communibus, Smidellinus responsione ad Fridericum Staphylum, Caluinus Epistola ad Sadoletum, videntes ipsorum nouitatem etiā à mediæ, & ultimæ ætatis Pastoribus, atq; doctoribus profligari, nec non præsentium temporum eorundem Pastorum, & DD. magisterio consutari, ad sola primorum seculorū, ad minus sexti centenarij, testimonia se restrinxerunt, recipienda, cœteras vero ætates, ut corruptas, & plenas aiunt Papisticis superstitionibus reiçiunt, ac proinde totis mille annis, & amplius scriptores, & Doctores omnes, magistros, atq; Pastores in tenebris plusquam Cimmerijs volutatos, fœdis idolomanis immersos errasse, blasphemasse, fide penitus caruisse. Propterea, inquiunt, ad primam Ecclesiam tanquam purissimam traditionem retinente appellare, eamque solam fidem illibatam prædicant, quā primo illo sœculo Apostolici viri Apostolorum immediate successores tradiderunt, ceteros autem tanquam infames homines, aiunt, iam falsitatis conuictos (ipsis tamen Iudicibus) à publico veritatis testimonio repellendos, ac proinde ex illis primis sœculis, non autem medijs, vel sequentibus temporibus sumenda testimonia pro religionis dissidijs cōponendis. Authores Apolog. Anglicanæ sic dicunt. *Nos Christi, & Apostolorum, atque Sanctorum Patrum primitiūam Ecclesiam semper iudicauimus esse Catholicam, neque eam dubitamus arcām esse, Sponsam Christi, columnam, & firmamentum veritatis appellare.* Alij usq; ad sexcentos annos prouocant ad antiquitatem Patrum inspiciendam. Sic fecisse Iuellum Vitakerus testatur in responsione ad rationes Cappiani rat. 5. pag. 90. vnde Humfredus in vita Iuellii pag. 212. conquestus est, quod amplius nimis spaciū Papistis concesset, & quod ex hac concessione se ipsum, & Ecclesiā perdidit, idem queritur, & Fulco in retentiua contra Briston pag. 55. Iacobus Rex Anglie in suo Basilicodoro dicit, quod si Rom. Ecclesia ex officina fidei ar-

ticulos ante quingentesimum Christi annum inanditos, ac iniuisos recenter excudit, non credo, quod sim damnandus pro hæretico, si ad hæc nouitia, & nupera accedam, per hæc doctrinæ Ecclesiastice veritatem intra quingétos à Christo annos concludens, atq; suscipiens.

Oppositiones eorundem.

**A**rguitur primo, quia adhuc recens erat, A apostolica prædicatio, cuius testes erant, qui ab Apostolis instructi fuerunt. nec facile poterant cum tritico zizania hæresum miscere, & adulterina doctrina pro vera obtrudi; facillime enim per auritos illos testes, Apostolicos viros, confutari, & falsitatis depræhendi, quod procedente tempore fieri nequiuit. nullus enim Pater tertij, vel quarti sœculi testificari poterat; hæc ab Apostolis audisse, & accepisse, vt protinus conuinceret. Ab illis ergo solis, vel ad summum ijs proximis, qui Apostolos audierunt, fidei controversia componi possunt.

II. quia dicit Egesypus primis illis temporibus (vt scribit Euseb. l. b. 3. c. 36.) virginem mundam, & immaculatam mansisse Ecclesiam, verbi Dei temeritoribus, aut nusquam omnino extantibus, aut certè deliœcentibus. Vbi verò Apostolorum chorus, & omnis ætas illa, quæ à Domino suscepserat viuæ vocis auditum, de hac luce deceſſit, tunc veluti in vacuam domum false doctrinæ, in impium se immerſisse errorem, & tāquam nullus iam diuini sensus defensor existaret, nudato (ut aiunt) capite corripientes, verba mendac' oppugnare veritatem hæreticos cœpisse. Nunquam autem oppugnare cœpissent Ecclesiam, si vidissent superstites Apostolicos, quia falsitatis manifeste conuinci poterant; tunc ergo oppugnarunt, cùm testimonia sequētis Ecclesie efficaciam habere non putabant. Et recte vera efficaciter conuincere illos non poterant, deficientibus auritis viris atati Apostolorum successoribus proximis. Est V vital. ad responſio. Campiani rat. 7. pag. 102.

III. quia quod Christo vicinior fuit Ecclesia, è maiori lumine illustrata est: vnde propterea Apostoli receperunt primitias spiritus, & plenitudinem cognitionis propter propinquitatē ad Christum; Quod ergo remotior, è minori lumine illustrata. Cum ergo remotissima sit posterior ætas à Christo, exiguo, vel nullo lumine illustratur Ecclesia; ac proinde ex antiqua testimonia proferenda sunt, ad veritatem illustrandam.

IV. quia in multis obscurata est doctrina de justificatione, fide &c. multi etiam Gentilium ritus introdusti, & multi nœui in Patribus reprenuntur: à primitiūa ergo Ecclesia tantum, illibata doctrina suscipienda est, quæ lites componat religionis.

V. profitemur nos credere Ecclesiam Apostolicam, at hæc sola est, quæ tempore Apostolorum viguit, ergo &c.

VI. Quia Apostolis injuncta fuit prædicatio Euangelij, & ijs solum factæ sunt promissiones Spiritus Sancti: non ergo ad posteros DD. transmissæ.

Confur-

## Confutatio eorundem.

## Ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est Primo, quia iam probatum est supra, Pastores præsentes prioribus Ecclesiæ Pastoribus, & Doctoribus succedere in eadem potestate, munere, prærogatiis &c. sicut ergo ab illis sumitur firmum argumenti genus, etiam à Pastoribus, & DD. posterioribus præsentibus, similiter ratum erit, & firmum.

II. quia præscriptionem istam, quam faciunt Nouatores contra præsentem Ecclesiam, vel faciunt, vt filii, & membra Ecclesiæ, vel vt hospites, & aduenæ, & ciues diaboli: si vt filii, nullio iure, diuino, & humano sunt contra suos Pates audiendi. Si vt extranei, contra domesticos fidei eorum accusatio nequaquam recipienda, nulla ergo est eorum exceptio, atque præscriptio.

III. iuxta Apostoli regulam 1. Tim. 3. aduersus præbyterum nulla accusatio recipienda est, nisi sub duobus, vel tribus testibus, multo magis contra integrum præbyterorum chorū nulla accusatio nisi maiorum testimoniis numero roborata recipienda est, accusatio ergo Nouatorum contra posteriorem Ecclesiam, inanis est, nisi fide dignis testimonijis roboretur.

IV. ex iure habetur, quod actio sequitur forum rei, ergo si Ecclesia tanquam rea inculpatur apud tribunal aliquod trahenda non Nouatorum, ne sint ijdem actores, & Iudices, est deferenda: nec in terris aliud tribunal agnoscitur, nisi quod relictum est à Christo Domino Matt. 18. Dic Ecclesiæ, nec alius supremus Iudex, nisi Petrus, eiusq; successor Rom. Pontifex de cuius sententia illud elogium Sanctorum profertur, quod in terris sententia Petri præcedit sententiam cœli, ergo &c.

V. quia pari ratione hæretici damnati prioribus illis seculis, possent etiam (vt nonnulli ipsorum etiam fecerunt) vel ipsam antiquam Ecclesiam sub Apostolorum temporibus vigente damnare affectati iudaismi &c. sic nullum dogma erit in religione firmum: qua enim ratione posteriorem Ecclesiam damnant Nouatores superstitionis, gentilitatis, Iudaismi, eadem ratione antiqui Gnostici, quos nonnulli protestantium imitati sunt patrocinium Simonis Magi suscipientes, contra Ecclesiam Apostolorum tempore vigentem potuissent insurgere, eorundem crimineum eandem insimulando: sic autoritas Ecclesiæ ad nudum nomen contrahetur. Conformatur, nam quod solis quingentis, vel sexcentis annis Ecclesia illibata permanserit, & puritas doctrinæ retenta, vel id casu, vel diuino consilio factum est. Si casu iam particularis prouidentia Dei erga Ecclesiam in scripturis Propheticis, & Euangelijs clarissimè prædicta, corruet. Si diuino consilio factum est, Ecquid verisimile est, vt cum cōsilium Dei in rebus naturalibus souēdis permaneat, suæ Ecclesie sit oblitus, illam post annos 600. ab errore non præseruans? & rursus si intra eosdem annos non errauit; vel id afferitur, quia ex facto id habetur; vel ex intima

Ecclesiæ natura, vel proprietate: si ad factum recurramus, cum id non nisi ab historicis dependere possit, resoluter tandem fides Orthodoxa in fidem humanam; si infallibilis fuit intra eos annos ex Ecclesiæ natura, vel proprietate, tamdiu ergo permanere debet infallibilitas, quoq; perseverabit Ecclesia, cum ergo Ecclesia cōstitutum vera fides sit, vt dicetur, eiusq; proprietas sit infallibilitas in fidei doctrina, non pro vno, vel altero tempore afferenda, nec certis temporum limitibus adstringenda, sed pro omnibus seculis in quibus durabit Ecclesia, unde & absq; limitatione temporis, Ecclesia dicitur columna, & firmamentum veritatis, eidemq; de Spiritu S. directione in aeternum promissiones factæ, ergo &c.

VI. Si Deus priorum illam Ecclesiam superstitionis flammis, procedente tempore, deuorandum reliquit, vt ex eius cineribus Lutherica factio castior nasceretur, eandem sic crescentem, non rebellantem, & (vt iactant) prædicantem purum verbum (ipsorumq; iudicio) fidem cōfintissimam, souere debebat, & non v. x natam illam tradere, non viris fortissimis, sed vni Bucero, Zwinglio, vel Caluino, omni prostitutio- nis genere constuprandam. ergo hinc potius hinebulones cognoscuntur veræ religionis euer-fores, cum etiam suæ sectæ admodum sint infelices defensores. Est argumentum à simili de- ductum ex Augustino 3. de ciu. t.c. 7.

VII. Quia prioris Ecclesiæ doctrina, & priorum Patrum authoritas (vt dicetur) per præsentem innotescere opus est: alias in controuer- sijs fidei, quæ oriuntur in dies, hanc, vel illam sententiam cum doctrina apostolica congruere, quis indicaret? quis ex præscripto, ve' contra præscriptum Apostolorum, & prioris Ecclesiæ doceat, vel non doceri ostendet?

VIII. Quia hæc Ecclesia præsens eosdem libros sacros, eadem Sacra menta &c. retinet ante 300. vel 400. annos, vt patet ex scriptis Thomæ, Bonaventuræ &c. Ecclesia quoq; istorum tempore, cum illa conspirabat in eadem doctrina, quæ prædicabatur tempore Patrum medijs seculi, & ista, quæ etate Hieronymi, Augustini &c. & ista, quæ tempore Apostolorum doctorū, (quod & ipsi Centuriatores volentes, noientes suis scriptis demonstrarant, & visum est articulo ultimo q. 3. principalis supra) ergo &c.

IX. Quia alias oportet dicere à præsenti Ecclesia deperisse veritatis attestationem. Sic impunè vnicuique licebit nouam fingere hæresim. vnuusquisque non habens iudicem, faciet se diuinæ scripturæ iuxta sua somnia temerarium interpretem.

X. Saltem constanter tradere debent (si iactant Nouatores desijisse Ecclesiam Dei) quo tempore degenerauit Ecclesia, ut sciamus quam doctrinam prioris Ecclesiæ recipere debeamus: at inter ipso mira est inconstancia defectionis prioris doctrinæ, ut dicunt, non ergo licet eorum est uera doctrina. Minor patet nam immediate post Apostolos interisse scribit Fulco ad pseudocatholicum pag. 35. Naperus. toto secundo, & 3. seculo perseveras, & eo tempo-

re religionem obfuscatam, in Apocal. pag. 191. initio. Alij usq; ad annum 605. protrahunt in corruptionem doctrinæ, ita Simon Vayeton in comment. suo Catal. Doctorum, Pouelus in considerat. rationum Papist. & mirum, & dissidium inter Nouatores de inclinatione doctrine.

XI. Immeritis uocata esset etiam prima Ecclesia Catholica, cum uniuersitate temporum caruerit. Rursus sequitur quotquot post priora illa secula, eidem nomen dederunt, perisse, cum tantum primis temporibus Ecclesia fuerit velut Arca Noë. Certè modestiores fuerunt Donatiste, qui & si Ecclesiæ restrinxerint, quoad loca tantum, usque in finem seculi cum suis prærogatiis duraturam admiserunt.

Vltimo ad hominem, nam Fulco in response ad Pseudocatholicum pag. 11. 92. ante medium, & lib. contra Heskinum Sanderum pag. 569. initio, è scriptura colligit oportere Pastores, & Doctores in Ecclesia semper manere (quod à Christo Domino vñq; ad Lutherum confitetur Fulco) eorundemq; munus esse, falsa dogmata semper coarguere, sicut à Propheta scriptum est, *super muros tuos Hierusalem posui custodes: tota die, ac nocte non tacebunt.* El. 62.

## Conclusio Catholica.

Cuiuscunq; etatis primorum, mediorum, & extremorum temporum Pastores, &  
DD. audiendi.

**R**Espondeo dicendum sicut dicitur in 3. physic. quod *motus est actus mobilis à mouente*, & propterea virtus mouentis appareat in mobilis motu, qui tamdiu durat quandiu impressio durat agentis, mobile ad finem aliquem destinando, vt patet etiam in motibus horologiorum, & omnium huiusmodi, qua arte, & ingenuo elaborantur. Sicut autem hæc artificialia comparantur ad artem humanam, ita & Ecclesia ad artem diuinam. Diuina autem ars, & sapientia ita Ecclesiam ordinavit, vt usque ad cōsummationē seculi Doctores, & Pastores (quos Deus posuit in Ecclesia ad fideles instruendos, & errores eliminandos) non deessent: hos quoq; eadem sapientia ad dictum finem ordinante, illosq; mouente. Tandiu ergo virtus mouentis, & dirigentis cernitur in mobili quoisque hunc finem consequatur, quem tunc consequitur cum sublatu omni erroris periculo occurret, ex Apostolo Eph. 4. in nouissimo Ecclesia; *in mensuram etatis plenitudinis Christi*. Sicut ergo à principio apparuit diuina motio in primitiua Ecclesia illam gubernando, & dirigendo, ne infide erraret, ob id de Pastoribus, & DD. prouidendo, ita & in finem seculi virtus eadem permanebit, vt nec ipsis temporibus usque in semipeterum à religione cadat, aut ab eadem fide excidat, & ad hunc effectum de Pastoribus, & Doctoribus prouidebitur. Plenissima ergo est ista ostensio, vt dicit Iræneus lib. 3. c. 3. *vnam & eandem viuificatricem fidem esse, qua in Ecclesia ab Apostolis usque nunc sit conseruata, & tra-*

*dita in veritate*] ac proinde, tam ab illa, quam à posteriori Ecclesia, tam à prioribus Pastoribus, atq; Doctoribus, quam à posterioribus, firmissima posse desumi argumenta ad religionis controversias dirimendas.

## Solutiones oppositionum.

**A**D Primam respondeatur, vt dicit Tertullianus de præscriptionibus c. 32. quod quāuis multæ Ecclesiæ nullum ex Apostolis, vel Apostolicis authorem suum proferant, vt multo posteriores, quæ denique quotidie instituuntur, tamen in eadem fide conspirantes, non minus Apostolicæ deputatur pro consanguinitate doctrinæ, & vt idem alibi dicit c. 20. traducem fidei exinde, nempe Apostolicis mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, vt Ecclesiæ fiant, ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne gennus ad origine suam recenseatur necesse est, hæc ille] tam ergo illæ, quam posteriores Ecclesiæ propter eandem fidei tesseram, adulterinas à legitima doctrina possunt discernere: illa solum accidentaliter differentia dispare, quod primæ originaliter, vt dicit Tertull. vel fontaliter, vt dicit Vvaldensis in doctrin. fidei tom. 1. l. 2. a. 2. fidem tradunt, & hereses præcauent, posteriores vero ex quadam mutuatione, & vt dicit Vvaldensis *ex quadam deriuatione, & translatione, & propterea ex doctrina Tertull. c. 21.* Omnis doctrina, quæ cum illis Ecclesiæ Apostolicis manicibus, & originalibus fidei conspirat, veritati deputanda est, reliqua verò de mendacio præiudicanda est: Cum ergo eadem v. g. aqua sit quantum ad substantiam in fonte, & riuulis existens, solum accidentariam habens conditionem, prout est in fonte ab ea quando est in riuulis, differentem; ita eadē est fides, & authoritas determinantæ fidei temporibus Apostolorum, & præsentis Ecclesiæ, sola conditione accidentaliter differens: quod illam primi in suo fonte biberunt: successores vero canali deducto per seriem pastorum sibi inuicem succendentium, eandem, ad nos promanantem, in riuulis potauerunt.

Ad II. post mortem Apostolorum, & Apostolicorum virorum liberius, & manifestius debaccatos in Ecclesiam hæreticos propter rationem assignatam in arguento, non tamen inde sequitur, tunc non potuisse deprehendi, & si non efficaciter, propter Hæreticorum malitiam, sufficienter tamen, nam facilimè etiam demonstrari poterat suas sectas non esse Ecclesiæ, cum nulla ab Apostolicis fidei semina essent mutuatæ, nec in pacem, & communionem Apostolicarum Ecclesiarum fuerint admissæ, nec vijo modo cū ijsdem in eadem doctrina conspirarint, & licet Ecclesiæ aggressi Cathedrales sedes occupates, multos infirmiores deceperint, numquam tamē vniuersalis, vel Romana corrupta, vel adultera facta est Ecclesia, sed semper virgo illibata, sicut sponsam Christi decebat, permanxit.

Ad III. respondeatur quamvis regulariter quanto fuerint Christo propinquiores Patres post Christum tanto fuerint doctiores, quales fuerunt

Fuerunt Apostoli, & Apostolici, non propterea quanto remotores eo indoctiores, vt recte notauit Cajetanus 2.2.q.1.a.7. nam anno millesimo doctiores fuere, quam fuerint anno 800, vnde non est (exceptis Apostolis, & Apostolicis viris) alligata illuminatio diuina ad ordinem istum pro omni seculo. Et propterea non bene colligitur tantum posse elongari Pastores, ut exiguo, uel nullo lumine illustrerentur, qui & si minus illustrarentur, quam primi, nihil officeret, cum magis, uel minus in eadem specie non uariant rei substantiam. Verum est quod ubi posteriores à prioribus, & antiquioribus discrepant, magis standum est priorum Patrum doctrinæ, qui propter uicinitatem ad Apostolorum tempora, certiores testes esse potuerunt Apostolicæ traditionis.

Ad IV. illud argumentum non ab alio loco sumitur, quam à licentia hæretica, pronunciando scilicet aliquid absque probatione, supercilioso Thrafonico.

Ad V. dicitur Apostolica Ecclesia, quia ab Apostolis fundamenta accepit, eorumq; doctrinæ innitatur, & Apostolicas traditiones conservat, & per Antonomasiam Romana Ecclesia, Apostolica dicitur, inter ceteras n. quas Apostoli fundarunt (qua etiam ob hoc Apostolicæ dicuntur) supereminet Petri Cathedra: non ergo à numero, uel solo Apostolorū seculo Apostolica dicitur, ut argumentum opponebat.

Ad VI. Illa promissa non fuerunt personalia, propterea etiam ad successores transmissa sunt, ut alias dictum est, & plenius infra cum de Ecclesia tractabitur.

## ARTICVLVS II.

An ad præsentis Ecclesiæ Pastorum, & Doctorum sensum, & Magisterium pertineat, ne-dum Sacram Scripturam, eiusdemq; sensum cum traditionibus, sed et Patrum doctrinam venari, eandemq; consignare, atq; probare, vt ex illa argu-menta desumantur in fidei quæstionibus.

### Positio Nouatorum.

**N**ouatores apud Petrum de Soto in confessionis catholicæ defensione c. 69. præsertim Brentius Catholicos sacerdosissime criminatur, quod in controversijs fidei ad Patres iam veteres, & mortuos mittant, & quod modo ad traditiones modo ad

scripturas confugiamus. Insinuant ergo consequenter perperam Ecclesiam, vel Pastores, & DD. Patrum doctrinam approbare, & consignare, & frustra ad illam confugi in qq. fidei. Addit & Petrus martyr lib. de votis pag. 467. paulo post mediū quamdiu cohærebimus Concilijs, & Patribus tam diu in erroribus versabimur. & Iacobus Acontius in lib. 6. Statagmatū Satani pag. 196. sic dicit. Quidam eo redierunt, vt PP. authoritatibus omnia denuo replerent, quod vinam, tam secundo fecissent successu, quam bona spe aggressi sunt, &c. & quidem pernicioſissimam omninoq; fugiendam hanc esse arbitror confitudinem.

### Oppositiones eorundem.

**A**rguitur Primo nullus valet aliqua scripta consignare, & vt credantur præscribere, nisi prius pro comperto habeat illa esse legitima, & infallibilem veritatem continere. Sed præsens Ecclesia non potest hoc pro comperto, & explorato habere de libris Sanctorum Patrum, & antiquorum monumentis, ergo. Non probatur: nam inter historiographos, & scriptores Ecclesiasticos multoties de legitimo operis auctore dubitatur, & interdum ab iisdem Catholicis tribuuntur authoribus, qua ab hæreticis conscripta sunt. Amplius non potest pro comperto haberi, num infallibilem veritatem continet, non enim hoc exploratum erit quo usq; omnia, & singula monumenta veterum ab Ecclesia legantur, hoc autem nunquam factum est, nec fieri potest, tam in Concilijs, quam in Sede Apostolica, & interdum in ipsis libris multi sunt lapsus ex Augustino lib. 2. de bapt. c. 5. qui omnes ex consequenti probarentur approbato lib.

II quia ut notauit Basilius epistola 84. in Patrum monumentis, quodam non dogmaticè, sed contentiosè, seu disputatiè dicuntur, ut etiam dixit Athanasius in libello de decretis Nicenæ Synodi: non ergo poterit constare quando unum dicendi genus, quando alterum proberet, & consignet Ecclesia.

III. etiam si extollatur Patrum authoritas, non poterit à Pastori bus consignari, & approbari. Gratianus enim dicit d. 15 c. 5. Rom. quod Sancti Patres, ubi dixerunt aliquid, quod pertinet ad fidei declarationem, & scriptura explicatōnem, magis credendum est sacra scripturæ ex planatoribus, quam Summis Pontificibus supremis Ecclesiæ pastori bus: cum ergo authoritas Patrum præcedat in nobilitate, & certitudine non potest ab eo, quod deterius est, certitudinis sumere authoritatem nempe ab Episcopis, uel Pontifice.

### Confutatio eorumdem ex Orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est, quia non aliunde explosæ sunt doctrinæ hæreticorum nisi ex præsenti Ecclesia, ergo non nisi à præsenti Ecclesia monumenta Patrum possunt approbari. antecedens demonstratur authoritate Gregorij lib. 1. mor. cap. 7.

cap. 7. in Iob. liquet inquit, quod Arius, Photius &c. docendo, atq; suadendo conati sunt Patres videri, sed errores eorum sancta uniuersalis Ecclesia disticta severitate diuidicant, eos inter confides gregis sui non numerat, quos eiusdem gregis unitatem disperantes damnant. idem eleganter demonstrat Lyrinensis de Apollinari, Origene, Tertulliano, de quo etiam scripsit Hilarius can. 5. in Matth. quod error hominis detraxit scriptis probabilibus auctoritatem. & tandem probatur ex Gelasio loco cit. in Concilio habito 70 Episcoporum, vbi quæ scripta sunt cauenda præscribit. Consequentia manifesta: eiusdem enim est approbatio, cuius est reprobatio.

II. quia sublato præsentis Ecclesiæ iudicio circa Patrum doctrinæ consignationem, unusquisque quos vellet, & quæ vellet veterum Patrum, posset introducere, uel resuere in fidei iudicio. hoc autem ad innumeratas heres, & schismata formanda uiam aperiret.

III. quia de Patrum doctrina loquens August. 2 contra Julianum v. finē ait, quod talibus post Apostolos Sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, edificatoribus, nutritoribus crevit, & postea insuper, & uniuersam Christi Ecclesiam, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter administrantes, ingenti in Domino gloria claruerunt. Nullus autem est, qui nutritore, & administratore procomperies non habeat, quique de cibo, qui ministratur, non discernat, nec ullus cibaria ab inimico suscipit, vel oblatum cibum ab amico non approbet. ergo &c. merito ergo tot amicorum opuscula, vt securos cibosuiciant præsentes Pastores, & DD.

IV. quia et ambi Patres ueteres sint mortui, ut ludebat Brentius, tamen etiam num in Ecclesia voce, & magisterio non recedunt, ex Casian. 7. de Incarnat. c. 28.

## Conclusio Orthodoxorum.

*Præsentium Pastorum Ecclesia in legitimis Concilijs, vel solius Ro. Pontificis munus est, Patrum doctrinam consignare, atq; probare ad quod confert Pastorum, & DD. nunc viuentium sensus.*

R Epondeo dicendum, quod sicut consobnum est in ordinæ naturæ, ut ab inferioribus, & proximiioribus ascendentibus ad primum illius generis perueniamus, sicut etiam appetit in scientijs; Ita in consignatione doctrinæ catholicæ dispositum est, ut à præsentibus, & proximiioribus ad præterita, & remotiora tendamus. Certum est autem ex dictis, quæ à Deo nobis pro regulis præposita sunt, us. scriptura, traditione, Patrum consensus, presentis Ecclesiæ Pastorum, & Doctorum sensus, & magisterium, ita, esse inter se disposita, & coherentia, ut quemadmodum à primo ad ultimum ordinatè descendimus, sic ab ultimo ad primum sit ascenden-

dum. Cum enim ad stabiliendum, uel definiendum aliquod dogma definitio necessaria sit, nonnisi ad animatos testes, vel iudices confugere oportet. Quare ex præsentium Pastorum, & DD. sensu nunc in Ecclesia viuentium, ad præcedentes Patres recurrent Rom. Pontifices, & Concilia inuestigando scripta, & testimonia eorum, ex quibus antiquioris Ecclesiæ sensus depræhenditur, ex Patribus in traditionum cognitionem deuenitur, ex traditione quomodo sit scriptura intelligenda cognoscitur, & per istū modum quæstiones soluuntur. Tribunal autem præsentium Pastorum in Concilijs legitimè congregatorum, vel solius Romani Pontificis absq; Concilijs, nisi autoritatem præcedentibus, & mortuis Patribus daret, eorum opuscula cognoscendo, & approbando, & eorum doctrinam veridicam iudicando, nec ipsius scripturæ canon posset innotescere: merito ergo ad illud pertinet doctrinæ Patrum præcedentium consignatio, & approbatio, per quod antiquioris Ecclesiæ sensus, traditio, & ipsa scriptura cognoscitur, quam hac via etiam cum traditionibus credenda, postea præscriptis.

## Solutiones Argumentorum.

A D Primum. ex fidelium filiorum suorum priuatis laboribus Ecclesia conscientia est illos Patres, quos approbat in nullo à Sancta Ecclesiæ consortio deuiasse, & ex publica Ecclesiastarum, vel locorum attestatione. Nec ullum præiudicium est, si interdum Catholicis, opus heretici alicuius tribuatur, & è contra, nam in probatione uniuscuiusque libri non tantu scriptor, quantum ea, quæ scribuntur, attenduntur, & si in suspectis, authoritas eorum scriptorum infirmetur, vt dictum est ex Hil. vnde magna cautela legendos aduertit Hieronymus ep. 76. ad Tranquillum, qui loquens de Origene quomodo legendus sit, inquit, ego Origenem propter eruditissimæ sic interdum legendum arbitror quomodo Tertullianum, Novatianum, Arnobij &c. ut bona eorum eligamus, vieniusq; contraria: iux. Apostoli dicentem: omnia probate, quod bonum est, ienete &c. Neque tamen propter hoc sequitur omnia, quouis libro Catholicæ Doctrinis probato, approbari, nec enim, quia probatur opuscula Cypriani intendit Ecclesia errorem Cypriani de baptismi reiteratione approbare. Iuuat autem, vt dicit Abul. 2. p. defens. c. 83. quod eorum lectione Christianis Ecclesia commendat, vt vtilem ad doctrinam fidei, & morum, quod omnem hæresis formalis ab illis suspicitionem tollit, vt tuto legi possint &c.

Ad II. Respondeatur, quod approbans librum Ecclesia, non omnes, & singulas propositiones approbat, vt de fide habeantur, sed liber probatur, vt tuto legi possit, & quod continet utilem doctrinam &c. multoties tamen usque ad vnum iota aliquis præcipitur tractatus de fide suscipiens, sicut factum est à Gelasio circa Epistolam Leonis Papæ descriptam ad Flavianum, vt superius dictum est. Ex iisdem quoque sensus Patrum assumuntur, ab eadem Ecclesia, super

super quos sua dogmata firmat, ut patet in Concilij citatis art. 1. q. 1. controuersia prima Generalissima.

Ad III. dictum illud Gratiani nullam habet autoritatem, & in hac parte non cogimur illum recipere.

### ARTICVLVS III.

**An quia apud antiquos Patres, vel veterem Ecclesiam, non fit mentio aliquorum dogmatum, quæ postea Ecclesia definiuit, vel Posteriores Pastores, & DD. tradiderunt, propterea rejicienda sint.**

*Postio Nouatorum.*

**P**rotestantes summo consensu in hac nefandissima præscriptione conspirant, multa dogmata rejicienda, eo quod sint inquieti, inuenta trecentaria, quod Patribus antiquis fuerint incognita, quod apud eosdem mirum sit interdum de illis sicutum. Sed ab antiquioribus hereticis hoc despississe, patet ex Sancto Ignatio Epistola ad Philadelphios, dicebant. n. si non inuenero Euangelium in Archiis, non credam, tamquam recenter conficta habentes Diuina eloqua, nisi originalia exhiberentur. contra quos inuehitur Ignatius hoc modo. T alibus autem ego dico, quia mihi antiquitas Iesu Christus est cui non obedi manifestus, & irremissibilis interitus est.

*Oppositiones eorundem.*

**A**rguitur I. quia ut dictum est ex Tertulliano de præscript. illa doctrina veritati deputanda, quæ cum Ecclesijs matricibus, & originalibus conspirat, reliqua de mendacio prædicanda: tunc sic arguitur. Defunctis iam Apostolicis illis Rectoribus talium Ecclesiæ, non potest fieri ista collatio, nisi eorum monumenta euoluamus: illa ergo doctrina pro vera recipienda est, quæ cum doctrina illorum conspirat, & eorum patrocinio approbatur, sed cum de multis dogmatibus, quæ tamen prædicat posterior Ecclesia, mentio non fiat apud veteres, non potest ostendti ista conspiratio doctrinæ, nec haberi eorum approbatio: de mendacio ergo prædicanda sunt.

II. quia ex antiquitate dogmata accipienda sunt, sed ut dicit S. Vincentius Lerinenis c. 3. *zunc antiquitatem sequimur, cum ab his sensibus*

non recedimus. quos maiores, ac patres nostros celebrasse manifestum est, confessionem iidem, se in ipsa etiitate omnium, vel pene omnium sacerdotum pariter, & magistrorum sententias, definiti onesq; scilicet, at ubi nulla fit dogma-tum mentio apud Patres, quid senierint Patres nequit agnoscere: ergo infirma dogmata ea sunt, quæ destituta sunt patrocinio antecessorum.

III. quia Prosper scribens ad Augustinum, Messalensem argumentum affert rationabile contra prædestinationis sententiam, de novo ab Augustino assertam, videlicet: tot annis, d. tot traditoribus, tot præcedentibus libris, Catholicam fidem fuisse defensam, absque eo, quod talis sententia ab illis fuerit asserta, aliqualem ergo vim habet argumentum, ex authoritate negativa Patrum præcedentis Ecclesiæ.

IV. ex Tertull. lib. de præscript. c. 31. audent hæreses se interferere etiati Apostolicæ, quas, & ideo videantur ab Apostolis traditæ. Similiter idem prætendunt Catholici: nulla ergo erit victoria in pari contentione, nisi majora proferantur. At nullum maius argumentum afferri potest, nisi in medium testimonia Apostolicorum proferantur, quibus hoc traditum, illud non traditum demonstretur, ergo quoad usque non proferantur, non poterunt esse dogmata firma.

Confirmatur, quia hac ratione daretur occasio fingendi, tam à catholicis, quam hæreticis innumera dogmata, quæ nunquam tradita sunt, & multa, quæ ex solo vulgo communiter suscepta sunt, vel communi consensu posteriorum doctorum sancta, in articulos dogmaticos erigendi, quin de facto (ut dicit Marloratus in prefat. cōm. in nou. test.) factidas, & inanes traditiones (de nostris doctoribus loquens) quas ex putidis carnalis prudentiae lacunis hauserant, in orbem inuixerunt, & pro oraculis haberi voluerunt.

Vltimo. Quia Apostoli ex Irenæo lib. 3. c. 4. quicquid acceperunt in Ecclesiam tanquam diues depositorum contulerunt. Apostolic ergo in suis monumentis omnia tradita reliquerunt, ut de Ignatio scribitur, quod traditiones Apostolicas scriptas reliquerit, & propterea dicuntur Patres fidei, quod omnem doctrinam monumentis consignarint: nihil ergo posterius tradi potuit, vel potest præter id, quod in scriptis Apostolicorum reperitur.

*Confutatio eorundem ex Orthodoxis firmamentis.*

**S**ed contra est primo, quia dicit Eusebius lib. 3. c. 4. proximos successores Apostolorum minime habuisse scribendi rationem, nec tam edendis libris, quam erudiendis populi operam dedisse. Vnde tantum apparet illos icriptissime de dogmatibus, quantum se obtulit disputandi occasio contra Gentiles, vel Hæreticos, vel fidèles Epistolis adhortandi: ceterum nulli catechismi conscripti, pauca commentaria scripturarum edita &c. quibus, mirum non est si multæ controuersie componi non possint, cum non omnia dogmata scripserint.

Amplius

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 229

Amplius confirmatur, nam mox persecutio  
ne grassante post primos illos Apostolicos, non  
tam hominum, quām liberorum Sacrorum fuit  
traditio in manus Gentilium: vnde & propter  
hoc Donatistæ etiam Cecilianum falso accusa-  
runt, quōd sacros codices tradidisset, vt dicit  
Augustinus lib. 7. contra Donat. c. 2. & sub Dio-  
cletiano ( ex Niceph. lib. 7. c. 3. ) in publico foro  
libri SS. scripturarum, & Patrum exusti sunt.  
Bibliothecæ omnes tempore Valentis similiter  
exusta, vt dicit Ammianus Marcellinus lib. 29.  
histor. Idem accedit ex Sabellico temporibus  
Vandalorum, Hunnorum &c. Romanum Imperium  
deuastantium, vt optimorum autho-  
rum, inquit, destrunctiones sint consecute, vnde ip-  
sem Augustinus lib. 3. cōtra Faust. c. 2. per pau-  
cos dicit fuisse in lingua Latina scriptores, in  
Græca quis numeret? & tamen ex ijs, qui pre-  
cesserunt Augustinum, plures habemus Latinos  
quam Græcos, ergo stante tanta scriptorum  
paucitate infra quadringentos, vel etiam sex-  
centos annos, sicut inane est ex illa velle proba-  
re singulos ritus, & cæremoniæ, & omnia myste-  
ria religionis nostræ, multò magis temerarium  
est, quia hæc omnia apud illos non reperiuntur  
descripta, velle consultare, atq; reiçere.

II. & si multa Apostoli circa ritus, & mysteria  
præscripserint, non potuerunt tamen omnia  
executioni mandari ducentis, vel trecentis illis  
annis, quibus in priuatis ædibus, vel paruis ædi-  
culis, propter Iudeorum malitiam, vel Gentium  
infirmitatem, occulta pompa sacra celebrahan-  
tur, & huiusmodi, donec sub Constantino, ele-  
uante caput Ecclesia, cultus diuinus toto orbe  
resplenduit: Infirmum ergo argumentum est,  
quod ex non obseruatione præcedentis Eccle-  
siae circa aliquem ritum assertur ad illū repudi-  
andum, cum aliud sit institutio, aliud institu-  
tionis executio. Vnde quis etiam male collige-  
ret, quia Concilia generalia celebrari coepérunt  
sub Constantino, & nō ante, Concilia non prop-  
terea esse celebranda. Iterum si ob seruorem  
primitiæ Ecclesiæ indulgentiarum vsus ( vt  
multi etiam Catholici defendunt ) non fuisse,  
ita frequens, vel nondum in Ecclesia antè tem-  
pora Gregorij exercita non fuisse ( vt similiter  
alij dicunt ) potest illas elargiendi, non bene  
colligitur ex non vsu antiquæ Ecclesiæ negatio  
Indulgentiarum: nam licet vsus esset posterior,  
potestas fuit antiqua, & doctrina antiqua, quod  
poterant ab Ecclesia fieri huiusmodi pœnaru-  
m remissiones, extra Sacramentum pœnitentia. Itē  
cum potestas Pontificis maxima sit, & varios  
actus complectatur quos primis seculis Ecclesiæ  
non omnes exercuit, nec exercere potuit, nulla  
tunc occurrente occasione, vel opportunitate  
&c. non bene deducitur, hæc procedente tem-  
pore non potuisse Pontificem exercere. Vanæ  
quoq; sunt istæ collectiones: quod ante Gregoriū  
fuerit facultas data Sacramenti confirmationis  
a simplici Sacerdote administrandi non legimus,  
& fortasse, ita factum est: ergo Pontifex Grego-  
rius id facere non potuit. Similiter nullus Im-  
perator primis illis temporibus propter Aposta-  
lam, vel heresim depositus est, ergo nec postea

deponi potuit &c. inanis ergo est talis discursus,  
quia apud antiquam Ecclesiam multorum ri-  
tuum, & ceremoniarum executio non cernitur,  
quod eorundem non fuerit institutio, atq; præ-  
scriptio.

III. quia huiusmodi modum arguendi olim  
contra Catholicos hæretici usurparunt, vnde  
Hieronymus epistola ad Pamachium de er-  
roribus Origenis, contra fautores Origenis in-  
uehitur. Alius, non possum, inquit, de huiusmodi  
fautoribus damnare, quod nemo dñauit. Alius,  
nihil super hoc a Patribus statutum est, vt dum  
totius orbis prouocatur autoritas subscribendi  
necessitas differatur. Quidam constantius, quo-  
modo inquit dñabimus, quos Synodus Nicæna  
non teigit? quæ enim damnavit Arium dam-  
nasset viisque, & Origenem. si illius dogmata re-  
probasset. Quibus technis occurrens Hierony-  
mus, ait. Scilicet uno medicamine omnes simu-  
l morbos debere curari, & idcirco Spiritus Sancti  
neganda maiestas est, quia in illa Synodo super  
substantia eius silentium fuit. De Ario tunc, non  
de Origene questio fuit, de Filio, non de Spiritu  
Sancto. Confessi sunt, quod negabatur, tacuerunt  
de quo nemo querebat: & postea alioqui hoc ar-  
gumento, nec Valentinus, nec Marcio, nec Cata-  
phryges damnari debent, quia Synodus Nicæna  
eos non nominat, quos certe ante Synodum fuisse  
non dubium est, ante Hieronymum Basilius Epist.  
60.. eandem doctrinam docuit dicens Quoniam  
verò doctrina de Spiritu Sancto indefinita est,  
propterea quod tum nondum comparerent Pneu-  
matomachi i bellum contra Spiritum Sanctum  
gerentes: an condemnandi sunt, qui Spiritum Sæ-  
ctum creatæ, ac seruulis esse naturæ dicunt, in ea  
Synodo nulla facta est mentio. Nihil n. prorsus  
creatum in diuina, et beata Trinitate. & ep. 78. è-  
tentia vero de Spiritu S. in Synodo Nicæna in  
transcurso sine omni diligentia posita est, propte-  
rea, quod nondum mota esset questio, sed adhuc  
credentium mentibus securus &c. nullis obiectus  
insidijs, inesse de Spiritu Sancto inielectus.

IV. quia efficacius argumentum est, quod ex  
authoritate affirmativa, quām quod ex negati-  
va desumitur: ergo authoritas negativa præte-  
ritæ Ecclesiæ, non potest præscribere cōtra præ-  
sentem authoritatem affirmativam, cum præte-  
ritum, vel prælens non diuersificant, vel varient  
eandem regulam immobilem, & irreformabi-  
lem.

Confirmatur, nam eatenus aliqualem vim  
habere putat aduersarius argumentum desum-  
ptum ex authoritate negativa præcedentis Ec-  
clesiæ, quatenus illius Ecclesiæ silentium arguit,  
tali Ecclesiæ non fuisse cognita ea, quorum non  
meminit, ac proinde à posteriori Ecclesia, ea  
quæ controvèrtuntur dogmata esse conficta.  
Sed hoc non sequitur, imo sic arguere est com-  
mittere fallaciam à communī ad determinatū.  
Siquidem tale silentium multa alia arguit, ve  
supra dictum est, videjicit, quia non erat scri-  
bendi occasio, vel ne mysteria publicarentur,  
vel quia non erat exorta controværsia. male ergo  
infertur, stante tam multipli causa silentij, ex  
silentio inferre dogmata, de quibus controve-

## 230 Catholicarum Præscriptionum. Lib. IV.

titur primæ Ecclesiæ fuisse incognita: est enim figura fallaciæ dictionis à communi ad determinatum sub illo descendere.

V. quia iam satis constat ex dictis eum ageretur de traditionibus, quod non est necesse, vt cuiuscumque dogmatis resolutio fiat ad positiva testimonia cogitaneorum ètatis Apostolicæ, sed satis est si constanter, & assueranter quoniam in Ecclesia prædicatum sit dogma, etiam si apud antiquiores, perueniendo ad Apostolos, nulla eiusdem facta sit mentio, ergo ex silentio, vel autoritate negativa antiquioris Ecclesiæ contraria presentem, nullum desumitur certum argumentum.

Confirmatur etiam nunc idem antecedens alias probatam. Illud quod constanter quoniam in Ecclesia vniuersaliter est prædicatum non potuit esse ab Ecclesia cōfictum: dicit enim Tertullianus de præscript. c. 18. quod apud multos unum inuenitur, non potest esse erratum, sed traditum, & contra Marcionem lib. 4 pro eodem accipit esse aliquid vniuersaliter receptū in Ecclesia, & de traditione Apostolorum descendere, dicit. n. si constat id verius, quod prius, id prius, quod ab initio, id ab initio, quod ab Apostolis, pariter æquè constabit id esse ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesiæ fuerit Sacerdotium, ergo absque intermedia probatio ne ad Apostolos referendum.

Probatur etiam rursus idem antecedens: nam media ætatis Patres, quod inuenierunt tradiderunt, quod fideliter acceperunt, bona fide consignarunt posteris suis, alioquin infidèles dispensatores fuissent infideliter dispensantes dominica cibaria: non ergo aliud prædicarunt, quam priores Patres, quibus successerunt, & hi simili ter sicut, & primi, donec ad Apostolos sistamus authores. Et iterum. Si aliquid à maioribus istis media ætatis v. g. aliquid de suo confixerunt, vel hoc factum est tacentibus, vel ignorantibus, vel consentientibus totius orbis Ecclesijs. Si tacentibus ergo iniusto silentio fouverunt errores, & contra præceptum Christi perniciöse tacuerunt, sicut enim prædicationem Euangelicam jussit non abscondi dicens, quod in aure auditis prædictate super tecta Matth. x. & iterum qui erubuerit me, & meos sermones &c. Luc. 9. ita voluit Euigelicos Pastores vigilis esse, ne superseminarentur tritico zizania. Si illis ignorantibus, iam Spiritus Sancti illustratione destitutas Ecclesiæ, & in tenebris cæcutisse dicere oportet, & quod peius est, illis videntibus, & consentientibus sacrilega fuisset conspiratio, & damnanda consensio, quæ omnia cum sapientia, & Ecclesiæ sanctitate e diametro pugnant.

Et præterea in multis dogmatibus, quæ traditione innotescunt, cernimus fideliter Ecclesiæ Catholicæ idem sensisse super infantium baptismatione, sacrificio, votis Monasticis &c. tempore Bernardi, sicut illa, qua sexcentis annis Bernardum antecessit qualis fuit tempore Augustini, Hieronymi &c. & hanc sicut præcedentem Ecclesiam docuisse ex veteribus monumentis apertissime constat, ascendendo usque ad Apostolos, sicut ergo in his fidelis depræhenditur ex

contestatione Patrum præcedentium, etiā absq; alia testificatione præcedentium Patrum digna est fide, ac proinde hæc dogmata etiam, quæ nō habent antiquioris Ecclesiæ testimonia, à primordio etiam fuisse credendum est.

Quod si dicas in primi generis dogmatibus, propterea idem sensisse cum prioribus Patribus, quia ex eorum testimonij arctabatur idem sentire. Contra ergo eò magis in secundi generis dogmatibus, de quibus non fit mentio in primitua Ecclesia, ex priori traditione fideliter processit, quod sciebat non fore eius autoritatem recipiendam, Patrum testimonijs destitutam, si firma contestatione, & assueratione fideliter se accepisse à maioribus talia dogmata non demonstraret. Tantum ergo abest, vt hoc quod non fuit mentio apud veteres de nonnullis dogmatibus, quod Ecclesiæ autoritatem infirmit, quod potius firmet, nullo enim modo traderet, Patrum testimonijs destituta, si aliunde ex traditione non esset suffulta.

VI. nam sicut dicebat Basilius Clericis Neocæsariensi ep. 63 loquens de quibusdam consuetudinibus, iam pridem receptis, quas dicebant quidam nuperas esse: Quod autem ea quæ facimus sub præclaro Gregorio in vsu non fuerint, quibus testimonijs euincere poteritis? Nihil eorum, quæ illa in vsu habuit, sq; ad hunc diem illibatum seruasti. Ita à simili possumus arguere, quod facimus in præsenti Ecclesia, non fuerint in vsu antiquis temporibus quibus testimonijs euincetis? nullis certè, imo contra vos sunt Magdeburgensium centuriæ fermè omnia controuersia dogmata recensentium, quorum nullum illibatum seruasti: vestrorum ergo iaculis satis confossi estis, vt oculariter ostendimus supra q. 3. principali a. 8.

VII. ad hominem; nam V vigistus in defensione sua pag. 451. post medium (cui addituplatur Fieldus de Ecclesia lib. 3. c. 21. p. 242. cuius capituli argumentum est de regulis cognoscendi veras traditiones) ea dogmata refert ad Apostolica tempora quorum origo, & initium inueniri queat, quæ regula nedum ab Aug. ep. 118. recipitur, sed etiam à Zuuiglio tom. 2. fol 94. c. medium Gualtero, Caluino, & nemine, ait, *puto doctum ab illis dissentire*. Ergo satis est ad dogmatum veritatem, & quod sint Apostolica, ostendere, quod non determinato tempore ceperint.

### Conclusio Catholica.

*Non est necesse ad dogmatum, veritatem, positionum consensum priorum seculorum demonstrare.*

R. Espondeo dicendum, quod sicut supradicatum est à præsentis Ecclesiæ Doctoribus, atq; Pastoribus tanquam à proximioribus, & notioribus nobis ad primæ Ecclesiæ testificationem procedimus. In omnibus autem processibus, tam scientificis, quam moralibus non necesse est, vt ad priora principia semper recurramus,

mus, satis est si proxima habeamus, vnde ad demonstrandas conclusiones scientificas, satis est assumere principia mediata, quia hæc à primis etiam si illa nobis non innotescant fidem sumiserunt. Etiam rerū quoq; possessiones ex præscriptione sumuntur, etiam si non habeamus antiquioris etatis testimonia manesta. Nec opus est in segete, quod apparente spica innotescat radix, vt probetur spica radicem habere, vel in fluminibus, ad hoc, vt originem habere probeatur, opus est caput, vnde emanant inspicere. Sic & in dogmatibus satis est si testimonia media etatis habeamus, quia hæc à primis fidem sumiserunt, & satis est si tot longo temporum transatu prædicata sint, & Ecclesiæ sit antiqua professio, etiam si desint priorum scriptæ tabulae, & cum innotescat spica Catholicæ doctrinæ satis arguitur semel habuisse, quod Christus, & Apostoli seminarunt, quod debet crescere usque ad messem; Etiam indeficiens, & iugiter fluens canalis doctrinæ Catholicæ, quamvis caput, & origo nequaquam cernatur, ad primam scaturiginem fontalem Apostolorum reduci dicendus est. Firmissimum igitur argumentum desumitur solum ex præsenti Ecclesia, etiam si præcedentis esset autoritate destituta, cum non aliud dogmata, quæ prædicat præsens Ecclesia processerint, quam ab Apostolicæ traditionis semine, & fonte. Vnde & Basilius lib. de Spiritu Sancto c. 29 illud magnificiens, tractans de glorificatione Spiritus Sancti, ait, *quid opus est vetera commemorare? imo, qui nunc sunt Orientales, non hoc uno pie senientes cognoscunt, hac voce velut suos ab alijs iudicantes?* &c. & Epistola 64 non antiquissima protulit, sed contentus Gregorij Nazianz. doctrina ad successores deriuata, Sabbathum confutauit dicens, *quod eius doctrina inimica quoq; traditioni magni reuera Gregorij, & eorum, qui illum ex ordine subsequuti sunt ad Beatum usq; Musonium, cuius etiam num dogmata, quam sunt apud vos sonora manifestum est.*

## Solutiones Argumentorum.

**A**D Primum, conspiratio in doctrinæ, sicut, & antiquitas doctrinæ nedum agnoscitur per Patrum scripta, & monumenta, sed traditione per manus accepta, cuius initium non repertur, & quæ omnem heresim antecedit, & prior est illa, quæ euidenter in hoc demonstratur posterior, dum id, quod prius est, corrigit, & per hæc patet ad secundum.

Ad III. sic respondet S. Augustinus lib. de prædest. 55. c. 14 quid gitur opus est, vt eorum scrutemur opuscula, qui prius quam ista heresis oritur, non habuerunt necessitatem in hac diffili ad soluendum questione versari, quod prout dubio facerent, si respondere talibus cogerentur, & lib. 6. contr. 2. epistolas Pelag. c. 10. de simili silentio præcedentium dans rationem, ait: *siquid contra hereticos fuerat veritatis suscepta defensio, neque id agebatur, ut eis responderetur &c.*

Ad IV. & si audeant se inserere heresies at-

ti Apostolicæ, semper de posteritate euincuntur, & de nouitate. Catholica verbo Ecclesia semper proponit, quæ sunt antiquitate, & clara celebitate notissima, vt in quocumque dogmate ( sicut dicit Augustinus ibidem ) *quisquis id astruit, unde hoc quod verissimum, & fundatissimum est, destruat, siue sit ille filius, siue inimicus Ecclesiæ, aut corrigendus est, aut cauendus.*

Ad confirmationem. Si quolibet filio Ecclesiæ noua proferente, illico reclamant Ecclesiarum Antistites, multo magis si antistites aliqui id conarentur, reclamaret alij vigilantissimi Pastores: sic omnibus præciditur fingendi occasio, quam mendaciter obiciunt aduersarij, vnde S. Basilius ep. 93. contra quosdam Nouantes, sic dicit. *Nouationes istas circa fidem compescatis, hypotheses diuinæ ne irrietiis, nomen Christi non abnegetis, Gregorij voces sinistre non interpretamini. Quod si seculis egeritis, donec spirandi loquendiq; facultas erit, ad tantam animarū perniciem nunquam silere poterimus.* Vide reclamationem Pastorum ceterorum nouitates exterrentium.

Ad ultimum respondeatur, veteres Patres etiā Apostolos imitatos, vt edicta vulgarent, dogmata vero sillerent: quare non fuit necesse omnia monumentis consignare, & hæc est præcipua ratio cur multorum dogmatum apud Patres non sit facta mentio. S. Cyrillus catechesi prima monet, catechumeno interroganti, quid dicent Doctores, nihil esse respondendum, permixti si quidem erant cum catholicis Ethriici, Iudæi, heretici, cathecumeni, quare illud præceptum Domini Presules obseruantes nolite projicere margaritas ante porcos, nolite sanctum dare canibus &c in occulto siletio mysterijs autoritatē conservarunt. Vnde Tertullianus Apologet. c. 9. cum obiceretur calumnia de infanticidio potens illum dissolue & faciliter declarando sacrificij ineruenti mysterium, ne verbum quidem de sacrificio, sed alijs medijs calumnijs respondet. Idem loquens de Eucharistia, quam ante cibum etiam sumebant his verbis concisis lib. ad vxorem exhortatur Christianas mulieres vxoratas.

*Non sciet maritus (ethnicus videlicet) quid ante omnem cibum gustes, & si scierit panem, non illum credat, qui dicitur. Origenes hom. 9. in leuit. eandem religionem obseruans de eodem Sacramento loquens, ait. *Nouit qui mysterijs imbutus est, carnem, & sanguinem Verbi Dei. Non ergo immoremus in his quæ, & scientibus nota sunt, & Epiphanius in Ancorato, videmus inquit, quod accepit Salvator in manus suas, veluti Euangelium habet quod surrexit in cœno, & accepit hæc & ubi gratias egit dixit: hoc meū est hoc, & hoc, nolens Epiph. nec materiam, nec formam euulgare suo ore, quamvis in Euangeliō descriptam. Sed & Chrysostomus de eodem Sacramento ad populum loquens hom. 27. in Genesim sciunt initiati quid dicatur, & alibi hom. 22. ad Heb. scitis, qui imbuti estis mysterijs, loquens autem de ritibus, & cerem. baptizati in hom. 40. in primam ad Corint. sic dicit. Cupiam sane clare proferre verba, si per prophanos illos liceret. Nam hi difficiliorem nobis interpretationem.**

tidem reddunt, cogunt enim aut non clare dicere vos, aut mysteria euulgare, idem dicit Eusebius lib.1.in Leuit.c.4. Theodor.in cap.8.ad Hebreos, & in Dialogo secundo. Dicam tamen, sed quantum fieri potest adumbratè, & in 2.ad Corin.ho. 18. de ceremonijs Sacramenti ordinis loquens. Ordinatus, ait, adstantium vocat preces, & ipsi sentientias ferunt, & acclamant id, quod iniciati faciunt. Non enim fas est non iniciatis omnia detegere. Sed & Innocentius Chrysostomi contemporaneus, ad Decentium Eugubinum de quadam quæstione circa Sacramentum confirmationis consultus, post multa tandem dixit. Verba vero dicere non possum, ne magis mysterium prodere videar, quam ad consultationem respondisse; quæ verba imitatur Ambrosius lib. 1.de Sacramentis de omnibus mysterijs suis morem illa occultandi docens apertissime his verbis, nunc de mysterijs dice: et tempus admonet, atq; ipsam Sacramentorum rationem edere, quam ante baptismum si putassimus insinuandam nondum iniciatis, prodiisse potius, quam edidisse estimaremur. Dionysius vero Areopagita de omnibus Sacramentis loquens, & quantum ad materiam, formam, & effectus dixit lib. de Ecclesiast. Hierarch.c.ult. consummativas vero invocationes, non est æquum scripturas interpretatis, neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes ex occulto ad commune deducere, sed nostra sacra traditio sine pompa eas edocet. Sed de omnibus mysterijs Christianæ religionis ait Nazianzenus in or.1.The. vi secreta, que sunt, et à vulgi cōspectu semota, secreto quoque tractemus, & quæ sancta sancte, nec in prophanas aures, quæ silentio sunt adoranda projiciamus, & oratione s. de Theol. ait, hunc esse Theologia ordinem, ut nec repente atque confessim omnia in lucem efferamus, nec in finem usque occulteremus: illud enim inconsultum, hoc impium, illud alienos offendere, ac vulnerare queat, hoc nostros à nobis alienare. Et Clemens Rom. in quadam Epistola ex persona Petri sic loquitur, oro, atque obsecro, ut meorum prædicationum libros, quos ad te misi, cum nullo ex Gentilibus communices, nequam nullo ex nostris antequam eum experiaris. Si quis vero postquam erit renatus, tunc ei tradas ad exemplum institutionis, qua Moses 70. senioribus, qui cathedram eius suscepérunt scripturas traxit, & alia ibi lectu digna. Et S. Augustinus lib. de morib. Ecclesiæ Catholice c. 1. expresse dicit Ecclesiæ Catholice Antirites atque ministros passim cauere à nudandis mysterijs: quam praxim ipse quoque seruat cōcione 1. in psal. 21. con. 1. in psal. 33 in Ioh. træt. 26. contra aduers. legis, & prophet. c. 20. Ipsimet Gentiles tantæ obseruationis expressi sunt testes: namque Aurelianus Imperator ex Flavio Vopisco in eius vita. Sic suos Pontifices Ethnicos allocutus est. Miror vos Patres sancti tandem de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis.

Accedit quod propter Christianorum persecutions Ecclesiastici homines priorum sacerdotum maxime primi pauca scripsere, si quæ

scriperunt, non omnia perseverant, nullos in sanctas scripturas commentarios ediderunt, nullæ controvrs. & excitatae, vt quis esset legitimus scripturatum sensus, nobis cum scripturis transmitterent, nullos catechismos ediderunt, vel methodicam mysteriorum fidei rationem scripserunt, propterea non est mirum, si mirum quandoque sit de nonnullis silentium. Multa tamen in ijs, quæ scripserunt esse fidei mysteria, & sensus scripturarum repperiri indicarunt in genere, & in traditione contenta. Quare ab eorum auctoritate negativa non valet argumentum. Vnde hæc esset inepta consequentia: Petrus indicauit in scriptura multa esse difficultia intellectu, de quibus in specie ipse Petrus non fecit mentionem, ergo ab Ecclesia, vt ( dicunt ) recentiori, non possunt sensus prescribi sacrarū scripturarum: ita insulsa est hæc collectio: Multa à prisca Patribus traditione haberi indicantur &c. & in particulari de hac, vel illa traditione, non meminerunt, ergo à præsenti Ecclesia, quæ ex traditione habentur prescribi nequeunt. Sicut & ista insulsa collectio est. Nunquā oēs Patres dixerunt Sacraenta esse septem, nec omnium multi Patres meminerunt, ergo numerus eorum ab Ecclesia definiri nequit, vnde & Lutherus t.2. de capt. Babyl. fol. 84. impress. Vitenberg 1562. ante medum obijcens sibi ipsi admittenti duo Sacraenta, per hac verba. Ait dices. Quid ad Dionysium dices qui sex enumerauit Sacraenta &c. respondeo ( inquit ) scio huc solum haberi ex antiquis pro septenario numero Sacramentorum, licet matrimonio emissum senarium tantum dederit. Sed non propterea Senarius Sacramētorum est numerus, quia Dionysius fatente Luthero sex recensuit, nam ea recensuit Dyonis. que per actiones Hierarchicas sacerorum ministrorum administrantur. Sacramentum vero matrimonij, quia est Sacramentum Laicorum per Laicos, qui actionibus hierarchicis non consummantur, administratur. Similiter & nonnulli alij Patres modo trium, modo quatuor, modo quinque mentionem faciunt, prout se ferebat occasio disputandi, vnde ex auctoritate negativa horum Patrum infirmum argumentum desumitur.



ARTICVLVS IV.

An Episcopi Ecclesiarum in proprijs sedibus confidentes per eorum responfa, & consentientes sententias, firmum præstent Theologo argumentum.

*Praxis hereticorum.*



Ntiqua fuit Pelagianorum quarela referente S. Augustino lib. 4. cōt. duas epistolas Pelagianorum c. 8. talia responfa vim non habere nisi in Concilijs Episcopi sint Congregati [nō minus stultum, quam impium dogma esse susceptum dicebant, & simplicibus Episcopis sine congregatione Synodi in locis suis sedentibus ad hoc confirmandum subscriptio- nem queruntur extortam, cum potius eorum prophanas vocum nouitates Ecclesia Christi, & Occidentalis, & Orientalis horruerit &c.] & lib. primo contra Julianum c. 1. iactabant Pelagi- ni Catholicos propterea esse victores, quia scilicet ipsis non erat datum. [ *sicut desiderabant examen* ] ijdem referente eodem Augustino lib. 4. cōtra duas Epistolas Pelag. c. 12. dicebant [ *de simplicibus Episcopis, sive congregatione Synodi in locis suis sedentibus, extorta suprascrip- tio est* ]

Hos imitati Nouatores priuata colloquia, Academias, Pastorum voces, & monita respuentes, ad Generalia concilia prouocarunt, ea fraude, & astutia, vt Ecclesiæ sensum eluderent, & magnum nomen, quod propter eos generalis Cōgregatio Episcoporū indiceretur (per eosdē postea refutati in orbis thæatro, ut comper- tum est experientia) sicut in proprijs sedibus eandem doctrinam docentes despexerunt.

*Oppositiones aduersariorum.*

P Rima, nam forma, & medium dijudicandi de controuersijs, ab Apostolis tradita sunt, vt in Concilio Congregati de rebus controuersijs iudicaretur. Cum .n. Barnabas, & Paulus Antiochiaz contradicentes reprimere non valeant circa legalium obseruationes. Conuenerunt, ait, scriptura Actorum c. 15. Apostoli, & seniores videre de verbo hoc, vt dubitantium mentes Apostolica Synodi autoritate firmarentur, ait, Beda. punctum tamen ē proprijs sedibus absq; à tali congregatione decisio facta perhibetur. Ergo solum in Concilio Congregati Episcopi, non extra Synodus in proprijs sedibus consi- dentes, præstant firmum argumentum.

Confirmatur, quia Episcopis congregatis as- sistentia diuina promittitur, dicente Domino. *Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum &c. Matth. 18.*

Secunda, Episcopi in proprijs locis sedentes non repræsentant vniuersalē Ecclesiā, ergo non possunt ferre leges obligantes omnes, & singu- los, nullus .n. dicet V.G. Arium in Diœcesi Ale- xandrina ab vniuersi orbis Episcopis, antequam Concilium Nicænum indiceretur, fuisse damna- tum, aut damnari potuisse.

Confirmatur, quia in C. ad. abolendam de- hereticis ad summū singulis Episcopis in pro- prijs tamen Diœcesibus, conceditur de hæresi exorta iudicare cum Concilio Clericorum, vel etiam si oportuerit, vicinorum Episcoporum. Non ergo id extendendum ad Episcopos alia- rum Diœcesum.

Tertia, quia cum in rebus controuersis multa reperiatur incertitudo, recta ratio suadet ad iudicium non esse deueniendum absque inquisi- tione, & consilio, multo magis in rebus fidei, vn- de propterea indicuntur, Concilia, vt ex inqui- sitione, & collatione Episcoporum veritas in- dagetur. Non ergo in proprijs sedibus Eccle- siæ pastores confidentes possunt rationabiliter, ac proinde infallibiliter, de dogmatibus pro- nunciare.

*Confutatio aduersariorum.*

*Ex Orthodoxorum firmamentis.*

S Ed contra est, primo Patrū auctoritas Cyp. lib. 1. Epistol. 3. ait *Felicissimum hostē Christi* non tantum sua, sed plurimorum Coepisco- porum sententia condemnatum, eaque de causa ad eum, & alios fratres Episcopos, Epistolas di- rexisse constat, & lib. 1. ep. 7. contra Fortunatia- num Nouatianæ factionis inuehitur, & docet nō posse deprecari in die nouissimo dominum [ *qui & ante hoc Christum, & nunc quoque Ecclesiam Christi negavit, & Episcopis sanis, & integris, & viuentibus non obtemperans* ] vide quanti facit Episcoporum consensum, etiam in proprijs se- bus confidentium.

S. Alexander Alexandrinus primo differen- do, monendo, excommunicando, postmodum suę prouincią Synodo 100. Episcoporum Ariū condemnauit, & ne ad alios yenenum diffun- deretur, aliarum Ecclesiarum Episcopos, de depositione eiusdem admonuit, vt habetur in Epistola apud Socratem lib. 1. Hist. Ecc. c. 3.

S. Athanasius Epistola contra Arianos de sen- tentia Dionysij Episcopi Alexandri, eum ab hæresi nota hoc modo vindicat. [ *Magni certè argumenti ab alijs Episcopis de impietate con- uictus est, neq; hæresim propugnando ab Eccle- sia secessit.* ]

S. Basilius Ep. 64. ad Neocæsarienses contra Sabellianos, ait. *Si vero in istis perseuerauerint, cogemur, & ad alias Ecclesias acceptum damnū proclaimare, efficereq; vt à pluribus ad vos Epi- scopis mittantur litteræ, quibus impij huius fig- menti magnitudo destruatur.* Et Ep. 75. loquens

de receptione eorum Arianorum, qui ad Ecclesiam reuersi erant, tuerit illud factum ex literis B. Athanasij quas ab ipso acceperat, in quibus etiam Macedoniae, & Achaiae Episcopos idem sentientes allegabat idem [Athanasius, & subdit]. Fuerat (inquit) iustius res nostras extimare, non ex uno, aut altero eorum, qui ad veritatem haud recte pede ingrediuntur, sed ex multitudine totius orbis Episcoporum, qui gratia Christi coniuncti a nobis sunt. Requirantur Discidae, Lycaones, Iauri, Phryges, & qui utriusque sunt Armeniæ, quotquot vicini nobis sunt Macedoniae, Achæi, Illyrij, Galli, Hispani, tota simul Italia, Siculi, Apbri, et qui in Agypto adhuc sunt, & quæ reliqua portio est Syria, qui quidem litteras ad nos mittunt, & vicissim a nobis recipiunt, ex quibus cum que illinc ad nos feruntur, tum quæ vice versa isthinc ad ipsos mittuntur, cognoscere potestis, quod unanimes omnes eodem sensu prædicti sumus.

In tomo 2. operum Hieronymi habetur epistola Theophili ad Epiphaniū, vbi sic dicitur. Dignationis tua est, quæ in huiusmodi certaminibus s̄pē ante nos pugnauit, & positos in prælio consolari, & congregare totius insulae Episcopos, ad Synodicas litteras, tā ad nos, quam ad Cōstantinopolitanæ urbis Episcopum, & si quos alios putaueris mittere, ut consensu omnium, & ipse Origenes nominatim, & heresis nefaria cōdemnetur. ] & paulo post [ Cura igitur tua sit, ut cunctis Episcopis per Iauriam, atq; Pamphyliam, & ceterarum prouinciarum, quæ in vicino sunt, rei ordinem pandas, & nostram si dignam putas Epistolam subiicias, ut omnes uno Spiritu congregati, cum virtute D. N. Iesu Christi tradamus eos Sathanæ in interitum impietatis, que possedet eos.

S.Ambrosius Ep.32.ad Valentinianū sic dixit, Si ad Synodus provocat Auxentius, ut de fide disputet, licet non sit necesse, propter unum tot Episcopos fatigari, qui etiam se Angelus de cœlo esset, qui non deberet præferrri, cum audiero Synodum congregari, & ipse non deero.

S.Augustinus loc.cit.respondens quærelæ Pelagianorum Synodum postulantum respondet his verbis. An vero congregations Synodi opus erat, ut aperta pernicies damnaretur? Quasi vero nulla heresis aliquando, nisi synodi congregatiōne damnata sit, quin potius rarissimæ inueniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multeq; sint, ac incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari damnariq; meruerunt, atq; inde per ceteras terras deuitandæ internoscere potuerunt.

Secūdo probatur rationibus. Primo quia Christus Dominus voluit plures sub se habere pastores hoc est Episcopos, vnde, & 1.Petr.5. Princeps pastorum appellatur, quorum munus est pascere gregem doctrina salutari, exhortantes (vt ait Paulus Tit.1.) in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguendo: ergo pariter diuino lumine illustrari censendi sunt, ad eorum ministeria exercenda ad consignandam veram fidem doctrinam, si non pari mensura, qua Apostoli donati sunt, quorum unusquisque oratione satis erat

ad fundandas fidem, tali tamen, vt aliorum Pastorum opera, & sensus requiratur, vt certus Ecclesiæ sensus, & doctrina Apostolica inuestigetur.

Secunda ratio, quia in Concilijs idem sensus, & doctrina, quæ per uniuersum orbem constanter ab Ecclesiæ Pastoribus prædicatur, chirographo consignatur, vnde Theodoreus in suo Philotheo in vita B.Iacobi Nisibens. loquens de Nicano Concilio, ait, Multis ibi bene, & recte, nonnullis perperam sentientibus, obtinuit illa, quæ tunc per uniuersum orbem vicerat, ac diuulgata fuerat fidei confessio, & Leo magnus Ep. 10.c.2.in Euthychete fene, hoc grauissime criminabat, quod quæ per totum mundum omnium regeneratorum voce depremebantur illius adhuc sensis corde non caperentur ] certissimum autem est populos fideles non aliunde Catholicam illam doctrinam, nisi ab Apostolicis edocētos, qui eā ab Apostolis accepere. A apostolici autē sunt Episcopi Apostolicis Cathedris succedentes, à quibus populi instruuntur, hæc n. est lex diuinitatis, & Ecclesiastice hierarchie, vt minores per maiores illustrentur, ex Dionys. c.1.de Eccles. Hierar. ergo si discipulorum, qui per orbē diffunduntur, concors sententia, Ecclesiæ consensus adjudicatur, multo magis ipsorum Pastorū, & Cathedris docentium consensus, Ecclesiæ Catholicæ consensus demonstrabit.

Tertio, quia populi suis Episcopis, vel credere tenentur, cum ē subsellijs loquuntur, vel non. Si credere non tenentur, iam perit tota certitudo fidei nostræ, dicente Augustino de utilitate credendi ad Honoratū c.10. [ in religione vero, quid iniarius fieri posset, quam vt Dei amissiones nobis non fictum animum pollicentibus credant, nos eis præcipientibus nolimus credere? ] Si vero credere tememur, ijq; omnes possent conspirare ad aliquod falsum in fide edocendum, nihil infelicius esset fide nostra, quæ sub pena perfidie iubet Deimisstris obtemperari debere, quod cum sit impossibile, dicendum est cum eodem Augustino eodem lib. quod [ non potest esse via salubrior, quam idoneum primo fieri percipiendæ veritatis, adhibendo ijs fidem, quæ ad præcolonandum, & procurandum animum sunt diuinitus constituta. ]

#### Conclusio Orthodoxorum.

Ex sententijs Episcoporum in proprijs Cathedris confidentibus, eorumq; litteris, vel responsis, firmum dicitur argumentum, quod ille consensus ad regulam fidei pertinet, & multo magis ex responsis Ro. Pont.

R Espondeo dicendum, quod primū, & præcipuum mediū probandi, ac finiendi dogmata, est regula fidei, vt superius dictum est. Regula autem fidei est publica Ecclesiæ doctrina

nam Patribus, & Episcopis prædicata, & custo-  
data tanquam depositum, vt dicit Apostolus  
scribens Timotheo 1. Tim. 6 ò Timothee Depo-  
sitū custodi hoc est exponēte Lerinēsi c. 26. depo-  
sitū Catholicæ fidei, talentū innuolatū illibatumq;  
conserua. Quare resiliens Hæreticis ab hac  
regula, nouaque peruersaq; dogmata cuditib; plumbū pro auro supponentibus, non aliunde  
arceri possunt, quām à Sacrosancti depositi cu-  
stodibus Episcopis videlicet populorum, non  
aliunde docentibus, & instruētibus filios, quām  
ex notissima regula veritatis. Vnde in Epistola  
Synodica ad Nestorium, sic illum Cyrillus al-  
loquitur. Non sufficit tunc religioni solummodo  
symbolum fidei confiteri, quod expositum est per  
idem tempus, Sancti Spiritus largitate, à vene-  
rando, & magno Concilio apud Nicæam congre-  
gato; sed conséquens est, & iure iurando fateri te,  
quod anathematiz; es quidem tua prophana, &  
polluta dogmata. sentias autem, & doceas, quā  
nos uniuersi per Orientem, seu Occidentem Epi-  
scopi, & Magistri, Præfulesq; populorum credi-  
mus, & docemus. ] hæc ille. Similiter introdu-  
centibus nouitium, ac proinde profanum dog-  
ma, quod Italia non accepit, Gallia ignorat &c.  
& maior pars orbis exhorret, præsto sunt Epi-  
scoporum sedes quibus nupera doctrina suspe-  
cta reddatur. Vnde Iuliano Pelagiano prouoc-  
anti ad Antifites Orientis sic Augustinus re-  
spondit lib. r. c. 2. Non est ergo cur prouoces ad  
Orientis Antifites, quia & ipsi usq; Christiani  
sunt, & utrinq; partis orbis terrarum fides  
ista una est, quia fides ista Christiana est, & te  
certè Occidentalis terra generauit, regenerauit  
Ecclesia. Quid ei queris inferre, quod in ea  
non inuenisti? Imo quid ei queris auferre, quod  
in ea quoq; accepisti?

Vbi verò non constat apud omnes de fidei  
regula, nec res est certò adhuc explorata illud  
Augustini documentum, & regulam sequi de-  
bemus, nempe, quod in re dubia valet Ecclesiæ  
auctoritas Ecclesiæ Catholicæ, quæ ab ipsis fun-  
datissimis sedibus Apostolorum, vsq; ad hodie-  
num diem succedentium sibimet Episcoporum  
serie, & tot populorum consensione firmatur,  
vide lib. 32. cōtra Faust. c. 6. maius in dubijs dis-  
soluendis, auctoritatis pondus subministratur,  
ab ijs Ecclesijs quas Apostoli fundarunt, quibus  
Apostolici successerunt, quām eorum quæ ab  
illis traducem fidei mutuatæ sunt, vt Ecclesiæ  
fierent. Vnde idem August. 3. de doctrina  
Christianæ c. 8. scripsit. In canonice scripturis  
recipiendis ( antequam certò aliquid esset per  
Concilia definitum ) Ecclesiæ Catholicarum  
lector quam plurim auctoritates sequatur, in-  
ter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes  
habere, & Epistolas accipere meruerunt. Inter  
quas eminet Romana, cui Apostoli Petrus, &  
Paulus doctrinam cum sanguine profuderunt.  
Vnde idem Augustinus lib. 1. in Iulia. ait, [Pu-  
to tibi eam partem orbis sufficere debere, in qua  
primum Apostolorum suorum voluit Dominus  
gloriosissimo Martyrio coronari, cui Ecclesiæ pre-  
sidentem B. Innocentium se audire voluisse, iam  
iuncit periculosem inuentutem tuam Pelagianis

laqueis exuisses. Quid n. potuit vir ille sanctus  
Aphricanus respondere Concilijs, nisi quod anti-  
quitus Apostolica Sedes, & Romana cum ceteris  
tenet perseveranter Ecclesijs.

Hec ergo semper fuit vetus Ecclesiæ praxis,  
vt in quaçunq; Ciuitate, aut Prouincia hæresi  
nouella se attollente aduersus antiquam fidem,  
soleret Episcopus aduersus illam insurgere, vel  
Metropolitanus: qui si non sufficerent, auxilia-  
res peterent copias ad ceteros Episcopos eiusdem  
Prouinciarum, aut ad alios aliarum Prouinciarum  
scribendo, & præcipue ad Summum Pontificem,  
vt nouum dogma, vel aliorum Coepiscoporum  
litteris, & iudicio, vel sotius Romani Pontificis  
consensu, & definitione damnaretur. Quare nun-  
quam generale Concilium fuit congregatum  
quin prius ab Episcopis in suis sedibus consi-  
deribus, maximè à Romano Pontifice, prophe-  
num dogma exufflaretur, & litteris damnaretur.  
Similiter nec Generalia Concilia primo con-  
gregata, sed prius prouincialia, & ante hæc Di-  
cesana celebrata sunr, vt ad pleniorum, & eu-  
dientiorem, & infallibilem definitionem, gradu  
quodā perueniretur de quo more S. Aug. 2. cō-  
tra Donat. c. 4. contra ipsos Donatistas loquens,  
ait. Quomodo potuit res ista tot alternantium  
nebulis innoluta ad plenarij Conciliij luculentam  
illustrationem confirmationemq; deduci, nisi prius  
diutius per orbis terrarum regiones mulis hinc,  
atq; hinc disputationibus, & collationibus Epi-  
scoporum pertractata constaret? ] Propterea vi-  
demus radicem definitionis in Concilijs esse  
consensum Ecclesiæ, ad quem consugiunt con-  
gregati in Concilijs dicendo in fine acclamatio-  
num. Hæc est fides Patrum, hæc est fides Or-  
thodoxorum.

Quando vero ex vniuersis orbis, vel mul-  
tarum Prouinciarum Episcopis consensus Ec-  
clesia non habetur, sed ex vna tantum Prouincia,  
tunc non sumitur irrefragabile argu-  
mentum, sed tantum probabile, sicut probabile  
queq; argumentum faciunt cum ijdem Episco-  
pi in vna, vel altera Prouincia congregantur.

Ex litteris ergo Episcoporum totius, vel ma-  
ioris partis orbis, firmum, & exploratum, sed nō  
conuincens argumentum desumitur, ex litteris  
vero Romani Pontificis ad consulta responden-  
tis, vel hereses damnantis, firmum, & exploratum,  
& astringens habetur argumentum, sufficientis-  
simum modestis Ecclesiæ filiis: ex plenario vero  
Concilio Rom. Pontificis autoritate congrega-  
to, & confirmato firmum astringens, & proter-  
uientium ora occludens, medium habemus, vt  
merito hæreticus damnatus censeatur, qui de-  
cretis huiusmodi Synodorum parere detrectat,  
sicut heresi proximus, si planè hæreticus non sit,  
merito præsumi debeat, qui eorundem Pasto-  
rum sensum, & consensum rejicare non formi-  
dant. Sed de hac re q. 2. inferius tractabitur.

## Solutiones oppositionum.

**A**D primum ergo, quod etiam Aposto-  
li fassi sunt in littera Synodali ad Gentes  
missa Aëtorum 15. præcessisse præmix in cōtra-  
rium

rium circa legalium obseruationem, & conqueſti ſunt, ſine Aþoþolico mandato à nouis prædicantibus ſuperseminatum dogma Iudaizantium. *Audiuiimus* habet ſacer tex. quia quidam à nobis exeunteſ turbauerunt vos verbis, quibus non mandauiimus ex iſta ergo praxi reprehendiſ ſunt nouelli Iudaizanteſ, qui pōſtea ad pleniorē ipſorum damnationem præmiſſa magna inquiftione, decretum eſt, non amplius ſeruanda eſſe legalia; qui tamen pro execratiſ etiam haberi meruerunt, ante eorum in Concilio Aþoþolico iam præiudicataſ ſententia.

Ad confirmationem, etiam Spiritus S. dirigit PP. & Episcopos populoſum, quos dedit Paſtores, & DD. Eccleſia, vt in vnam ſententiam conſpiranteſ errare nequeant, vnde, & Concilia ipſa ex eorundem ſententia decernunt. Sic vt patet ex epiftola Synodi Ephes. ad definitionem fi-dei Epifcoyi proceſſerunt. *Sequenies*, aiunt, itaq; omnium SS. PP. confeſſioneſ, quas loquentे in eis Spiritu Sancto protulerunt, & intentioni eorum aequiſtigij inherenteſ, profitemur etc.

Ad ſecundum, & ſi Epifcoyi in proprieſtateſ conſidenteſ vniuersaleſ Eccleſia non obligeant, nihi lominus cum ſecundum Catholicam fidem loquuntur, quæ vbiq; toto orbe diſſundiſt, vera eſſe oſteſdunt dogmata, quæ vniſormiter, & indubitatem pronunciant, & hoc modo Eccleſia inſtruunt, & ad ſententiam ferendam in plenario Concilio ferendam ſufficiens exhibent argumentum. Vnde (ex Hift tripart. lib. 2. c. 11.) Eusebius, cur conſenſerit Concilio Niceno deſinenteſ aduersus Arium ſic dixit. *Nos Concilio conſenſimus, quoniam, & priſcorum Epifcoysi aliquos conſcriptores, eloquentes, & nobiles, nomine conſubſtantialiſ olim uſos fuſſe cognouimus.*

Ad confirmationem. Quidam respondent eo loco permitti Epifcoyi iudicium de hæreſi iam damnata. Sed hoc non potest ſtare, nam in eadem decretali non dicitur, quos Synodus Prouincialis, vel etiam Epifcopalis hæreticos declarauerint, ſed iudicauerint. Alij dicunt dari ex commiſſione Sedi Aþoþolice potestatē iudicandi Epifcoyi locoruſ, etiam vbi hæreſi maniſta non eſſet, vt fidei ſpopulus illius Prouincie, vel Diœcēſis à tali abſtineat doctri-na, & à nouis prophanisq; inueniatis caueat, & eorundem architec̄tos tanquam hæreticos ſugiat. Adhibentur inſuper aliorum Epifcoporū litterae, & affeſſus, vt non poſſit excipi aduersus talia decreta Prouincialia, vel Diœcēſia. vnde Basilius Epift. 74. reddens rationem cur ab absentibus quoq; in reprimendis hæreſibus, Epiftolas poſtularet, ait. *Quæ nos loquimur multis ſuſpecta ſunt, quaſi propter priuatas quafdam contiſſiones, metum, ac puſſillanimitatem illis in- cutere veſtimus, Vos vero quanto ab illis habita- tione remotores eſtis, tantum plus apud plebem habetis fidei. Sed quod ultimum iudicium decidendi res nunquam deciſa, Epifcoyi com- mitti poſſit à Sede Aþoþolica, non Theologicè dicitur. Dicendum ergo eſt, quod Epifcoyi poſſunt cognoscere de hæreſibus palam mani- feſtis, & etiam de hæreſibus dubijs que apud*

ſimplices maniſta non ſunt, ſed ſolum apud ſapienteſ, cognoscere poſſunt, & ſunt illæ, quæ ſaltem euidenti conſequenția deprehenduntur principijs fidei contrarie, vnde ut bene notauit Turrecremeta 2. p. ſumma de Eccleſia lib. 4.c. 12. hæreticus dicitur, qui ſentit contra ſacram scripturam, ſiuē contra ea quæ neceſſaria, & for-mali conſequenția ex ea eliciuntur. ſiuē qui ſcriputram Sanctam male interpetatur, 24. q. 3. ha-reſis, vbi B Hiero. ita loquitur. *Quicunque ſacra scripturam aliter intelligit, quam ſenſus Spiritus S. efflagitat à quo ſcripta eſt, licet ab Eccleſia non reſeffe, hæreticus appellari potheſt.* Quādo autem ſubtiliora ſunt, & inter ſapienteſ etiā concertatio eſt, cum hoc ad maiores Eccleſie cauſas pertineat, nonniſi per ſedem Aþoþolica terminanda ſunt, vt quid ſit Catholicum, quid Orthodoxum diſcernatur. c. maiores de baptiſmo, & eius effectu, & 24. q. 1. c. quoties, legendus eſt Io. Geron. trac̄t. de doctrin. exam. consider. 3. & ſerm. de Purificatione. Henricus de Bottis trac̄t. de Synod. Epifco. p. 4. n. 102.

Ad Tertiū, quamvis conſideratius, & clarius viua voce fiat in Synodis collatio, atq; diſcuffio, tamen etiam per Epifcoporum litteras, & conſenſum, potheſt innotescere Eccleſiaſtica doctri-na, vt interdum non vniu. vel alterius, ſed multarum Prouinciarū Catholicarum communione refujiens, ab vniuersa queq; Eccleſia Catholica diſcrepare, ſe hæreticum comprobet. Hinc Baſilius ep. 74. ſcribens ad Epifcopos abſenteſ, quorum litteras expoſtuſbat dixit. *Quod ſe plures quoq; vnañimes ea decreuerit, maniſteſtu eſt, quod multitudine eadem decernentium, indubi-tatam omnibus efficiet dogmatis ſuſceptionem, & ep. 75. Interrogate Patres vestros, & annuncia-bunt vobis, quod etiam ſi loci ſtu diuinae inter ſe ſint paræcia, tamē veluti coronamēto quodā uni-ta, vnaq; ſententia gubernatæ fuerunt. Affi-dua quidem fuſt populi inter ſe commixtio. Ipſe vero Paſtores tanta prædiſti fierunt mutua cha-ritate, vt alijs alio in negotijs Domini pro præceptore, & duce uſi fuerint.*

## ARTICVLVS V.

An ſi ex hac parte ſint pleriq; ſeniores Prouinciarum om-nium, hinc granis Patrum numerus, potius illos, quam iſtos ſequi debeamus.

*Positio Moderni illius cum ſuis fun-damentis.*

**M**oderneſſe ille in ſuo elucidario lib. 4. tract. 4. 9. *Quæ nuper ſuſtinet magis ſtandum pleriq; ſenioritateſ Prouinciarum, quæ in grauioribus Patribus, eoque octo, vel decem Patribus Eccleſie prapo-*

præponendos, ac præferendos.

Primum ergo Fundamentum desumit ex dist. 20. c de quibus, vbi hæc habentur. De quibus causis, nulla soluendi ligandiq; authoritas in libris veteris testamenti quatuor Euangeliorum, cum totis scriptis Apostolorum appareat, ad diuinam recurrite scripta Græca, si neq; in illis, canones Apost. Sedis intuere: si neq; in illis ad Catholicæ Ecclesiæ historias à DD. Catholicis scriptas manum mitte: si nec in illis, Sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si in omnibus ijs inspectis, huius questionis qualitas non lucide inuestigatur, seniores Prouinciae congrega, & eos interroga: Facilius namquam inuenitur, quod à pluribus senioribus queritur. Verus n. reppræmissor Dominus ait: si duo ex vobis, vel tres conueniant super terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, sicut illis à patre meo. Hęc verba ( subdit Poza ) hunc habent sensum. [ Primo inuestigāda est veritas à Sacris scripturis: si ibi nulla affulget lux, euoluenda sunt scripta Græca i. Concilia, quæ tempore Innocentij primi in sola Græcia, vt plurimum fuerat celebrata: si nec scripturæ, nec Concilia lucem afferant, consulenda sunt decreta Sedis Romanæ: si neq; in illis, quid piam appareat, vnde veritas constet, legendæ sunt historiae Catholicæ: si nec scripturæ, nec Concilia, nec decretales Epistolæ, nec historiae Catholicæ quid piam iuuent ad indagandum verum sensum, examinanda sunt iustorum hominum exempla. Tandem omnibus alijs desperatis, conuolandum ad Concilia Seniorum alicuius Prouinciae. Nam si pleriq; ex vniuersis prouincijs conspirarent, CER-  
TIVS adhuc esset argumentum, quām ex non nullis Patrum &c. ] & postea. [ Hinc licet quo ordine sint autores suscipiendi. Primo scripturæ, Concilia, & decreta Sedis Apost. recolantur. Secundo Patres, & exempla Sanctorum. Tertiò plurium seniorum vnius Prouinciae consensus examinetur. Quod si pleriq; seniores Prouinciarum omnium conueniant, & conspirarent, pluris facienda est opinio, quæ ex illa cordia nascitur, quām quæ ex OCTO, vel DECEM PP. testimonio oriri consuevit.

II. Fundamentum. Ratio ( subdit ) succurrat facilis, neq; n. Christus alligavit promissionem de reuelanda veritate decem, aut viginti Patribus, qui extra consensum, & Concilij formam seorsim suam sententiam exposuerunt, alligauit tamen communī Ecclesiarum sententia.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est. Primo. Nam vel Seniorum nomine ipsi quoq; primarij, & anciani intelliguntur; vel Episcopi Prouinciarum. Si primum, iam Laicocephali, & Consistoria Genevensia caput erigent, Laicocephaliam, & Laicalia Consistoria roborabunt. Si Episcopos, in Conciliis Prouincialibus adunatos, cum secundum leges, & critirion quo hi iudicare debeant, præscribatur forma iudicadi ab Innocentio, primo per scripturas; Secundo per Generalia Concilia, &

manifestè, vt probatum est art. primo à Conciliis præscribatur, vt Episcopi non contra cœtum Patrum, sed secundum Patrum interpretationē, & dogmata definiant ( vt patet in Chalced. act. 1. & 4. & 5. in 6. Syn. act. 12. can. 19. & Nicen. 2. act. 2. & 4. & 6. & 7. & in 8. Syn. c 1 quorum loca expendimus, & adduximus a. p. pag. 5 ) non est credibile, vt voluerit Innocentius contra PP. Episcopos in Cōciliis Prouincialibus adunatos, audiendos, cum à Conciliis, consensus Patrum fuerit adeo commendatus, vt secundum illum Episcopi scripturas exponere, & interpretari, dogmata definire, in Conciliis etiam generalibus congregati, præscribatur.

Confirmatur, nam & ipsa quoq; generalia Cōcilia tantum Patribus detulerunt, vt DECEM Patrum num. contenta, dogmata ex doctrina eorundem credenda præscriperit. Illustrē Cōciliū Ephesini exemplum nunquam à memoria abolendum ( quod fortè Poza non vidit ) ex S. Vinc. Lerinensi adducimus lib. contra proph. vocum nouit. c. vlt. qui vbi recensuisset testimoniū nomina, qui in Concilio Ephes. allegati sunt videlicet Petri Alex. Athanas. Theopili, Cyrilli, Nazianz Basili Nisseni, Fœlicis, & Iulij PP. Cypriani, Ambrosij subdit ( e diametro P. Poza se opponens, & quæ sit eiusdem positionem præuidens ) Hi sunt igitur omnes apud Ephesum Sacrae DECALOGI numero Magistri, Consiliarij, Testes, Indicesq; producti: quorum Billa Synodus doctrinam tenens, consilium seques, credens testimonio, obediens iudicio, absq; odio, præsumptione, & gratia de regulis fideli pronunciauit. Decem sufficiunt Synodo, & Poza non fatus sunt.

Confirmatur secundo, nam vt dicit Lerinensis c. 4. si nouella contagio non iam portiunculam tantum sed totam pariter Ecclesiam commaculare conetur? &c. Tunc subdit idem Sanctus prouidebit Catholicus, vt antiquitati inhæreat. Quid si tale aliquid emergat, ubi nihil huiusmodi reperiatur? tunc dabit operam, vt collatas inter se maiorum consulat, interrogetq; sententias.

Non ad seniores Prouinciarum transmisit decadentes contra veterum canicem, sed ad Patres per quos Prouincialium Conciliorum Episcopi sunt emendati, & Generalibus etiam directi. Quod si hæc licentia permittatur, vt contra decem Patres sentiri possit adhærendo senioribus, dici non potest, quām brevi compendio sepulta multa dogmata reuiverent, & noua nascendi secunda genitura ministraretur. De hoc arguento iterum tractatum est in nostro sac. Deposito c. 10.

**C O N C L V S I O**  
Nunquam seniores etiam omnium Prouinciarum, Patrum veterum, saltēm grauiorum, Choro præponendi, quin hos potius, quam illos sequi necesse est.

**R**espondeo dicendum, sicut dicebat Basilius ep. 75. ad Næocæsarianos, quod ad concordiam

diā plurimum confert s̄ datur eisdem, ut Doctoribus sunt autem, dicebat Neocesarianis ijdē, & nobis & vobis Doctoribus mysteriorum Dei, & spirituales Patres, qui vestram fundarunt Ecclesiam, Gregorium dico illum priscum, & quotquot Episcopalem apud vos sedem suscep- rūt qui ordine succedaneo, instar astrorum exor- ti, ingressi sunt vestigijs: ita vt non facilē sit volentibus conuersationis ipsorum indicia desērere. Idem in alijs plebibus, & Ecclesijs factūm est, vt suis vterentur Doctoribus, qui vt suos Patres, & fundatores habuerunt, quibus successionis or- dine, in cathedris, & doctrina successerunt, & ep. 62 huius rei rationem reddit quia Lupigra- nes sub prætextu ouicularum fraudem tegentes, ubiq; terrarum gregem Christi dissipant, qui vo- bis præsidio vigilantis cuiusdam pastoris caue- di sunt, & ideo dicit de diuina prouidentia, quod eius est designare, qui à tempore magni præ- sidis Ecclesiae vestræ Gregorij, usq; ad beatum istum, alium post alium semper, vt in alijs Eccle- sijs quoq; factūm est quasi ex quadam precioso- rum lapidum serie de promptos, adiiciens, & adaptans admirabilem Ecclesiae vestræ pulchritudinem largitus est &c. propter quod vt ibi- dem dicit: unumquemq; Sanctorum suæ etati seruire permisit. Cum ergo beata ista successio Pastorum, & DD. diuinitus prouisa sit, ad fraude- des detegendas, & in nouandarū rerū studiosos nullo pacto seniores (si Laici intelligatur) Prouin- ciarum sunt anteponendi Patrum doctrinæ, nec etiam paucioribus, & grauioribus præponendi. Si vero per Seniores Episcopi denotentur, cum subsequentes Pastores ijdēm successerint, non est intelligibile, quod possint à predecessorum vestigijs declinare. Cuius ratio est, quia vt scrip- sit Basilus ep. 73. aduersus eos, qui quosdam eiusmodi Seniores Patribus præponebant, fides Catholica semper uniformis, & irretractabilis perseuerat; heretici vero [ habent astutum quadam dogma, ad eiusmodi tuas mutationes para- tum. Nam verbis fidei more medicorum vi- tuntur, pro commoditate, aliter se ad affectionum rationem, ac varietatem attemperantes, & sub- dit, Marcidum vero iſtud sophisma, non conue- nit, ut ego redarguam, sed vobis obseruandum est (dabit n. vobis intellectum Dominus) vt co- gnoscatis, quæ recta, & plena sit sententia, quæ obliqua, & peruersa. Si in alias atq; alias fidei confessiones conscribere, & pro temporum varie- tate mutare fas est, falsa est sententia eius, qui dixit: unus Dominus, una fides, unum baptisma si vero haec vera sunt, nemo vobis inanibus iſis verbis imponat. Hec ille, vnam precedentium Patrum, & subsequentium Presulum Ecclesiarum esse fidem significans, si n. alia, & alia esset doctrina, & Presulibus licet contra veteres, quibus succedunt, sentire; tanquam inanis, & fluctuaga ab hereticis orthodoxa doctrina ta- xaretur. Nullo ergo modo senioribus Laicis contra Patres, sentire licuit, vel licebit: & Presuli- bus Ecclesiarum etiam omnium Prouinciarum nunquam accidet, Domino prouidente, vt contra grauiores Patres solo Decalogi numero cō- tentos, sentiant, vt ante mille, & plus annos te-

satur etiam Lerinensis in Concilio Ephesino factum esse.

### Solutiones oppositionum.

**A**D primum, respondetur oppONENTI repu- gnare Glossam sic textum exponente m, quod primo sit recurrendum ad scripturas Apo- stolorum. Secundo ad gesta Conciliorum, & Pon- tificum. Et deinde ad Sanctorum expositiones, ultimo ad seniores, Cui etiam concordat Hug. Gloss. eadem illa verba Apostolorum interpre- trās Apostolicorum: nomine vero seniorum sa- pientes interpetratur, & tūc DD cum sint Apo- stolici, & sapientes, seniores, si laici sint, nouiter introductos dirigere debent, atq; corrigere, non autem ab eisdem corrigi, & dirigi: facilius vero reperitur, quod a pluribus ipsis senioribus viris inquam Apostolicis tenetur, quam Prouinciarū tractus ad inueniēdos seniores peccare. Hi au- tem Episcopi Prouinciarū a præcessoribus do-ctrinam accipere debent, in quorum Cathedris successerunt, Vel dicendum eum textum loqui in casu, nempe cum desunt testimonia scrip- turarum, Conciliorum, & PP. ad seniores con- fugere oportet, ad sciendū aliquam consuetudinem, sic n. dicebat Augustinus in eo ca- su nihil definiente scriptura &c. mos populi Dei, & maiorum instituta pro lege suscipienda sunt.

Ad II. promissio Christi Domini etiā ad SS. PP. se extendit, saltem grauiores, si non omnium haberi potest clara authoritas, diuinitus n pro tempore dispensati sunt, vt fidam, & puram doctrinam tradant, & cibaria Dominicā fideliter ministrant, vt supra ex Augusto dictum est, & Apostolus diuinitus docet esse datos Eph. 4. ne circumferamus omni vento doctrine.

### ARTICVLVS VI.

An Theologi Scholastici, & vniuersitates, per eorum fir- mas, & consentientes senten- tias, firmum præstent Theo- logo argumentum.

#### Hæreticorum positio.

**A**duersus scholasticos DD. & eorum magisterium Vuti- cieph primus, quem lego, linguam, & calamum arma- uitnam apud Vualdersem t. 1. lib. 2. a. 3. c. 67. doctora- tum nostrum Theologicū, tamquam Gentilium ma- gisterium repudiat his verbis: Brevis omnis setta, status, vel operatio, quam Christus non ap- probat in suo Euangelio, est rationabiliter dimi- tenda; ideo, quia Corisius non approbat, sed re- probat

probat gentile Magisterium supradictum, quod est de Ecclesia dimittendum J & postea inferius. Quia n. Chr fuit non ordinavit istas vniuersitatis seu Collegia manifestum videre, quod ista, si introducta, in cuius signum, tam collegiati, quam alij graduati querunt, quæ sua sunt charitatis regulas deserentes, ex quo pullulant inuidiae, cōparationes personarum, & patriæ, & multa alia seminaria patris mendacij ] hæc in speculo militantis Ecclesiæ c. 26. quæ doctrina sub hoc articulo postea in Concilio Constantiensi damnata proponitur, videlicet; [ Vniuersitatis studia, Collegia, graduationes, & magisteria in eisdem esse vana gentilitate introducta, & tantum prodeesse Ecclesiæ, sicut prodest Diabolus. ]

Lutherus per semitas easdem incessit, Scholasticos. n. DD. aperte reiicit, vno cōcilio solū Constantiensi fasces submittens, vt patet ex eius propositionibus initio namque sui schimatis ad disputandum propositis, & in colloquio Vvarmatæ habito 1523. vbi à scholasticorum autoritate ad PP. prouocasset, & ad decretales Rom. Pōfificum, quas cum pro scholasticis facere manifeste deprehendisset, his quoq; fidem abrogādam censuit Thrasonico spiritu.

In Proemio assertionum. Hæc volui in hoc protestari, ne iij qui sanctorum Patrum alicubi dictis suffarcinati præsumunt, victoriam sibi se aliquid fecisse putent. Se me aduersarium ostenderint, vel unius Patris Ecclesiastici, vno alicubi verbo, quod hactenus à SCHOLASTICIS Doctoribus ad Ecclesiasticos semper prouocauerim: non n. sic ad eos prouocauī, ut omnium eorum vera arbitrarer, sed quod propriora veritati senserint, quām scholastici, qui ferè nihil veri habent reliquum, ut sensim ad fontem ipsum, riuiulis ducentibus veniremus.

In libro de abroganda Missa priuata, contra Academias Theologicas sic inuehitur. Gymnasia sunt Sodoma, & Gomorra, imo ipsa Satanae Lupanaria. & lib. contra Ambrosium Catherina ( prout idem Catherinus resert lib. 2. de cōsideratione præsentium temporum ) ait. Ad Euangeliū fuuditus extinguendum videtur Satan, nec astutius, nec efficacius inuenisse com mentum, quām vniuerstatum ergendarum. Hec ille.

In captiuitate Babylonica c. de baptismo sic scripsit. Ego contemptor Magistri sententiārum, cum omnibus suis scribentibus, qui tamē de materia, & forma Sacramentorum scribunt, dum optime scribunt, id est mortuam, & occidentem litteram Sacramentorum tractant; ceterum spiritum, vitam, & usum i. promissionis diuinæ veritatem, & nostram fidem prorsus intactas relin quunt &c.

Matthias Flaccius Illiricus lib. cōtra Staphylium multa garrit aduersus Scholasticos, & ad eorundem autoritatem infirmandam, dissensiones eorundem obijcit, & in Magistrum sententiārum inuehitur, fingens quod in 2. d. 25. & 26. afferuerit, ita humanas vires corruptas, vt liberum arbitrium nihil boni possit facere, nisi in homine denuo Deus nouum arbitrium de novo creet,

Philippus tom. primo declam. 588. alludens ad Theologiam scholasticam; omnibus seculis, ait, Sophistica contaminavit, & dispergavit religiones, & in Epist. ad Camera. pag. 386 Sophistica; ait, Principibus, & ignavia, exitio sunt rebus publicis, & iterum. Due sunt pestes Ecclesiæ, & Reipublicæ præcipue Tyrannis, & Sophistica: Sed hæc multo nocentior Tyrannide. ]

Peucerus in leet. Chron. 24. Iulij 1573. Cum tyrannide semper est conuincta Sophistica, & calumniatrix, & præfrigatrix, & iterum hæ sunt conuincte pestes inter se: sed perniciose rebus publicis, & Ecclesiæ, per sophisticam scholasticam impie intelligens.

Lutheranus Pappus anno 1597. edidit librum cui titulus, contradictiones Doctorum nunc Romanæ Ecclesiæ &c. cuius scopus est, Romanæ Ecclesiæ Doctores, in multis, ijs quæ grauissimis fidei Christianæ capitibus inter se dissidere, ac pugnare fingit, & taxat.

Conradus Grafferus author libri plague regie scribit Ad clangorem quintæ tubæ profilisse locustas, ad uexandam Christi Ecclesiam, & per locutas quatuor temporum, hominum genera intelligit, Clerum inferioris ordint, DD. Scholasticos, & Canonistæ, Religiosos Monachos, Jesuitas, &c somnium ad hanc imposturam colorandam, visionem cuiusdam Nicolai Monachi adducit falsò à se inuentam, cui, inquit, apparuit rotundus campus, vbi inclusum erat caput Pontificis tripli diademe ornatum cum orbicu lo, & cruce, in eius fast. gio: cuius facies ( vt finit ) erat rubicunda, vultus minax, barba hispita, cana, & in tres cirros discreta, &c. quam A pocalypsim sic somniator iste interpretatus; quod campus sit Ecclesia, caput Pontificis tripli corona, redimitum triplicem potestatem, seu tyannidem representare; faciem rubicundam sequitiam, & crudelitatem, quam exercet ( ait ) in pios Caluinistas, barba hirsuta ( subdit ) significat syluam traditionum, questionum, & legum Pontificalium; tres circi barba sunt ( ait ) scholastici, Canonistæ, Monachi &c. ex hoc concludens virulenta blasphemia, Papam esse Antichristum, & mendacia, & somnia.

Samuel Huberus prædicens Lutheranus in suo Antibellarminiano, blasphemus, & impius, Romanæ Ecclesiam scribit sub typo Babylonis Apocalypticæ, eiusq; fronti decem cornua, cornifex iste Diabolicus, affigit, & sunt primo, Papa, secundo depravata scriptura. Tertio traditiones. Quarto Patres. Quinto Concilia. Sexto scholastici. Septimo miracula, & apparitiones. Octavo Iudaismus. Nono Gentilismus. Decimo Apotheosis Satanæ, & Satanismus.

Maledicentias verò aliorum Nouatorum recenset Gretzerus in actu doctorali typis paucis ante annis excusso. Sed & Archiopostata nouissimi M. Antonij verò de Dominis delicatulus gustus adeò offensus è degustatione doctrinæ scholasticorum, ut illam tamquam amaram iespuens, inter ceteros, hunc quoq; commentus prætextum inanem, vt ab Ecclesia d. scederet, quia, dicit, deprehendi inter FP. & Scholasticos implacabile bellum, & noua vt fingit perfusum

fusum luce, nostrorum temporum disciplinam plurimum à veteri dissidentem, falacia (perspicillā assimendo) intueretur, ut proinde merito causā singeret apud rebelies non sine causa, Italia cum fide relata, consugisse ad diuinos ab orbe Brittannos. id tradit in suo pessimo cōfilio sux apostasi e c. 5. vbi ait, [ obseruabā hinc in Theoricis Patrum valde communi doctrina q̄a imbutus in scholis fueram, in multis aduersantia, & ea vel prætermissa à meis magistris, vel non fideliter adducta, vel non sufficienter, aut etiam perperam explicata: animaduertebam, inde Ecclesiastice disciplina regiminisq; spiritualis nostrorum temporum normam et præsum plurimum à veteri dissidentem, non sine admiratione, intuebar.]

Calimus sui exercitus ductor lib. 1. insit. c. 2. sect. 2 scribit, Theologos scholasticos, velut obducto velo Christum texisse, & plurima mala illis accepta referri debere, & in acta c. 16. nū. 31. dicit, quod tota Papatus Theologia, immāne sit Chars. & horribilis, laberinthus, quia neglecto Christo, sibi insanis, & ventosis speculationibus indulgent, & eosdem passim Sorbonicos DD. appellat. lib. 2. 3. l. & t. 13. similiter etiam Sophistas 3. 4. 5. I. & 5. 39. de Petro Lombardo verò sic dicit. [ Lombardus eorum coriphæus, centones suos contextuit ex insulis quo undam Monachorum delirijs, que sub Ambroſij, Hieronymi, Aug. & Chrysost. nomine feruntur: Sepissime etiam in eundem acerbè inuehitur: Longobardū sepe per contumeliam non semel appellauit ] Ab Ocolampadio hoc dictum mutuatus est laruata hęc simia. Is. n. lib. de verbis Domini. Hoc est corpus meum c. 2. age, ait, consulta dissimulatione præteritiis illis, quandoquidem omnino respondendum est, ad errorum communem magistrum me conuertam, ne condiscipuli expostulati secundum autument, is. n. est qui nos semul in barathrum erroris precipitauit. Bibimus ex eius fontibus non aquam viuam, sed ne quid dicam asperius turbulentam. Non autem Thomam Aquinate, neq; Albertum, neq; Scotum, neq; ex rectionibus quēpiam traducere est animus sed Petrum illum sententiarum confarcinatorem, quem Magistrum appellant incuso, qui, ipse errorum suum, rapsodo alij, uti Damasceno, vel Gratiano, affricare posset. ]

Consimilem calamniā Mornaeus in Mysterio iniquitatis struit oppositione 46. vbi post factam mentionē de compilatione decreti Gratiani, dicit de Petro Lombardo [ eadem methodus Petri Lombardi (is Gratiani frater) in quatuor sententiārum, libris, quos ex Patrum locis hinc inde collectis, in certum ordinem compingit &c. ut deinceps unus Gratianus consultatur, unus in scholastica prælegatur Lōbardus, in his tota iuris prudentia, seu Theologia Christiana posita sit fontem repeteret in sacris veteris, & noui testamenti scripturis, in PP. adeò monumentis, antiquorumq; Conciliorum actis, nemo de hinc curret. ] in progressu 48. Academiam Sorbonensem sugillat, quod contrarium de Thoma Cantuariensi definierit, quād quod Romana Ecclesia probarat. Sugillat quoq; alias vniuersi-

tates, quod vt legitimam probarint electionem Amad.ei, & depositionem Eugenij. opp. c. 3. p. 582.

In libello edito Poloniz contra fidem S. Trinitatis in prima parte libelli ijdem scholastici perstringuntur. Ecquis intelligens vir non animaduertat, quo artificio, sum Romani, quia priſti memores imperij, maiestatis, & gloria, totā postea Christi doctrinam Christianamq; religionem, in pompas unius hominis imperium penē dirinum commutarint? tum Graci, scholasticiq; Theologi, quoniam acutissimi disputatores essent totas fermē sacras literas in disputationes converterint &c. Hę impiorum voces, & calumnia inferius confutandę.

### Oppositiones eorundem.

A Rguitur primo, Nam magisterium videtur reprobari à Iacobo Apostolo c. t. nolite fieri plures magistri fratres mei. Non ergo possunt DD. & Vniuersitates firum præstare in dogmatibus argumentum. est argumentum Vvitceph.

II. dissident quoq; Scholastici in multis Christianæ fidei capitibus, in materia iustificationis, Sacramentorum &c.

III. Quia doctrina Scholasticorum à Patrum doctrina longe dissidet, vt alia videatur doctrina M. Antonius de Dominis.

IV. contra doctrinam Ecclesiaz multa determinarunt, vt adhæredum Amadæo, relicto Eugenio, Concilium esse supra Papam &c. sic dicunt de Sorbonica Academia. Mornaeus, & M. Antonius de Dominis. Item Romæ disputatum est contra canonizationem S. Thome Cantuar. damnatumq; esse quod à Rege rebellasset. idem Mornaeus.

V. [ Sorbonicæ scholæ errorum omnium matres, iustificationem fidei, quæ pietatis est, totius summam nobis sustulerunt. Caluinus 3. c. 15. num. 7. [ Item contendunt nostri Pharisæi, charitate nos iustificari potius, quam fide] 3. 18. §. 8. [ Item omnes scholæ sorbonicæ ne summis quidē labris degustant, quid sit fidei iustificatio] Itē 1.c. 14. num. 14. [ Scholastici iustitiam contra fidem pollicentur. ]

Amplius, ait idem 2. 8. num. 16. pestilentissime, vel ignorantiae, vel malitia fuit, quod Scholastici ex præceptis consulta fecerunt.

Præterea 3. c. 20. §. 20. merum, ait, est nugamentum, quod balbutiunt, Sophistæ, Christum esse redēptionis mediatorem, fideles autem intercessores.

Rursus 4. c. 17. 14. loquens de transubstantiatione, ait, mirum autem est eo inscitia, imo stuporis fuisse prolapsos, vt non solum repugnante scriptura, sed etiam veteris Ecclesiez consensu monstrum illud in medium proferrent.

Eodem lib. c. 14. §. 14. magno ait consensu Sophisticæ schole tradiderunt Sacra menta noue legis, hoc est quæ nunc in usu sunt Christianæ Ecclesiez, iustificare, & conferre gratiam.

Ibidem c. 10. num. 15. loquens de Sacramento penitentia. Romarenſes, & scholastici ( quibus solemne

solemne est omnia perperam interpretando corrumperet ) anxiè hic in reperiendo Sacra menta defudant, nec mirum videri debet, nodum n. in Scirpo querunt, hæc pauca de multis huiusmodi quibus respersæ sunt Calvinianæ institutiones.

IV. arguit M Antonius de Dominis lib. 2.c.4. num. 41. [ scholastici plus interdum indulgent dialecticis, ac ingeniosis humanarum rationum subtilitatibus, quam studio Sacrarum litterarū, Conciliorum, & PP. & post Romanam Monarchiam iam stabilitam exorti sunt, & multiplicati.]

Item in Aquinatè, Alensem, Bonauent. insurgens lib. de Republ. 2.c.4.num. 25. quod Episcopatum docuerint non esse nouum ordinem ait. [ aut ergo cum Episcopus habeat facultatem ordinandi presbiteros fateri debent diuersum ordinem à presbyteratu distinctum, aut presbyteralem characterem per additionem graduum debere extēdere, per nouam ordinationem Episcopum, quæ extēsiones, & additiones sūt inexplicabiles, sicut, & multiplicare diuersos ordines, & etiam multiplicare Sacra menta, ex iis præseriunt quæ dicuntur à nobis imprimere characterem ] Hæc ille.

VII. arguant scholasticos passim inconstans, & discordia, cum tractant materiam de peccato originali, in quo eius essentia consistat, de dispositione, & preparatione ad iustificationem, vt multi, aiunt, ad Pelagianismum inclinet; similiiter de ipsa iustificatione, an prius infundatur gratia, quam peccatum remittatur. In causa salitatem Sacramentorum, tot sunt capita quot sunt sententiæ. parum disertè interdum opinantur in materia transubstantiationis &c. & alijs huiusmodi, quæ Martinus Kemnitius in examinatione Concilij Tridentini colligit,

VIII. Quæcumq; sit eorum authoritas ad verbum Dei exigendum est quodc inq; scholasticum dogma: vnde Caluinus 4. instit lib. 4.c.9. / nullo, ait, Conciliorum, Pastorum, Episcoporum nomine, quæ tam falso obiendi, quam vere usurpari posse sunt, nos impediunt, quo minus & verborum, & rerum documentis moniti, omnes omnium Spiritus ad divini verbi regulam exigamus, quo probemus num ex Deo sint ] tantam ergo authoritatem obtinebunt, quantam ex verbi Dei testimonij vindicabunt.

IX. Adhuc in multis etiam Christianæ fidei capitibus inter se digladiantur DD. Rom. Ecclesiæ, vt non tam dissensiones sint, quam aperte contradictiones Catholicæ fidei. Sic Scotus characterem dixit non posse probari ex aliquo manifesto scripture testimonio: Gabriel vero, ait, præsumptuosum esse negare, dubitat tamen, an Ecclesia illum definierit: ceteri vero nedum auctoritate Ecclesiæ, sed ex scriptura, & Patribus probari posse docent. Hæc Pappas Argentoratensis.

Quod si dicas non esse dissensionem, & contradictionem de conclusione, sed de medio. Contra, instat, [ esto sint inter scholasticos contradictiones, quæ conciliari vtrinq; possunt: nihilominus tamen iporum controvèrtentium in-

terq; se tamquam pro aris, & sociis digladiantib; opiniones, contradictiones erunt, & quandom suos vna quæqua factio assecas habebit, manebunt, nec propter conciliatores cessabunt hæ pugnæ, cum in hos ut arbitrios, non dum compromiserint. Accedit quod conciliatores scholasticorum ab alijs non admittuntur. ] Hæc Pappus.

Quod si dicas esse interdum contradictionē de rebus de quibus non constat an sint de fide. Contra, instat idem. Saltem ergo ij non possunt excusari, quæ suas opiniones tamquam de fide, & pro fide, Ecclesiæ obruderunt. Adhuc quid necesse fuit disputeret si bal. am m est de essentia christi, si neutra opinio est contra fidem, vel de fide ? ]

Quod si dicas non esse in multis questionibus huiusmodi Ecclesiæ iudicium interpositum. Contra, ait, idem Prædicans, licet quando isti, vel illi hoc, vel illa senserunt, non dum essent definita de fide, ab Ecclesia, sunt tamen, & manent contradictiones, quia alij affirmant, alij negant.

Quod si dicas in questionibus de fide multos retractasse sententiam. Contra, ait, Pappus, nam non defunt, ait, [ inter Pontificios qui Catholicon nomine superbiunt, qui credant animas Purgatorij habere omnia requista ad meritum, & mereri. Nam ipse etiam Thomas 4.d.21.q.1. ar. 3. p. 4. dicit. Post hanc vitam posse reperiiri meritum respectu præmij accidentalis: idem tamen mutata postea sententia q. 8. de malo a. ij. disertè docet in Purgatorio nullum posse esse meritum, nec essentialis, nec accidentalis præmij. Hoc vero non est ostendere inter Pontificios de hac questione nullam esse dubitationē, sed potius Aquinatem de ea non modo ab alijs, sed etiam ab ipso dissentire. ] Hæc ille.

Magister quoq; sententiarum, ait, Illyricus / turpiter lapsus est liberum arbitrium negando 2.d. 25 & 26. apertissimè Pelagianis multi alij Scholastici, dant manus, nam ( vt dicit in Apostolia de traditionibus humanis ) tribuunt naturæ totam virtutem, nempe quod homo viribus proprijs possit Deum diligere super omnias item quod ex proprijs viribus possit seruare Dei præcepta: Item Deum diligere quantum ad substantiam actus, & multa ( ait Philippus ) absurdia sequi ex his Pelagianis opinionibus, quæ in scholis magna voce docentur. Item peccatum originis extenuant &c. eodem modo loquitur Lutherus, cum suis, qui Scoto, Ochamo, Pelagianismum attribuerit. Similiter, ait Caluinus &c. passim alios Scholasticos ( vt obiectit et Illiricus ) de opere operato, bonis operibus sinistrè locutos, pronunciat, dicens, Nemo Scholasticorum, ita scripsit, nemo ita sensit, & si qui, ita senserit unquam, damnatos ab Ecclesia scito.

X. Quia tota Theologia nostra hodie, sicut olim medicina, quæ ad præmix salutarem nobis præire debebat, in meros Iogomachias miserè deuoluta est, & vt Paulus loquitur, circa contentiones, & pugnas verborum inanes versatur, & hoc malum à retro temporum serie ad nos deductum. Nam vt dicit ethnicus Ammianus

Marcellinus de Constantio Imperatore, quod religionem Christianam absolutam, & simplicem anili superstitione confudit, in qua scrutanda perplexius, quam componenda grauius excitauit dissidia plurima &c. de Andronico Imperatore Nicetas Coniates, ait, tantum abfuit, ut morem tunc, & nunc receptum de diuinis dogmatibus differēti probaret, aut de Deo nouum aliquid, vel dicere, vel audire vellet, & si ipse rerum diuinorum peritissimus esset, ut Nouarū Patrarū Episcopum, Euthymium virum eruditione clarum, & Io. Genamum in tabernaculo suo contra Lopadium differentes, super illo: Pater maior me est, non solum obiurgavit, sed etiam abiecturum se in profluentem amnem Rhindacum serio minatus est, ni desisterent talia loqui. Hodieq; apud Turras, & Moschos capitale est de sacris, aut religione disputare &c.

XI. Quia ingens temeritas est in altissima, & supra captum hominis mysteria obtutus defigere, vnde Gentilitas prudentior, cui visum est de suis Deorum credere potius, quam scire, vnde Tacitus de moribus Germanorum, ait, superesse adhuc Herculis columnas fama vagauit, siue adiit Hercules seu quicquid, ubiq: magnificum est, in claritatem eius referre, conferre consensimus. Nec defuit audentia Druso Germanico sed oblitus Oceanus in se simul, atq; in Herculem inquiri mox nemo tentauit, vnde preclare fuit Philaretus monitum deo rupi e nō sēcūlū ētāde mū Deū Cole & crede: noli querere.

#### Confutatio eorundem ex Orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est. Primo Iosue 19 & Iudicum 1. dicitur de Ciuitate Dabir, quod prius vocaretur Cariat sepher. 1. Ciuitas litterarum, erant n. ibi Achademiæ doctrinæ legis, ut expouunt in eum locum Lyranus, & Carthianus.

Secundo Reg. 20. Academia in Abela celebris habita est, vnde sit dicitur sermo dicebatur in veteri proverbio &c. interrogent in Abela, & sic proficiebat. Nonne ego sum, qua respondeo veritatem in Israël? & tu queris subuertere Ciuitatem, & euertere matrem in Israël? I vbi patet, quod veritas ex Academij petebatur, vnde mater scientiarum Abela, ex Academia, vocabatur. Ab Esdra quoq; Hierosolymis Academiā, tam diuinarum, quam humanarum artium institutam scribit Genebrardus in Chronol. 183. Machabeorū tempore, dū Mathathias diuinæ legis assertor fuit doctrinæ studia insinuantur reparata, & magis institisse cultores Dei studio doctrinæ compertum est, cum Diabolus huc Grecam Philosophiam armavit, inde acies Saducœorum extruxit.

Accedit, quod & ex antiqua consuetudine, è traditione Moysis qui 70. senes doctores elegit ad iudicia exercenda legis, scripturæ norma, continuati sunt DD. qui & Magistri dicti sunt usq; ad Christi Domini tempora, vnde dixit idē Dominus noster Mathei c. 2. super Cathedram Moysi federunt Scribe, & Pharisei, & antequā Synagoga sepeliretur cum honore, etiam de-

ijsdem DD. fit mentio in Actis c. 4. vbi dicitur superuenerunt Sacerdotes, & Magistratus templi, vbi Beda interpretatur, qui DD. & indices videbātur templi, & in Act. 22. Paulus eruditus ad pedes Gamalielis inducitur.

In novo testamento Act. 13. dicitur erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiae Prophetæ, et DD. in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manaen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus, à quibus postea à Spiritu ad nobilius ministerium segregati sunt Barnabas, & Saulus, nempe in Apostolatum. Exinde continuata serie Scholæ, & Academiæ DD. in Ecclesia fluerunt, vt Alexandrina in qua illustris fuit Pantenus, de quo Hieronym. in catalogo, & Cassiod. in prol. institut. meminerunt, quibus alij successunt. eiusq; successionis linea est apud Eusebium lib. 6. c. 5. Constantinus magnus illustrissimam Constantinopolis struxit Academiam, quam multis praeconij extulit Nazianzenus in laud. Basil. Cesariensis etiam illustris, vbi Origenes docuit. Instar Alexandrinae, Cassiodorus professores Scholæ, & Doctores Romæ aduocari, suauit Agapito Papæ. Carolus quoq; magnus Parisiensem Scholam erexit in qua docuit Alcuinus Bedæ discipulus, & ( ex Vincentio lib. 24. speculi historial. c. 174.) sapientia Scholam Roma ad Parisios transtulit. Vnde Alcuinus ob hanc institutionem Caroli (ob eruditionem, etiā & virtutem bellicam) alterum Dauid appellauit. Ludouicus Pius easdem Academias amplificauit sua fuisse. Patrum Concilij Tullensis, vbi sic dicitur, ut Scholæ Sanctarum scripturarum, & humanæ quoq; litteræ vnde annis precedentibus per religiosorum Imperatorum studium, magna illuminatio Ecclesiæ, & eruditionis utilitas processit, deprecandi sunt p̄ij omnes principes nostri, &c. & utrinusq; eruditionis, & diuinæ scripture, & humanae in Ecclesia Dei fructus valeat accrescere. Eundem exhortati PP. Concilij Parisiens. 1.2. c. 12. quoniam aiebant ex hoc facto magna utilitas, & honor Sanctæ Dei Ecclesiæ, & vobis magnum meritis emolumentum, & memoria semper accrescat. Alias itidem alij Reges instituerūt de quibus mentionem fecit Maclerus de Monarchia t. 2.3. p. lib. 6. fol. 1427. & alias nos in primo Tom. diffuse enumerauimus præscriptis.

His ergo DD. quamvis posterioribus etiam illud aptatur, quod in Ecclesia Deus posuit quoq; Pastores, & DD. vt non circumferamur omni vento doctrinæ Eph. 4. firma ergo in rebus fidei, & motum doctrina est ipsorum doctrina, alioqui fluctuantes essemus, si firmum ex eorum doctrina non defumeretur argumentum, & quemadmodum deficiente prophetia populus dissipandus prænunciabatur in scripturis, cum deficerit prophetia dissipabitur populus Pro. 29. ita sublata Scholasticorum doctrina, (qui vt cœteri tractatores Prophetæ nomine designantur dicente Apostolo Ephes. 4. posuit quosdam prophetas, vt dicit Lerensis c. 4.) dissiparetur Ecclesia, cuius fides eorum doctrina augetur, defenditur, roboratur.

Tertio

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 243

Tertio ad hominem, & omissis multis eorumdem Nouatorum testimonij hæc pauca sufficiant Stancarus lib. contra Tigurinos sic scriptis [ quid à Tigurini sententias Petri Lombardi lacunas appellatis? & calumnia, & blasphemia, est. Damnatis n. omnium SS. PP. tam Græcorum, quam Latinorum sententias, & totius Ecclesiae Catholice dogmata; Hac n. de causa appellatur Magister sententiarum, quia in unum volumen distinctum in 4. libros, omnium SS. PP. authoritates, & Ecclesiae dogmata colligit. Vnde apparet vos nunquam libros eius legistis, quod si eum legistis, non intellexistis, neq; etiam eos intelligere potestis: cum nec Philosophi, nec Theologi; nec boni Dialetticci sitis, ut scriptia vestra testantur, et ego supra indicaui. Sed quemadmodum fues auro, quod non cognoscunt, nec delectantur, sed luto, lacunis, & latrinis; ita & vos non delectamini libris Magistri sententiarum, quos non cognoscitis, sed delectamini fæcibus, & excrematis Melanchtonicis, & vestris deliramentis, ac impijs cogitationibus cordium vestrorum. ideo Deus tradidit vos in sensum reprobum, ut faciat, dicatis, doceatis, scribat, & consulatis alijs, quæ prava, mala, & heretica sunt. Plus n. valet unus Petrus Lombardus, quam centum Lutheri, ducenti Melanchtones, trecenti Bullingeri, quadringenti Petrimartyres, & quingenti Calvinii. Qui omnes s. in mortario tunderentur, non exprimeretur una uncia veræ Theologie, & præsertim in articulis, de Trinitate de Incarnatione, de Mediatori, & Sacramentis.

Ter miseri, & infelices homines nesciunt, quid scribant, aut de quibus affirment, & quicquid boni in eorum libris habetur, illud totum à SS. PP. quos blasphemando Lombardum vituperant, accepterunt &c. testimonia PP. quæ allegastis in favorem vestrum contra vos sunt, & condemnat vos heresum, et summan ignorantiam cum melitia conjunctam indicant vestram. Magistri vero autoritas maxima est, quia non à se, sed à scriptura, & SS. PP. loquitur, & scribit. Quare omnibus pijs ministris verbi Dei suadeo, ut relinquant fæces, excrementa, & lacunas Melanchtonianas, Bullingerianas Petrimartyrianas, & Calvinianas cum similibus, & libros Magistri sententiarum, & SS. PP. aureos diligenter legant si veram fidem cognoscere velint] Hæc ex ipsorum castris Propheta.

Philipp. in loc. Man. fol. 515. nunquam vera Ecclesia sine Scholis f. it, ac ne quidem diu conservari doctrina potest, nisi Scholastici cœtus adiungantur ad Ecclesiam, & fol. 519. omnibus æstatibus Ecclesijs Scholas adiunctas fuerint, & amissis litteris lucem Euangelij extinguit docent Historiæ] in respons. ad Coloniens. [ semper Ecclesijs frequentioribus collegia adiuncta fuerunt] & tom. 5. Intim. c. 6. anno 1563. sic dicitur, sunt inseparabiliter connexæ Scholæ, & Ecclesiæ, & Scholæ pars sunt Ecclesiæ preciosissima, quæ diuino consilio semper additæ Ecclesijs fuerunt, & adiungi adhuc oportet, quod sublatis Scholis, & amissis litteris Euangelij etiam lux extinguitur] idem dicitur tom. 6. intim. fol. 6. anno 1564.

## Conclusio Orthodoxorum.

Magnum authoritatis pondus habent Scholasticorum doctrina, & Academicæ ad orthodoxa dogmata firmanda.

R Epondeo dicendum, sicut dicit Clemens Alex. lib. i. Stromat. Nō desuisse, sicut fuerunt posteriores Hæretici, contemptores PP: & Scholasticorum doctrinæ, qui dicunt oportere in ijs versari, quæ sunt maximè necessaria, & quæ fidem continent, externa autem, & quæ sunt superuacane a transfilire, inquietabat, quæ nos frustra conterunt, & detinent in iis, quæ ad finem nihil conferant. Vnde, & propter hoc vt dicit inferius, se ingeniosos putantes, nec Philosophiam attingere volunt, nec Dialetticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solum, & nudam fidem requirunt, perinde ac si cum nullam vitis, aut arboris, curâ gesserint, velint ab initio statim botros accipere. Hinc videmus Lutherū, & alios Nouatores Philosophiam quoq; & Dialetticam spernentes, Scholasticam, quæ philosophia vtitur in sui obsequium, penitus repudiasset, & ad solū purum, & nudum verbum scriptum credēdum se ad strinxisse, hunc solum locum Theologicū habendo, contempta PP. & Scholasticorum doctrina, quæ verbi Dei interpres, & explicatiua magistraliter:

Certissimum autem est, vt idem dicit, quod diuina agricultura fidei in revelatione diuina consistit. Vna ait idem Clemens, quæ scriptis, altera, quæ non scriptis continetur, vnde vt ibidem dicit, fidei semina solis, vt existimo, conuenit seruari agricolis fidei, tales fuerunt Apostoli, qui bonum semen seminarunt prædicando, & scribendo, qui vero post Apostolos in eadem agricultura laborauerunt, non noua semina ferendo, sed excolendo, rigando, & huiusmodi, suā quoq; operam impenderunt, vnde, vt idem, ait, utrius autem modo Domini operarius præclarum frumentum seminauerit, & spicas auxerit, & mesuerit, vere diuinus apparebit agricola, &, vt subdit, qui plantat, & irrigat, cum eius, qui auget sint ministri, in ministerio vnum sunt. propterea dixit Apostolus i. Cor. c. 3. Dei adiutores sumus. i. ex Anselmo in eum locum Apostoli excolendo agros illius, & iterum: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. sicut autem ex eodem Clemente putare oportet, fodere, ligare, & reliqua facere, falce, vt senio, & ligare, & aliis rusticis instrumentis ad vitis curam opus est, vt nobis fructum producant esculentum, sic à ministris atq; Doctoribus simili diligentia, & agricoliendi arte, quæ fit ratione, ac sermone fructus est vindemiandus. Hinc est quod foditur terra, & putatur vitis, dum superflua, vel falsa, quæ in inferioribus artibus reperiuntur resecantur, & extirpantur, quod fit à Scholasticis, vnde idem dicit, quod talis est valde peritus vestigator veritatis, & veluti lapis Lydius potens discernere adulterinum à probo, & aptius esse ad separandum & ligatur quoq; vitis dum aliarum disciplina-

rum fulcra sibi assumit Scholasticus ad explicandum, & declarandum fidei mysteria, dicente Clemente; eadem mens prophetici, & docentis spiritus occultè loquens, propriea, quod non sunt aures omnium intelligentes, artificiosas doctrinas exigit ad explicationem: vnde subdit, quia securè non erunt illarum sensum Prophetæ, & discipuli Spiritus, artes non didicerunt humani modi, sed quia ex fide, & quam dici non potest facilè dixit Spiritus, sed non iam facile percipere possunt iij, qui ita non didicerunt, eiusmodi opus est explanationibus pro fidei doctrina animis hominum inserenda; qua explicandi ratione sublata, fides quoq; corrut necesse est: nam ( ait idem ) sicut beneficio affici tollitur, si tollamus benefacere, ita tollitur obedientia, & fides si nec præceptum, nec qui est ipsum explicaturus assumantur. Est etiam aliquid extraneū immittens isq; inserit agricola, id autem quod inest excitans ( ait idem Clemens ) sic Scholastica assumit multa lumine naturali cognita, propositionibus reuelatis adiungens. Vnde id quod intus erat excitatur, & possea explicatur, & agnoscitur pariter esse virtualiter reuelatum. Quamobrem sicut impudentia esset ab agricultura cessare, vel agricultorū diligentiam suam impendentes vituperare, & in sola seminū saturā, vel arborum plantatione quiescere; sic Theologiam Scholasticam, & Academias cum Doctoribus conari eliminare, & in solo puro semine per Apostolos iacto, hoc est in scriptura, velle quiescere ridiculum est, cum Theologica facultas sit scientia, qua fides explicatur, dignitur, robatur ut dicit Aug. sicut autem, vt obseruauit Chrysost. homil. 8. in 1. ad Corint. in explicatione eiusdem loci: *palmes per continuationem vitis naturam trahit*, vt nihil mediet inter palmitem, & vitem; sic nihil extraneum mediat inter nos, & Christū fundamentum, fidei nostræ authorem. & quemadmodum eadem substantia fructus exculti est, qui manifestatur, ac eiusdemmet manentis prius in semine: ita ad eandem doctrinam cœlestē pertinet, esse reuelatum formaliter, & esse reuelatum virtualiter, licet sit differentia, quod ad inueniendam virtualiter reuelatum, scientia, ad formaliter verò ad credendum fidei opus est. Vnde Clemens altera quialem accedit disciplina & exercitatione, altera vero potestate, et fide, est. n. donum doctrina pietatis, gratia verò fides. Quare non est mirum, si qui exploserint facultatem Scholasticam, quæ virtualiter reuelata explicat, fidem totam quoq; processu temporis, & principia formaliter reuelata, abnegarint.

Verum est quod sicut unus, & idem Agricola terra Deus, principalis est causa reuelationis, qui ex alio seminat à constitutione mundi alienia semina, qui uno quoq; tempore verbum principale implevit, tempore autem, et loca quæ suscepimus, generere differentiam, ( vt ait idem Clemens ) ex maiori, vel minori reuelatorum copia, & fructuosa & in ministris est differentia, si quidem Apostoli dici posunt post Verbum satores fidei Euangelicæ, P.P. vero post Apostolos, vt dicit Aug. 1. contra Julian. plantatores, rigatores, Scholastici post P.P. vitis ligatores, inserto-

res &c. Quibus suas pariter in Ecclesia authoritatis gradus debetur.

Quare quæ sit eorum authoritas rimandum est. Nam si consideratur doctrina, Scholastica procedes ex proprijs, vel ex extraneis. si ex proprijs, vel per communem consensum tradit principia, hoc est quæ habetur in scripturis, vel traditionibus, vel ea, quæ cōexionem habent cum principijs. si tradit dogmata, quæ euidenter continent in verbo Dei scripto, vel tradito, tunc Scholasticorum consensus, & authoritas reddit in naturam suæ formæ, vt cum de fide sint ea, quæ traduntur, forma quoq; dogmata ex verbo Dei proposita censeantur, vt talibus dogmatibus refragari sit refractaria hæresis. Si tradunt Scholæ, quæ continentur in principijs, per euidentem consequentiam, tantam obtinent talia dogmata autoritatē, vt erroneum, vel hæres proximum sit, ante definitionem Ecclesiarum illis contrarie. Si vero non euidenter, sed valde probabiliter deducantur, maior erit, vel minor certitudo, & firmitas ex maiori, vel minori connexione cum principijs fidei, & maiori, vel minori cœsura opposita denotabitur. Quod si in deductione non appareat euidentia, alijs diuersimode ab istis opinantibus, non præstatur ex eorum authoritate certum argumentum etiam in rebus pertinentibus ad sacrâ doctrinam, sed quale rationes, vel authoritates ad faciendam fidem præmerentur. Si vero procedant ex extraneis, hoc est assumendo exteris disciplinas, vel argumenta petita ex ratione humana, similiter non erit irrefragabilis locus petitus ex autoritate Scholasticorum, sed tanti ponderis erit authoritas eorum, quanta talibus dogmatibus ex ipsa ratione, vel exteris disciplinis eisdem communicatur.

### Solutiones oppositionum.

**A**D Primam respondeatur ex Hieronymo tom. 9. in annotationib; quod comparatiuè illud dictum Apostoli intelligendum est. Ad comparisonem aliquorum ( ait ) possunt dici Magistri; ad Christi verò comparisonem nemus Magister est verus. Vel dicendum vetuisse Christum Dominum pluralitatem dissidentem, & ad inuicem aduersantem magistrorum, vnde non vetuit fieri Magistros, sed ne plures fierent magistri. Magistros autem plures tunc fieri existimo, ait S. Augustinus in prologo retractationum, cum diuersa, atq; inter se aduersa sentiunt, tales sunt Magistri Genevæ Scholæ &c. qui etiam in fundamentalibus articulis discordant: cum autem id ipsum dicunt omnes, et verum ab unius veri Magistri Magisterio non recedunt. Vel dicendum, quod reprobantur Magistri insufficientes, qui indifferenter assumuntur ad Magisterium, non autem discreti, & in scripturis edocti ex Gloss. Et tandem Apostolus loquitur de Magisterio, quod competit. Prælati Ecclesiarum. 1. nolite esse plures Magistri unius Ecclesiarum, i. Prælati; qui soli sunt Ecclesiarum Magistri, non n. qui de aliquo collegio docet, Ecclesiæ Magister est, quamvis collegium de

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 245

dè quo est, Ecclesia dicatur. Hæc S. Tho. opus 19.c.2. versus finē: quæ verba notētur in eos, qui vnumquemq; Doctorem posse dici Magistrum Ecclesiæ, nouiter adiuuerunt, vt dictum est sup. controv. i. q. 2. a. 6.

Ad II. Respondet hunc quoq; conflictum, etiam si fuerit de dogmatibus ante Ecclesiæ definitionem, multum ad veritatem indagandam conduxisse: vnde Clemens 1. Strom. loquens de Philosophia, & doctrinæ reuelatæ natura dicit, quod ipsorum quoq; dogmatum conflictus, dum inter se conferuntur, veritatem conciliat; unde sequitur cognitio. Sed & illa impostura est, quod de capitalibus articulis certent Scholastici, cum de ijs sit vñica, & sola Scholasticorum pugna, in quibus, salua fide qua Christiani sumus, aut ignoratur, quod verum sit, & sententia definitiva suspenditur, aut aliter quam est humana, & infirma suspicione coniiciuntur, vt dicebat Aug. 2. de peccat. orig. contra Pelag. c. 23. In ipsis quoq; questionibus ad fidem pertinentibus, non tamen sententialiter determinatis, hoc fecit charitas pacis, ut cum diutius aliqua obscuriora queruntur, & propter inueniendi difficultates diuersas posuerunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum peruenirentur, vinculum permaneat charitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris, vt dicebat Aug. de dissidentibus Cypriano, & ceteris collegis, à Stephano Papa in materia baptismi haeticorum. lib. 2. contra Donatist. c. 6. sed plura in alijs solutionibus infra adducendis.

Ad III continuationem Scholasticæ cum doctrina Patrum ostendimus supra, exemplo palmitis, qui cum vte coniungitur, & superius sati superq; disputatum est de hac re Articulo 9. Contro. i. q. 1. Sed de similibus impostoribus dixit recte Clemens Alex. lib. 1. Strom. quod isti sunt, qui funiculos trahunt iniquitatis ( ex diuina scriptura ) & nihil texunt, inanem laborem plurimi facientes, quam imposturam, & astutiam ipse vocavit Apostolus aptam, ad erroris insidias: sunt n. inquit, multi inobedientes, vaniloqui, mentem decipientes.

Ad IV. verē, vt verbis Clementis utar, demonstrantur hi haeticci, Luti rapaces, tecti pelibus ouium, plagiarij, & diserti animarum abigei, qui clam quidem furantur, sed fures esse coniuncuntur, qui dolo, & vi nos conantur separare, mendacia fabricantes. Nunquam vt somniant Mornæus Academicus Parisiensis adiudicarunt, iure potuisse Patres illius Conciliabuli, è throno Apostolico Eugenium exturbare, & Amadeum intrudere, vnde, & acta illius conciliabuli rescissa sunt: illaq; propositio, quod Concilium sit supra Papam à fundamentis corruit, quam, et si aliqui DD. Parisienses Gerson, Almainus &c. ( ut obijcit quoq; M. Antonius de Dominis lib. 2. c. 5. Reipub. ) stabilire, ac defendere conati sunt, non præjudicat alijs pientissimis DD. Parisiensibus afferentibus Concilium Basiliense in grauissimos impegnisse errores, cum definiuit haeticum esse negare Concilium esse

supra Papam, & Pontificis authoritatem supra Concilia mirifice defendantibus inter quos est doctor Maucherus in suo opere de Monarchia Ecclesiastica nuper edito 2. p. lib. 3. c. 16. de quo alias, cum de authoritate Conciliorum. Sed non mirum, quod de tam insigni Academia obmurmuret Veneris, & uentris mancipiū, cum ( ut illi acute respōdet noster Fr. Nicolaus Coefetau in discussione eiusdem quinti capituli in defensione pro Monarchia Ecclesiæ, & ostēdit ) semper eadem Academia Pontificis prærogativas defenderit, & pro viribus nīsa sit Principatū Monarchiū super Episcopos defendere, Primum summumq; rectorem agnouerit, illudq; Spalatense dogma flammis deuouendum adiudicarit, quo docuit Summum Ecclesiæ Præsidem Episcopis coquatum. Sed qua fronte idem Mornæus potuit dicere Sorbonicā Scholam contra canonizationem S. Thomæ Cantuariensis decreta formasse? hic ne nouus locus est Theologicus ad impetendum Christi Martyrem, & ad Ecclesiæ libertatem infringendam, mendacia meditari? quando unquam Parisijs tale decretum emissum est? an prius factum est decretum, quam Schola Sorbonica fundata? nondum erat Sorbonica in rerum natura, cum Robertus à Sorbona author talis nominis, multis post annos claruerit, sub Ludouico Rege, qui inter diuos relatus est: At cur non produxit Rogerium de Houedem in Henrico 2. anno 1179. referentem Ludouicum Gallorum Regem Patrem Philippi, pro eius salute recuperanda Angliam petisse, sepulchrum S. Thomæ uisitasse, donaria obtulisse, & in proprium regnum reuersum filium incolumen reperisse? ad id m̄tus uidetur, ut ueritates occultet, & mēdacia euulget mendaciorum consarcinator.

Ad V. Sorbonica Schola nunquam abstulit iustitiam fidei, quam in Abraham quoq; commendauit Apostolus, sed illa iustitia Abraham non erat sola fides ( quam somniant animarum prædones Haeticci, esse summam omnium uitutum ) cum operibus iūctam esse opus sit, quibus associata fides perfecta, & consummata est, ut dicitur Jacob. 2. unde nec soli eius fidei promissio facta est, sed & obedientiæ mandatis Dei, Genes. 22. quia inquit Deus obediisti voce meæ &c. Vnde merito PP. & Scholastici docent potius charitate, quam fide iustificari, quia fides initium est iustificationis, charitas uero, & gratia, forma. Sed non mirum si adeo sunt in fructibus bonorum operum steriles haeticci: nam ut perbelle Clemens, qui incidit in haeresim, transit per solidinem sine aqua, eo, qui vere Deus est, relitto, à Deo desertus inhabitabili, & sitiundam terram peruidens, colligens manibus sterilitatem fructuum. Vnde & merito alia calumnia est, quod iustificationis naturam non intellexerint Sorbonici, solam ex fide iustificationem repudiantes, immeritare traducuntur, quod citra fidem iustificationem pollicentur, cum prædicent eam esse iustificationis initium, & cum Aposto-

to dicant: *sine fide impossibile est placere Deo.*  
*Heb. 11.*

Iam vero, quod Scholasticis impingit, præcepta fuisse ex consilijs, ex proprijs loquitur, ac proinde mendax deprehenditur, non n. præcepta auferunt, dum consilia superinducunt. Nullus autem catholicorum diffitetur consilia à præceptis se iungi: illa.n. omnibus imponuntur; ista, & si omnibus proponantur, non ab omnibus exiguntur, nisi ab ijs, qui voto consilijs se addixerunt; vt sacrilegium sit post vota, à consilijs, quæ iam materia religionis effecta, præcepti naturam ingrediuntur, resilire, dum vouens consilia, apud Deum voti religione obstringitur.

Ipse quoq; nugator deprehenditur non agnoscens Christum mediatorem, nec Sanctos intercessores, cum de Christo ab Apostolo dicatur, *mediator Dei, et hominum, homo Christus Iesus* 1. Timot.2. & c.5. A apocalypse de Sanctis senioribus dicatur, quod habebat *Phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum*: certum est autem Caluinum Apocalypsis autoritatem non respuere. Sed quid mirum, quod talia pronunciet homo ad contentionem editus? cum vt dicit Clemens Alex. 1. Stromatum: *litigandi, ac concertandi artis principium sit, id quod visum fuerit.* Sed bene eos reprehendit Apostolus sicut, & tales, vt inflatos, nihil scientes, reprobos, mente corruptos, reprobos circa fidem, vt habetur 1. Tim.6.

Quod vero monstruosa bellua addat, quod repugnante scriptura, & veteri Ecclesia trāsubstantiationis monstrum irrepserit, si nostros non vult agnoscere, agnoscat sibi similes Centuratores, qui centur. 4.c.10. col.985. Eusebiū Emesentum, pro transubstantiatione adducunt, & Cētut. 5.c.4.col.496. alios. Adducuntur etiam alij ab Osiandro in Epito. cent.9. nu.11. pag. 95. Adam Franciscus in sua medulla Theolog. p.256. alios quoque Patres adducit. Horum ergo suarum Symmistarum gladijs Goliath superbus euincitur. vide sup. a.8. q.3. plura testimonia Nouatorum.

Magno vero consensu Scholastici Sacramenta conferre gratiam edociti a Paulo, docuerunt Tit.3. *saluos nos fecit per lauacrum regeneracionis.* Si Sophistæ dicendi sunt, qui conformiter ad ad scripturas loquuntur, in hoc ipsi Sophistarū duces deprehenduntur scripturis repugnantes: imo illam ipsi Sophisticam artem, quam sectati sunt Græci gloriola aura perlati profiteri se demonstrant: quam Clemens loco cit. sic definit: *quod sit potestas plantifica seu quæ visionem qualis est somni artium, percipit, verbis falsas opiniones tanguam veras ingerens.*

Sed quæ anxietas in Sacramento pœnitentia reperiendo, in Scholasticis deprehenditur? nullus est qui neget illud esse Sacramentum, solum inter aliquos controuersum (ante tamen Tridentini, & Florentini Concilij definitionem) an in sola absolutione essentia eius Sacramenti consistet, an etiam in ipsius actibus pœnitentis, quos requiri non negabunt ad Sacramenti perfectio nem, sed solum ab illis causalitatem excludebant, & sententia fuit Scoti 3. d.14.q. 4. totam ef-

sentiam Sacramenti pœnitentia confistere in forma, aëtus vero pœnitentis non concurreat, essentialiter, sed solum dispositiue, quæ sententiam à tota schola Theolog. merito reiçit, & cū Tridentino, & Florentino consententui actus pœnitentis esse quoq; materiam eiusdem Sacramenti. an propter vnum, vel alterum, Scholasticum tota Theologorum Schola repudianda? non una Myconis linea: nec vna hirundo facit ver, dicebatur veteri proverbio.

Ad VI. argumentum, quod est M. Antonij Spalatensis: eandem cum Nouatoribus occinit cantilenam, quantum n. attinet ad usum Dialecticæ, illam repudiant Orthodoxi, quæ in deceptione, & sophismatibus gradum figit: illam amplectuntur, quæ fallacias aperit, & ea est, quæ ex Clemente 1. Strom. debilem aduersus eam efficit sophisticam argumentationem, & propulsans dolosas aduersus veritatem insidias iure suo auctem utitur Theologia, Dialectica, etiam alijs sciencij tamquam ancillis, quas si superbire contigerit exemplo Sarae corrigitur, & admonetur. Vnde item Clemens, ait, *Abraham, cum Sarah emularetur Agar, que erat in maiori, quam ipsa, existimatione, ut qui secularis Philosophie solum id, quod est utile elegisset, ecce inquit ancilla in manibus tuis, utere ea, ut libet. Quasi diceret, secularem quidem amplector doctrinam, & ut iuniorum, & conseruam scientiam autem tuam, ut perfectam dominam honoro, & colo, & cet.* Eiusdem quoq; usus, & ut ceterarum naturallium facultatum, valde conducit ad Scholasticam palestram, nam, eodem Clemente docente; *Ipsa quoq; bonarum disciplinarum copia, est veluti quodam condimentū Athletæ cibo permixtum, non delicias quidam captanis, sed bonum appetitum fumentis, laudis honorem.* Itaq; non ad delicias sed ad appetitum veritatis, indagande, hæc, velut condimenta à Schola assumuntur. Illa tamen documenta seruat Schola. *Ne sit multum apud alienam, ut enim, sed non immorari, & permanere in doctrina seculari, admonet (sapiens) ex eodem Clemente: sic sobrietas licet in multis desideretur, in grauioribus tamen seruatur Scholasticis, ut tantum ijs scientijs, & facultatibus vtantur, quantum ad finem conducent.* Verum est quod sicut dicit Clemens: *quidam ancillarum inescatis amatorijs, contempserunt dominam Philosophiam, & ex ipsis, alii quidem consenserunt in Musica, alii vero in Geometria, alii autem in Grammatica, plurimi autem in Rhetorica, ita, & sacram Theologiam contempserunt, qui in his artibus consenserunt potius, quam vel de limine Theologiam Scholasticam salutarint.* Ipse certè Spalatensis delirus senex, qui dominam Ecclesiam reliquit, ut ancillis Anglicanis etiam carnaliter initio incestuoso contubio misceretur, sed merito senem edentulum, & luridum despicerunt Anglicanæ iuuencale, quod fuit medicina concupiscentiæ, sic in senectute desipere.

Quod vero in Scholasticos illos Principes Aquinatem, Alensem, Bonaventuram insurgat, & pugnas de distincto charactere præsbyteratus, & Episcopatus, vel de eiusdem characteris presby-

presbyteri extensione cum Episcopus consecratur, obijciat, hoc nihil officit, multa n.sunt sicut in ceteris Sacramentis difficilima, quæ salua fidei substantia discutiuntur, & opinioni probabilius locus est. Prodest autem huiusmodi exercitatio in subtilioribus questionibus, vt magis appareat disciplina Scholastica irrefragabilis, vnde ut etiam dixit idem Clemens loco cit. oportet arguendi, & refellendi genus perséqui, vt Sophistarum fallaces repellatur opinione. quare laudabiles sunt eiusmodi questiones ad veritatis indagationem, & promptiorem in dogmatibus, hostium propulsionem: vocum verò nouitates, quas excitant heretici cauedas D. monet Apostolus, vnde Clemens propterea dictum id esse scribit eodem loco: *iuniores fugite questiones, sunt n.pueriles huiusmodi contentiones.* *Virtus n. non tenetur amore inuenum* ( inquit Plato Philosophus) & certamen nostrum, vt vult Gor-gias Leontinus duabus habet opus virtutibus, audacia, & sapientia; audacia quidem, vt adeat periculum, sapientia autem, vt discernat enigma.

Et ex his patet solutio Ad VII.

Ad VIII. quæ à Scholasticis dicuntur, nedum ex scripturis, sed etiam ex traditione, Patribus, Ecclesiæ decretis habent originem, quare nimis angusta restrictio est, vt è solo scripturarum forte dogmata Scholasticorum examinentur. Præterea multa ex exteris disciplinis assumit Theologus Scholasticus ad explicanda, & tuenda diuina dogmata, vnde neq; ex hoc improbandi præclarè dixit Clemens loco citat. *Quemadmodum autem in agricultura, ita etiam in medicina illa utiliter didicit, qui varias attigit disciplinas, vt possit melius colere, & curare.* Ita hic etiam eum bene, & utiliter eruditum existimo, qui omnia referit ad veritatem, adeo ut ex Grammatica, & Musica; vt ex Grammatica, et ex ipsa Philosophia, colligens quod est utile, nullis insinuatis intercepiam seruet fidem. Sed esto externa ad finem Theologiæ non conseruant, negandum non est quod mundana sapientia Theologo afferat splendorem, & venustatem. Vnde Clemens. *Multa itaq; licet ad finem non conseruant artifici, tamen ornamentum afferunt.* Accedit quod, vt dicit idem, varia, & multiplex doctrina, & varie probat id quod adducitur, & cathecumenis admirationem afferens, ea quæ sunt præscripta dogmata, ad eorum, qui audiunt persuasionem deducit, & ad veritatem.

Ad IX. Dissensiones illæ Scholasticorum, non sunt de fidei capitibus, & articulis fundamentaliibus. Sunt n. quædam questiones, ait, Clemens 1.b.5. Strom ex doctrina Arist. quæ punitione dignæ sunt, vt illæ, an sit prouidentia &c. quædam increpatione agent, vt an oporteat honora-re parentes, quædam sensu, vt an ignis sit calidus, ceterum, ait idem Clemens, ea quidem, quæ una cum fide conuenit questionem, quæ supra fundamentum fidei superadificat, splendidam, ac magnificam veritatis cognitionem, optimam esse scimus. Tales sunt Scholasticorum quæstiones, quæ fide supposita, cœlestaria ad fidem,

tractant. Quidam etiam infideles, quidam contentiosi non afferunt veritatis cognitionem, vnde oportet huiusmodi questionibus, per earum solutiones ad veritatem informare, & ad pacem componere. Vnde dicit idem: *perspicientem quidem animæ facultatem ad intentionem oportet dirigere, & quæ impedimentum afferunt expurgare, & rursus contentionem, inuidiam, & ipsam litem pessimè perdendam abijcere*, non autem omnes questiones vitandas voluit Apostolus, sed stultas, & ineruditas, idem obseruat, quales sunt Hereticorum, & nō Scholasticorum. Si ergo de fidei capitalibus questiones agitant, non fiunt ad subversionem, sed profectum querentium, & dubitantium. In ijs autem in quibus inter se pugnare videtur, etiam ad fidem quoq; pertinentibns, in conclusione conueniunt, non in medijs, quod etiam ad dignitatem pertinet Theologiæ varios habere exitus ad soluendum, & introitus ad ingrediendum viam veritatis, quod ponderans Clemens dixit; & meritò nostro proposito adaptat id dictum in scripturis: *ape-rite mihi portas iustitiae &c. sed via quidem ad iustitiam, cu Deum seruet* ( multimodis est nō bonus ) sunt multæ, & variæ, et ferentes ad viam Dominicam, & portam. Quod si viam regiam, & ingressum quæris valida auctoritate munitū, audias. Hæc porta Domini iusti intrabunt in eam. Accedit quod varias dogmatum inuenire rationes, & explicandi modos, eminentiam dogmatum demonstrat, vt quod unus non obseruat, alius videat. Omnes certè, ait, Clemens 1. Strom. Qui visu vtimur ea quæ cadunt in ipsum contemplamur, sed alijs aliorum, iem non similiiter ouem contemplatur coquus, & pastor, ille quidem, an sit pinguis diligenter scrutatur, hic vero lac quis obseruat, an sit generosum, mulget quidē alius si cibo egeat, vello tondeat, si ei teugumento opus sit. Et postea subdit ad nostrum propositum. Nullam n. existimo scripturam adeo fortunatam præcellere, cui nullus omnino contradicat, sed illam existimandam esse rationi consentaneam, cui nemo contradicat. Quare non est mirum si in rationibus, & medijs probationem dogmatum Scholastici scriptores adiuvicem pugnant.

Multa quoq; controversa sunt de quibus incertum erat, an sub fidei objecto caderent, ante Ecclesiæ iudicium interpositum, & tales dissensions erant, & contradictiones, alijs affirmantibus, alijs negantibus, sed nullo modo præiudiciales erat, cum non destructis Christianæ obedientiæ repagulis, saluo indicio Ecclesiæ, asserebantur; vnde etiam si quædam asserta ante definitionem heresies essent in se, heretici non fuerunt assertores, cum nō pertinaciter errarent, pertinaci animositate errores defendantes, sed cauta solicitudine veritatem inquirentes, propter quod etiam multi retractauerunt sententias cognita veritate. Dicamus in summa, vt olim ad similes calumnias Illyricanas respondit Staphyl. in confutatione triplimbris Theol. Lutheranæ. Omnes Scholasticorum disceptationes, quæ ipsi inter se dubio, contrarioq; sensu controvertunt, esse vel de cassibus ad ius possituum per-tinen-i-

tinentibus, vel de minutioribus Theologicarum questionum spineis, vel de his deniq; de quibus adhuc nulla extant decreta Catholice Ecclesie: non autem de solidis Christianæ doctrinæ membris, non de ipsis fidei nostræ articulis, nō de alijs questionibus per Ecclesie iudicium definitis, etc.

Quantum attinet ad sugillationem S. Tho. Si ip̄cmet se ipsum retractauit exemplo S. Aug. quid opus est Papponica lima? an reprehenditur S. Thomas, quod meliori intelligentia præditus, minus caute dicta repudiauit? reprehendatur Aug. qui 6. contra Julianum c. 1. dicit quod illunt locum: ego autem carnalis sum &c. aliter inquit intellexeram, vel potius non intellexeram &c sed postea melioribus, & intelligentiis cessi, vel potius ipsi, quod fatendum est, veritati &c. & sic ista intelligerem quemadmodum intellexit Hil. Greg. Ambros. & cæteri Ecclesie Sancti notiq; Doctores. Potest etiam amice, & benevolē excusari, quod sit locutus de merito improprie, & largo modo, quemadmodum excusat Cardinalis Bellarm. lib. 2. de Purgat. c. 3. vel causaliter exponendus est, hoc est de merito in sua causa, secundum quod scripsit Aug. de iisdem qui expiantur in Purgatorio, quod reuelatur iij sacrificijs, oronibus &c. qui cū vinerent hæc sibi, vt postea possent prodeſſe, meruerunt. Aug. in Enchir. c. 108. Magister vero sententiarum cum Patribus affirms triplē libertati posse considerari in primo homine, naturæ, gratiæ, gloriæ, & libertatem quidem primam post peccatum, remansisse, reliquas desperitas, nec n. in pura potestate hominis fuit à peccato, & à miseria subleuari, nisi desuper ei datum fuisset.

Nullus vero Scholasticorum cū Pelagio sensit in materia gratiæ, nam & si quidam senserint viribus naturæ se posse disponere ad gratiam, vt Scotus, & Durandus, nihilominus benignè excusantur à nonnullis, quod longo interuallo secernuntur à Pelagianis fecibus, nam hic dicebat posse hominem mereri primam gratiam ex facultate naturæ, illi Scholastici gratissimè dicunt nobis conferri. Pelagiusex sola facultate nostra absq; sive, & charitate, illi hæc requirunt, quæ dona consert Deus, vt ad gratiam præparetur. Pelagius tanquam ex lege infallibili primam gratiam sibi vendicabat ex bono vnu naturam, hi nullam legem agnoscunt, sed solam misericordiam interpellat, ita noster Medina 1. 2. q. 109. a. 6. Sunt alij, qui duriori, & atro calculo horum Scholast. dictum inurunt, ita Stapletonius, qui dicit parum dexterè multos de hac re opinatos: legendus Vega opus de iustificatione, Aluarez opus de auxilijs, & alij DD. in materia iustificationis. sed satis sit iustificatio Scholasticorum illorum, qui minus caute de dispositione ad gratiam ex naturalibus viribus humanis locuti sunt, ex Aduersariorum confessione, & ore accepta. Philippus Melanchton in apologia c. de tradit. humanis, vbi locutus esset de fiducia, & amore Dei, subdit, post vnam, vel alteram pagellam, sui oblitus. Nam & ipsi Theologis Scholis tradunt ista non effici sine certis donis, & auxilijs gratiæ. Calvinus vero, & Il-

lyricus dicta Thrasonica probare debebant, nominatim Doctorum quos carpūt nomina recensere, loca & folia annotare, sed quid mirum quod nō notarint, verebantur. n. vulgo imposturas detegendas, si authores, & sententias, & loca falsata citassent.

Ad XI. locis patet stultas esse illas quæstiones, ac proinde vitandas, quæ fiunt ad subversionem audientium, quales mouent hæretici, de quibus authores quoq; allegati loquuntur, quos etiam Nouatores imitantur, qui in fidei capitibus articulis, quos non negant ad fidem pertinere, vt de Adæ peccato, libero arbitrio, iustificatione, Sacramentorum numero, Ecclesia, ritibus, ciuii magistratu, adeo dissentunt, vt tot sint capita quo sententia, vt ipsimet Nouatores affirmant, ita Gallus in lib. Hypothes. & Amsdorius in pub. confessione suæ doctrinæ, aiunt, dissensiones suas non esse verbalia certamina, sed de ipsa Euangelij medulla, quæ nullo modo conciliari possunt. Verba Galli sunt loco cit. fol. vlt. sunt inter nos non leuibus de rebus dissensiones, sed de lege, & Euangelio, de iustificatione, & bonis operibus, de Sacramentis, & vnu cœremoniis, quæ quidē coire, simulq; stare haud possunt, vt sunt lex in templis docenda est, & nos est: iustitia vestra, aut ipsa est Dei essentia, aut ipſius in nobis opus, aut imputatio obedientiæ eius extra nos: amplius Christus nemine iustificat contra adſipulatur huic Pauli sententia Per ipſius sanguinem iustificati sumus Rom. 5. Nemo sine bonis operibus salutem adeptus est. Huic cōtrarium, bona opera non sunt necessaria ad salutem. Deniq; Christus corporaliter in cœna adest, & promiscuè à bonis malisq; sumitur; & Christus spiritualiter præsens à bonis tantum percipitur. De qua plura infra eum eorum ministracionis in publica scena proponetur suo loco.

Turcica vero gens dolo potius de suæ sectæ origine disputare vetat, ne à Christianis confundatur, & vt dicit S. Tho. 1. contra gēt. c. 6. ne falsitatis arguatur. mirum est, quod eam non sit imitata factio hæc noua Gigantum; poterat imitari Illyricana co. tio, quando testante Schola Vuittembergensi Arianam hæresim disseminauit, quem Turcice quoque sectæ parentem extitisse, sapientes omnes satentur. Illud vnum reportasset, si opponens tacuisse, quod minus ridiculum se demonstrasset, nūc vero in spectaculo admissa cornix, risum teneatis amici.

Ad XI. temerarium est velle diuina scrutari, ex naturalibus principijs, laudabile vero est ex reuelatis ad illa intelligenda intendere. Vnde contra Simonidem suadentem hominem mortalem non debere curare immortalia intelligere, scripsit Arist. primo Ethic. c. 9. hominē debere se ad immortalia, & diuina trahere quantum potest, & in Ecclesiastico c. 3. & si d. catur altiora te ne quæsieris reprimendo humanam mentem in sua confisam intelligentia naturali, tamen ad ea rimanda superiori lumine ibidem inuitatur, dū dicitur: plura supra sensum hominis offensa sunt tibi, & 1. Cor. 2. quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus Dei; nobis autem reuelavit Deus per

Spiri-

*Spiritum suum, vnde docet S. Tho. i. cōtra gent. c. 5. quāmūs ea, quæ supra rationem sunt, ratio humana capere non possit, iamē multum sibi perfectionis acquirit, si saltem ea qualiter cunq; teneat fide.*

## ARTICVLVS VII.

### Vtrum erroneous sit Scholæ Theologicæ decretis contrarie.

#### Pro parte negativa.



Iudetur, quod non. Primo quia non est facta Theologis aliqua promissio ne à fide deuient, sicut facta est Ecclesiæ Proceribus, & Patribus: non ergo tantam sibi reuerentiam pepererūt, vt erroris nota inurendus sit, qui eorum decretis contradixerit.

II. Si recipienda Scholasticorum autoritas cum tali qualificatione, ob id esset, quia cum quicquid vñ formiter Theologi docent, recipiatur ab Ecclesia, non est putandum aberrare à uero, ne in errorem Ecclesiam inducant. Sed hoc est imaginarium periculum, nullo n. periculo exponere possunt Ecclesiam, quæ ex Patribus, & Concilij etiam instruta, communiter tradita à Theologis posset reprehendere.

III. eadem dogmata prius tradita à Theologis, cum ab Ecclesia definiuntur, ut probabiliora, tunc obtinent autoritatis robur, V. G. cum definitum est iuxta probabilem Theologorum doctrinam in baptisme parvulis infundi gratiam, & uirtutes in Concilio Viennensi ergo ante tamē definitionem, nulla acerba censura inurendus qui eis contradixerit.

IV. Nam dogmata Scholæ plerumq; deducuntur è doctrina revelata discursu humano (unde præreua differt Theologia à fide) siue cum ex duabus de fide, uel una saltem propositione, adiuncta altera, cognita lumine naturæ, conclusio aliqua colligitur: at discursus humanus, cum lumini naturali innitatur, potest esse fallibilis ergo.

V. Autoritas Scholasticorum postponitur authoritati PP. sed Patrum authoritati derogare, erroneous, uel errori proximum adiudicatum est; ergo Scholasticis repugnare, nō erit pariter erroneous, sed uel temerarium, uel improbabile.

VI. Quia multa uno tempore, ut decreta Scholæ sunt habita, quæ postea procedente tempore à iunioribus Theologis sunt reprobata, antecedēs patet, quia cōstāter à Scholasticis traditum est, non requiri Sacerdotale ministerium tanquam de essentia in matrimonij Sacramento, quod postea à iunioribus quibusdam Theologis improbatum est.

Confirmatur quia dum Concilium Viennense modernis Theologis tantum detulit, ut sententiam eorum fuerit amplexatum, virtualiter ducit antiquorum Theologorum communes sententias, ex iuniorum placito posse emendari. Emendari autem utiq; non possent si irrefragabilem autoritatem obtinerent.

#### Pro parte opposita.

Secunda contra est Primo Authoritas sacræ scripturæ Ephes. 4. quos dan quidem posuit Deus in Ecclesia Apostolorum, alios Prophetas, alios Patries, & DD. ad consummationem Sanctorum, ne simus velut parvuli fluctuantes. Ex qua autoritate clare deducitur, quod cum nunquam Ecclesia Dei sit destituta, nec destituenda a Doctoribus, diuina prouidentia eos dispensante, & post Patres, Scholastici successeint, ad nutantum corda firmando, idcirco diuinitus positi sunt, ut dogmatibus eorum instruti, non esset Dei populus nutans uelut arundo uento agitata omni uento doctrina.

III. Quia secundum temporum successiones præcepit Deus audiri maiores natu Patres, & Magistros, à quibus populi in fide instrueretur, & fidei ipsorum acquiescerent, quod eleganter edidisset S. Greg. 2. moral. c. 25. expōns ille Iob. 1. Boes arabant, & asina pascabantur. Insuper Scribas, qui erant legis Doctores, & Pharisaos audiendos uoluit, d. cens: quæcunq; dixerint vobis seruate, & facite Matth. 23. adhuc suo modo post Apostolos, d. cens: est Doctoribus, qui vos audit me audit. Luc. c. 10. non ergo possibile est posse hallucinari in rebus fidei, uel morum, ne errātibus pastoribus, plebs quoq; aberret, ac proinde uniuersi fideles qui à suis magistris edocentur, tenentur obtemperare.

IV. Quia nullum decretum est à DD. Scholasticis retentum, quod Ecclesia non acceptarit eorū autoritate mota, quando ea definire coacta est, antecedēs patet unico exēplo Clementis V in Concil. Viennensi, ubi orta difficultate de effectu baptismi parvolorum hæc verba pronunciauit. *Nos autem attentes efficaciam mortis Christi, quæ per baptismum applicatur omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit, jām parvulis, quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabilem, & Sanctorum dictis, & doctorum modernorum Theologie magis consonam, & cōcordem s. approbante Concilio duximus eligendam.* Similiter quod Pater, & Filius sint unum principium Spiritus Sancti, definitum est ex communi Theologorum doctrina, plura, quoq; possunt adduci exempla ex Concil. Florent. & Tridentino, quæ breuitatis causa, omittuntur.

V. Nam in rebus ad Sacram Doctrinam pertinenter, in tantum discordes sunt Scholastici, in quantum non certō constat de conclusionibus, an euidenter è principijs fidei deducantur, vnde propter hoc locus opinioni datur, ergo quando simul concordant in aliquo dogmate, signum est quod euidenter, illud ex ijsdem principe.

## 250 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

principijs colligunt: repugnans autem conclusio, quæ evidenter deducitur, ex principijs erroreum, & temerarium adiudicatur. ergo &c.

V. Quia credendorum regula est S. Scriptura cum traditione, secundam quam de doctrinis iudicandum est, an ueræ sint, an falsæ, ergo eorum iudicia firmiter amplectenda sunt, qui secundum istam regulam procedunt, & conformiter ad istam regulam ratiocinantur. Sed talia sunt Scholasticorum iudicia, & decreta, ergo. Vnde Hugo. Vict. Primo suarum sententiarum sic scripsit. *V*bicunq; possumus, auctoratum vestigia imitemur, ubi autē certa authoritas deferset, his potissimum assentiri debemus, qui maxime autoribus accedunt, & non de nobis præsumentes, scripturas ex pietate interpretemur.

### C O N C L U S I O

*Certo, & communi Scholasticorum decreto, in materia dogmatica, contraire, ne- dum improbabile, sed errori pro- ximum reputatur: in rebus vero grauibus dissentire, temerarium adiudicatur.*

**R**espondeo dicendum, quod quidam dixerunt non inducere tātam firmitatem communem sententiam Theologorum in his, quæ ad fidem pertinent, ut exinde illis contraire sit erroreum, uel errori proximum, sed solum sit temerarium, si communia eorum placita, non falso ut probabiliora recipiantur. Id tribuitur Vega lib. 9. in Trid. c. 14. quem sequitur Gillus in p. q. 1. a. 8. de locis 7. cap. 13. & P. Faseclus ē Gillo transcr. bens 1. p. q. 1. a. 8. sed Vega sic habet, *tanta apud quencūque pium esse debet Scholasticorum idem sentientium authoritas, ut temerarium censeri habeat, ab eorum concordi sentia, absq; apertissimis saltim, vel manifestissimis argumentis discedere. Alij uero DD. nostri tenēt, quod cum concorditer aliquod dogma tradunt in rebus ad fidem pertinentibus, adeo certum sit, quod traditur, ut erroneum, vel errori imò hæresi proximum sit talibus decretis refragari. Sic docent expressè Canus lib. 8. de locis c. 4. conclusione 3. Banes p. p. q. 1. ar. 9. dubit. 3. & hoc suadent argumenta pro parte opposita.*

Et certe, vt rem ab ipso principio auspice-  
mur. *Sola est à Deo tradita Theologia prin-  
cipiatum tenens, ait Clemens Alex. lib. 6. Strom  
Quæ est apud nos doctrina, à qua dependent om-  
nes fontes sapientie, quicunq; ad veritatem tam-  
quam ad scopum feruntur. Venientis certe ad  
homines Domini, qui nos erat docturus, innume-  
rables fuere significatores, annunciantores, pre-  
paratores, præcursores ab alto ex mundi con-  
stitutione &c. deinde præcursor ostendit præsen-  
tem, post quem Prædicatores, docentes aduentus  
virtutem significant, & hi fuerunt Apostoli, qui  
Christi aduentum eiusdemq; mysteria homini-  
bus annunciarunt, per vniuersum orbem, infini-*

tas gentes, & ex ijs etiam Philosophos ( ait Cle-  
mens ) non paucos iam traducens ad veritatem.  
Post A postolos prouidit Deus Ecclesia de  
Pastoribus, & doctoribus. Pastor namq; dicit Clemens eodem lib. & singularum ouium curam  
gerit, eas maximè prouidendi, & visendi tenet  
studium, qui sunt, & præclaro ingenio, & populo  
multum prodèsse possunt; ij autem sunt, qui ad re-  
gendum, & docendum sunt apti. Quos Paulus  
post Prophetas, & Apostolos ultimo loco ponit  
vñz. Pastores, & DD. per quos subdit Clemens  
prudentiæ evidencia aperte ostenditur, quando  
vel per doctrinam, vel magistratum aliquem, &  
administrationem vult Deus benefacere homi-  
nibus, vult autem semper. Quia ergo diuinitus  
Pastores, & DD. sunt prouisi, & à diuina prouiden-  
tia destinati ad mysteria fidei enucleanda,  
& eadem defendenda, & elucidanda, & vt di-  
cit Clemens inferius, tradere cognitionem, quæ  
est perfectio fidei, & abundare, ultra catechesim,  
conuenienter maiestati Domini, & regulæ Eccle-  
siasticæ; propterea diuinitus diriguntur, & illu-  
strantur gratia gratis data, scientiæ, & sapientiæ:  
vnde de ijsdem dicit Clemens, quod cognita eo-  
ram, qui sunt virtute prædicti, per diuinam sunt  
inspirationem, cum anima aliquo modo efficitur,  
& diuina voluntas in humanas animas trans-  
mittitur, dum, qui sunt singulares diuini admi-  
nistri, ad talia opem ferant ministeria. Vnde  
concludit, & ideo monet eos, qui sunt apti ad ea  
utiliter efficienda, quæ pertinent ad pacem, & fi-  
dem ( quæ est eius fundamentum ) & virtutem  
&c. Cum ergo in ordine ad fidem, assumptum  
sit Scholasticorum ministerium, eorum cogitata,  
& decreta ex fide deducta, propter diuinam in-  
spirationem, & illustrationem, & ex fine vniatis  
fidei, maximam vim habent, vnde eorum mini-  
sterium, cum sit dispositio ad formam nempe  
definitionem Ecclesiasticam, transit in altiorem  
ordinem ( depositio. est eiusdem ordinis cum  
forma, & ad agentē eundem pertinet disponere  
ad formam, & introducere formam, vel attinge-  
re vniōem formæ cum materia disposita ) vt  
quamus in se Physice, & moraliter considerati  
Theologi, falli possint, vt assumpti tamen ad mi-  
nisterium introductionis, dispositionis respectu  
formæ, hoc est Ecclesiasticæ definitionis, infalli-  
bilitatem fortiuntur, diuina namque prouiden-  
tia facit eos vera dicere, vt sic præseruet Eccle-  
siæ, ne per humana testimonia decipiatur ( quod  
simile est de testibus in canonizatione Sancto-  
rum ) quandoquidem Theologorum motiuo,  
& authoritate mota, tamquam dispositionibus  
ad definiendum, formam definitionis sepe in-  
troducit. Quare sicut hæreticum est, formæ  
Ecclesiasticæ i. definitionibus Ecclesie contra-  
dicere, ita dispositionibus, hoc est decretis Theo-  
logorum in materia dogmatica, errori saltem  
proximum nedum improbabile, & temerarium.  
In rebus vero grauibus ijsdem contraire teme-  
rarium adiudicatur.

## Solutiones oppositionum.

**A**d Primam. promissio habetur implicita eo ipso, quod in ministerium Ecclesiæ sūt positi Doctores Scholastici *ne simus, ut parvuli fluctuantes &c.* non assumitur autem aliquis ad aliquid ministerium, nisi detur id per quod cōgruē illud exequi possit, vnde de gratijs gratis datis prouisum est, scientia, sapientia, vel fide, quæ secundum S. Doctorem est super excellens eius cognitio per quam fides signatur, roboretur, vel nutritur, & explicetur, quare licet non habeant tantam autoritatem qualēm habent Pastores nempē Episcopi in Concilijs legitimè congregati, vel qua prædictus Summus Pontifex, maximam habent in suo genere, quatenus ad eorum quoq; normam decisiones fiunt, in genere inquam dispositionis, quæ & si non influat ad definitionem Ecclesiæ, cum non dependeat infallibilas dogmatum nisi à principali agente, nempe Spiritu S. mouente infallibiliter Pontificem ad definiendum, tamen attingit eam quatenus, vt infallibiliter assit Spiritus Sanctus, necesse est præcedere tales dispositiones, nempe loca Theologica, quæ consultant: inter quæ est locus ab autoritate concordi Scholasticorum in fidei dogmate.

Ad II. Respondetur, non dependere definitionem ab autoritate Scholasticorum tanquam à determinante, & ultimam formam in decisione tribuente, sed velut à dirigente, manudueente, disponente, vt nullum sit periculum, si consulta authoritate Scholasticorum, definit Ecclesia: maximum vero esset, si ijs per impossibile non consultis, aliquid statuendum attentaretur, quod ne euenerat ad suauem Dei prouidentiam spectat, vt contra decreta Scholæ nihil determinetur, vt hucusq; nunquam determinatum est.

Ad III. Respondetur, non eundem gradum certitudinis obtinebunt ea dogmata, nam post definitionem hæretico ducitur spiritu, si quis illis aduersetur, tam erarius, erroneus, errori proximus, qui ante eandem definitionem contradicit. Quando autem solum definiuntur, vt probabiliora, vt in casu argumenti, tunc temeritatis censura inurendi sunt, iudicialiter quoq; plecti poterunt. Secus autem ante definitionem iūius Concilij, cum vnaquæq; factio suos haberet patronos, & res non esset explorata.


Ad IV. deducuntur discursu humano ea dogmata Scholæ, sed non soli lumini naturali innituntur, verum diuinæ illustrationi, directio in ordine ad futuram definitionem.

Ad V. inter Patrum sententias concordes, & Scholasticorum dogmata, ea est differētia, quod PP. habentur, vt testes traditionis, & propterea PP. fidei vocantur, & proceres, & doctores primarij Ecclesiæ habentur, posteriores verò Doctores, sunt veluti discipuli, eadem docentes, quæ bona fide à suis Patribus acceperunt. Vnde quantum attinet ad principia, quæ traduntur, firmiorem habemus in PP. testificationem; licet quando ijdem Scholastici eadem principia tra-

dunt, quæ Patres, erroneum est etiam, aut errori proximum, illis quoq; refragari: in tradendis verò Conclusionibus, quæ deducuntur, erroneum quoq; est aduersari, quia mediātē principijs contradicitur.

Ad VI. Magister Bannes 2.p.q. 1. in ar. 8. dub. 3. dicit, quod potest vno tempore aliquod dogma esse commune omnibus, & deinde tempore succedenti, veritate patefacta à iunioribus Theologis oppositum posse sustineri absq; temeritate. Sed bene Melchior Canus aduertit aliud esse loqui de cōmuni dogmate Theologorum, aliud de communi eorūdem opinione, & in casu proposito argumenti docet illam sententiam de sacerdote, quod non sit de essentia Sacramenti matrimonii, suisse quidem Scholæ opinionem, non firmum dogma, vel iudicium, & velis equisq; vt dicitur certat, sed frustra conatur ad id ostendendum. Verum quicquid modo sit de hac re, de qua Deo duce cum de Sacramento matrimonij tractabitur (& superius quid sit sentiendum cum Petro Soto, & communi respondimus q. 3. principali a. 7.) satis est ad confutationem huius argumenti cum Cano negare maiorem, & contra Canum negare etiam minorē, communis. n. sententia Theologorum fuit, & est, non esse de essentia sacerdotiale ministerium. Concedimus verò cōtra communem opinionē, posse, vel communem aliam opponi, vel singularem contra communem, si melioribus rationibus fulciatur, vel authoribus melioribus, nunquā tamen communi decreto firmoq; iudicio Scholæ posse, vel vnius, vel paucorū sententiæ præferri affirmamus, & nūquam eueneris, quod cōcorditer, firmiterq; traditum aliquod, à posteriori schola fuerit reiectum.

Ad Confirmationem r. ex nostro Cardinali Turrecremata in tract. de Concept. p. 1. c. 7. vt quoq; dicit Ioannes Andreas super illud verbum Clementinæ, *Doctorum modernorum doctores illos quorum sententias præfert Concilium, suisse Magistrum sententiarum, Alexandrū de Ales, Albertum Magnum, & S. Thomam, qui moderni dicti sunt respectu ad Patres.* Nec est dicendum subdit Turrecremata, quod Sacrum Concilium ideo horum sententias ceteris præterit, quia moderni, siue quia posteriores ceteris erant tempore, sed quoniam istorum dictis erant conformia, & concludit. Planè si opponens Concilium attendisset, non quod ex aduerso prætendebatur, non antiquos doctores, sed magis modernos, & conuincios tempore præfati Concilij nominasset. quæ doctrina diligenter ponderanda; ne nouos antiquis Scholasticis præferamus,



## ARTICVLVS VIII.

Vtrum Theologorum placita  
Canonistarum placitis sint  
æquanda, vel præfe-  
renda.

## Positio quorundam Iuristarum.



Ncharanus in disputat. cuius initium est *antiquis temporibus*, & Ioannes de Anania cap. in *Ciuit. de usuris*, Alex. in Consilio primo, & Aluarius Pelagius de planctu Ecclesie lib. 2. c. 20. Hostiensis c. penult. de ætate, & qualitate ordinandorum, dicunt in Materia usurarum Simonia, & alijs huiusmodi, vbi de peccato agitur ad iurisperitos potius, quam ad Theologos decisionem pertinere. Ioannes à Roias p. p. de Hæretic s. num. 399 loquens de materia dogmatica distinguit, aut. n. in dubium vertitur, num aliqua propositio expresse iam damnata sit ad Ecclesia, & tunc, ait, [hæc cognitio pertinet ad Canonistas, quia, ait, hæreses damnatae continentur in decret. extrauagantibus &c. & Conciliis generalibus c. quidam 24. q. 3. si non est aperte decisa propositio, pertinet ad Theologiae professores huiusmodi discussio.]

## Oppositiones.

**A**rguitur Primo, qui de translatione Episcoporum c. 1. dicitur, quod ex iure diuino canonica manarunt instituta, nempe ex generali privilegio, quod Christus Dominus Petro concessit, & cap. qualiter, & quando de accusationibus dicitur, quod modus, & tempus punitionis excessuum subditorum ex authoritatibus noui, & veteris testamenti colligi videtur, ex quibus postea proceperunt canonicae sanctiones. Circa eadem ergo versatur Iuris prudentia, ac Theologia, & sic saltet æquanda placita Canonistarum cum Theologis.

II. Quia canones Ecclesiastici etiam respicienes mores, & disciplinam Ecclesiasticam, editi sunt à Spiritu Sancto, ut habetur 25. q. 1. c. violatores, & decretales quoq. Rom. Pontificum, sunt eiusdem autoritatis sicut canones in corpore iuris d. 19. per totum, at in his exponentibus versatur iuris prudentia canonica, parem igitur autoritatem obtinent cum Theologis, qui decreta fidei à Conciliis, vel Pontificibus edita considerant, & in illis elucidandis laborant.

III. Quia iurisprudentia canonica, nihil aliud videtur esse, quam quedam practica Theologia, easdemq; fermè materias tractant Canonistarum, quas Theologici, ut patet intuiti, ut de usuris, voto juramento &c. ergo æquiparantur in dog-

matum consensione, tam iurisperiti, quam Theologici Doctores.

IV. Quia cum æque sit necessaria Ecclesiæ fidei doctrina, & morum disciplina, ut in officio Christiana plebs contineatur, & quum fuit, ut sicut pro dominatibus Ecclesia accepit Doctores Theologos diuinitus directos in interpretatione dogmatum, ut haberet quoq; Iurisperitos Canonistas, ut interpretes earum legum, quibus Ecclesia dirigatur.

V. Magis viderur circa primum Theologicæ standum iurisperitis canonistis, nam Alex. 3. de Consang. & aff. c. primo ex litteris sic dicit. Ceterum tuam prudentiam volumus non latere, quod non sunt causa matrimonij tractande per quoslibet sed per iudices discretos, qui potest atem habeant indicandi, & statuta canonum non ignorant. amplius de voto, & voti redemptione c. ex multa, dicitur, quod eorum, qui religionis habitum assumpserunt plures idiotæ sunt, & iuris ignari, nisi ergo Decretistis subiiciantur (in materia voti, & huiusmodi) Theologi, quamvis eruditii, hallucinari facillimè poterunt.

Confirmatur, quia ad Episcopatum magis eligendus est Canonista, quam Theologus, circa n. res agibiles, & procurandis bonis Ecclesiæ eiusq; iuribus tuendis, aptior est Canonista, quam Theologus, ergo signum est, saltim circa primum, magis standum esse Decretistarum doctrinis, cum regimen Ecclesiarum ipsis magis adiudicari debeat.

Vltimo, quia hæreses multæ damnatae reperiuntur in decretis, decretalibus, & extrauagantibus, at hæc sunt considerationis Canonice ergo.

## Pro parte opposita.

**S**ed contra est, quia S. Tho. in opus. 17. contra impugnantes religionem. Cap. 13. in 8. ad 11. loquens de particularibus Iuristarum sententijs, viderur docere non habere robur. Ad ea, ait, quæ de apparatu Decretalium, & Summis Iuristarum proponuntur, ad propositum non faciunt, quia locuntur de voto solemní, quod monachum facit, vel cuiuscunq; religionis profsum, de quo fuerunt inter DD. iuris canonici quæstiones diuersæ. & postea. Quamuis in congru, & derisibile videatur, quod Sacrae doctrinæ professores Iuristarum glosulas in autoritatem induant, vel de eis disceptent.

Et quodlib. 11. ar. 9. vbi obijcisset autoritatem multorum, & magnorum Decretistarum dictantium comedentem, vel stantem cum excommunicato peccare mortaliter, respondet. Ad Primum, quod opinio Decretistarum non est vera, quia ipse plus assentientur in his, & sequuntur ius humanum, quam divinum, cum plus sit assentendum diuino, quam humano, & ideo melior est opinio aliorum, qui dicunt contrarium.

Lege de hac re Gersonem in quadam oratione commendatia p. 2. S. Antoninum 3. p. tit. 5. c. 2. §. 2. Albertinum de agnoscendis aff. q. 10. nu. 14. qualibet n. scientia nobilior esse dignoscitur ex præstantiori obiecto, ad Theologiam autem pertinet interpretatio iuris diuini, ad Canonistas

nistas interpetatio, & cognitio legum humana-  
rum, licet non sine diuino instinctu factæ sint.  
Vnde & Bartolus l. possideri ff. de acquirenda  
possessione, & l inter stipulantem s. Sacram. ff. de  
verborum oblig. quæstionem de baptismo pri-  
mo ad Theologos, secundo ad Canonistas re-  
fert, vide Rojas alia ad hoc idem propositum al-  
legantem à num. 385. vsq; ad 403.

## CONCLV S I O

*In ijs, que concernunt ius naturale, vel di-  
uinum magis Theologis, quam Canoni-  
stis deferendum, secus in ijs que huma-  
na iura, & Canonicas sanctiones  
concernunt, tunc n. magis  
hjs, quam Theologis est  
est deferendum.*

hæc n. ex professo in iure Canonico tamquam  
propria quoq; tractantur. Similiter an aliqua lex  
sit per consuetudinem abrogata, an vero sit in  
viridi obseruantia, ab ijsdem perendum est. Vnde S. Tho. quodlibeto 9. ar. 15. tractans de illa  
quæstione, an liceat alicui plures p̄bēdas obtinere,  
&c. & esset controversia de abrogatione legis, p̄  
consuetudinem ex vna parte, ex alia parte anti-  
qua iura alij concederent non esse abrogata, S.  
Doctor subiunxit. *Hæc controversia turifis est  
relinquenda.* verū prouerbium: *Ne futor ultra  
crepidam, & iterum: figurina ars, non ingreditur  
textoriam* vide l. illicitas s. sicuti, de off. præsid.  
l. item queritur s. si gemina ff. ad l. Aquil. l. cul-  
pa est de regul. iuris, & iterum illud: trætent fa-  
brilia fabri l. l. ff. quod quis iur. l. doli mali s. fin.  
ff. de dona cap. tua nos de homic. c. non est sine  
culpa de reg. iur. in 6.

## Solutiones oppositionum.

**R**Espondeo dicendum, quod quæ continen-  
tur in iure Canonico, vel pertinent ad legē  
naturalem, vel diuinam, vel Ecclesiasticam diri-  
gentem mores, vel cultum, vel iudicia forensia.  
Si loquamur de ijs, quæ spectant ad ius naturæ,  
vel diuinum continens legem nouam, vel veterem,  
& Sacrementorum institutionem, & articulos  
fidei &c. cum de cœta ad hæc pertinentia ac-  
cepta sint ē fontibus, & locis Theologicis, nempe  
Sacra script. &c. procul dubio Iuristarum, vel  
Decretistarum authoritas in eorundem expo-  
sitione, Theologo subiicienda est: ita etiam cum  
de materijs ad ista pertinentibus inter Theolo-  
gos, & Iuristas disceptatur; melius sua propria  
principia, & quæ illis annexa sint cognoscere, &  
interpretari potest facultas illa, quæ talia prin-  
cipia, cum conclusionibus agnoscendis, & intel-  
ligend s. profitetur, quæm facultas illa, quæ vt  
accepta, & supposita veluti subalternata ad suū  
vsum assumit, vt patet de Musica, quæ Arith-  
meticæ subalternatur. Si loquamur de ijs, quæ  
per legem Ecclesiasticam decernuntur, vt sunt  
directiū motum, vel cultus, aut disciplinæ, tūc  
si leges illæ sint pariter, vt conclusiones deduc-  
ctæ à Theologicis fontibus, pariter Iurisperiti  
Theologis subiiciendi, vt cum queritur, an hic  
contra cœtus sit usurpius, an hæc actio sit super-  
stitionis. Si vero sint pure leges Ecclesiasticæ,  
has, vel illas circumstantias iuris naturalis, vel di-  
uini statuentes, vt circa decimas, ministrorum  
officia, & huiusmodi, vel poenias, & censuras in-  
transgressores statuentes; tunc an hæc, vel illa  
lex sit edita, & in quo sensu, item an huic, vel illi  
actioni sit annexa aliqua censura, vel poena, ex  
solo Pontificio iure, tunc accipient Theologi à  
Iuris peritis, cum n. hæc sint propria facultatis  
iuris prudentium, illis deferendum, vnicuiq; n.  
perito in sua arte credendum esse recta ratio  
præscribit. Bartol. in præm. ff. vet. s. l. nu. 8. Ang.  
l. si vacantia C. de bon. vaca. lib. 10. Vnde in his  
concors, vel quasi concors decretistarum senten-  
tia, firmum argumentum subministrat. In ijs etiā  
quæ pertinent ad causas forenses, & lites, simili-  
ter Iurisperitorum sententia est deferendum,

**A**D Primam Respondetur aperte concludi  
decreta Ecclesiae, & canonicas sanctiones  
deduci ex principijs proprijs Theologis, & esse  
objecūtum materiale iuris canonici, & Theologie,  
sed aliter, & aliter, penes diuersum modum con-  
siderandi, differunt hæc duæ facultates, vt redit  
notauit Aug. Triumphus tract. de Ecclesia q.  
207. ar. 3. primo, quia à Theologis consideran-  
tur, aut modo subtili, & quasi propter quid, in  
iure Canonico groso modo, & solum quia. Se-  
cundo in Theologia eadem tractantur, sed prin-  
cipaliter propter veritatis contemplationem, à  
Canonistis vero magis principaliter, & propter  
actionem, & quæstionum occurrentium solu-  
tionem. Tertio, ait idem Author, quia à Theolo-  
go determinantur, prout principaliter pertinet  
ad cultum Dei, & vnius Dei fidei integritatem,  
à Canonistis autem considerantur decreta in  
ordine ad tales cultum, vt de ordine ministro-  
rum, & Ecclesiasticis causis, & negotijs. Quarto  
quia in Theologia tractantur canones qualiter  
pijs opitulentur, & aduersus impios defendan-  
tur, in Canonico verò modus taxatur, quo modo  
fiat ista opitulatio. Tandem à Theologo tractan-  
tur magis utile, & in foro cōsciētiae inter Deū,  
& hominem, saltem primo, & per se, à Canonis-  
tis magis particulariter applicando eos ad spe-  
cialia negotia, & in foro exterioris iudicij inter  
hominem, & hominem. Vnde idem aduertit,  
quod sicut in materia morali sermones magis  
uniuersales, parum sunt utiles, ex primo Ethicorum,  
ita, quantum attinet ad consilendum salutis  
animarum, expediēt Theologis, post cursum  
librorum sententiarum, & Theologie uacare  
saltem libris decretorum, & decretalium, ut ex-  
perti sint etiam in singulari de concernentibus  
animarum salutem. Vnde in p. ad secundum di-  
cit idem quod istos sermones tenentur scire  
Theologi, quod tradunt Canonistæ, & secun-  
dum eorum ueritatem debent quæstiones de-  
terminare, non quidem iuristarum modo foren-  
si, sed magis modo Theologico, & in foro con-  
scientia] & concludit in p. ad tertium quod  
[ sicut dignus magistrandus in Theologia te-  
netur

netur scire primitivas scientias humanas, ut clarius, & subtilius possit Sacram scripturam interpretari, sic multò magis tenetur scire Sanctorum Canones, ut melius, & fructuosius possit saluti animarum consulere.] Vnde idem benedictus ad lecturam corporis Articuli [dignam ordinationem fore, si magistrandus in Theologia post lecturam Theologiae, legeret librum decretorum.] hæc ille. È contrario etiam, nec esset doctorandus Canonista, vel non esset admittendus ad lecturam eorum canonum, qui Theologicam cognitionem requirunt, nisi Theologia essent imbuti, nam experimèto videmus quantum aberrant à vero cum Theologicas questionem forensibus causis iuxerunt, & eas determinare voluerunt, & ius diuinum exponere studuerunt. Porro si nullus debet falcem immittere in messem alienā, & nulla facultas alienę facultatis munus usurpare, nec n. textoria fistulariam ingreditur, multo minus facultas, quæ magis forensia ex suo instituto, & præcipuo fine considerat, debet calamum arripere, exponendo quæ diuina sunt, & Theologicæ speculations. Quas regulas dum quidam incauti transgrediuntur, non est mirum si erroribus sua scripta reperserint, & ridendi materiam, vel horribus Ecclesiæ ministrant, dum Theologis, & vniuersitatem Ecclesiæ Christi obijecerunt quorundam iuristarum errores afferentium V.G. quod in matrimonio gratia non conferretur, & huiusmodi, quos ante Trid.S. Th. confutauit. 2. 2.q. 100. a. 2. ad ultimum.

Ad II. concessu antecedenti, distinguitur consequens, quod in ijs canonibus, qui ex iure naturali, vel diuino positivo traduntur, Theologus procedit velut à priori, iurista à posteriori, item ille, vt subalternans, iste vt subalternatus, in ijs vero canonibus, qui ad iudicia forensia Ecclesiastica spectant, è contra res se habet, vnde Theologus hæc à iurista mutuatur, vel propter sui eminentiam potius ad sui usum assumit, sicut, & ceteras facultates, vnde vt circa prima est efficax argumentum ex autoritate Theologorum, ita in his secundi generis firmum argumentum desumitur ex autoritate Canonistarum.

Ad III. Iuris prudentia canonica praxim continet mutuatam à Theologia, hoc est eam partem moralem sibi assumit tractandam, quæ mores concernit, & in foro conscientiæ, sed non primariò, & ex proprio instituto, hoc enim spectat ad iudicia forensia, satis quoq; habet praxis rationem, vt est directiva exteriorum actuum in iudiciis iisdem forensibus &c. vnde (quantum ad primum) easdem materias considerat Theologus, & Canonista, aliter tamen, & aliter, vt dictum est. Quantum verò ad leges spectantes iudicia forensia, ordinem ministrorum, causas decimorum &c. ex proprio instituto Iurista ista considerat, non autem Theologus: & sicuti ad res primi generis efficax locus est ab autoritate Theologorum, ita in rebus secundi generis efficax est argumentum, quod desumitur ex autoritate Iuristarum, si omnium, vel penè

omnium sententia sit. Quando verò res dubia est inter Canonistas ex diversitate sententiarum V. G. an hic sit, vel non sit excommunicatus, tunc non facit firmum argumentum eorum positio, & vt dicit S. Tho. quodlib. 4. ar. 14. in mihiorem partem inclinare debemus, hoc tamen inquit S. Doctor, intelligendum est ante sententiam in foro judiciali, nam post sententiam iudiciale, magis standum est sententiae iudicium, tum quia, ait, *iudices sollicitius discutientes negotium, plenius possunt percipere veritatem, & si minus periti, quam alij qui perfunctiorie constituuntur, & extraordinarie: tum etiam, quia esset in magnum documentum utilitatis communis flatus hominum, si sententiae non staretur, sed quilibet pro suo libito vellet sententiae calamiam ingerere, quia sic litigia essent interminabilia, & ideo in tali casu magis standum est sententiae indicum, nisi forte sit per appellationem suspensa.*

Ad IV. pro morum directione, si sit circa ea, quæ pertinent ad ius naturale, vel positivum diuinum, Theologus Canonistam præcedit, si sit circa ius Pontificium, primus Canonistis debetur locus.

Ad V. Pontifices loquuntur, de ijs quæ puram legem Canonicam concernunt.

Ad Confirmationem sunt quidem multi Decretistar, qui Canonistas Ecclesiæ præficiendos defendunt, Hostiensis, in c. 1. de consang. & aff. vbi etiam Abbas num. 9. distinguit, quod in locis, vbi pululant hæreses Theologi ad Episcopatus promouendi, vbi causarum iurgia, & lites versantur, Canonistar Theologos præcedunt, vide Dec. c. Cler. nu. 7. de iudic. sed cum præcipuum munus Episcoporum sit prædicare, sanā doctrinā defendere, & eos qui contradicunt arguere, hoc n. est pascere oves, potius Theologi præficiendi sunt, vbi q; si quidē ad forenses lites, Canonistas iudices, & Vicarios præficere possūt. Licet autem possint canonistar prædicare, fidem defendere, cū id faciunt, si qui faciunt, vt Theologis subalternatio ea munia præstant, semper autem is cui subalternatur, quam qui subalternatur, in eminentiori loco constituitur.

Ad ultimum, quæ ponuntur dissimilitudines fidei in corpore iuris, vel hæresum damnationes, & scripturis, traditionibus &c. collectæ sunt, hæc autem sunt Theologorum loca propria.

## ARTICVLVS IX.

*Qui nam Theologi à Scholastico auditore usurpandi, & de doctrinarum examine.*

*Hæreticorum impudentia.*

V. Etus fuit hæreticorum mos se ipsos Doctores Ecclesiæ obtrudere. Sic fecerunt Gnostici, Manichæi, & alii eiusmodi pestes, de quibus Irenæus Epiph. August. abunde scripsérunt, qui etiam se

se super Apostolicos imo , & Apostolos efferebant. Horum tematas securus Lutherus Epistola ad amicum de fide sola iustificare , sic dixit , quod ipse est *Doctor omnium DD. in toto Patatu*, Et de doctrina sua lib.aduersus falsò nominatum statum Ecclesiasticum,dicit nullo opus esse sue doctrinæ examine,subdens. Nec volo meā doctrinā à quequam iudicari, atq; adeò ne ab Angelis quidem: cum n. certus de ea sim, per eam quoq; & hominum, & Angelorum iudex esse volo, ut qui ei fidem non adhibuerint saluari nequeat, nam Dei doctrina est nō mea, quamobrem iudicium meum Dei est & non meum. Scipios Theologos intridunt Vitembergenses lib.de persona. Tigurini in confessione Germanica Tiguri impressa 1544. Casimiriani se ipsos extollunt , & alios Symmistas in admonitione sua de lib. cōcordia Bergensis c. 4. extant Catalogi DD. in biblioteca Conradi Gesneri , & alijs, ubi inter Theologos recensentur , innumeri Nouatores . Simon Pauli Postilla in festo S. Andreæ antegnanos suos Lutherum , & Philippum collocat in Doctorum numero, adiūgit Gasparum Crucigerum, Io. Bugenhagum. Io. Brentium: & hodie ( ait ) adhuc uiuunt, qui fuerunt Lutheri, & Philippi auditores [ Prodest autem ( ait ) continuam DD. seriem in Ecclesia in conspectu habere, ut de ueritate doct. Christianæ confirmerur. ] Hinc passim istant se reformatores, repurgatores linguarum , & bonarum artium introductores depulsis hominum doctrinis , Sophismatibus &c.

Examen uero Theologicæ doctrinæ uoluntieri ad solam scripturam addidit Lutherus, ut diximus t. i. Præscrip. in analysi c. 7.

Alia quoq; signa superaddita ad cognoscendos ueros à Pseudigraphis Theologis statuunt. Prima quod pij ministri medentur uulneribus conscientiarum,hoc est dubitationi, & desperationi. Secundo quod pij Doctores non extimulant Reges , & Principes ad sanguinem , & cruentum. Tertio quod fidei suæ reddunt rationem,ut Petrus præcipit,& ea dicunt,quæ sunt uera,grauitati conuenientia,iusta,casta,amicabiliæ, & laudabiliæ. Vnde etiam simplicem continent orationē. ] Strigel. in ps. 5. pag. 45. Additur ex Mathæsio in Syrici. c. 33. pag. 6!. quia captiose, & arguta disputationes iniuriosæ , et captiose interrogations plus fauciāt mentes quam sanant; plus ueritati obsunt, quam pro sint] hinc inuehuntur in Sorbonistas, Scotistas, & Thomistas &c.

## Oppositiones.

**A**rguitur Primo,quia,vt in acie sunt dispositi in milites certo ordine , ut in præliando alij alijs succedant ; ita in Ecclesia diuino consilio doctores , & testes , uera autoritate prædicti alij alijs succedunt , omnes ergo , qui ex uerbo Dei diuina mysteria defendant in Theologorum, & DD. Ecclesiæ numero sunt habendi .

II. Quia per hos DD. Ecclesia repurgata est à doctrinis hominum , idolomania , & huiusmodi.

III. Quia cum phanaticis opinionibus conciuncta sunt, orationis confusio, ac deformitas, ipsaq; linguarum negleḡtio tenebras, & ignorantia assert. Vnde expertum est omnibus etatibus amissis litteris, lucem Euangelij extinctam, & simul, ac linguarum lumen expulsi, simul emicuit purior lux doctrinæ Euangelicæ , & ceterarum ingenuarum artium, Philip. in loc. Man. fol. 198. & 519. & tom. 4. declam. fol. 419. & 420 & 5. quare ( ex prefat. Vuinsheimij in Thucytidem ) Deus quosdam præstanti ingenio , & doctrina præditos destinauit, Capnonem, Erasmū, Roterodamum, Melanthonem , & alios quorum opera linguarum studia , quasi ab Orco reuocata, atq; diuinitus restituta sunt. Quæ ubi reuixerunt, statim cœpit una cum illis illucescere, & reliquarum disciplinarum purior , & syncerior tractatio, quam protinus secuta est in Ecclesia ( hoc & Deus agebat ) illa diuina lux Sacratissimi Euangelij Christi , & repurgatio doctrinæ Sacre à tenebris prioribus .

IV. Ipsi Theologici Nouatores consulunt animabus eas facientes securas de gratia, de prædestinatione &c. & pseudoprophetæ dubitant de voluntate Dei, & auditores relinquunt in dubitatione . Nouatores à nece manus temperant, & ad fundendum sanguinem humanum , ipsi pseudoprophetæ armant manus Regum, inde vastitas ( aiunt ) fit Ecclesiarum, uerè Panteris crudeliores,nam & illæ in Circo, & thæatro sanctis pepercere. Nouatores iusta rationabiliter docent fidei suæ reddentes ationem: at pseudoprophetarum os exhalat blasphemias aduersus Deum, conuicia aduersus honestos homines, mendacia impudentissima &c. Nouatores non habent fucos, nec cauillosas captiunculas, sed simplex est eorum oratio , at mala causa pseudoprophetarum indiget medicamentis fucati candoris, & ruboris, quæ Paulus appellat Rom. 16. οευλογιας και χρησολογιας: fingunt quoq; impij DD. Cothurnos, & fucatas conciliaciones, quibus applaudunt, sed nimium sibi blandiuntur Sycophantæ, si putant se impurè ludere in Ecclesia , inuoluere res veras, fucis ornare errores, vnde sicut Iudas Christum osculo traddidit, ita Euangeliū quadam blanda specie delere illi conantur. ] hæc impij , & perduelles obijciunt.

## Anonymi cuiusdam positio circa Theologos Catholicos.

**A**nonymus ille in suo libello supplici sic modernos effert, vt in eadem gradu cum veteribus Scholasticis , imo & Ecclesiæ DD. colloget, plura , & meliora attigisse Neotericos, quam veteres , & Ecclesiæ esse iniuriam ( ait ) si tam pauperem illam efficiamus, vt veteribus solum, nō etiā Neoterici illustretur, & proinde nos sequi posse vnius Neoterici sententiā etiā nouam, à prioribus discrepātē. Arguitur primo, quia omnes DD. illustrat Ecclesiæ sua scriptura, vt vniquisque obsequium præstare Deo possit Ecclesiæ, varias vias , & si à prioribus discordantes, si bonis rationibus innitatur, adiuueniendo, defendendo dogmata pietatis, discordates vincēdo, si

optimo fundamento innitatur.

II. Quia multoies posteris multa referuata sunt intelligenda; quæ prisci non attigerunt.

Confirmatur, quia non est tam inops Deus, vt multis modis, & diversis etatibus non illustrat Ecclesiam, & paruulis referuet, quæ sapientiores effugerunt, crescit n. sapientia quotidie: & veritas fit in temporis.

III. Quod nullibi prohibetur nouas opinio-nes inuenire, si non discordant à regulis, & nulla ex hac nouitate inconuenientia sequuntur, ergo &c.

### *Confutatio Nouatorum, & Orthodoxorum firmamentis.*

**S**ed contra est Primo authoritas Ecclesie, quæ non inter DD. sed inter hereticos in Catalogo indicis enumerat eos ministros, quos Theologi nomine inaniter volunt honorare Nouatores.

II. Ex ipsorum aduersariorum dictis. Nam Theologi Casimiriani in admonitione lib. concordie Bergens. c. 6. Lutherum Theologi nomine expoliant, nec suam doctrinam, vt examen recipere volunt doctrinarum aliarum, dicentes [Non æquum est anteponi, & opponi Lutherum solum, omnibus scriptoribus antiquis, & recentioribus, & ex ipsis scriptis de omnibus ferent sententias, nedum heretos damnari, omnes qui cum illo non sentiant, Veteres n. tot seculis ante quot vixerant Orthodoxos graues agnouit Ecclesia vniuersa. Nec Recentium veteribus, sed potius Veterum consensus recentibus authoritatem conciliat, ideoq; veteres etiam aduersarijs opponi possunt, non autem Lutherus, & alij] & infra. multa in libris eius nimis inconsideratè effusa sophismata, calumniae, conuicia, hyperbolica præter pietatem, multa in modestiam confidenter, & arroganter dicta, scurriles in rebus serijs lusus, mimorum fannæ, & infacetæ facetia, cum multa acerbè, & iniuriösè scripta, non tam in Christi Ecclesiæ, in viros doctissimos, sanctissimos innocentissimos, sed etiam in magnos Principes contumeliosa, & animo Theologi Christiani, & tanti viri persona indignissima reperiantur, non debet, non debet, inquam, Lutheri libri sententiae, esse norma confessionis Augustanae, aut doctrina de Cœna domini. J Ad inuicem pugnant sectarij, & mutuo se lacerant, & Theologi nomine expoliant, vt ipsorummet bellum sit Ecclesiæ triumphus.

### *Anonymi confutatio.*

**C**onsutatur etiam Anonymus. Primo quia maior honor referendus est senioribus, quam Nouitijs, tum quoad actiones, quam quo ad speculationes, quantum ad speculationes, melius n. penetrat principia ex solidiori intellectus habitu, indeq; ex habitu scientiæ firmius deducunt conclusiones. Quantum ad actiones, nam multarum rerum usus purgavit, & excolluit eorum mentes, multaq; item obseruatio in similibus, memoriaq; item rerum præteriorum: iuue-

nes vero quantum ad speculationes, non ita vi- gent, ex passionibus animæ feruentibus im-pedientibus intrusionem: quantum ad actiones cum consilio, & prudentia minus vigeant. Vnde in regimine non datur iunioribus gubernacula, sed veteranis, sicut in nautica dicit Nazianz. in Apolog. Nullus admittitur ad gubernacula, nū sederit prius ad remos. eodem modo in speculib; diuinæ doctrinæ, & in morib; fidelium dirigidis, sicut etiam in præse-turis Ecclesiasticis, veteranis Theologis potius, quā Nouitijs, & qui vix Theologiam de limine salutarunt, debemus nos, & nostra committere. melius n. veterani ex grauitate, maturitate, ex-perientia nos ducent ad debitum finem, quam illi nouelli, qui nouitatibus alliciuntur, & non nisi accepto damno sapient, edociti experientia stultorum magistra. Vnde ex veteri Proverbio Cicero interroganti, qui nam euerterint Rem-publicam, dixit: *Oratores noui, stulti adolescen-tuli.* & Xenophon venustissime: *Sicut Nouitijs citharae di multas cytharas corrupunt, ita iuuenes gubernatores euerunt Rem-publicam;* ita simili cum reliquantur veteres Scholastici, & nouæ contra receptas communiter sententiae, reiecta vetustate introducuntur, periculum est ne Reipublicæ, & Ecclesiæ, ex improbabilibus nouitatibus afferant detrimentum. Per anti-quiiores ergo si exorbitant corrigendi, noui si dissonent; si concordent cum illis, at post illos, recipiendi: sed si insolitus proferant, per anti-quorum doctrinam examinandi.

### *CONCLV S I O*

*Illi pro Theologis habendi sunt, qui fide Ca-tholica illustrati, conclusiones inde deducunt, explicant, atq; defendunt: & quod in hoc excellant, eò illustriores, & sapien-tiores. His oppositi heretici, & sana do-trina destituti: & quinouas, vel peregrinas voces introducant, & insolita, que proinde orthodoxyia regulis examinanda.*

**R**espondeo dicendum, quod sicut dicit Au-gustinus Theologica facultas est, per quā fides gignitur, nutritur, roboratur de lib. 12. Tri-nit. c. 14. quare sicut, vt in alijs aggerneretur fides, Theologia opus est, quæ subministret exte-rius argumenta, quibus euidenter fiat creditibilis, & prudenter credatur; ita in habente Theologiam, vt in eo generetur veri nominis scientia, sanctorum fidem præcedere necesse est: Cuius ratio inde accipitur, quod non est possibile ha-beri posse de aliquibus scientiam, nisi præcedat in scientifico intellectus principiorum, ita non est possibile quempiam posse dici uerum Theo-logum, nisi fidem habeat, quæ est habitus prin-cipiorum, nempè articulorum, qui sunt à Deo immediatè reuelati. & sicuti non potest scientia remanere in aliquo si sit vniuersalissimum principiorum praua existimatio, ita non potest esse scientia Theologica in eo, qui à principijs fidei

fidei, nempe articulis etiam in uno aberret. Quare Theologus incidens in heresim, & si videatur habere Theologiam, non nisi æquiuocē Theologus dicitur, sublata anima fidei, nempe habitu principiorum. Sicut autem homo mortuus non dicitur uerē, & propriē homo, sed æquiuocē, quia formam humanam nempe animam rationalem humani corporis formam, non habet, ita qui non habet formam sanorum uerborum, scū Spiritum fidei, propter quem, & loquimur dicens credidi propter quod locutus sum ex Apostolo, David citante Rom. c.6. Theologus minime dici potest, quia fidelis dici non potest, nisi æquiuocē.

Vt ergo ex ordine ad hanc formā, scū Spiritum fidei, vel animam Theologie desumitur ratio Theologie, ita ex eodē desumit potest perfectio, & graduatio habentium doctrinā Theologie. Scidum ergo est, quod sicut in ordine ad uitam illæ meliores dispositiones sunt uiuentis, que uiuentem seruant hominem, ne anima despat informare, & è contrario pessimæ dispositiones sunt illæ, quæ tendunt ad interitum, & dissolutionem animæ à corpore, ut pote per sebrem, uulnra &c. ita in nostro proposito nedū heresis, quæ mors est fidei ( quæ totaliter per unicum actum infidelitatis destruitur ) sed & morbosæ doctrinæ, si non tollant fidem, etiam fidei aduersantur. Sicut n̄ nedum fidem habere tenemur, sed & sanā doctrinam, ita cauere opus est, ne fides destruatur, ne uero per morbosas doctrinas in tantillo lēdatur. Vnde Chrysostom. homil. 13. in Genes. contra adducentes peruersas, & non sanas doctrinas ( qui persuadere conantur, ijs qui sibi aures accommodare uolunt, ut aliud quidquam imaginentur ) circa paradisum uoluptatis, præter uel contra diuinæ scripturas ait. Ceterum vos obsecro ne feramus tales, sed obturemus aures, credamus diuinæ scripturæ, & ea quæ in illa dicuntur, sc̄temur sanas doctrinas in pectore reponamus. ] Sicut ergo signa fidei præsentis arguimus, cū est rectus habitus principiorum in credente, ita & doctrinæ sanitatis signa, cum deprehendimus, quod recta habitudo est in habente doctrinam, non quamcunq; sed fidei affinem, & cohaerentem: & his aduersa, tunc cer nimis, cum adsunt ea quibus, uel extinguitur fides, uel diffoluitur sanitas. Sicut uero priuationes per oppositos habitus intelligimus, & ad eorundem normam priuationes rectificamus, ita ex fide hereses, & ex sana doctrina morbosæ examinandæ, & iudicandæ. quæ autem sint istæ morbosæ doctrinæ, quæ examinanda sunt explicauit Apostol. I. T. mot. 6. [ si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi ( Ecco denotatur morbosæ doctrina ) & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa questiones, & pugnas uerborum, ex quibus oriuntur inuidiae, contentiones, blasphemiae &c. ] super quæ uerba Chrysostom. hom. 17. [ Qui sanam doctrinam nouit, non infirmatur, quod enim in corporibus tumor, hoc in animabus superbia est. Denique sicut illic, quod immodice turget sanum non est, ita & tumidos carere sanitatem dicimus,

& postea: nedum tumidus est qui non habet sanam doctrinam, ] sed & qui languet circa questiones & languere n. querere est. ] merito sanè, Quando enim anima cogitationum vritur febri, quando ambiguitatis iactatur fluctu, tunc querit: cum vero illa sana est, non querit, sed fideliter credit &c. Quare quemadmodum in ordine ad sanitatem eos dicimus saniores, qui habent meliores dispositiones vitam conservantes, ita & eos Theologos saniores vocare possumus, qui magis Spiritum fidei, hoc est, intellectus habitum conservant, per habitum Theologicum, eos vero infirmiores, qui peiores habent dispositiones sanæ doctrinæ repugnantes, quæ ab Apostolo duas præcipue, recensentur, tumor, & languor, superbia sapiendi, & inquisitio fluctuando, inde enim ex eodem Chrysostomo [ opiniones, & peruersa dogmata, & questiones ducentur ] quæ etiam fidem extinguant, vt patet in hereticis. secundum ergo fidei regulam, & sanam doctrinam doctrinæ appendenda, vnde à Patribus, & Doctoribus regulas traditas, post argumentorum solutiones assignabimus.

### Solutiones oppositionum Hereticarum.

**A**D primum & non quæcunq; Doctorū successio à Dei prouidentia constituta est in Ecclesia, sed eorum tantū qui Patribus, & Apostolis successerunt, ijsdemq; coniuncti sunt in consanguinitate doctrinæ. Cæterū apud hereticos, at Irenæus lib. 3. c. 4. neq; idem congregatio fuit apud eos, neq; doctrina instituta: ante n. Valentini non fuerunt, qui sunt à Valentino, vt nec ante Lutherum, qui à Luthero, neq; erant sensus maligni, quos supra enumeravimus, antequam initatores, & innuentores peruersitatis eorū fieren. Nec doctor dici potest, qui ex verbo Dei perperam intellecto hereses suas venditat, sed qui verbum Dei, iuxta Traditionem Ecclesiasticam, & PP. intelligentiam, interpretatur. Falsus potius Doctor dicendus est hereticus, vt pater eius diabolus, verbi Dei peruersus allegator, qui ex Cassiano coll. I. c. 20. filio Dei, *velut homini simplici tentauit imponere, dum ea, quæ generaliter sunt super omnium iustorum intelligenda personis, maluola interpretatione corrumpens, specialiter huic, qui Angelorum custodia non egreditur, conatur aptare, dicens: Quia Angelis suis mandauit de te &c. alioqui si ex eo tantum quis dicendus est Doctor in Ecclesia, quia verbum Dei allegat, etiam diabolum scripturam allegat, doctorum aureola decorare oporteret. Sed sat est quod in hereticorum numero Princeps, & doctor habeatur, & sint tales discipuli, sicut magister eius.*

Ad II. dum hoc prætextu repurgationis doctrinæ hominū, Doctoratus nomen, & titulos sibi usurpant heretici, non solum heretica machera sacras traditiones adorti sunt, sed & Biblicos li-

bros, ipsumq; verbum Dei detruncarunt; & verbi Dei traditi, & scripti, & sacrarum, & Apostolicarum, & Ecclesiasticarum loco, etiam fæces Iudeas, ipsam quoq; circumcisionem in suis cōuenticulis inuexerunt, de qua re ih p. tom. in Catal Hæret. verbo *Circumcisus*, & *Sabbatharij* &c. sed vetus est hæretorum ambitio se suosq; speciosis titulis exornare, ex Iren. lib. 2. c. 19. quid mirum si se vocant, reformatores, sanctificatos in utero, tertios Elias dicas deformatores, errantes ab utero, Herodianos, Antiochos.

Ad III. Reæte scripsit Hieronymus in Daniel c. 5. quod hæretici laudant idola, et deos suos aureos hoc est impia dogmata in seculari ratione composita, argenteos in venustate eloquentiae artis Rhetoricae, æneos, & ferreos infabulis Doctorum, ligneos & lapideos in his, quæ ineptè propoununt. J quare non est mirum si iactant, computulum, & calamistratum scribendi stylum, ingenuas artes colant, & linguarum cognitioni intendant, non ad veritatem illustrandam, & Dei verbum defendendum, vt fecerunt Patres, & sacri DD. Ecclesiæ eloquentissimi, & in linguis peritissimi (qui eos tantum in sapientia seculari excedunt, quantum gigantes Pygmæos) sed decipiendum, & auertendum à fide simplices, & incautos, falsitatem cum his inuolucris operientes, & accipientes vasa templi Dei, hoc est cœlestem disciplinam, admiscentes vinum merū secularis sapientiæ, inebriantur in eis, & laudant idola sua &c. & tantum abest, vt lux Euangeli per eos effulserit, vt per ipsos sit obscurata. Vnde inaniter Capnonem, & Erasmus, & Melanthonem de linguarum peritia, & per eos, ob id, restituta pietate, laudant opposentes, cum ingentia venena sub mellitus humanis litteris, sint dementatis populis propinata. Olim de Ariana hæresi scripsit Athanasius oratione 2. contra Arianos, quod cum videret sorores suas ceteras hæreses atate gradires, publicè palamq; probras haberí speciem suam dissimulat, & litterarū sacrarum vocibus, quasi honesto cultu induitur, vt pater eius diabolus, ac satagit denuo intrare in Paradisum Ecclesiæ, quæ sub specie Christianismi nonnullos seducat, vt credibilitate falsarū rationum persuasi, contra Christum sentiant. Superaddidit Lutheranus, & Calvinismus pigmentatos sucos, vaniloquentiæ potius, quam eloquentiæ, & Azoticæ potius, quam Hebraicæ, Atticæ quam Laconicæ linguae sonos, vt per linguis quoquomodo ostentant peritiam, auream linguam, seu regulam Ecclesiastice traditionis noui Achimitæ surarentur, quare merito anathematizati, proscripti ab Ecclesia sticoru DD. albo, & si à Gelfnero, & alijs eiusdem farinæ illustribus titulis, impiè decorarentur, & in albo Doctorum recenseantur.

Ad ultimum & Dulcia promittunt hæretici ex Hierony. in c. 14. Ierem. quæ vertuntur in amaritudinem, & comparantur oleo peccatoris de quo ps. 140. oleum autem peccatoris nec impinget caput meum, & venenato ore mella promittunt. J talia sunt prædestinationis, & gratiæ certitudo, cum sac. scripture reclamat, vt simus in timore, & tremore nostram salutem operan-

tes; & de propitiatio peccato, non simus sine metu &c.

Quod vero conquerantur, quod ad fidem, quam semel professi sunt, astringantur doctrinis Catholicorum, iniusta est quærela, & rebellium vox, cum scindi mereantur ij, qui vt dicit Hierony. in c. 16. Hierem. Dominicam tunicam contextam per totum scindere volunt, cum nullam recipiat scissionem. Sed quam rationem suarum fidicularum reddere possunt? nam ex eodem Athanas. oratione 1. ad Episco. Ægypti, quæ scribunt hæretici, non vera veritatis scribunt, sed ludi causa, regnorumq; gratia id faciant, ad imposturam hominum: cuncta igitur mouent, & turbant, neque vel ita suis decretis acquiescant, & quotannis conueniunt (sic visum est in Confessionistis) fœdi, & ridiculi, cum scripta eorum nō modo ab alijs, sed etiam ab ipsismet explodantur.

Quod iterum simplicitatem sectati iactant, & Ecclesiæ DD. tanquam Sophisticos, traducant, iactationes sunt, vt quodam Augustinus 4. contra Iul. c. 9. dicebat, hominis anhelantis, & peruenire, quod ntitur non valentis, & in nebulis quas perturbatus effundit, se peruenire fingentis. Ipsi Sophistæ, cauilliosi, de quibus Athan. oratione 5. qui omnia miscent, & turbant, cauillationesq; excogitant, & ex eodem oratione p. ad Episcopos Ægypti, cum insidijs student, se simulant de fide scribere, & dum videntur manus lauare cum Pilato, maiores errores confingunt, & docent, & suam incertam fidem demonstrant, vel potius certam infidelitatem, dementiamq; ostendunt.

Iam uero quod Catholici traducantur, quod conciliare studeant dissidentes sententias; Si in materia fidei loquantur opposentes, sacrilegum verbum proferunt, nec n. patiuntur Idolum hæresis ante arcā Dei collocari, nec Christum Dominum cum Belial, quare non osculo tradunt Saluatorem, nec per pacem discunt facere bellum. Si in rebus adiaphoris, magna laus est DD. cum possunt dubia dicta præcedentium PP. expondere, & cum modernioribus conciliare. Ipsi charactete hæretico, ex mutua Monomachia notati deprehenduntur, etenim ex eodē Athanasio. Illud est admirabile, omnes quotquot sunt hæreses in fingendo, diuersa pugnantiaq; inter se adferre, nec alibi nisi in falsitate sibi inuicem consentire, & copulari: neq; mirum, cum vnu habeant auctorem, qui ipsis ubilibet mendacia seminat. Simplex vero, & non firmiter instituens, dum solummodo verba considerat, nec eorum mentem obseruat, statim illarum auctijs seducitur. Cordatus vero, & sensatus, illico eorum fallacias agnoscit. Sic hæretorum ratiuncularum versutiæ, nexusq; aranearum telis infirmiores, quibus simplices irretiunt, dissolutæ sunt sufficientissime.

#### Argumentorum Anonymi solutiones.

**A**d primum. satis illustris Ecclesia est, nedū veteribus, sed tot etiam sapientissimis modernis Doctoribus, qui sunt in ea, sed non omnium

omnium idem fulgor, uel splendor, cum alia sit claritas Lunæ alia Stellarum &c. si de ijs loquatur. *Anonymous* quæstionibus in quibus aberrare periculose, non possumus posteriores DD. prioribus anteferre, nec super illos nostra placita efferre. Si vero quæstiones sunt adiaphoræ, & huiusmodi, quibus in contrarium inclinare fas est, idq; cum vero & reali fundamento, non apparentibus ratiunculis, quas solet Philautia, & principatus ambitio ministrare, fieri permisum est, cum modestia tamen, & reuerentia. Vnde Cassianus coll. 8. c. 4. ait, quod nonnunquam cum super una re diuersa promatur sententia, potest utraq; rationabilis iudicari, & sine detimento fidei fixe, vel mediè suscipi, idest, ut ei nec plena credulitas, nec absoluta refutatio deputetur; priori sequens opinio derogare non debet, cum neutra earum fidei inueniatur obſtare, in quibus ( subdit c. 5. ) oportet nostram sententiam temperare, vt quando fidei nihil praedicant, inter illa habeantur, que media sunt tenenda: quamquam, subdit hanc moderationem, non tali opinioni qualis suspicionibus tantum, & conjecturis colligi solet, sed manifestis Patrum testimonijs omnia comprobentur. Sæpe n. decipimur, & vt probabilita venditamus, quæ vix apparentibus conjecturis probantur, & demonstrationes existimamus, quæ non excedunt latitudinem infimæ opinionis Theologicæ, & tolla nouitatis prurigine, vetera iam sopita refriamus, vel noua serimus, vt apud omnes eruditios, & ingenij testimonia auctorsemur. Certe ( vt dicebat Nazianz. in Apologet. primo [ nostri ingenij solertia, & cæcus nostri amor, & quod facile cui quam cedere, nec sumus, nec sustinemus, plurimum ad virtutem impedimenti afferit. ]

Ad II. esto quædam consecaria attingant moderni, quæ prius virtualiter veteres attigerunt, assimilantur pueris innixi super gigantes, & laquearia digitulis attingentibus. Vnde eos vt Patres a quibus omnia accepimus debemus reuereri, & non aduersus illos insurgere in grauioribus dogmatibus. quare Nazianz. de Theol. oratione prima eiusmodi farinæ homines, qui æquiparabant suos doctorculos, cum Ecclesiæ colunis, sic perstrinxit acutè. Esto sis ipse altius, & sublimis, & sublimibus sublimior, & nubibus sublimior, & nubibus altior, si ita lubet, rerum ab occultis remotarum spectator, vt aranorum auditor post Heliam in sublime raptus, post Moysem de conspectione dignus habitus, post Paulum in cœlum electus, quid tandem est, quod alios quoq; vnius diei sacerdos singis, & Theologos creas? quasi ad *Anonymous* aspicerit, qui modernos DD. in sanctorum subsellijs locauit, & nuperos Doctores, eodē in gradu cū veteribus collocauit, & subdit. S.D. has esse technas ad infirmiores eludendos, & hostibus occasionem dare in fidei Patres fortius debacchandi, cum pares videant haberi mox ortos doctores, cum venerabilibus Patribus, *Cur aranearum telis infirmos illaqueas, ex eoq; tibi scitus, ac magnus videris? Cur contra fidem crabrones excitas, infidelibus nos deridendi occasionem præbens? &c.*

Ad confirmationem augetur ( vt in omnibus

artibus, & facultatibus contingit) à tempore, sapientia, si secundum regulas artis consequenter procedatur, nec præter illas, vel contra, aliquid attenteretur. Post Demosthenem, aut Ciceronem nullus modus suit in Rheticis scribendis, nec tamen hucusque eloquentia, aut maior, aut purior. Ni quem quoq; ( dixit quidam) minus Latinæ Scholæ locutæ sunt, quam multiplicatis, & exaggeratis Grammatolorum commentationibus, ita & de scriptoribus Politicis, & artium humanarum cultoribus alijs obseruant; & non ob aliud, nisi quia priora non videntur exemplaria veterum, nec illa explanare nudent, sed sua obtrudere, quando vero super Antiquorum labores nostra superextruimus, tunc uerum est, quod scripsit Lampadius de Apollinare Sidonio. *Antiquos cum reuerentia lego, sine iniuria recentes.* Et Plinius dicebat: *sum ex ijs, qui miror antiquos, non tamen, ut quidam, nostrorum temporum ingenia despicio.* Illustrat ergo Deus per posteriores antiquorum sapientiam, cum vestigijs inhærent eorundem, cum vero ab illorum itinere trito deflectunt, longè à veritate aberrant.

Ad ultimum, non est prohibitum dicere nouæ, sed noua inuenire ( dixit Lerinensis ) in materia religionis: in adiaphoris vero noua inuenire nulla vetatio. Verum sobrietas in his quoq; retinenda, ne assuetus nouitatibus Philosophicis, idem attetur in Theologicis. Scrutetur, & rimetur secreta naturæ, sed arcana Theol. sobrie attingat, & caueat præcipitum. Nunc ad regulas examinandæ doctrinæ transeamus.

#### Regula pro examinatione doctrinarum.

**P**rima Regula. Illa doctrina veritatem continet, quæ conformis reperitur Dei verbo, tūm scripto, tūm tradito, vel decretis sedis Apostolicæ, vel Conciliorum legitimorum, ac probatorum: illa autem hæretica falsa, vel erronea respectuè, quæ cum verbo Dei pugnat, vel repugnat, vel ab eodem dissonat; similiter, quæ dissonat à traditione Ecclesie, & eiusdem decretis. Fundamentum, quia regula, & critirion quo res nobis proponuntur ad credendum, est veritas prima in verbo Dei contenta, siue scripto, siue tradito, & nobis ad credendum proposto per Ecclesiam tamquam critirion quod.

**II. Regula.** Cum traditum verbum ex antiquitate vniuersitate, PP. cōfessione deprehendantur, illa doctrina, quæ ab antiquitate vniuersitate, PP. confessione discordat, vt hæreticalis, vel erronea, vel impertinens ad religionem habenda est. Hæc regula appendix est precedentis, nam sicut traditione doctrinas metiri debemus, ita & antiquitate &c. quæ sunt traditionis notæ. hanc regulam fuse tradit, & probat S. Vincentius Lerinensis lib. contra prof. vocum nouitates c. 3. & fusæ in nostris cōmentarijs in eundem, Deo dante, in lucem edendis.

**III. Regula.** Doctrina repugnans communi Scholasticorum sententia in materia dogmatica, vel in grauioribus rebus, vt erronea, suspecta, est abijcien-

abicienda.fundamentum , quia concors scientia Scholasticorum, ex communi PP. sensu derivatur, ergo ex traditionis fonte dimanat. quare si cut traditioni Patrum non possumus contraire , ita nec sine nota , communi Scholasticorum,in dogmate aliquo astruendo .

Hinc deducitur. Primo ex Gersone lib. de examin. doctrinarum considerat. I. quod doctrina nouitia tanquam suspecta abicienda; talis, vt refert, reputata est doctrina Raimundi Lullij , nam [ ex statuto Pariensi cautum est, ( ait, ne derelinquentes modum doctrinalem Sanctorum DD. per Ecclesiam approbatorum , & qui tentus est hactenus, in sacra Theologiae facultate, transseret ad nouam hanc phantasiandi curiositatem ] Lullianam; quæ modo non speciali, ad certa nomina, ad characteres, & figuras inquit Theologiam edocebat .

Item etiam si res, quæ traduntur ab Vniuersitatibus, & consensione DD. discordant, vel saltem etiam si sententiae rectæ sint, modi loquendi saltem extranei sunt à communi loquendi modo, suspectam quoq; faciunt doctrinam, vnde quando eiusmodi nouæ doctrinæ, vel Theologia oritur continens nouas, peregrinasq; sententias, nouos, vel peregrinos terminos, ad sententias communes Patrum, & DD. Ecclesiasticoru sunt conferendæ, & per illas discutiendæ . Hoc inquit Gerson, *Christus contra Diabolum egit, Theologiz at. n. ait Climacus, Dæmon, ut patet ex Euangelio. Hoc, subdit, Magnus Antonius docuit. Hoc Paulus intellexit cum diceret ad discipulum prophanas vocum nouitates deuita.* Hoc Aug. dicens lib. de Ciuitate Dei lib. x. c. 23. liberis verbis videntur Philosophi, nobis autem ad certam regulam loqui fas est. Hoc Hieronymus, qui scripsit: ex verbis inordinate prolatis incurritur hæres. Cuius rei vnum (ait Gerson) è multis sit hoc exemplum. Vnus licentiatus posuit in vesprijs, quod Pater erat causa filij , I. Pater generat filium, confessim oppressum est os eius: neq; sibi permisum est talibus vti terminis, licet ostenderet exponendo, se verum teneat sensum. Sic Aug. loquens de fato iuxta Philosophorum sententiam dicens, quod in Deo erat fatum, ait, tene sententiam, sed lingua cobibe. lib. 5. de Ciuitate cap. 8. S. Th. I. p. 1. 116. a. t. in corp. & 2. ad 1.

III. Regula si verba portentosa , vel mysteria adhuc inaudita introducantur, vt vetustati, & vniuersitati contraria, tamquam monstruosí partus ablegandi. sic Gnostici veteres portentosa uocabula inducebant ad fallendum, & stuporem filiibus, & truncis inducendum , quod & alii hæretici præstiterunt. exemplis plena sunt omnia. Vide Irenium lib. I. c. 18.

IV. regula si ex nuperis reuelationibus, prophetijs, prætendatur aliiquid acceptum, ac proinde, ut huiusmodi aliiquid tanquam de novo reuelatum prædicetur, quousq; confirmationem non habebit à script. Ecclesiæ sensu , & autoritate, est suspendendum iudicium multo magis si contra legem communem Dei, & Ecclesiæ reuelatum dicatur aliiquid, illico n. de veritate suspectum est. Fundamentum, nam nunc Eccle-

clesia non expectat nouas reuelationes, sed ea quæ nobis Filius Dei enarravit per Apostolos, & Apostolicos suscipienda, ad remouendam omnem imposturam, Ecclesia precipit tamquam ad communem fidem spectantia ; nouas autem reuelationes publicandas vetat sine diligenti examine, quæ faciunt ad directionem morum. Quare multo magis dissona, vel prater ea, quæ pertinent ad doctrinam fidei, si iactarentur; sic adamussim doctrinæ reuelata per Christum, & Apostolos, & viros Apostolicos mensuranda. Quare explosa meritò est à censoribus fidei illa propositio cuiusdam auctoris I. tom. p. 2. tract. 8. disput. vnic. sect. 5. num. 51. in solut. argumentorum, in impressione Barchinonensi, videlicet, quod existente dubia reuelatione, vel probabili, potest religiosa persona, si habet verā probabilitatem, ad evitanda magna inconuenientia nubere, quod neruosis rationibus consultatum est egregie à Magistro Patre Fr. Raphaele de la Torre 2. 2. q. 95. ar. 3. disp. 2. ibi errorem, & consultationem legit diligens lector: de qua re terum redibit sermo in nostro tractatu de cognoscendis veris à falsis reuelationibus.

V. etiam attendenda sunt nouitia, & peregrina vocabula, seu termini, cauentur enim ab Apostolo, dum dicit: *prophanas vocum nouitates deuita:* non qualcumque nouas voces dicit Aug. tra. 97. in Ioan. prohibitas ab Apostolo, nā hoc vocabulum *Christianus*, &c. nouum fuit, cum primum cæptū est vocari Antiochiae discipulos Christianos, sed nouitias priuata authitate, & profanitate introductas. Inde ex hac regula S. Aug. vt p. 1. retractationum c. 2. Omen quippe, me legisse non recolo, siue in sacrificiis litteris, siue in sermone cuiusque ecclesiastici disputatoris, quamvis abominatio inde sit dicta, quæ in diuinis litteris assidue reperitur, vnde in Concil. 6. Constantinop. act. 2. lecta fuit, & probata Leonis epist. vbi duas operationes in Christo admittendas docebat, & acclamatum est. omnino necesse est non solum secundum sensum, sequi Sanctorum PP. dogmata, sed & eisdem vocibus vti cum illis, nihilque penitus innuari; haec si seruassent filii gehenæ numquam hæreses in Ecclesiam inuexisset. Sint etiam inimici, & aduersarij nostri, euus rei judices. Philippus Melanchthon in postilla per Pezelium edita p. 2. p. 25. Plerumque mutatio verborum parit etiam sententias nouas. Et postea. Thucyd' des inquit, natura hominum est, δέιρος καὶ φίλοκαίος, fastidit præsentia, & appetit noua, & alibi. hoc est pestis ac pernicias Ecclesie, quod vulgus etiam in doctrina, quæ est Ecclesia propria, amat nouitatem, & allegans dictum alterius Nouatoris, ait, existimare se illam fuisse causam, aut certè occasionem, quare doctrina Ecclesiæ primū corrupta sit, quia docentes habuerint studium noua docendi, & populus similiter fastidiens consueta, voluerit audire aliiquid noui. Hoc studium vanitatis semper inuexit errores ad Ecclesiam, ideo ut exemplo nostro moneamus in principali bus materijs eamdem formam doctrinæ, & explicationis retinendam esse, dicimus, eandem per eandem, & Deo dante dicemus, eandem in omni ater.

eternitate, nam quæ vera sunt, perpetuò sunt eadem, atque viam possemus eadem quæ vera, & utilia sunt, non iantum ijs verbis, sed etiam ijsdem syllabis, & litteris afferre. credo Christum suas quoque conciones legales, & enangelicas jæpe ijsdem verbis repetiisse, sicut apparat ex collatione Euangelistarum. idem par. 3. pag. 109. vbi ad marginem Pezelius: Studium nouitatum, corrumptit doctrinam Ecclesiæ.

Idem eadem p. pag. 337. Non vo' o' ait, mouere Logomachias, est insania, vel malitia potius, quod aliqui tumultuantur Logomachijs, semper Logomachia sunt pernicioſæ significant naturas cauillatrices & malitiosas. ex Logomachiis plerumque accenduntur odia. vocabula valent usu in Ecclesia non aspernemur matrem Ecclesiam sic loquentem. Quid est, quod multi sibi singulares phrases excogitant, aut reiiciunt visitatas, & receptas voces, si recte sint declaratae?

Iacobus Meſt. Semper ex mutata temere phrasi secuta est dogmata mutatio. ideo tantum voluit esse unum templum Deus in populo Iudaico, ut una etiam esset, & consentiens vox doctrinæ. Quam ſepe audiuimus, & etiam num legimus illam beatam animam (damnata dicas, & in inferno retrusam) Philippum optantem, ut vera sonaret doctrina, non tantum ijsdem verbis, sed ijsdem etiam syllabis, & videmus etiam num eos qui ad nullam formam loquendi ſe ſe in Ecclesia alligant, mirifica portenta doctrinæ gignere.

Gaspar Cruciger, uerius Furcifer, non transferas limites, quos posuerunt maiores tui, quando mutatur phrasis ab antiquitate recepta, illa mutatio ſemper parit diſidia, mutatio formarum dicendi parit errores.

VI. Regula, & ſi magno sit Theologiae adiumento Philosophia, recognoscere tamen debent illam assumētes, ut Ancillam, & ſtudere, ut humilietur domina Theologie. Quare in mysterijs gratia præfertim in Oeconomia Saluatoris, & Sacramentorum natura, non per Philosophiam Theologorum veterum decreta, ſed ſunt Philosophorum placita per Theologos emendanda: id ſi non deprehendatur in doctrina aliqua, ſuſpecta eft habenda.

Prima pars luculententer demoſtratur à PP. præfertim Clemente Alexandrino lib. p. Stro- matum. Basil. homil. quomodo proficiamus ex disciplinis Gentilium. Hieronym. epift. ad Magnum Senatorem. & fundamentum eft, quia cū Philosophia lumini naturali innititur, non po- tent contraire Theologie, cum verum vero non contradicat: quia vero Philosophos decipi con- tingit in deductione conclusionum, vel in accep- tione principiorum, & huiusmodi, quod in Schola Theologica non contingit (in dogmatu traditione) conſequens eft, vt cum placita Philoſophorum repugnant veræ, & ſanæ doctrinæ Theologice, per decreta vniuersitatum, & Scho- larum iure emendari poſſint.

Secunda vero patet experimento, hac n. via proceſſerunt Gentiles, & hæretici ad impugna- da diuina mysteria. V. G. Trinitatem Incarnationem &c. Nam aduersus Triadem illud vrge-

bant noi posse vnam naturam numero eſſe in tribus distinctis Personis. Contra Incarnationem; Unionem non fieri niſi in natura &c. quæ lu- priori lumine correſta, & emendata ſunt. & quā- uis multa eſſe falſa ijdem Philosophi cognoue- rint eorum, quæ naturali lumine agnoſci poſ- ſunt, ſeu ad noſcendum quid non ſit, tamen non peruerent ad cognitionem quid ſit, vnde Laſt. 2. Instit. c. 3. [ falſum intelligere eft quidem ſapiențe, ſed humanae: ultra hunc gradum pro- cedi ab homine non poſteſt: Verum autem ſcire diuinæ ſapienție eft. Homo autem per ſeipſum peruenire ad hanc ſapiențiam non poſteſt, niſi du- catur a Deo. Itaq; Philosophi, quod ſummuſum fuī humanae ſapienție aſsequi ſunt, ut intelli- gerent quid non ſit. Nota Ciceronis vox. Utinam tam facile vera inuenire poſſem, quam falſa con- uincere] at non tantum falſas poſtiones depre- hendimus in Philosophia, ſed ad veritates fide cognoscendas ſupernaturaliter reuelatas, etiam eleuamur.

Secundo, quia haſca hæretici ſuos auditores inſcabant, quod Philosophica dogmata ſe- querentur. Sic Felix dicebat ad Aug. ex lib. 1. c. 9. contra eundem, quia venit Manichæus, & per ſuam prædicationem docuit nos initium, me- dium, & finem, docuit, vel nos de fabrica mundi, & quare facta eft, & unde facta eft &c. que in Paulo non audiuimus, nec in coſteris Apostolorum ſcripturis, ob hoc credimus, quod ipſe eft Paraclitus] cui Respondet Aug. idem &c. non facit am de his mentionem, Christus n. Dominus Chri- ſtianos volebat facere, non Matemathicos. Suf- ſicit autem, ut homines de his rebus quantum in Schola didicerunt, nouerint, propter uſus huma- nos. Christus autem venturum Paraclitum di- cit, qui inducat in omnem veritatem, ſed non ait, initium, medium, & finem, non ait, Solis, & Lune curſus &c.] que ſabdit [ ad doctrinam, & di- ſcipulinam Chriſtianam non pertinere.]

Tertio quia multa, q̄ ipſi Philosophi iactant ſe a vera Philosophia haurire contra placita Theologorum, vix exceedunt latitudinem opinio- nis Philosophicæ, non ergo præponenda fir- mis Scholæ decretis: conſequentia patet: ante- cedens probatur ex Aug. in Enchirid. ad Lau- rent. c. 9. cum, inquit, quaeritur quid credendum eft, quod ad religionem perlineat, non rerum na- turæ ita rimanda eft, quemadmodum ab eis, quos Physicos Græci vocant: nec metuendum eft quemadmodum ab eisdem ue aliquid de vi, & numero elementorum de motu, atq; ordine, & de- fectibus ſyderum, de figura Cœli, de generibus, & naturis animalium, fruticum, lapidum, ſoniū, Fluminum, montium: de ſpatijs locorum, & tem- porum: de ſignis imminentium tempeſtatuum, & alias ſcientias de his rebus, quas illi, vel inue- nerunt, vel inueniſſe ſe exiſtimant, Chriſtianus ignoret. Quia nec ipſi omnia reſepterunt tanto excellentes ingenio, flagrantे ſtudio, abundan- tes ocio, & quadam coniectura humana inuesti- gantes, quædam vero historica experientia per- ſcrutantes: & in eis, quæ inueniſſe gloriantur, plurima opinantes potius, quam ſcientes.] quare non æquum eft, vt opiniones Philosophicas de- cretis

cretis Theologorum opponamus V. G. si in questionem vocetur, An aqua in calice prius transmutetur in vinum, quam vertatur in sanguinem, communis sententia Theologorum factis dicunt se subm ttere Philosophi. Item vero cum in materia de baptismo disceptatur, an ex aquis destillatis, vel chymicis fieri possit baptismus, non opinatio Physicorum, & chymicorum præferenda torrenti Theologorum, sed per illa potius regulanda, & emandanda, aut amandanda. Similiter cum ad generationē Medicum Galeno sc̄minam actiū concurrere, & seminificare afferant, si cum id extenditur ad conceptionem Iesu Christi Domini nostri, à Theologorum decretis, Theologiæ ea assertio subiuganda in obsequium Christi, cum ex B. Marie purissimis sanguinibus à Concilijs caro Christi concepta afferatur.

Aliud quoq; extremit̄m hic caendum, vt nō passim proinde Philosophos temerè reijciamus, ne fid m ludibrio exponamus quando vera, & rationabilia dicere compertum est. Vnde Aug.v.confessionum dicebat: *cum audiam Christianum aliquem ista sc̄ilicet, quæ Philosophi de cœlo stellis, & Solis, & Lunæ motibus dixerunt, nescientem, & aliud pro alio sentiente, patienter intueor opinantem hominem, nec illi obesse video, cum de te Domine creator omnium, non credat indigna, si forte situs, & habitus creaturae corporalis ignoret. Obest autem, Si hæc ad ipsam pietatis doctrinam pertinere arbitretur, & pertinacius affirmare audeat, quod ignorat.* Quod autem obsit, manifestat Aug. I.super Genes. ad litteram c. 19. Turpe est, ait, nimis, & perniciosum, ac maxime caendum, vii Christianum de his rebus, quasi secundum Christianas litteras loquentem ita delirare quilibet infidelis audiat, ut quemadmodum dicitur toto Cælo errare conspiciens risum tenere vix possit, & non tam molestum est, quod errans homo deridetur, sed quod auditores nostri ab eis, qui foris sunt, ita sensisse credantur, & cum magno corū exitio, de quorum salute satagimus, tamquam indotti reprehenduntur, & respuuntur: cum n. quenquam de numero Christianorum in eare quam optimè norunt errare reprehenderint, & vanam sententiam suam de nostris libris afferre, quo pacto illis libris credituri sunt, de resurrectione mortuorum, & de sp̄ vita aeterna regnoque cælorum, quando de his rebus, quas iam experiri, vel indubitate numeris percipere potuerunt, fallaciter putauerint esse conscriptos? quæ loca S. Thomas adducit, & ponderat opuscul. 10. c. 1. subdens optimum documentum.

*Vnde mihi videtur tutius esse, vt hæc quæ Philosophi communiter senserunt, & nostræ fidei non repugnant, neq; sic esse afferenda, vt dogmata fidei, licet aliquando sub nomine Philosophorum introducantur, neq; sic esse neganda tamquam fidei contraria, ne sapientibus huius mundi contemendi doctrinam fidei occasio præbeatur.*

Ceterum quando communiter à Philosophis è principijs naturalibus deducuntur axiomata, quæ in recta Philosophia negari non possunt, iure suo illa Theologus sibi assumat, magno n.

adiumento erunt tunc huiusmodi, ad Theologiæ principia explicanda. Quare insulse, & impie Vv cleph apud Vvaldensi tom.2. de Sacramentis c.76. cum e Philosophorum communidoctrina argueretur ab insigni illo Fratre Thoma Vvaldensi, quod accidenti non repugnat posse separari à subiecto, in lib. de apostasia c. 5. iusit, satis insulse & inurbanè illusit Vvaldensi dicendo, quod ob hæc positionem [op̄teret Papā Porphyriū, & Aristotelis sententias canonizare] Cœtra Primæ partis regulam, de sequendis Philosophorum doctrinis receptis, procedit Poza lib.2. tract. 5. c. 6. qui cum vide-ret suæ Patrimaternitatis assertionem re, & nomine inauditam habere Aristotelem sibi infensum, ad Aristotelem fugandum (quem iam ve-luti ancillam Agar euagantem, Angelus noster in domum Saræ. i. Theologiæ reduxerat humiliatum sub eius manu) omnes neruos intendit ad eum impugnandum, illumq; de gradu ejcere, & cap. 6. titulum sic orditur: *Quanta sit au-thoritas Aristotelis regnantis nunc in Scholis, vbi id præstat.* Debebat aduertere quantum Scholastice doctrinæ opes auxiliares ministravit Peripatetica doctrina, ad hæreticorum elenchos soluendos, ad Theologales syllogismos, & demonstrationes efformandas, quantum Doct̄or Angelicus eadē doctrina fidei dogma-ta defenderit atq; illustrat, vt eo nomine, & his verbis à Lutherò sit impetus ex S. Dep. c. 25.

Nostra xata vidimus proscriptos Telesianos, qui relicto Aristotele, negando formas sub-stantiales, ad Transubstantionis mysterium ab-negandum viam præparabant. Quare aliorum exemplo oportet addiscere, ne recepta principia Philosophica in Scholis Theologicis abne-gantes, vel noua superinduentes, semitam nouitatibus aduersus Theologica decreta able-ganda, præparemus.

Sed idem Poza ne nouitate offenderentur le-tores prævidens hæc inconuenientia sic se mu-niuit tract. 1. cap. primo dicens [non impediri debet Philosophus, aut medicus nouitatis no-mine, si alia quā quæ à Philosophia accepta-sunt, & Medicina tradita probanda accipiatal-legans Gal. 2. composi. medicam c. 8. quod quæ-dam ignorata, quædam male iudicata, quædam negligentiis tradita, item arguit ex Tertull. Veritati nemo præscribere potest, non spaciū tē-poris non patrocinium personarum, non priuile-gium regionum; & Seneca: Quid ergo, non ibo per priorum vestigia: ego vero utar via veteri, si propriorem inuenero hanc muniam. & veniens ad res Theologicas, de formatione corporis Do-minii Iesu citat 6. Synod. act. 8. dicentē, natus est de muliere ex prima formatione, formam homi-nis sibi ipse resuscitans in ostensione carnis in-imagine Nouitatis, subdit mox Poza: formatione Iesu, et corpus ipse semper exhibet imaginem, que nouitatem sentiendi, & opinandi quotidie absq; veritatis detrimento inuehat, & postea citat Theophilum Antiochenum lib. 3. Existi-mas nostra scripta esse recentia, & nupera, ego nihil cunctabor à prima origine repetere nostrarum litterarum antiquitatem, & mox vbi de-puncta

puncta à nemine tractata primum aggredi dixisset, & ignotas priscis regiones Iustrare, & ad hoc citat Clem. Alex. i. Strom. quod euo multo est potentior veritas, & mox addit. Certe ut veteres opiniones mutare data opera, non debemus, sic eas probabilioribus alijs commutare expedire, si quando noua placita visa sunt veriora, ijs in rebus, quæ fidem, et doctrinam non traducunt, aut allueiant &c. & post modum. [ Radbertus Abbas in prologo comment. super Matth. simile quid edixit. Philosophi seculi tale quid post priorum studia videtur concessum, quorum DD. quanto iuniores fuere, tanto rotiq; perspicaciores. Laetantum insuper citat lib. 2. diu. instit. c. 8. dicentem. Sapientiam sibi admunt, qui sine ullo iudicio inuenta maiorum probant, & ab alijs pecudum more ducuntur. Eundem prosequitur discursum c. 2. Quintil. 10. institut. c. 2. authoritate, dicentis: Nostra potissimum damnamus huius infelicitatis, ut nunc demum nihil crescat. His ergo præludijs multa deinceps aggreditur tractare de Christi Domini, & matris eius Deiparae corporibus, an habuerint varia ætatu temperamenta, & communes humanæ naturæ defectus, quales sunt nimius humor infantia, &c. quæ ætatum progressu dominantur, ut rufus, & male limata caro, tardus motus, sputum pituitum, & cetera vegetantis, & nutrientis vita excrementa &c. & dubitabundus negatiæ parti subscribit, argumenta in contrarium dissoluens cap. 5. à præfis, & antiquis medicis, ut dicit cap. 1. timide degenerans, & viuæ vocis oraculus quorundam, ut dicit medicorum, Philosophorum, & Theologorum subscribens.

Verum hic autor, dum à Medicis, & à Theologis antiquis discedit, præstat suam sententiam nouam, quam vocat adhuc dubiam, suspicam, interlocutoriam, in suspensione relinquere, quam placita veterum, tum Medicorum reijere. Nam quod dicta tum nostrorum, tum extraneorum conglomerando, probare nisus est posse in unaquaq; facultate probabilissimis principijs nixos, nouos tractus, & vias requiriere, nihil moror, dummodo firma stent principia illa medica, & Philosophica receptissima atq; firmissima, quæ ad pietatem, & dogmata tuenda deseruiunt, hæc n. quoq; Theologus suo iure defendere debet, ne labefactentur, & hoc probat discursus eius cum suis autoritatibus. Duo tamē in eo solum displicant in eiusmodi allegationibus: Primum, quod Tertullianum Montanizantem, & ad suum Paracletum adaptantem, ea verba citat, nempe, quod veritati non potest præiudicare spaciū temporum, si quidem exponente Pamelio, illis verbis consuetudini, & traditioni iam pridē ab ipsomet Catholico assertæ, derogare volebat. Alterum quod verba Synodi VI. generalis, vñ. formam hominis sibi ipse resuscitans in imagine nouitatis, ad nouitias intelligentias extorsit, cum de nouitate in essendo hoc est de carne nouiter assumpta, vel noua qualitate glorificationis, ut in resurrectione contigit, nullo modo de nouitate in dicendo, vel sentiendo, vel loquendo, illa Synodus euidentissimè loquatur.

Quid vero sentiendum sit de ipsa doctrina de Christi Domini temperamentis, varijs ætatū gradibus &c. iuxta Pozæ positionem, iudicet Ecclesia, an hæc sine piaculo doceri possint: nobis sat est cum Damasceno eos omnes humanos defectus assumpsisse, qui naturales sunt, quos idem vocat indetrahiles, idest cum non obstant perfectioni Christi Domini, minimè detractari debuerunt lib. 3. c. 28. cum, ut loquuntur Nicætas lib. 3. Thesauri c. 25. nulla in Christo sit facta natura, idest à communi lege immutatio, nisi in partu, & conceptu, in reliquis siquidem accidentibus, & passionibus nobiscum ( excepto peccato ) ac proinde nobiscum communem voluit habere naturam. Vnde & Apostolus dixit quod per omnia debebat fratribus assimilari: excepto peccato, & in Epistola Synodica Sophronij, quæ lecta est in 6. Synodo a. 8. vndecima sic dicitur. Verbum verè factum est incarnatum, & veraciter homo, & in utero virginico deportatus, & tempus expletum legitimi puerperij, & per SINGVL A naturalia, & peccatum non trahentia nobis hominibus similis factus est, & infra ( quæ debebat Pozæ ponderare ) Deinde partu nostro natus, lacte nutritur, & crescit, & corporales ætates ( alias ætatum mutationes ) discurrunt, donec ad humanæ ætae perfectionem pertingeret. Facebat quippe, incedendi similiter nobis operationem, quæ humaniter actitata, & secundum humanam substantiam progrediens humanæ eius naturæ erat ostensio. Vnde, & ex loco scut nos ad locum commigrabat: quia, & veraciter factus est homo, & naturam nostram habuit indiminutæ, & circumscriptione carnis suscepit, & habitum nobis competentem induitus est. Corporalis n. idest corporis, & forma ipsius habitus existit, iuxta quam in utero conceptus formabatur, & quam semper seruavit, & in seculum indiuise conseruabit. Idcirco esuriens cibabatur, id est sitiens potabatur, & ut homo bibebat: ideo pueriliter batulabatur, vñis virginalibus superuenctus, & materno sanguine repositus: ideo fatigatus sedebat, et somni indigens dormiebat: sed & dum cæderetur, dolebat &c. dabat itaq; cum volebat, humanæ naturæ tēpus OPERARI, & pati quæ sua sunt, ne forte phantasia quædam, & visio inanis, nominabilis eius iudicetur incarnatione, & postea. Corpus n. se passibile, & mortale atq; corruptibile induit, & natura libus nostris atq; irreprehensibilibus subiectum agrimonij: & huic quæ naturæ sua decenter conueniebant, pati atque PATARE indulset usq; ad resurrectionem ex mortuis. Hæc Sophronius ( Pozæ et diametro oppositus ) cuius ut præcedentium Patrum doctrinam Angelicus isdem pene verbis professus est, vide 3. p. q. 14. a. 2. & 3.

VII. REGVLA præcedentibus valde affinis. Si res sit aliqua pertinens ad materiam grauem, & nullus sit assertor præcedens, quem imitetur nouum aliquod introducens, pede plumbeo incedendum, ad illud dogma sequendum, maximè si eiusdem promulgator, & autor, nunc primum sibi veritatis faciem præluxisse, & nouas semitas, vel plus ultra progredi datum sit, inaniter glorietur.

Prima

Prima pars patet ex S. Cyrillo ad Clericos Constantinop. qui cum ad Nouitates Nestorianas infringendas, & meritam ab Episcopis damnationem ostendendam laborasset; *vñum*, ait, *satis fuisse*, nēpe, quod *etiusmodi in illis exegesis legantur*, cuiusmodi à nemine in Ecclesijs dicta compériuntur. Si ergo in fidei materia eo solo titulo suspecta habita est Nestorij doctrina, quod exemplar non haberet, vel auarem, idem in doctrina Theologica, & in graui materia obserandum proportionaliter.

Et in Concil. Ephes.t.2.c.9. ilud S. Capreoli admonebat Epistola ad Concil. Ephes. *Nouas doctrinas*, & ante hac Christianis auribus innostatas, priscæ auctoritatis robore instructi, e medio profligatis &c. loquens de iam definitis. Quod si quid forè nouarum controversiarum incidet, id tēpestiu discussioni subjiciatur, oportet, ut vel recte dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur, & postea. Porro qui illam perpetuam fiabilitatem retinere voluerit, qua de Catholicæ ratione statuerit, is NON PROPRIA auctoritate, sed antiquorum Patriū indicio sententiam suam corroborare debet, ita ut partim veterum, partim recentiorum sanczionibus, & sententijs placita sua comprobans, unam eandemq; veritatem, iam inde ab initio, ad præsentem usq; temporis articulum, simplici puritate, inuitaq; constantia, & auctoritate decurrentem se docere, & tenere ostendant. ] si hæc regula seruaretur S. Capreoli, nunquam exoriarent nouitates, vel ortæ, tamq; im nebulæ ab huius doctrinæ sole lucidissimo dissoluerentur.

Secunda pars patet ex verbis S. Cœlestini Papæ ep.ad Concil. Ephes.tom.1.c.18. vbi contra inuentores nouitatum sic ineuhitur *Palam est autem eiusmodi sermonum nouitates*, non aliunde quam ab inanis glorie cupiditate profisci. Nam ubi primum quidam acuti, & perspicaces prudentesq; uideri volunt, ST AT IM in id incumbunt, ut NOVI quidpiam commententur, quò bat nimirum ratione apud ineruditas, simplicesque mentes, momentaneam aliquā acuminis gloriolam consequantur. Sed quis unquam vera potitus est gloria, qui sibi ipse sapientis nomen arrogaret? &c. is enim hoc ipso sicutum se declarat, quod se sapientem autumat, ] & de hereticis S. Hierony. in Efc.22. Clamoris plena urbs, doctrina hereticorum: non in sensu, sed in multiloquio, & clamore versatur, est urbs plena, & exultans per superbiam, inflati n. tu- ment, & Sacrorata se inuenisse gloriantur.

Idem quoq; obserandum in materijs graui bus, ne propria placita intrudamus, & nos eorundem primos autores faciamus, ne quod absit, rupto antemurali sanæ doctrinæ, ad murū sacrorum dogmatum irruamus.

Hac regula vñi sunt falso nominati Theologi Mansfeldenses in sua Confess. pag.120. sic dicentes. [ *Suspectam meritò habemus Sacramentiorum doctrinam*. Primo propter nouitatem extitit n. recens nostro tempore, & ignota fuit vetusta Ecclesiæ. ]

VIII. Regula quotiescumq; in diffcillimis

mysterijs, doctrina traditur sub hoc prætextu, quod sit facilior, vel magis quietatua intellectus, vel sensus, & non magis, est correctua sensus, & intellectus, utrumq; captiuando in obsequium Christi, de falsitate est suspecta. Hæc regula fundatur in 2.ep. Petri 1.vb. dicit Apostolus: *non n. voluntate humana aliquando allata est Propheta; sed Spiritu S. inspirati locuti sunt Sancti Dei homines*, vbi clare insinuatur, non humano captui, & voluntati subiicienda mysteria, sed potius humanos sensus, & intelligentiam, diuinæ reuelationi regulandam committere opus esse. *Aicut ergo ait Beda in eum locum*, non sua propria, sed Dei verba scribant, ita lector eorum non sua propria interpretatione potest vitii, ne à sensu veritatis exorbitet, sed hoc omnino modis debeat attendere, quomodo sua verba voluerit intelligi ipse qui scripsit. Idq; proprium est Christianæ modestiæ ( ait Lerinens. ) non quo volumus religionem trahere, sed à religione trahi. lib. contra prophæt. vñcum nouitat.

Ex hac regula Vvaldens. t.2. doctr. de Euch. c.64. confutat Tropistas, & alios Hæreticos Sacramentarios, quorum patrocinium suscepérat Vuitcleph, qui impanationem, vel tropum induxerunt, tanquam viam facilem, & sensibus, & capacitatati accommodatam, vnde introducens postulantes istam viam, sic discurrevit num.4. [ Quid si dixerint Philosophi? ista via vicinior sensui pro accidentibus sustinendis, aut leuior est nostris conceptibus, constitue nobis illam. ] Frustra sibi petunt, quod optant sensibus felicet suis fidem artare, & ad libitum peruertere veritatem. Quid ad hæc Ecclesia sancta respondet? Non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut plus vel minus loquar: quamvis dederis mihi domum auro plenam. Ecce facilius esset nostris conceptibus dicere Christum purum hominem, & non Deum cum Ario, quam supra omniem sensum, Dei Filium eternaliter sine mutatione, vel ordine temporis propagatum à Patre in identitate numerali essentia, & tamen viam primam abieci. Sacrum Nicenum Concilium, & elegit secundam. Leuius esset dicere cum Manichæo Christum non fuisse verum hominem, ne immortalis Deus mori credatur in cruce, & tamē relecta est, damnata est, & via diffcillior präelecta. Quare autem ista electa est, illa delecta solaratio est: quia hæc est sententia veritatis, illa non sc. istam ergo sequebatur magnum Concilium, & insequebatur illam, sed quomodo videbatur ista tunc veritas, & illa non? quia hoc semper in consuetudine docere solebat ANIMA T A FIDES Ecclesiæ à tempore Apollolorum &c. I quem discursum erudite prosequitur. Non ergo ex facilitate, vel leui via, sed ex certa doctrina fidei, Ecclesia dogmata tradit, & hæreses facilitatem intelligentie promittentes, hoc exemplo posteros prämuniens.

Itidem S. Aug. lib.1. de peccatorum meritis, & remissione c 22. sinuosam, & perplexam questionem tractans de vocatione efficaci, & alta, & mirabili prädestinatione diuina, non ad quietatiwas, & sensum mulcētes ratiunculas recurrat, sed

sed ad fiduci documenta dicens. [ *Hæc gratia cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta causa esse potest, iniusta non potest. Numquid iniquitas apud Deum absit? Sed prius scripturarum autoritatibus collata subdenda sunt, ut ad intellectum per fidem, quisque perueniat. Neque non frustra dictum est. Iudicium tua sicut abyssus multa. Cuius abyssi multitudinem velut expaescens exclamat Apostolus. O altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae Dei &c.* Valde n. paruum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudicio summi Dei, ad discutiendam gratiam gratuitam nullis praecedentibus meritis, non iniquum, quæ non iam monet cum praestatur indignis, quæ cum aquæ in dignis alijs denegatur. Nam & hi quibus videtur iniustum, ut parvuli sine gratia Christi de corpore exeunt, non solum Regno Dei, quo & ipsi fatentur, nisi per baptismum renatos intrare non posse, utrum etiam vita æterna, & salute priuentur, quærentes quomodo iustum sit, ut alias ab originali impietate solvatur, alius non solvatur, cum eadem sit utriusque conditio, ipsi respondeant secundum suam sententiam, quomodo idem iustum sit, ut haec praefetur baptismus, quo intret in Regnum Dei, illi non praefetur, cum sit utriusque pars causa. Si n. monet, cur ex his duobus cum ex aquo ambo sint originaliter peccatores, alius ab hoc vinculo solvitur, cui conceditur baptismus, alius non solvitur, cui talis gratia non conceditur, cur non pariter monet, quod ex duabus originaliter innocentibus, alius accipit baptismum, quo in regnum Dei possit intrare, alius non accipit ne ad regnum Dei possit accedere. Nempe in utraque causa ad illam exclamatione redditur. O altitudo diuitiarum. Ex ipsis deinde baptizatis parvulis, dicatur mihi, cur alius rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, & alius vivit impius futurus? Nonne si ambo raperentur, ambo in Regnum cœlorum ingredierentur? et tamen non est iniquitas apud Deum, & c. 22. prosequitur discursum. Unde n. fit, ut homo ab ineunte pueritia modestior, ingeniosior, temperator, ex magna parte libidinum vicit, qui oderit avaritiam, luxuriam detestetur, atque ad virtutes ceteras proiectior, aptior, consurgat, & tamen eo loco sit, ubi ei praedicari gratia Christiana non possit? Quomodo n. inuocabunt, in quem non crediderunt &c. Alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitijs, et facinoribus cooperitus, ita gubernetur, ut audiat, credat, baptizetur, rapiatur, aut se detentus hic fuerit laudabiliter vivat? Vbi isti tam diuersa merita contraxerunt, non dico, ut iste credat, ille non credat, quod est propriæ voluntatis, sed ut iste audiat, quod credat, ille non audiat: hoc n. non est in hominis potestate. Vbi, inquam, hæc tam diuersa merita contraxerunt? &c. & infra quid huic respondeant omnino non video, qui volentes humanis coniecturis iustitiam Dei defendere, & ignorantes altitudinem gratiae, fabulas improbabiles texuerunt. Ecce quomodo Aug. ne in tam alto eretur mysterio, non ad humanas conjecturas recurrentem docet, & apparenter quietatiuas vias, sed humiliter diuinis eloquijs

colla submittere. Nimis longum esset si in alijs materijs alia adduceremus, hæc quæ adducta sunt sufficient ad regulam demonstrandam.

Ex hac regula confutari possunt hereæci, qui quietatiua dogmata sectari se iactant, vnde proinde quietos, atque & securos volunt esse suæ sectæ homines, ut nullo pacto hæsident de prædestinatione, & gratia, ut inani fudicia freti liberè afferant, vnumquemque fidelem si fidem habeat debere credere esse de numero prædestinationis, vnde Calu. 3. inst. c. 2. §. 16. dicit, quod verè fidelis non est, nisi, qui diuinæ erga se benevolentia promissionibus fretus, indubitate salutis expectationem præsumit. reclamante diuinâ scriptura 1. cor. x. qui stat videat, ne cadat, & Philipp. 2. cum timore, & tremore vestram salutem operemini. & omnes fideles certo item astruit idem Calu. in institut. debere, & teneri ad credendum se esse in gratia. idem scripsit Luth. in lib. de fide, & oper. Philipp. in Apolog. confess. Augustanæ, reclamante tamen eodem Apostolo 1. Cor. 4. atque dicente: nihil mihi conscientius sum, sed non in hoc iustificatus sum, & in Ecclesiastes c. 9. Nemo potest scire utrum odio, vel amore dignus sit, idque Dei dispensatione merito factum est, ut nesciente se homine, satagat ut timeat, ut humilietur, ne præsumat in se, ut conditoris sui auxilium requirat, & qui in se fidens, mortuus est, autoris luii adiutorium appetens uiuat. vide Greg. 30. moral. c. 32. Bernard serm. 1. de septuages.

**IX. REGVLA** in materijs moralibus, ut extrema vitanda in sequela opinionum, ita via media incedendum est, ut ne conscientiae ex nimio rigore, vel scrupolositate suffocentur, nec adeo laxentur habenæ, ut in præcepis ruant. Si tamen declinandum esset ad extrema, potius ad strictiores, antiquiores, probabiliores communiores, & receptiores, declinandum, quam laxiores, singulares, à paucis receptas. huius regulæ ratio accipitur ex Lacl. lib. 3. c. 7. In disponendo vitæ statu, formandisq; moribus, periculo maiori peccatur, quare maiorem diligentiam necessaria est adhiberi, ut sciamus quomodo nos oporteat uiuere. Illic & sicilicet in Physicis, & huiusmodi, potest venia concedi, quia, siue aliquid dicunt, nihil prosunt, siue delirant nihil nocent. Hic verò, in moralibus, nullus locus dissidio, nullus errori locus est. in illa, nempe Physica ut periculi minus, ita plus difficultatis, quod obscura rerum ratio coagit diuersa, & varia sentire, hic, ut periculi plus, ita minus difficultatis, quod ipse usus rerum, & quotidiana experientia possunt docere, quod sit verius, & melius.

Ex qua regula in materia temperantiae cauenda sunt opiniones illæ satis lubricæ, quæ pro probabilibus venditatae sunt, in materia venebra, paruitatem delectationis assignantes, in multis illecebris solum peccatum veniale concedentibus, quæ ut improbabiles reiecit, item in materia ieiuniorum, & abstinentiarum, molles, & delicatuli quidam ad nudum nomen, carnis afflictionem, & macerationem deducere conantur: in materia iustitiae commutatiæ multa introducta, à nonnullis, contra communem

circa venditiones, & emptiones, & in materia usurarum statera dolosa adiuuenta, vt multi usurarij contractus iustificantur: in materia iusticie distributiæ multa emollita, circa officiorum distributiones, & venditiones, & sub imagine virtutum multa palliata, quæ virtutes non sunt, ex Laetantio, sed virtutum euersiones.

Hinc Gerson de examinat doctrinarum consideratione quinta s. attendendum, scripsit quod in examinatione doctrinarum oportet considerare, si sit ad commodum temporale, vel quæstum: dici non posse, quam mendax cupiditas, nec diuinis parit, nec humanis. Hoc in aduocatis pluribus eruditis, ad mendacium qualibet in causa, Hoc in doctrinis usurariorum, & simoniaeorum. Vide quæ scripsimus c. vltim. de deposito Apostolico ad hoc propositum necessaria valde, & oportuna. Et ex consideratione 3. cauenda sunt doctrinae si aptentur ad gratiam aucupanda eorum quibus consultitur. Quid n. inquit Gerson est efficacius ad corrumpendam omnem doctrinam, quam adulatio subdola, vel consulentium, vel conscribentium, vel audientium, vel recipientium cum indiscreta laude, & inexaminata gloria simul cum admiratione, & quotes (subdit) vidimus impletum illud Comici de adulatore: hic profectò ex stultis insanos facit. Quod in de amicitia vetuit Ciceron, dicens, homines adulacionis impletos vento sibi sumere species improbissimas, vel errore suo fundatas, unde nihil superest illis nisi discrimen, & perditio. Aduersus has doctrinas ad placitum audientium fabrefactas, & ex laudatione recipientium tornatas, illud verificari asseruit Hieronymus, Prophetæ, nempe illi falsi DD. prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus, & populus meus dilexit talia, & in c. 4. Oœc ait, H. crony. pseudoprophetas fuisse in Ierusalem, qui propter dona, pacem, quæ eis data non erat, prædicabant, & si quis munera non dedisset, quamvis Sanctus esset iram Dei nunciaret esse venturam. Contra quos Origenes hom. 3. in c. 15. Es liberet nos Deus de manutalium Magistrorum, qui ubicunq; fuerint ad voluptates audientium loquentes, scindunt, et dividunt Ecclesiam, quia plures sunt magis amatores voluptatis, quam Dei.

X. REGVLA. In materia Theologiae mysticæ, diligenter, quæ eduntur à nonnullis, animaduertendū est, nū Scholasticæ doctrinæ conueniant, plerumq; n. in his deprehendes, quæ ad apathiam stoicam spectant, & huiusmodi. Vnde, & merito Cassianum sugillans id aduertit Cantell. Parisiensis Epistola ad Bartholomeū Carthusiens. de operibus Io. Rusbrochij. Alij quoq; alia parum examinata, aut nimis rigida tradunt, quæ communis. Schola Theologica veritatis merito non admittit, aut reiicit, multis eiusdem propositiones enumerat, quod in contemplatione spiritus perdit se ipsum, & suscipiens illā claritatem sine intermissione, ipsa sit ea claritas, quam accipit: Quod esse nostrum creatum secundum essentialē existentiam, unum est cum esse eterno, & similia nedum in hoc authore, verū in eiusmodi mysticis tractatoribus reperies, quæ

vt quantum fieri potest piè potius, secluso fidei, & simplicium periculo, interpetranda, quam rigide condemnanda: nihilominus oportet recolere Augustini regulam superius traditā, quod nobis ad certam regulam loqui fas est, & in ipsis nominibus, vel venenum posset latere, vel sub dolus sensus, vel erroris occasionem ex sua significatione parere posset, vnde constans Sanctorum etiam traditio, nec in nominibus oportere conuenire cum hereticis: vnde si SS. Patres, vel saltem in nominibus, vt expostulabant heretici, & patet in Concilijs, condescendere voluerent, bellum cessasset, at iudicabant, melius esse iustū bellum pace impia, & à Deo distrahente, vt docebat Nazianz. Apol. 1. Quamobrem ex eodem Gersone in alia Epistola ad eundem Carthusiensem, modus ait, loquendi DD. si reperiatur impropus, & parabolicus, & inusitatus, aut figuratus extendi, vel in usum trahi non debet, sed ad sensum proprium, & non figuratum reverenter exponi, alioquin frustra essent DD. in Theologia constituti principaliter ad hoc officium elucidandi sacram scripturam, quin magis, atq; magis aliter agendo confunderent. Vnde si quis ad vim vocis sustinere vellet, quod Deus ad liberandum hominem, non horruit virginis utram, utiq; erroris reus esset: Tolerent igitur patienter homines inferioris gradus, & scientiae, si dicta eorum querantur ad proprium usum coartari, non in perniciem doctrinæ Catholicae dilatarari. Hac consideratione permotus existimo doctores nouissimos, Thomam, Bonaventuram, Alexandrum de Ales, & similes, dum omisso omnibus verborum ornatu, tradiderunt Theologiam per quæstiones, vt sub certis regulis, & sub praecisa verborum forma tutissimam haberemus Theologiam, tam practicam, quam speculativam, reducendo doctores omnes priores ad unam, securamq; locutionis proprietatem. Similiter, & posteriores omnes, vbi contigerit diuersis locutionibus, à communi locutionum genere discrepare, per limam Scholastcam, vel emendandi, vel amandandi, sed plura de hac materia in nostro opusculo de locutionibus mysticorum, interim consule Mech. Canum 2. lib. de loc. c. x.

XI. Regula. Sicut doctrinæ à mulieribus sanctitate præditis editæ, maximè per Ecclesiam albo sanctorum conscriptis, vt cum omni reuerentia recipiendæ, sic passim, quæ à mulieribus deuotis scribuntur, non nisi cum magna discussione, examine, & superiorum iudicio recipi debent, nec villo pacto ante hæc omnia, publicā d. r.

Prima pars patet, & ex revelationibus S. Buggittæ, S. Catherinae Senensis, & S. Therese cōstat aperte, quæ in Ecclesia tanquam utiles, & conducentes ad profectum spiritualem à pīs fidelibus, Ecclesia, vel probante, tacite vel exp̄lēs passim leguntur, ad instructionem &c.

Secunda pars ex A postoli doctrina constat, ait. n. spiritum prophetæ non esse extinguedū, sed illico subdit: Omnia probate: quod bonum est tenete: ab omni specie mala abstinetes vos. Vnde optimum est documentum Gersonis loc. cit. considerat. 3. dicentis [ caueant, qui dati sunt in regimen, & exemplum, ne leuiter suis verbis, aut

aut factis approbent doctrinas eorum, vel miracula seu visiones insolitas ipsis maxime scientibus, seu coram eis, nulla plane posset altera dari talibus ad fingendum fortior occasio. Experti plures loquimur. ] sed maiè hanc doctrinam applicando, sic in S. Catherinam stylum acuit, ut patebit lezenti hanc subsequentem periodū. [ & Gregorius XI. tesis fuit idoneus, sed tardus nimis, hic positus in extremis habens in manibus sacram Christi corpus protestatus est coram omnibus, ut cauerent ab hominibus, seu viris, seu mulieribus sub specie religionis loquentibus visiones sui capitatis, quia per tales ipse seductus dimisso suorum rationabili consilio se traxerat, & Ecclesiam ad discrimen schismatis imminet, nisi misericors proiseret sponsus Iesus, quod horrendus usq; huc nimis patefecit euentus. ] deinde sequitur in Gersone. [ Hic Papa cū esset Auenione per Catherinam de Senis inductus est, qualiter se Romam transferret, Cardinalibus, & ceteris dissidentibus, quo cum veniret circa dimidium anni obiit. Ex tunc cepit schisma quod duravit per circa annos XL. Urbano VI. & suis successoribus in Roma vz. Boni facio IX. Innocentio VII. Greg XII. Alex. V. Ioanne XXIII. Martino V. usq; ad Concil. Constantiē. In Auenione vero Clemente, Benedicto XIII. qui & Petrus de Luna, electis sed historia Greg. XI. null'a autoritate fulcitur, & Germon Galius satis passione excrucatus est, ob translationem Romanae Sedis, e Gallijs ad Vrbem Principem, quare non est mirum si in S. Catherinam haec euomuit, hic autor, qui etiam parum solidè sensit de Sacro Petri principatu subdendo eius autoritatem Conciliis. Sed Ecclesia Romana tanti beneficij memor in aula Constantiana hanc translationem depinxit.

XII. Regula vitæ quoq; sunt nimia affectate, vel obscuræ locutiones, quæ vel sensum Theologicum non explicant, sed potius obscurant, & inuoluunt ex ambigibus uerborum, & affectata scriptione, unde de Tryphilio uerborum aucupatore tractans Niceph. lib. 8. c. 42. cum aliquando multorum Episcoporum sua fione in suggerium ascendisset concionaturus, & illud explicandum se offerret; *Surge tolle grabatum tuum, & ambula* Ioan. cap. 5. affectatis uerbis utens, uerborum simplicitatem in calamistris fucos transmutans sic dixit: *Surge tolle cubile tuum, & ambula*. cuius non tam temeritate, quam audacia offensus, Sanctus ille Spiridion Trimituntin. Cypriorum Episcopus, in medium conuentum profiliens, in hac e zeli sui pectoris officina, accensa uerba prorupit, eidem silentium indicendo [ non tu quidem præstantior es eo, qui grabatum dixit; qui igitur pudor iste est, verbis illius, cum decore non velle vi? atq; his dictis in conspectu omnium Episcopali sede exurgens fastum, & supercilium eorum, qui oratione se se offerrent, obiurgauit. ] ad extera transeamus.

Hinc dixit ille Franciscus Patritius lib. 5. de regno t. 2. pag. 299. affectatio uerborum, & auctorium syllabarum, minus grata grauibus viris esse solet, & lib. 2. c. 10. pag. 117. exemplificat

de Asinio Polione, qui librum in Crispum Salustium scripsit arguens in illo nimiam priscorum uerborum affectationem, nimiamque obscuritatem, & audaciam quandam nimiam in translationibus, & figuris, monuit quoq; eum, ut note, ciuili, pro prioq; sermone uteretur.

*Vel inuidet,* (ut exteris quoque afferamus ad symmistarum suorum affectationem eludendam scripsit Camer. cent. 2. oper. suis pag. 287.) vel fallere conantur, qui obscure dicunt, docentq; ac monstruosa oratio monstruosa mentis certum iudicium prohibetur.

Hoc in Antonio increpabat Octavius, qui dicebat illū ea scribere, quæ homines admirarentur potius, quam intelligerent.

Huius successor Tyberius nimia etiam uerborum affectatione, & sententiarum quadam morositate, quæcunq; scribebat, adeò obscurabat, ut ex tempore cum diceret, præstantior, quam si dedita opera haberetur.

Ouidius dicebat. *Sermonis, publica forma placet.*

Lucianus quoq; laudat genus dicendi europæi. paratu facile, non affectatum, non horridum, non durum.

Homines dicebat Homerus sunt ὑπερπται τὰν εισατον καὶ διαμαζι τὰν αὐτῶν, contemnunt unitatē, & admirantur peregrina, noua, absurdā.

Discursum claudamus cum Greg. Nazianz. orat. in laudem Athanasii. *Fuit quondam tempus, cum res nostræ florarent ac præclarè se haberent, cum nimis um superflua hæc, & verborum lepore, atq; arte fucata tractandæ Theologia ratio ad animas caulas ne aditum quidem habebat.* Verum idem erat calculis ludere inuisorij, celestite aspectum fallacibus, aut omnigenis, & lascivis corporis flexibus spectatores ludiscari, quod noui quidpiam, & curiosi de Deo, vel discere, vel audire, simplex contra ingenuaq; oratio, atq; doctrina pietas existimat. At posteaquam Sexti, & Pyrrhones contradicendi libidine, incitata lingua velut grauis quidam, ac malignus morbus in Ecclesijs irrepsit, quodq; Actor liber de Atheniensibus narrat, ad nihil aliud vacamus, quam ad nosq; aliquid dicendum, vel audiendum. ] & mox exemplificat de hereticis, qui reminis tantum societate, & lepore Trinitatem honerabant, ceterum sensu, & intelligentia conculcabant.

Sunt que que & alij quos refert August. de anima, & eius origine lib. 1. c. 3. quæ inutilia sunt, deletabilia sermone compto faciunt. Sed hoc, ait, ut facile corrigitur, uel sine detimento fidè à leui bus amatur, toleratur à grauibus. habemus n. quosdam spumeos in sermone, sed in fide sanos. ] sic de quodā argutulo, & loquaculo scriptore [ non itaq; desperandum est etiam hoc in isto, quamvis sit intollerabile si permanescit, possè tamen expurgari, & temperari, atq; ad integrum, & solidum, vel perduci, vel reuocari modum, præsertim, quia iuuenis esse prohibetur, ut quod minus habeat peritt supplet diligētia, & quod cruditas loquacitatis eruat, etatis maturitas decoquet, & cetera ] & coronidis logo hanc auream sententiam apponit, Illud

est molestum, & periculosum, vel perniciosum, si cum laudatur eloquentia, persuadetur insipientia. & in precioso poculo bibatur pestifera potio.

Vltima regula. sinoua doctrina, quæ introducitur in rebus Cath. religionis supererfertur supra ueterum sapientiam, & tanquam nouiter de celo lapsam, à memine traditam, & huiusmodi, sestandam suadeant inuentores, suspicionem præui dogmatis seminati, vel seminandi præsefert. Hoc specioso titulo sua infanda mysteria Gnostici obtegebant, ex Irenæo lib. 2. c. 1. dicebant. n. se non solum præbyteris, sed & Apostolis esse sapientiores, sinceram adiuuare veritatem, & uerum lib. 5. c. qui relinquunt, ait, præconium Ecclesiæ, imperitiam Sanctorum Præbryterorū arguunt &c. De Arianis scribit Theodoreus in hist. Ecclesiastica lib. 1. c. 4 hæc verba. Neminem volunt ex antiquis Patribus sibi comparari, neq; illos quibus nos ab inuente etate usus sumus præceptoribus, se pares exiſtimari finunt. Imò vero ne unum quidem collegarum nostrorum, vel ad mediocrem sapientiam peruenisse censem, SED SE SOLOS sapientes, & sibi solis ea doctrinæ patefacta esse mysteria, quæ in nullius unquam sub sole cogitationem, ac mente venerunt, arbitrantur J & 1.b. 7.c. 32. sic dicitur à Socrate de Nestorio. Veterum interpetrum scripta perdiscere deditus est. Lingua. n. uolubilitate, & elegantia insolenter se efferens, cum veteres propè neglexit, tum se ipsum omnibus antecelle, & existimauit. Vnde Patres Concilij Ephesini, quod etiam annotauit Lerinensis, merito hanc presumptionem, & superbiam Nestorij à posteritate cauendam, his verbis, litteris consignarunt Inueni sumus in Nestorij secleratam presumptionem, quod sacram scripturam se solum, & PRIMVM intelligere et omnes eos ignorasse factaret, quicunque ante se Magisterij munere prædicti, diuina eloquia tractauissent. Jamili petulantia, nec Patribus, nec Concilij, nec Angelis deferendum scripsit Lutherus 1.b. contra Regem Anglie: sua dogmata, e celo hauiſſe, nec secus ac Elcesei, doctrinam, e superis descendisse gloriabantur, ex Theodore. & Epiphani. Quare quotiescumq; in aliquo talis superbis, & superciliosus spiritus deprehenditur, vt se solum, primum, melius, quam veteres aliquid in scriptura, & in dogmatibus se inuenisse iactet, stylum Hæreticalem imulari, non leuis est suspicio, si superbia illa sit cum doctrinæ nouitiate coniuncta.

Hæ paucæ de multis regulæ, plures tradituri eum de astutis, & moribus hæreticorum tractabitur tom. vlt. Deo duce.

His ergo regulis deprehendi possunt propositiones, an cum pietatis doctrina cohærent, & deseruire possunt qualificatoribus Sanctissimæ Inquisitionis.

In quibus duo cauenda primum ne nimio affectu asseratur ad pietatem pertinere, quod sub pietate non est. Secundum ne nimis remissi, & negligentes simus non refellendo contraria. Sp̄itu (ait, Nazianz. oratione) de moderat. in disputatione ferueamus, ne aliqui paulatim in mortem obdormiamus, aut dormientibus nobis

perniciosa & ixania hostis superferat, ignavia. n. & segnities somno coniuncta est. nec rursum cū temeritate, & cæco nostri amore inferuescamus, ne in transuersum abripiamur, viaq; regia excidamus, vt vel calcaribus propter traditatem opus habeamus, vel propter temerarium animorum impetum in præcepis ruamus. Quin potius curam adhibeamus, vt virihsq; utilitatem colligamus, illius nimirum levitatem, & moderationem huius zelum, utrinq; rursum uitium fugiamus: illius s. veterosam pigritiam, huius vero temeritatem. Hac ratione fiet, vt nec ob defectum steriles, et infrugiferi simus, nec propter excessum periclitemur.] Ea quoq; lex est seruanda, cum propositiones qualificamus, quod nos non aucto scamus Iudices, sed cōsulares, magistros, & Doctores, non autem Pastores, hoc est vt dicūt alij, id fiat magistraliter, non autem iudicialiter. Præterea, vt si iustis de causis pro Ecclesiæ pace, R. n. Pontifex, vel tacendum, vel manum à censura temperandum iussit, nec etiam magistraliter censuremus, sed humiliter pareamus, vt decet modestos Ecclesiæ filios: alioquin præter inobedientiam, magna esset imprudentia: acrius, quam par est, (vt dicebat Nazianz. oratione 1. de Theol.) pro Verbo certare; quād Verbo ipse sit gratum, ac proinde tales dicit Sanctus: haud hominibus mente captis dissimiles sunt, qui suas domos incendunt, vel liberos dilacerant, vel parentes protrudunt, pro alienis videlicet eos habentes.

Cauendum rursum est, ne pédente, in controversijs pondum decisis, iudicio Romana Ecclesiæ, dicamus definitum, quod definitum non est, nec pro hac, vel illa sententia controuersa, hoc vel illo authore pronunciatum, ne Ecclesiæ iudicium anteuertere videamur. Libet in hoc Bæza t. 3. lib. xv. c. 2. placitū quodam referre, vt letores iudicent, an hunc canonem obseruarit. Is ergo cum cuiusdam dicteria confutasset, ad societatem Iesu comedandam pergens sic scripsit. Da errorem exortum in hac tempestate, quib; non inueniatur confosus à filijs societatis IESV Nullum debis? omnes obtruncat Bellarminus, Canisius, Valenii, Beccanus, Turrianus, & alij, & nouissimos illos Anglicana Synagogæ sapientissime confecit Xuarez. Quis hæreticos, vel erroneus in tota Germania, in Belgio, in Anglia in Gallia, qui non spicula senserit filiorum societatis? Hi veri fidei milites, non ad illam falso configunt, sed pro illa contendunt, & dicunt, & calamo. Hos imitetur, qui inter fidelissimos homines fidem vociferatur, & in arenam profide descendat notans hostem in particulari, quod si descenderit, hoc unum scio, quod profide ad armarium configuet scriptorum societatis Iesu. Hæc pro pietate Bæza pro matre sua doceret, quæ bene merita de Ecclesia in hostes fidei suos cuneos non ab alijs sciunctos, sed cum alijs diuersorum ordinum coniunctos direxit, & cū alijs famigeratissimis omnium ordinum viris (quorum catalogum non est nunc ad propositum texere) pugnauit fortiter bella Domini. Mox ad institutum nostrum laudandum se accingens hæc subiungit. Laudo eiam Sacrum Prædi-

Prædicatorum ordinem, qui pro fide stans, ubi Ludouici Molinae Societatis Iesu splendidissimi Theologi concordiam de libero arbitrio suspe-  
ctam habuit, rem ad fidei iudicem Pontificem detulit, & vel suspecta commata asterisco no-  
tans, coram tanto iudice alacriter, & fortiter  
pro fide pugnauit. Hæ ordinis Sancti Domini-  
ni laudes. Quid subinfert tandem? Sed ea-  
erat Molina doctrina, quam nec anni domuere  
decem, nec prælia mille; imo post tot prælia,  
post tot doctissimorum hominum iacula IV DIL-  
CANT E PONTIFICE MAX. inuulnerabilis apparuit. Admiranda scilicet prærogatiua, Aeneæ donis excellentior, nam illi cum  
armis fatidicis accinctus esset dictum, ne super-  
bos, Aut acrem dubites in prælia poscere T ur-  
num huic datum in prælia nedum poscere, sed  
vincere Pœnum. Qualis autem sit doctrina  
Molinae, non est nosru iudicare, verante Apo-  
stolico Throno, ne in hac materia censura pri-  
uatorum hominum locum habeat, & qualibet  
manus à scribendo in hac materia se temperet,  
quibus decretis humillimè obtemperamus.  
Quia verò, quæ continentur in his verbis s. do-  
ctrina Molinae iudicante Pontifice Max. inuul-  
nerabilis apparuit, decreto Summi Pontificis  
contraire videntur, propterea non est silendum  
pro eiusdem decreti defensione, & honore Sedi  
Apostolicæ, & ne incauti hæc legendo in la-  
pidem offensionis impingant. Scendum igitur  
est, quod sub Paulo V. felicis recordationis, vbi  
completae essent disputationes de auxilijs, eius  
iussu ordinatum est anno 1608. vt consultores,  
& disputatores ad propria possent commea-  
re, interim partes non auderent se inuicem  
censurare, & definitionem Sedis Apostolicæ  
expectarent. Vbi iudicauit Pontifex, inuulne-  
rabilem doctrinam Molina remansisse? Quo  
decreto? quo verbo id pronunciatum? sicut  
non est nostrum nosse tempora, vel momenta,  
quæ Christi Domini Vicarius posuit in sua po-  
testate, quando scilicet definitio promulganda,  
ita nullus nostrum scire, vel dicere potest,  
quod hic vel ille autor sit vulneratus, vel non  
vulneratus. quæ alia definitio expectanda es-  
set, si iudicante Pontifice, iam apparuit Molina  
inuulnerabilis? perinde n. est ac dicere iam  
Molinam approbatum, oppositam sententiam  
non approbatam, sed reprobata, imo, & vul-  
neratam. Si suspensio iudicij, vel dilatio pro-  
mulgationis definitio est, aliarum quoque con-  
trouersiarum fidei assertores vulnerabiles, vel  
inuulnerabiles dici possunt, pro placito asser-  
tentium, summo Pastore suspendente iudicij,  
vel sententiam in opportuniora tempora reser-  
vante, inde innumera inconuenientia, lites in-  
terminabiles oriri possent, dum inuicem sibi  
insultare possent, & ante Victoriam triumphū,  
& Pœna canere. Suspensio iudicij maiorū dissi-  
diorum, quod est impium dicere potius fo-  
mes esset, quam extinctio, plauderent hæretici,  
& ex dissidijs, & controuersijs nostris, vt luge-  
bat Nazianzenus oratione de pace, fierent inso-  
lentiores. Iam vero cum idem autor, vt supra  
visum est q.2.a.9. Augustinum profiteatur se

non sequi, sed ei contraire in antiqua concor-  
dia, qua confutauit Pelagianos ( quam insuffi-  
cientē iudicauit) quid est aliud dicere (dum di-  
cit Bæza,) iudicatè Pôtifice, apparuit ille inuul-  
nerabilis ) nisi ( quod ab opposito potest inferri ) quod Augustinus, quem non sequi profite-  
tur in hac materia, remansit vulneratus? Parua  
est ne ista illatio euidenter sequens ex verbis  
Bæza? Viginti, non tantum decem, & amplius  
annis ( dicebat S. Prosper contra Collatorem )  
contra inimicos gratiæ Dei Catholica acies,  
huius viri (nempe Augustini) ductu pugnat, et  
vincit. Vicit dico quia non patitur respirare  
quos vicit, & in quorum excidium unam,  
cunctorū sacerdotum manu, sententiam scrip-  
tit. Puli Pontifices, & communione priuati que-  
rantur, quasi de nostræ felicitate victoriæ, &  
armentis nos linguis suas, qui exulare à ve-  
ritate, quam ciues Ecclesiæ esse maluerunt. No-  
stri autem corporales, & complices gra-  
tia Christi, cur de his armis quibus communis  
fides est defensata causantur? Cur bellum con-  
fectum retractant, & munitiones securæ du-  
dum pacis infirmant? an victores displicant,  
& vici placent? tantaque insolentia damnati fo-  
uentur errores, vt prauitatis inuidia, & autho-  
res nostri pulsantur, & indices? &c. Quid? quod  
ipsi Pontifices, qui in materia prædestinatio-  
nis, & gratiæ Augustini doctrinam Caroniza-  
runt iam vulnerati essent, si doctrina istius  
inuulnerata apparuisse ex decreto Apostolico,  
& tamen vt dicit Prosper, non vulneratus. In-  
nocentius quando nefandi erroris capita Apo-  
stolico mucrone percussit: nō Zozimus, quum ien-  
tentia Innocentij sententia sue robur adne-  
xuit, & ad impiorum detrunctionem gladio  
Petri, dexteras omnium armavit Antiflitum.  
Melius ergo erat dicere, vt debebat, nihil adhuc  
de definitione constare, quam dicere illum ne-  
dum inuulneratum, sed & inuulnerabilem.

Fateamur Pelagium vulneratum, & Augu-  
stino adapremus id quod Cypriano Augu-  
stini aptavit, Pelagium perstringens, & Virgi-  
lium illud adaptas: *Pallas te hoc vulnere Pallas*  
*Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit.*

*Videlicet: Pœnus te hoc vulnere Pœnus.*

*Immolat, & pœnam scelerato ex dogmate sumit.*  
Molinā vero nec vulneratum, nec inuulnera-  
tum dicere possimus, nec debemus, multo mi-  
nus inuulnerabilem. Certè modestius est ex-  
pectare Sedis Apostolicæ decreta, quam eius  
iudicium anteuertere. Quare, vt dicebat Pro-  
sper, *Confidimus Domini protectione præstan-  
dum, vt quod operatus est in Innocentio, Zozimo  
Bonifacio, Cœlestino operetur in Xysto, vel illi suc-  
cessori cui Deus placuerit, & in custodia Do-  
minici gregis hæc sit pars gloriæ huic reserua-  
ta Pastor; vt definita promulget.*

(663) (664)  
(665) (666)

## ARTICVLVS X.

Quantam authoritatem sibi  
vendicet Angelicus Doctor  
S. THOMAS Aquinas  
in Ecclesia Dei.

## Positio Hæreticorum.



Ddhuc viuente. S. Doctore, inimici Domini contra Sanctū Dei malignauerunt consilium, eius authoritatem infirmare conantes, cùm in arenam descendens, pro statu religionum mendicantū D.D. aliquos nempe Gulielmum de S. Amore, & Gyraldum impugnasset. Post eius obitum aliqui articuli, à quibusdā æmulis Doctoris Angelici, atro lapillo notati sunt. Licet post modum, maxima Sancti Doc. laude, ab Illustrissima Academia Parisiensi, aboleti sint atq; proscripti.

Procedente tempore, à Luthero S. Tho. non tam argumentis, quam calumnijs imperitus, Thomas dicebat impius, est veræ fidei corruptor, & scripturarum dilacerator, diuinique verbi peruersus interpres, verèq; adulterator Theologie, heresum, atq; falsitatum plurimaru inuentor, & qui Christum ad mundi doctrinam, non mundum ad Doctrinam Christi trahat, & rursus. Thomas p̄ceptuē sine Patribus sine Canonibus sine scripturis, sine rationibus, plerumq; loquitur, & ad Sylvestrum Prieratem. Per omnia fermè scripta sua, nil aliud facit, quam disputat, & quod grande etiam est, etiā ea, quae sunt fidei, in questionem vocat, & fidem vertit, in VTRVM, & alibi. Thomas Aquinas multa hæretica scriptit, quid ad me quod Bullarum Episcopus eum Canonizavit. ? & lib. de abroganda Missa priuata, eudem Sanctum vocat Alinum, Mulum, & officium de Sacramento non nisi à summo Dei hoste conflatum &c. Plura huius, & aliorum hæreticorum conuicta lege tom. I. præscriptionum in Prolegomenis c. 2. & 3.

## Quorundam positio Neotericorum.

**Q**uidam Anonymus prodijt Oschæ 1627. qui non contentus Patrum authoritatem infirmare, ijsq; Neotericos DD. coequare, & in ijsdem subselliijs collocare, omnes neruos postea intendit ad Doctorem Angelicum præscindendum, vbi n. primo proposuisset quandom imposturam dicendo S. Th. discipulos, doctrinam angelicam scripturæ Canonicas adæquare, & nil aliud prætendere, quam Thomas superstite, cetera alia Ecclesiæ luminaria extinguerre conari ( vt postea dicetur ) eo deuenit, vt

incertam reddat Sancti Doct. sapientiam, vt diceret: non est certum de revelationibus, quibus eius sapientia à suis commendatur: insuper, quod multa expressè contra fidem in S. Tho. reperiuntur, & tandem, quod magnam partem suæ summae S. Th. ab alijs sit suffuratus. P. Poza in Elucid. I. 4. tract. 5. cap. 5. multa in laudem S. Thomæ primo congerit, dicens. Ignorat, an Sole collustretur Mundus, qui D. Th. bo. dignitatem ignorat. Hortus sunt eius scripta: ex quo ætherei spirat odores, & c. 6. Vt in Sole, oriente, & occidente gratissimi colores conspicuntur: in Oceano tot rerum opulentia, littorum decor, & insularum amaranthus, oculos simul, & mentem trahunt: sic in D. Th. homœ doctrina, univerſa lumina, faces, margaritæ, & scientiarum promptuaria, aliciunt clarissimos discipulos, & alumnos. Displacent rosa, & balsama, cui Thomas nō placet, ille. n. singulis, acutus, neruosus, densus, solidus, sapientia, sanctitatis, & iudicij plenus est. Nihilominus eodē tract. c. 1. refert aliquos ( quibus conniuere videtur: ) dicere, quod approbationes Ecclesie DD. Hiero. Bonau. hæc solū prestant. Primo ut aliquam accipiant authoritatem, & honorem ex Pontificum laude. Secundo, ut declarentur utilia scripta, atq; adeo alliciantur fideles, ad eorum disciplinam. Tertio ut amoueatur ab ipsis, suspicio de hæresi voluntaria. Quarto ut horum allegatio faciat probationem, etiam si anchor nullam afferat, dum tamen oppositum non probetur: ] unde ( ait ) colligunt sic esse probatos DD. tempore Gelasij, ijsdēmq; ad numeratos S. Bonau. & Thomam: similiiter subdit, Sic etiam nostro seculo grauissimi, & diligentissimi viri, qui omni studio in hæreticorum errores inuestigi sunt, à Rom. Pontifi. litteris honorantur: ut illi, & doctrinæ, & integræ fidei sunt argumentum. Hæc apud Pozam. Quibus verbis, ut peculia em gloriam, & approbationem. S. Doct. prima fronte admittere videntur, ita etiam extenuant, dū peculiarem S. Thomæ authoritatem faciunt cum ceteris recentioribus communem perinde. n. esset dicere. Tantæ authoritatis, est S. Thomas, quanta huius, vel illius Neoterici, qui litteris meruerunt honorari, à Sede Apostolica, quæ comparatio, vel odiosa, vel contentioſa satis demonstratur. Idem met Poza trac. 5. c. 3. pag. 1213. vbi adduxisset multostenētes in s. Th. doctrinā multas reperiri propositiones quas Ecclesia repudiauit, quæ referuntur in argumentis, sic suū interposuit iudicij dicens. nullam esse in operibus D. Th. propositionem dampnatam, quæ ab illius mente, & calamō sit projecta, si que autem est illa à tempore, ab amanuensib; & Typographis irrepsit, & postea relatis ijsq; quos affigunt) erroribus (& referentur infra) subdit Poza. Nolo decernere, an univerſe illæ propositiones, quas huius Tertiæ solutionis DD. adducunt, mereantur: censuram, & que tandem illa, esse debeat; alias mereri insinuans ex recensitis, se censore dignas esse censura.

Obiectiones antiquæ.

4.

**A**rguunt Primo. quia in articulis Parisiensibus in 79. sic dicitur, quod substantiae separatae sint sua essentia, quia in eis idem est quod est, & per quod est, error, hoc autem docetur à S. Tho. p. p. q. 3. a. 3.

Secundo in arti. 82. sic dicitur, quod quia intelligentiae non habent materiam, Deus non potest plures eiusdem speciei facere, error, id autem docuit S. D. q. 50. a. 8.

Tertio quod inconueniens est ponere aliquos intellectus nobiliores alijs, quia cum ista diuersitas non possit esse à parte corporum, oportet quod sit à parte intelligentiarum, et sic anima nobiles, & ignobiles, essent necessario diuersarum specierum. error: quia sic anima Christi non esset nobilior, anima Iudei, & hunc art. docuit D. Tho. p. p. q. 85. a. 7.

Quartus articulus 229. vbi dicitur, quod voluntas manente passione, & scientia particuliari in actu, non potest agere contra eam: error, cui est consimilis art. 163. quod voluntas necessario sequitur, quod firmiter creditum est à ratione, & quod non potest abstinere ab eo, quod ratio dicit error. & iterū quod voluntate extante in tali dispositione, in qua nata est moueri, & mouente sic dispositio, quod natum sit mouere, impossibile est voluntatem non velle, error, & art. ille, quod si ratio recta, voluntas recta: at hoc docet S. Tho. p. 2. q. 77. a. 2.

V. art. est 1. 6 vbi dicitur: si Cœlum staret, ignis non ageret in stupram, quia nec Deus esset. Error, at hoc docet S. Tho. in disputatis 4. d. c. potentia. 7. 8.

VI. Art. est 173 quod sciētia contraria sunt est causa, quare anima rationalis potest in opposita. Error, at hoc docet S. Th. 1. 2. q. 6. a. 7. ad 2. & q. 17. 1. 2.

VII. Articulus est 187. quod nos melius, vel peius intelligimus, hoc prouenit ex intellectu passiō, quem dicit esse potētiā sensitivā. error, quia hic ponit unum intellectum in omnibus, aut equalitatem in omnibus animabus, at hoc docet S. Thomas. p. p. q. 29. a. 2. ad. 2 videtur. n. dicere intellectum passiuū esse potentiam sensitivam.

VIII. est 212. quod intelligentia sola voluntate mouet Cœlum, error sequeretur. n. posse mouere uniuersum, at voluntate celum moueri docet S. Th. multis in locis, ut quolib. 6. a. 2. q. a. 1. ad 2. de malo q. 16. 1. 14.

IX. & est penultimus articulorum Parisiensem, quod intelligentia Angelus, vel anima separata nusq; est, error. at hoc sequitur ex S. Th. doctrina, qui p. p. q. 52. a. 1. docet Angelum non esse in loco secundum suam substantiam, sequitur autem nusquam esse Angelum, si suam virtutem nulli loco applicaret. has omnes obiectiones recenset Magister Fr. Ioannes de Neap. quolib. 6. q. 2. in M. 5. codice qui extat in insigni Bibliotheca Sancti Dominici de Neapoli.

Aliae Obiectiones modernæ  
Illijs Anonymi, & sequacium:

I. **A**mplius S. Thomas est particularis Doct: sicut Durandus, & Scotus, & ceteri alij: tantam ergo autoritatem habebit, sicut, & ceteri. Anonymus in suo memoriali.

II. Præterea in doctrina S. Thomæ multa sunt per Ecclesia reprobata, non ergo autoritatem tantam obtinere dicendū est, quanta desideratur à suis. Anonymus. Antecedens probatur primo ex 3. p. q. 27. a. 2. ad 2. vbi dicitur quod si anima B. Virginis non fuisset contagio originalis peccati inquinata, hoc derogaret dignitati Christi secundum quod est omnium Salvator. ] & in ad 3. ait: [ nec per hoc quod festum Conceptionis celebratur datur intelligi, quod in sua conceptione fuerit Sancta, sed quia quod tempore sanctificata fuerit, ignoratur, celebratur festum sanctificationis, quā conceptionis, in die conceptionis ipsius. ] hoc tamen repngnat intentioni Eccles. &c.

II. in 3. p. q. 25. a. 2. ad 3. expresse docet humanitatem Christi non esse adorandum, adoratione latræ: hic autem est error manifestus. ergo &c. Anonymus, & alij apud Pozam trac. 5. c. 3. pag. 12. 12.

III. S. Tho. 2. 2. q. vlt. ar. 2 ad primū hæc verba habet: vota simplicia sunt inepia ad Religionem, &c. at hoc per bullam Gregorij XIII. quæ incipit ascendentie Domino, reuocatum est. Nam Iesuitæ sunt veri religiosi, quando emittunt vota simplicia, & constitutionibus Ecclesiæ id declaratum est.

IV. q. 156. a. 3. in corpore ait: votum paupertatis cum rerum Dominio non conuenire: & hoc similiter per eamdem Bullam est reprobatum.

V. S. Tho. in 4. d. 24. q. 2. in corpore, & solutio ne ad primum: ait, Episcopatum non esse Sacramentum, quod est contra doctrinam Concilij Trident. sess. 23. c. 4. dicit. n. *Sacrosancta Synodus declarat*, præter ceteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc Hierarchi cum ordinem præcipue pertinere, & positos sicut idem Apost. ait: *in Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei*, eosq; presbyteris superiores esse, ac Sacramentum confirmationis conferre, ministros Ecclesiæ ordinare &c.

VI. 3. p. q. 78. a. p. ad primum docet Sanctus Thomas: non fuisse Dominum Iesum Christum usum in cena alijs verbis benedictionis, quam consecrationis, quod etiam dicit Anonymus: hoc vero est contra Concilium Trident. sess. 13. cap. primo, vbi sic dicitur Christum Dominum ante consecrationem sui corporis, & sanguinis benedixisse panem, & vinum. unde subdit alij apud Pozam, quos non reprehendit, emendandos Theologos Cathechismi Pij V. tit. de Eucharistia, qui aliter sunt opinati.

VII. S. Tho. 2. 2. q. 64. a. 7. ad 3. docet Clericum se

se defendantem, & sine peccato occidentem alium, irregularitatem incurre hoc autem reprobatum est per Ecclesiam in Clemen. si furiosus de homicid. idem arguit, et inculcat Poza lib. 4. trac. 7.c.4.

VIII.p.2.q.102.a.4. ad 6. asserit Propitiatorium esse tabernaculum lapideum, cum tamen exod. 35. & 3. dicatur fuisse ex auro mundissimo.

IX.2.2.q.188.ar.7. asserit S.Tho. voti sollemnitatem consistere, in quadam consecratione, seu formula spirituali, quæ ex Apostolorum traditione, & iure diuino, habet vim ligandi: Hoc autem est cōtra decretum Bonifacij VIII. in c.vnico de uoto, & voti redēptione, & Greg. XIII. in Bulla Ascendēte Domīno, dicitū sollemitatem voti, sola constitutione Ecclesie inuenitam esse. Idē arguit, & inculcat Poza lib. 4.c.4.

X.4.d.41. q. 1. q.4.ad tertium docet S. Tho. quod quando sponsalia, sunt irrita, & nulla, oritur ex impedimento publicæ honestatis. Sed hoc reuocatum est per Alex. 3. c. ad audentiam tit. de sponsalibus.

XI. Alij arguunt apud Pozam tract. 5.c. 1.q. S.Tho. p.2.q.81.ar.3. in corpore dicit, quod secundum fidem catholicam, firmiter est ponendum, s̄z. omnes homines præter solum Christum ex Adam deriuari, & peccatum originale, ex Adam contrahere, alioquin non omnes indigerent redēptione, quæ est per Christum, quod est erroneum: hęc tamen doctrina sine errore iam non potest defendi, & ab Ecclesia proscripta est. hęc illi.

XII. Arguunt alijs apud Pozam in Elucid. lib. 4. trac. 5.c.4. debeo &c. S.Tho. docet votū simplex castitatis in religione non irritare matrimonium contrahendum, sed solum irritare, votum sollemeat hoc aduersatur Bullæ Greg. XIII.

XIII. quod Pater, & Filius, possunt dici duo spiratores, sicut duo spirantes. 1.dist. 11.a.4 cuius contrarium in Lugdunensi Concilio definitum est.

XIV. S. D. sequens Magistrum 2. dist. 6.q.2. ait: Filius Dei assumpsit hominem ex humana carne, & anima rationali constitutum. insuper quod hęc propositio: ille homo cœpit esse Deus, & Deus cœpit esse homo, licet, ait. si falsa, non tamen est hęretica: hęreticam tamen dicit idem S. Doctor 3.p.q.7.a.4.in fine.

XV. p.p. quæstione 47. a.vlt. ad 3. ait, quod Deus, non potest de potentia absoluta, aliam terram creare, præter istam, quam habitamus: hoc autem est contra Dei omnipotentiam.

XVII. 2. contra Gent. c. 30. docet quod sit possibilis creatura, absoluta necessitate existens, quæ proinde non possit non esse. Certum autē, quod talis creatura Deus esset, hęc quidam apud Pozam.

XIX. Non est maior S.Tho. Chrysostomo, & alijs PP. quorum tamen multas sententias repudiavit Ecclesia, quid mirum si aliqua propositio eius possit ab Ecclesia censurari? quidam apud Pozam lib. 4. trac. vlt. c. primo.

XX. Addit Poza, quemadmodum Ecclesia contra scripta Irenæi, Cypriani, Chrysostomi,

& aliorum, qui dignitate pollebant, & antiquitate, decreuit nonnulla, potest, & in Angelici DD. scriptis minus piam sententiam de conceptione, erroneam, vel hęreticam in posterum declarare. pag. 1211. ergo &c.

XXI. Authoritas D. Tho. maxime eleuatur: Quod diuinitus accepta fuerit, & visionibus diuinis illustrata: at hoc nihil est, quia apparitio Apostolorum, quæ facta fuit S.Tho. fuit, et à facta S.Chrysostomo, & tamen uterque diuersas, & aduersas sententias habent, in epist. ad Rom. & ad Galat. & citat Poza multa dicenda, in sua Bibliotheca Scholastica. Secundo detur, quod fuerint veræ istæ reuelationes, non sunt intelligendæ, quod singula verba, & sententias probarint. Tertio quia tales reuelationes particulares, vim non habent, nisi probentur à Summis Pontificibus: solummodo habent vim ad coniectiones, & ad pietatem, & popularem captum, si cum prudencia adhibeantur. Quarto quia multæ euaniæ deprehensa sunt, vt patet de multis relatis à Sancto Vincètio Ferrerio, epist. ad Benedictum, & S. Antonino in A polog. pro S. Vincentio. Quinto quia etiam pro Scoto fuit diuinitus facta reuelatio, vt dicit Ludouicus de Manganellis S. Amadæ sub his verbis: Angelus erudiens Amadum de Sacramento altaris monuit, vt in eius difficultatibus cum Scoti doctrina consuleret dicens. Senties de ipso, secundum modum, quem scriptit unus Pater Ordinis tui, qui plenus est Sanctitatem, quia primus exercit gladium pro immaculata conceptione.

XXII. Alij apud Pozam arguunt, quia Thomistis commune latibulum est, vt vbi probare robusta ratione, vel authoritate sententias nequeunt illico inclament, Patres contemni, alluviani Bonaventuræ dignitatem, Thomæ Sanctitatem contemni: at hoc falso est, ait Poza, quia sicut Irenæus lib. 3.c. 133. confutauit eos, qui Paulum dumtaxat affirmabant ex Apostolis cognouisse veritatem, sic, & iij confutari merebantur, qui se arbitratur Damascenum, vel Thomam, vel Bonaventuram, aut alium ex Scholasticis etiam PP. verum sensisse, alijs spretis, siue DD. siue Sanctissimis Ecclesie viris, vnde sic dicit Irenæus. Neq; n. vt solum Paulum saluat venit Dominus noster, nec sic pauper Deus, vt unum solum haberet Apostolum, qui dispositionem filij sui cognoscet. Paulus autem dicens: o quam speciosi pedes Euangelizantium bona, Euangelizantium pacem, manifestum fuit, quoniam non unus, sed plures erant, qui veritatem Euangelizabant. Ad quid n. mittebat duodecim Apostolos, quomodo, & 70. vera prædicabant? Non adeo pauper Deus, vt solum habeat Athanasium, vel Agustinum, vel Thomam, vel Bonaventuram &c.

Amplius, cum nec Damascenus, nec Bonaventura, nec Thomas pro nobis fuerint Crucifixi, nec Patres sint, vel Matres secundum carnem, eius, qui pro nobis crucifixus est, pluris apud nos esse debet Christi, & Mariae illustris gloria per quamcumq; probabilem opinionem collucens, quā Doct. cuiuslibet existimatio in controuerfijs arbitrarijs, & liberis, ex permissione

sione Sedi Apostolica, & Romana ergo illæ præferendæ in rebus arbitrarijs, quæ cum maiori, pietate, & honore, Virg nis, & filij consen-  
tiunt, etiam si apertè D.Tho. in opposita men-  
te, que uisset, hæc Poza.

XXIII. quia vanus, & incostans S. Tho. de-  
prehenditur in multis, multa n. retrahit se-  
nex, quæ iuuenis edocuit vnde summa à suis,  
vltimum testamentum, & codicillus appellatur: ergo dicit hi authores (dicit Poza lib. 4.c.  
4.) id quod quoquæ Phæbadius lib. contra  
Arianos dictauit, cui cum obijceretur Hesius  
Cordubensis, quod priorem sententiam sanam  
abieciisset, vt Arianis subscriberet, ait. Non po-  
test eius authoritas præscribi, qui, aut nunc er-  
rat, aut semper errauit. Non it. Mundus, que  
in hanc sentuit etatem, quam si diversa nunc sen-  
tit, & quæcumq; ab eo retro damnata fuerant,  
defenduntur, quæ defensa damnantur rursus di-  
co, non eius authoritate mihi præscribitur, nam  
si 40. annis verè non credidit, post 40. illum recē-  
sentire non credam.

XXIV. potest argui ex Pererio in Genes. lib.  
2. q. 7. nam S. Th. de anima in disput. a. 8. non  
solum secundum Philosophi sensum, sed etiam  
de suo ostendit cælos esse animatos anima intel-  
ligente, & 2. contra Gentes c. 70. dicit hoc non  
pertinere ad fidem, cum tamen, error sit dam-  
natus Origenis in 6. Synodo, vt patet ex pre-  
fatione in qua hic canon ponitur. Si quis dicit  
cælum, solem, lunam, stellas &c. esse animatas  
quasdam, & rationales virtutes, anathema sit.

### Argumenta in Oppositum.

**S**ed contra est Primo authoritas, Summorum  
Pontificum. Innocentius V. in sermone, qui  
incipit: Ecce plusq; Salomon hic, tale testimonii  
perhibuit doctrinæ Sancti Thomæ. Huius  
DD. sapientia præ ceteris (excepta canonica)  
habet proprietatem verborum, modum dicendo-  
rum, veritatem sententiarum, ita quod qui eum  
tenuit nunq; inuentus est, à veritatis tramis  
deuiasse & qui eum impugnauit semper de veri-  
tate suspectus fuit.

Insi. mare hoc testimonium conatur, Poza in  
Elucidario lib. 4. tract. vlt. c. 1. dicens, ait, hoc te-  
stimonium non esse datum à Pôtifice, nec in chro-  
nicis Fernandi Castillo reperitur, nec admittendum  
est, cum nullam habeat veritatem. Nû-  
quid de veritate suspecti Nominales, Scotistæ  
Bonaventuristæ, Durandistæ, & altj Scholas-  
corum greges, quorum Scholas Christianæ Aca-  
demia, & Summi Pontifices probauerunt?

At clara contra Pozam, est impugnatio, cum  
in operibus S. Tho. & antiquis alijs libris, à tali  
Pontifice tale testimonium prohibitum lega-  
mus, vide Albertum de monte in initio lib. de  
anima impressis 1494. & Ioannem Flaminium  
in vita S. Th. Nec quia Hernandez Castillus il-  
lud non recenset, confictum extimari potest;  
argumento negatiuo impugnator nō inniti debe-  
bat, continet autem illud dictum veritatem  
respective, quod qui Thomam impugnauit,  
est de veritate suspectus; nec n. in diuinæ legis

quæstiunculis S. Tho. impugnare piaculum re-  
putatum est, sed in ijs quæ dogmata, & sanam  
doctrinam continet, publicamq; & communiter  
receptam doctrinam.

Nitela etiam Damiani Hiberni pag. 42. vbi  
prius lusisset de hoc test monio, quod non sit  
vniformiter citatum, nam alij citant Innocentiu  
IV. alij V. alij VII. respondet incertum esse an  
Pontifex id dixerit in minoribus, an in dignita-  
te Pontificali constitutus. Et iterum, eo admis-  
so [ pro deuotio in Sanctum virum magis be-  
nignus laudator fuit, quam quod ex cathedra  
quicquam ordinare intendit. ] Quis dubitat &  
sed sicut, nec definitorem eius asserti Pontificē  
pronunciamus, ita nec vt assentatorem, sed poti-  
tus veridicū laudatorem defendimus, ea lau-  
de, vt non de omnibus quæstiunculis Pontifex  
locutus sit, vt iam dictum est, nec de opinioni-  
bus, sed claris, & firmis sententijs ex Patrum  
doctrinis, & Ecclesiæ sensu de promptis notoriis  
publicaq; doctrina Ioannes XXII, qui S. Tho.  
Canonizauit sic dicit: in doctrina S. Tho. [ illud  
Rigrans montes de superioribus suis, de fructu  
operum suorum satiabitur terra; in eo verissime  
impleretur, quod vtq; Thomas idem Sanctus, dñs  
esset in Sacra pagina magisterium sumpturus  
assumpst, quodq; ( vt fertur ) revelatione sibi  
post si am orationem, facta didicerat, dñ prop-  
ter iuuentutem suam ipse se inhabilem ad Ma-  
gisterium reputans, quid proponeret, in instanti  
principio habuaret ]. & infra dicit: quod opera  
sua Theologica, [ non absq; speciali Dei infu-  
sione perfecta ] hæc ille Pontifex. De eodem  
Ioanne 22. fertur dixisse: S. Thoman tot mira-  
cula fecisse, quot articulos composuit. Ridet  
hæc Neta Hibernica dicens fol. 43. Quidam  
Iohanni 22. hæc verba adscribunt. Bulla tamen  
canonizationis id non exprimit, nec aliunde in-  
dubitabilis fide adstruitur talia dixisse. si e no-  
stra domo esset solum profecta ista sententia,  
apparens esset responsio: sed etiam ab exteris  
scriptoribus fide dignis indubie refertur. Legat  
opponens Gersem opusc. contra impugnatę  
ordinem Chartus. tom. 2. eam refert sententiam  
à tali Pontif. prolatam, & subditieisdem dicit  
rationem: [ quia omnes resoluti lumine plusquam  
humano ] sed adhuc Nitella. Dixerit Iohannes  
PP. non dogmatica, sed Hyperbolica locutio est,  
Dogmaticam non esse aguoscimus, Hiperbolica  
si dicit grauem sententiam Pontificis, videat ip-  
se Parabolicus.

Sed quid respondebit Poza, qui revelationes,  
quibus S. Tho. doctrina probata est eo tit. reie-  
cit, quod infirmæ sunt, vt pote, ait, Apostolicæ  
Sedis Rom. approbatione destituta? Nonne in  
suo tamen gradu Pontifex Rom. revelationem,  
qua eius scientiam probavit, ex communi fama  
petitam nedum non spreuit, sed etiam assum-  
psit ad intentum probandum, quod revelationis  
diuinis Sanctus decorabatur? quid respõ-  
debit eidem Pontifici dum dicit, non sine spe-  
ciali Dei infusione, opera Theologica S. Tho.  
dictasse? an specialis infusio, diuinis illuminationibus,  
& revelationibus aduersatur i cur S. Tho. doctrinam, ex non probatione, revelationū  
istarum

istarum infirmare ntitur cum non leue , Pontifex ijdem testimonium perhibeat ? An dicet Bullam canonizationis à Dominicanis confictā , sicut ausus est dicere de testimonio Innocentij ? quæ certitudo erit per hanc reuelationem si post tantam nubium testimoniū licet h̄xſitare ? alia testimonia afferamus.Clemens VI. in Bulla Auenioni die 5. Feb. vt refert Castillius tom. I. l.3. & 2.eandem doctrinam S.Doct.commendās, ait, illam esse ſingularem, ex qua uniuersalis Ecclesia uberrimos fructus spiritualis abundantiae colligit , cuius odore recreatur , & nutritur .

Vrbanus V.in Bulla ad Archiepiscopum , & doctores vniuersitatis Tolosanæ data apud Montem Flasconem die 30. Aug.tale de S. Tho. doctrina , testimoniorum perhibet . [ Nos attēdentes quanta à Deo ſcientia dotatus , Ordinem FF. Prædicat. & vniuersalem Eccleſiam S. Thomas illuſtraverit: volumus , & tenore p̄fentium vobis iniungimus , ut dictam B. Tho. doctrinam, tamquam veridicam , & catholicam ſectemini, eamq; ſtudeatis totis virtibus ampliare . Hęc ille . Sed quid Nitella pag. 41.vbi hanc bullam, seu Epistolam reconsuifit, quasi ludēs hiſſe moueri non ostendit.ac ſi eſſent figmenta; vnde ſubdit . Huius doctrine certiores approbationes non reperio, p̄terquā quod in Doctorū numerum ſit aſcriptus , & quod viros habeat grauiſſimos ſectatores . Sed parum eſt hoc ſimilitudine, nam hoc ſolum ſatis eſt ad S. Doctoris excellentiam declarandam, vt p̄feratur ijs qui- bus S. Thomam poſtponit: & fortiſſimum argumentum ex approbatione deſumitur , cum approbatio ſit vnius p̄ alio electio. altus ergo, & ſublimius reperit Ecclesia in S. Doctore, quod in multis, & famoſiſſimiſ non adiecit . Ergo approbationem adducamus , vt pondus doctrinæ noſcamus .

Pius V. in Bulla 11. April. 1576 ait quod S. Tho. [ certiſſima Christianæ regula doctrinæ, Sancta Apostolica Eccleſiam (infinitis conſutatis h̄ereſib⁹) illuſtrauit ]. & iterum dicit. Diuina prouidentia factum eſt , vt Angelici Doct. vi & veritate doctrinæ (ex eo tempore, quo cœloſibus ciuib⁹ aſcriptus fuit ) multa , que deinceps exortæ ſunt h̄ereſes, confuſæ, & conuictæ diſſeparentur, quod, & ante ſep̄, & liquido nuper in S. Conciliū Tridentini decretis appa- ruit ] & iterum, quod eius meritis [ orbis terra- rum à peſtiferis quotidie erroribus liberatur : ] amplius indulgentias conſeffit in Capella Sanctissimi Crucifixi in conuentu S. Dominici [ in quo ſcriptoris Angelici doctrinæ Saluatoris Crucifixi ore (ſicut pia teſtatur historia) mi- rabiliter probata fuit ]. Dubitare ne audebit aliquis de huiusmodi approbatione , historijs p̄ijs, indulgentijs decorata, litteris Apostolicis communica? Hic Nitella pag 43. primo inuechi- tur fingens hostem quem feriat, quod dictum ſit à noſtriſ S. Thomam eſſe regulam Christianæ fidei, & Pium V. Pontificem dicere: ex certiſſima Christianæ regula adductum eſſe Io. 22. vt eum ſanctorum numero adſcriberet , ex qua regula dicit Thomam conuiaſſe h̄ereticos , & ſubdit, de reliquo in bullæ p̄ prefatam doctrinæ

non aliter approbat , quam commemoratione fructus eius , & iſtitutione festi &c. eius autem doctrinam Eccleſie ſequendam , nec proponit , nec p̄cipit , &c. Nullus Scholē S. Thomae prudens, & cordatus potuit dicere S. Thomam eſſe mensuram, & regulam credendorum, quam S. Th. in Pontifice Rom. cognoscit 2. 2. q. 1. a. x. vnde ſymbolum Athanasij ex Pontif. Rom. habuit, vt regula fidei haberetur . Sed cum ex regula Christianæ fidei afferatur Thomas conuiaſſe h̄ereſes, &c. magna Thome laus eſt, quod illi tanquam Angelo ſit datus iſte calamus meſure ad d. ſtorta à rectis separanda, & per con- sequens à fidei regula ſit primo regulata, vt ce- tera p̄ Thomam in materia dogmatica di- ri- gerentur .

Clemen. VIII. in breui ad Neapolitanos cum ſibi S. Tho. in patronum delegerunt ſic dicit, in Breui directo ad Ciues Neapol. die 23. Nouēb. 1612. Proinde p̄iè prudenterq; cogitatis de nouo Ciuitati Patrono adſcendendo, cive veftro, diuina voluntatis ANGELICO INTERPRETE: cuius doctrina tantum fuit iributum, vt Christianæ eruditioſ ſuæ illud habeat testimonium: Bene de me Thomaſcripti . Preſſus hiſtēmonijs authō Nitella Hibernicæ pag 43. Quod de verbis Crucifixi , & de Epifola Urbani Pa- pæ profertur, libentissime admitto , & malignus eſt, qui negat D. Thomam bene de Christo ſcrip- ſiſe, aut doctrinam eius non eſſe ſanam, & veri- dicam; hoc tamen nihil prohibet, quin & alij in Eccleſia fuerint ſani & veridiſi . Quis hac in- ſiciat? ſed quis negabit p̄errogatiua factam Thomæ doctrinæ, non alij p̄aiudicialem, ſed Thomæ ſpecialiem . Non p̄aiudicatum eſt ce- teris prophetis, quod Moysi Deus locutus ſit, ſicut loquitur amicus ad amicum ſuum, nec ce- teris Apoftolis, quod Ioannes ſuper peccatus Do- mini in coena recubuit, ſpecialis p̄errogatiua communem dilectionem non abſtulit: ita in no- stro proposito dicendum, non ex hoc Alenſi, Alberto, Bonauentura, Scoto p̄aiudicatum eſt, ſi in hac benedictione dulcedinis ſit p̄auentus, cum & ipſi alias obtinuerint benedictiones, & alias gratias datis datas, nec n. vnum gradum habent ſcientia, & ſapientia; & multiplex, & multiformis ſit gratia Dei, vt meliora chariſma- ta cui vult, elargiatur .

Idem Clemens in alio Breui ad eosdem de- putatos Neapolitanos, inter alia ſic dicit , Hic ſiquidem honor eius virtutibus cum admirabili doctrina coniunctis iure optimo debetur, ac do- crina quidem Testis eſt irgens librorum nu- merus quos breuiffimo tempore in omni discipli- narum genere, ſingulari ordine, ac mira perspi- cuitate ſine ullo prorsus ERRORE conſcripta . In quibus conſcribendis interdum SS. Apoſt. Pe:rum, & Paulum alloquentes, locoſq; illi quo- quę Dei iuſſu enarrantes habuit, & quoſ deinde conſcriptos, expreſſa Christi voce comprobatoſ audiuīt ] quid dubitandi occaſionem dat Poza de visionibus factis S. Thomæ tanquam ſi eſſent ſomnia, & visiones nocturnæ? Quid muſſitat Anonymus (eodē Poza nō contradicente) in S. Thomæ doctrina reperita multa, quæ ſint cōtra ortho-

orthodoxam fidem, cum testimonium perhibeat S. Doctori, quod sine ullo prorsus errore conscripsit. Quid aliqui moni rodunt, S. Th. magnam partem, suæ doctrinæ huius ex Belouacensi, cum Pontifices, infusioni potius quam inuentioni, vel humano labore tantam librorum copiam adscribant?

Idem Clemens ad Proregem Neap. die 23. Nou. 1603. anno 12. Pontif. sui scripsit, quod sapientia Thomæ [diuino eloquio, & cœlesti doctrina, miraculisq; illa quidem illustris, meritò apud remotissimas nationes, summa Christiani nominis cum laude, atq; Ecclesiæ utilitate celebratur, & postea. Huic certè ardenter quædam voluntate annuimus, quod [Nos ipsi Angelico huic Doctori, & nostro, & totius Christianæ Ecclesiæ nomine, plurimum DEBEMVS] &c.

PAVLVS V. in breui 1607. 17. Decemb. cuius solicitator esse merui cum Romæ essem socius Procuratoris Generalis b. m. M. Fr. Marci de Marthenis, cuius memoria in benedictione est. Splendidissimi Catholicæ fidei athletæ B. Thomæ Aquinatis, cuius scriptorum clypeo militans Ecclesiæ hereticorum tela feliciter eludit honores, & venerationem in dies magis magisq; augeri, plurimum in domino gaudemus.

Secundo arguitur, quia doctrina S. Tho. tribus illis notis exornatur, quæ doctrinam Apostolicam monstrant, nempe, unitatis, universitatis, & confessionis. Unitatis, quia vox S. Tho. videtur esse vox illa multitudinis de ore Christi expressa, siquidem omnium Patrum, quinta essentia expressa cernitur eius doctrina, propter quod sèpè appellatur communis Doctor, vnde ne latum vnguem à PP. discedit, diuiseula dicta ad bonum sensum trahens, obscurissime interpetrans, vt merito de illo pronunciauerit Caet. in 22. q. 148. a. 4. quod S. Th. illud præmium reportauit, vt intellectum omnium PP. sit adeptus, illi quoq; potest adaptari, quod de quodem antistite Ecclesiæ Neocæsariensis scripsit Basil. Ecclesiæ Neocæsariensi. [nihil de suo, nihil quod nouæ alicuius cogitationis inuentum caperet, in medium attulit, vel nouitiam doctrinam sacræ fidei inconsonam, & moribus repugnâtem hic vir. sed iuxta benedictionem Moysi ex ipsis arcans cordis sui, ac bonis thesauris vetera veterum, & quæ antefaciem iuniorum vetera essent proferre nouit.]

Vniuersitatis nota, eius doctrina resulget, nā per vniuersum Orbem terrarum, illustriores Religiones, illius Scholæ sunt addicti. Prædicatoribus iniungitur ex cap. generali Bononiensi 1564. vt quicumq; à solida doctrina S. Tho. recesserit, & verbo, vel scripto contrarium dixerit officio lectoratus, & quocumq; alio gradu, & dignitate in perpetuum priuatus sit.

In constitutionibus Societatis Iesu p. 4. c. 14. §. 1. sic dicitur legatur doctrina Scholastica D. Tho. & in Congregatione generali can. 9. sequatur nostri PP. in Theologia Scholastica doctrinam Sancti Tho. nec deinceps ad Cathedram Theolog. promoueantur, nisi qui D. Tho. doctrinæ bene affecti fuerint, ab ea vero alieni, docendi

munere repellantur. Hæc præ sua religiositate, & modestia Reuerendi PP. Societatis. In relatione pro canonizatione facta pro S. Ignatio eiusdem societatis parente per Dominum Cardin. de Monte dicitur, quod hic S. Nouas opiniones haud unquam admisit, & in Theologia Scholastica doctrinam Doctoris Angelici secutus est.

Religio Carmelit. discalceat, [lectores Theologi operam dabunt, sacram doctrinam à SS. PP. præcipue à D. Tho. traditam edocere, id est. Lectores artium obseruent, sin minus officio lectoratus priuentur]: & multū insudant pro sua pietate qua pollet in illustrada S. Th. doctrina. Idem in collegio S. Laurentij et Regal, mandato Philippi II. Regis statutum est: In multis alijs Religioib[us] idem sanctum est, eorundem municipaliibus legibus.

Consensus mirifice resulget in S. Th. Doctrina, omnes n. serè Doctores antiqui S. Thomam, Doctorem communem vocant, quem non nominassent, si in eo communem Theologorum sensum non aspexissent, communemq; doctrinam, quam semper sequitur, nouellas phantasias semper abhorrens. Vnde ad communem hanc doctrinam, communemq; veræ doctrine traditionem respiciens Stephanus Episcopus Parisiensis aduersus amulos S. Thomæ hac pronunciauit. S. Thomas vniuersalis Ecclesiæ lumen præfulgidum gemma radians Clericorum, fons doctorum, vniuersitatis nostræ Parisiensis speculum clarissimum, & candelabrum insigne, ac lucens, per quod omnes, qui veræ vitæ, & sanctæ doctrine vias ingrediuntur, lumen vident, claritate vitæ famæ clare, & scientie lucida, velut stella splendida, & matutina resulget.

In Concilio Trident. vbi consensio Doctorum Ecclesiæ inuestigatur, veluti epilogum omnium Doctorum in vnum S. Thomam post inspectos Patres, Priora Concilia, oculos coniecerunt, per eas semitas incedendo per quas bos mutus, immo bos lassus in veritate indaganda, fortius fixerat pedes. Testis eius rei Baronius in notis martyrolog. Rom. Vix quisquam, ait, enarrare sufficeret, quantū vir Sanctissimus, atq; eruditissimus Theologorum præconijs celebretur, quantumque illius illibatae doctrinæ à SS. Patribus in sacro-santo Concilio Tridentino confidentibus fuerit acclamatus.

Quidam orator hæc de S. Thoma in eodem Concilio Tridentino pronunciauit. Non potuit D. Thomas Ecclesiasticis interesse Cœcilijs, morte præuentus. Verum ecce superflues, atq; in æternum vivurus, vobis adest, bona sue spiritualis doctrinæ thesauros, hereditario iure vobis allegavit. Nulla proinde Concilia ab eius felici transiū, sine sacro Doctore celebrata sunt. Ut de ceteris fileam, quod audiuimus, quod uidimus quod manibus nostris contrectauimus, quid nisi aperta voce in laudem eius testemus? Vestræ Concilia perpendite, ex plurimo eoque honorabili Patrum cœtu, quousquisq; consultor accedit, qui D. Thomas authoritate splendenti gemma, suam sententiam non exornet? At in consultissimo Patrum recessu, Doctor hic sententiam suam rogatus

rogatus frequentissimè censem, ad quem ut ad lapidem Lydium, si quid ambiguitatis, aut controversie fuerit exortum, communibus votis referendum existimat, & quicum sui placiti patrionum obtinuerit, incertam iudiciorum aleam non sit aditus, quin secundum eum sententia ferenda sit. Quam praxim seruatam Dydacus Payua, qui eidem Concil. interfuit, in serm. S. Thomæ pronunciauit dicens. [ multoties Concilium T. rid. suspendisse sententiam, cum controversteretur, an quod statuebat, esset contra Sancti Thomæ mentem, id quod signanter accidit in sessione 22. nunquam n. decretum fuit, in cœna, Christum Dominū Apostolos Sacerdotes consecrasse quousq; de S. Thomæ mente constitisset, quæ in cōtroversiam vocabatur ] ex his ergo tribus notis S. Thomæ doctrinæ soliditas appetet.

TER TIO, quia doctrina S. Thomæ est veluti succus totius doctrinæ, quæ in Patribus reperitur, à quorum vestigijs nunquam declinavit, præsertim Augustini, vnde & omnes Academiæ vel principiatores, sibi sequendum elegerunt, varia quoq; ad doctrinam S. Doctores explicandam commentaria conscribentes. Id quod vel indignabundus, admixta calumnia, quoq; malè seriatuſ Lutherus agnouit in proœmio assertioneſ dicens. Primo neglectis ſacris litteris ſoli Augustino inſudatum eſt: post & hoc non intellecto, Thomas Aquinas regnauit, & hunc alij fine fine interpetres ſecuti ſunt. cuius dicacitate Roffensis comprimens, ſic ſcripsit. Neque Thomas Aquinas uſq; adeo tibi Lutheſe paruipendens eſt, quem pleriq; in ſacris litteris exercitatiſimi, Theologiae florem appellare conſueuerunt.

QVARTO, ex odio inſigni hæreticorum erga S. Thomam, & doctrinam Thomisticam, nullam n. aliam doctrinam adeo insectantur, quam Thomisticam. hæc autem ( vt quidam spiritus mendax Heimungus faſſis eſt in Postilla 269. ) eſt ars ſatanae, quod quando non potest veritatem inſiciari, confugit ad connivia, audiatuſ belluſ Lutheruſ ſua verba reſonans in art. 30 fortassis, ait, & in hoc peccauit Ioannes Hus, quod duodecima conſilia Euangelica fecit, quum non ſit niſi unicum virginitatis ſiuſ cælibatus, in qua tamen re deceptus eſt per impiam Thomistarum Theologiam, & art. XVII. in indulgentias ſic inuehitur, nullis ſcripturis ſua probant, ſed ſola impia illa extra nagaante Clemens VI. ex opinionibus Thomæ inſulfissimis, & meritis ſigmentis concepta. Impiam certe voce, cum doctrina illa conſitorum, vt ibidem perpendit Roffensis à vetuſis Patribus etiam aſſeratur, ac proinde piam dicere neceſſe eſt: & extra uagans ſumma authoritatis, vt perbelle Roffensis eundem retundendo ſcripsit, ex Ecclesiæ doctrina defumpta ſit, & non de opinionibus D. Thomæ, quas [ ſubdit ] tu velut inſulfissimas cōtemnis, & nibil aliud facis, quam mera figmenta, quum nemo mentis compoſt fuerit, qui non pluris unum Thomam aſtimet, quam Lutheros decem. Amplius cum Rex Anglia Henricus tunc Catholicus aduersus Lutherum ſcripſiſſet aſſerionem ſeptem Sacramentorum, & videret im-

pius S. Thomæ doctrina vrgeri, ad has calumnias erupit. Videat itaq; Lector ex uno hoc argu- mento, quam asinina ruditas fit Thomistarum, vel puerilis animi impotentia, quæ non ſint eos ſua ipsorum verba intelligere, & audent tamē aſſertiones Sacramentorum ſcribere, & magnificas ampullas ſuæ incredi bilis inſcritæ teſtes ia- c̄tare. In hoꝝ n. hunc libellum regis ſcriptum arbitror, ne stuporem, & inſcritam ſophistarum, præſertim porcellorum iſtorum ( Thomistas di- co ) falſo a me traduci crederet mūdus fuit enim meum indicium tali ipſorummet opere, & ſigillo comprobandum, & conſirmandum, ſed quid egregius martyr contra funefam belluam in c. 2.lib. contra captiuit. Babyl? Primum, ait, hic perpende lector, quanta iaculetur in Thomistas opprobria, quibus, & illius Diui gloriam denigrare ſtudet, cuius nomen: & dactiſſimis, et erudiſſimis viris in magna ſemper hactenus fuit veneratione, quippe quem Theologiae florem paſſim appellarunt.

Sed & in hoc ejam, quod in ijs, quæ ſalua- pace charitatis diſceptari poſſunt, ab innumeris ſit S. Doct. contradic̄tum, vt penē omnes ſylla- bæ ſancti Doctoris ſit euentialia, & cum non pouerint aſſertiones innumeræ orthodoxæ, & catholicæ impugnari, in rationes arma verterunt quibus orthodoxa explicabatur fides; hæc in- quam contradic̄tio, S. Th. doctrinæ felicitatem attestatur, dicit namq; Clemens Alex. 1.lib. 1. ſtromatum. nullū eſt autem ſcriptum adeofelix, cui non contradicatur. Sed bene ſubdit, uiden- dum, an iure contradicatur.

QVINTO ex qualitate doctrinæ, quæ ad 4. capita reducitur, ad Copiam, Breuitatem, facilitatem, ſecuritatem, quæ imp'acabiliter pugnat, indiſſolubili tamen pacis ſeſtē coniunxit, vt recte obſeruauit Senensis lib. 4. verbo Thomas Aquinas, ſubdens. Ac primum tanta inēſt ei rerum omnium copioſa uertas, vt nihil feret ex uniuero Theologiae, ac Philosophiae ambitu, deſiderari queat, quod non ipſe ditissimis ſcriptis ſuis fuerit copioſiſſima varietate complexus. Breuitas deinde, cuius exiguis angustijs copiæ ampliudo contineri non poſteſt, ea eſt, vt quæ tam veteres, ac recentes autores vix innumeris, & immensiſ voluminibus comprehendere poſuerūt, hic intra unius ſtrictæ epitomes, hoc eſt ſummæ Theologiae compendium, locupletiſſima breuitate, plenifime ſtrictiſſimeque concluſerit. Breuitati vero, quæ obſcuritatis mater eſt, & comes individua ita facilitatem omni ſecluſa difficultate copulauit, vt ordinis diſpoſitione, ſententiarum perſpicuitate, & verborum ſplendida clari- tate ſcriptores omnes longo poſt ſe reliquerit in- terualio, & quod multò admirabilius eſt, cūm in ſcriptis Ecclesiasticis multorum magni nominis Patrium caute, & ſuſpenſo pede legentibus pro- grediendum fit, ne in ſententias quasdam parum tutas imprudenter impingant, huic uni verbi diuino viro, tanta aſſerionum ſententiarumque ſecuritas diuinitus obtigit, vt in lectione eius le- citor omni ſuſpicione erroris liber, citra ullam of- fensam tutus, & ſecurus expedito gradu expa- tiari poſſit, veluti per viam regiam communi- Eccl-

Ecclesiasticorum Patrum incessus tritam, longe à  
denijs illis particularum sectarum iemitis, ac  
diuerticulis, que sèpe incertos abducunt in am-  
bagies inextriacabiles, & errores irremebiles.  
Sed ne nostræ familiæ testes assumamus,

Gennadius Scholarius Patriarcha Constanti-  
nopolitanus D. Thomam, ait, nescio an aliquis  
sectorum plusquam ego admiretur, & colat.  
Ego si quis suis scriptis animum adhibuerit,  
hunc nullus alijs indigere opinor.

Cardinalis Hosius in confessione c. 73. ali-  
quot locos afferemus ex eorum libris tantu contra iustitiam imputatiuam, quos Theologiae Scho-  
lastice Principes fuisse constat &c. Ac primo  
quidem loco, eum qui cum primis celebris habe-  
tur, Thomam Aquinatem collocabimus.

Posseuinus in Bibliotheca selecta lib. 3.c. 12.  
Theologiam S. Thomæ miris laudibus effert, &  
principiis eius summam tanquam quintam ef-  
fentiam suorum laborum, vnde cap. 13. subdit,  
cum autem si S. Thomas adhuc esset in hac vita  
superstes, nemo sit quin libenter eum quam alios  
quo suis consuleret in eius summa Theologiae per-  
cipienda, certe in primis ex alijs ipsius scriptis,  
quaæ ad easdem materias spectant, petenda erit,  
& facilis, & securius sententia S. Andri viri,  
quæ ex quouis alio interprete. ] quantum exi-  
gitur hic autor S. Th. vt pro intelligendo S.  
Th. Thoma opus sit interpretre, vt securius eius  
mens percipiatur.

Vltimo ad hominem, nam Luth. lib. de cap-  
tiv. Babyl. c. de Eucharistia nostrum D. T. An-  
gelicum Sanctum vocat. Sed sui oblitus in art.  
37. hæc habet. Si non credam Thomam Aqui-  
natem esse Sanctum licet a Papa Canonizatum,  
non sum hereticus. Quando & hi non sunt here-  
tici, qui Thomam negant, licet a Papa appro-  
batum, & confirmatum in suis libris. Sed suo  
se gladio iugulat, nam ad credendam sanctitatem  
S. Doct. ex indefectibili Ecclesia Canoniza-  
tione astringitur, & satèdo velit, nosit appro-  
bationem S. Thomæ, & si non omnibus diuinæ  
legis quæstiunculis, in dogmatica parte D. Th.  
doctrinæ illum adhædere necesse est, quia  
non tam Thomisticam tunc sequitur doctrinam  
quam Ecclesie vniuersalis, cuius authoritatem,  
vt eneruet sepiissime truculenta bestia, ortho-  
doxa dogmata Papistica, & Thomistica in-  
uenta appellat, vt scripsimus t. 1. in Prolegom.  
eum confutantes. Sed & Bucerus in illam au-  
daciem vocem prorupit, serulam S. Thomæ ex-  
pauescens: Tolle Thomam, & ego Ecclesiam  
dissipabo.

Iannes Casus Oxoniensis in speculo quæsti-  
onum moralium. Multi, ait, hodie cum audiunt  
nomen Thomæ superciliosa statim contrahunt, &  
distorquent labia, sed si isti serio unam, vel al-  
teram questionem in illo sine praedictata sen-  
tentia legerint, devracta palea ( grammaticalum  
comptam exoptant Grammatistæ) purissimum  
granum sublata scoria, aurum splendidissimum  
forsan se innenisse dixerint. Hæc pauca de  
multis aduersariorum fidei nostra testimonijs.

### C O N G L V S I O

S. Doctoris Tho. Aquinatis doctrina, ma-  
gnam in Ecclesia obtinet Authorita-  
tem, unde merito Angelicus Do-  
ctor, & diuina voluntatis  
interpres est appel-  
latus.

R Espondeo dicendum, sicut dicit Clemens  
Alex. lib. 2. Stromatum c. 2. quod [perfe-  
cta] sapientia est, qua est diuinorum, & huma-  
narum rerum scientia, qua uniuersa completi-  
tur, & continet [quare sapiens est perfectus, qui  
diuinorum, & humanarum rerum cognitione  
superabundanter prædictus est. Sunt autem, ait,  
idem Clemens lib. 2. sapientia via varia, ut  
reddo tramite incedamus ad viam veritatis.  
Via autem est fides, & postea, amplius cognitio  
omnium, quæ facta sunt in hoc Mondo sensibili  
naturalis contemplatio; insuper occultorum  
secretorum Dei cognitio, sermonum, & para-  
bolarum, & enigmatum, interpretatio, & dis-  
solutio ( vt ibidem ex scripturis idem Clemens  
insinuat ). Qui ergo multiplices vias assequutus  
est, magis diuinam sapientiam participasse, di-  
cendum est. Id de nostro Angelico dicendum,  
diuina namq[ue] mysteria ( eximia, qua prædictus  
sunt fide ) non solum, quæ ad virtutem Theo-  
logicalem pertinent, sed quæ ad super excellen-  
tem diuinorum mysteriorum cognitionem, in-  
ter gratias gratis datas ab Apostolo recensem-  
tur, intellexit. De rebus naturalibus apprimè  
instructus, qui & in eo admirabilis extitit, sci-  
entias naturales in obsequium fidei trahens, cui  
vt ancille ministrarent, oratione, & ieunijs  
multa occulta, nec non, & diuinis reuelationi-  
bus instructus didicit. Nam si ( vt dicit idem  
Clemens ) qui Spiritum S. possident profunda-  
Dei scrutantur: hoc est qui ea assequuntur, quæ  
latent in prophetijs, non est mirum si dicta pro-  
phética, & obscuriora intellexerit S. D. qui Spir-  
itu Dei vita sanctitate, & virginitatis dono sunt in-  
signitus.

Porrò idem Sanctus diuinorum mysteriorū  
difficultates adeo mirificè enodauit tanta clari-  
tate, cum breuitate, cum copia, & securitate  
coniuncta, vt merito Angelici Doctoris, nomen  
sit promeritus, vt. n. angelorum superiorū pro-  
prium est inferiores illuminare, & quod perse-  
ctiores, eo intelligūt p[ro] pauciores species sic Do-  
ctor Angelicus, quot verba pronunciat, tot prin-  
cipia statuit, vt declaratio sermonum diuinorū;  
det intellectum parvulis; Insuper, vt eamdent  
claritatem S. Doctoris amplificemus, illud est  
admirabile, quod difficillimas res, & altissimas  
simplici eloquio explicavit, & quod admirabi-  
lius, absq[ue] inuolucris, & verborum inani ornatu,  
sed nerioso, & plano dicendi stylo, veritatem  
assecutus sit: Talem. n. Doctorem exquirebat idē  
Clemens Alex. 2. strom. dicens [oportet eum, qui  
curam gerit veritatis, non insidiosè, captoq[ue]; con-  
filio, ac cura adhibita, dictionem componere, sed  
conarrare.

conari tantum id quod vult quoq; modo potest disponere: eos n. qui hærent dictiōnibus, & in eis sūt occupati res ipse effugunt]. Amplius tam multa scripsit, & tam securē, vt intellectiones Angelicas sit æmulatus, vt enim illi in multitudine obiectorum cognitorum homines exuperant, sic suo modo Thomas, nullū n. scriptorum genus fuit in quo diligenter non fuerit versatus acri in genio cuncta difficultia perlustrans, memoria incredibili species conseruans securitate vero doctrinæ angelorum perfectionem quodammodo participauit: vt n. in intelligendo Angelij non errant, sic nullus error in dogmate in S. Thoma deprehensus est Circa verò ea quæ salua fide disceptari possunt, sic incedit, vt dubia pro dubijs certa, vt certa pronunciet: non improbabilia pro probabilibus vèdit, nec vetera pro nouis commutet. His autem modis erudire fideles, vt scripsit Clemens I. Strom. *[Scientia est quodammodo Angelica, utrouis modo iuuans, siue per manum, siue per linguam operetur]* J sine errore quoq; describere facultatem humana exuperat, vnde Aug. cōtra Donat. l. 2. c. 5. aliter sapere, quam res se habet, humana tentatio est. *Nimis autē amādo sententiam suam, vel inuidendo melioribus, usq; ad præcidenda communionis, & condendi schismatis, vel heresis, sacrilegium peruenire, diabolica presūtio est.* In nullo autem aliter sapere quam res se habet, ANGELICA perfectio est. ] cum ergo ex verbis Clementis Papæ VIII. doctrina S. Tho. sit absq; errore conscripta, Angelicam promodum obtinet perfectionem æmulatur ] vnde in materia dogmatica nullus nisi impius ausus est (sicut de Nazianzen. idē S. Thomas descripsit p. p. q. 6. art. 3.) inferre calumniam, & non nisi sciolus finistre de tam insigni Doctore oblocutus est.

### Solutiones Argumentorum.

**A**D Primum. Iam pridem respondit Ioannes de Neap. in quodlibetis M.S. quod ille articulus Parisiensis editus est contra aliquos Philosophos, & Artistas, qui docuerunt Angelos, siue substantias separatas, non habere causam efficientem, sed finalē tantum, vnde ista propositio, Angeli sunt essentia per ablatium casum intelligebant, hoc est, sua essentia sunt substantia separata, hoc est efficiēter: quod erat dicere, non habēt per causam primam. Ceterum si vocula, sua essentia, accipiatur pro vt est causa nominatiū per quod insinuatur, quod idem sit suppositum, & natura in Angelis, vt dixit in ar. cit. & de ente, & essentia cap. 5. dicendum quod nomine suppositi, intellexit indiuiduum, & sensus est quod singularitas illa, per quam natura Angelica fit hæc & indiuidua, non distinguitur à natura, & forma Angelica, quæ cū sit spiritualis omnemq; perfectionem suæ speciei habeat, per se, non per materiam signatam indiuiduatur: Verum quia suppositum addit super indiuiduum aliquod posituum, quod est esse ultimum naturæ terminum, dicendum est

S. Tho. dum dicit suppositum non distingui in natura Angelica, debere intelligi à natura non distingui tamquam rem à re, sicut Petrus, & Paulus, cum hoc tamen stat, quod distinguatur realiter, quia aliquid reale est in natura, quod non est in supposito, & natura indiuidua, & è contra.

Ad secundū Respondetur à Io. de Neap. in eo ar. Parisensi damnari Auerroistas, qui propterea intellectum possibilem humanum multiplicari non per se sub eadem specie dicebant, quia nullam habet materiam tamquam partem sui, quod probat ex ar. 117. Parisensi in quo sic dicitur: ratio, quod intellectus sit unus est, quia forma, non multiplicatur, nisi quia educitur de potentia materie, error, vnde dicere, idè angelos, non multiplicari posse per diuinam omnipotentiam, quia non habent materiam tamquam partem sui, est error, sequeretur n. quod Anima humanæ multiplicari, non possent in eadem specie: ceterum dicere non posse, nec per Dei potentiam, multiplicari Angelos sub eadem specie, ex illa causaliter, quia Angelus se ipso indiuiduatur, & à sua forma specifica, & non ex materia signata, vel ordine, & commensuratione ad illam, nullum est inconveniens. Sicut, nec est absurdum dicere, impossibile esse posse dari plures albedines separatas, cum non sint plures, nisi cum sunt in pluribus subiectis. Multiplicari vero possunt plures animæ licet separatae sint, ex commensuratione, & naturali aptitudine ad plura corpora: vnde non est eadem ratio, ac de substantijs separatis. Vel dici potest ex eodem, voluisse Episcopum Parisensem damnare illam clausulam, Deum non posse &c. quasi hoc sit ex potentia Dei, vnde Magister lib. 1. d. 2. illud Augustini contra Maxim. non est dicendum quod filius non potuit generare, sic exponit: id est non ex eius potentia fuit, quare S.D. in qq. disputatis q.p. de pot. in corpore ar. 3. eas propositiones quod Deus non potest hoc, vel illud facere, exponit, quod non hoc dicitur non posse facere propter defectum suæ potentia; sed propter defectum possibilis, quod à ratione possibilis dicitur; sic impossibile est multiplicari aliquod in eo in quo non est materia signata, vel ordo ad illam. Vel dicendum S. Tho. lequi de potentia ordinaria, non posse fieri: nō de potentia absoluta, opus. 16. c. vii. rectè dicit D. Tho. quod rudit ingenij est dicere, quod Deus de potentia absoluta, non potest producere plures intellectus separatos in eadem specie, ob id quod secundum naturam rei dari non possunt.

Ad tertiu Respondeo, quod dupliciter potest intelligi vnam animam esse altera perfectiore, uno modo essentialiter, alio modo accidentaliter, vel quantum ad eius proprietates, quo modo omnes animæ sunt æquales, ex mente S. Tho. nam substantia non potest suscipere magis, & minus, ex Philosoph. in prædicam. Secundo modo inter illas potest esse inæqualitas, & hanc admittit S. D. expressè n. dicit, cum in hominibus quidam habeant corpus, ex perfectioribus potentijs, tam intellectiva, quæ sensitivis, melius

*melius dispositum fortiuntur animam maioris virtutis in iatellendo: & iterum ex parte inferiorum virtutum quibus intellectus indiget ad sui operationem: illi enim in quibus virtus imaginativa, & cogitativa, & memoria, est melius disposita sunt melius dispositi ad intelligendum &c. & sic saluatur inconueniens articuli damnati Parisijs, semper n. anima Christi Domini perfectior fuit omni alia anima, ex nobilitiore intellectu, & nobilioribus potentijs sensitivis. Sed etiam si teneamus S. Thomam docuisse, nedum extrinsecè ratione dispositionum, sed etiam intrinsecè, non solum, quo ad potentiam intellectuam, sed etiam in ipsa perfectione substantiali, vnam animam esse altera perfectiore, distinguendum est de perfectione substantiali, quod quedam est ex forma specifica, quedam est perfectio individualis: prima equalis est, nec suscipit magis, & minus, secunda desumitur non ex ordine animarum ad corpora, sed ex Deo creante has, vel illas, ad hæc vel illa corpora perficienda, & actuanda, quæ sunt inæquali dispositione disposita, vt talis dispositio non sit causa, vt hæc anima perfectior, creetur, quam illa, sed occasio, sicut i perfectio naturalium in Angelis fuit occasio, vt cum perfectiori gratia perfectior natura crearetur, & sic non est inconueniens animas in ista perfectione individuali creatas à Deo, esse inæqualiter perfectas. Vel tandem dicendum est, quod etiam admissa æqualitate, perfectione, & nobilitate animæ Christi in essentialibus cum anima Iudæ, nullus error sequitur: Parisienses n. loqui sunt de omnimoda nobilitate, tam in esse naturali, quam gratuito, in quo non potuit, aquari anima Iudæ, anima Christi, qui fuit plenus gratia, & si in essentialibus eius animæ æquaretur.*

Ad quartum, ex verbis, & mente Io. de Neapolis Respondeatur, quod stante actuali apprehensione, & iudicio rationis de aliquo faciendo, vel respuendo, omnibus ponderatis, vel tamquā melioribus pensatis, & oppositis repudiatis, non potest voluntas, velle oppositum, essent. n. duo iudicia opposita, id est vnum de volendo illo & aliud de respuendo, hoc n. esset simpliciter omnibus pensatis iudicare, esse hoc omnibus prosequendum, & simul esse respuendum: hec autem duo iudicia simpliciter sunt opposita, & per consequens repugnat, vt possint esse simul, licet intellectus secundum vnam conditionem iudicare possit obiectum esse, prosequendum secundum alteram respuendum, vt patet in intellectu incontinentis, qui duplci vtitur syllogismo (ex Arist. 7. Ethic.) cum tali autem apprehensione, & iudicio intellectus, stat potentia voluntatis ad oppositum: quæ remanet etiam aptitudinale iudicium intellectus, quo potest oppositum iudicium formare, & illud voluntas amplecti: quare cum sint potentie ad oppositum se habentes, remanet potentia aboluta, que stat cum uno actu, cum indifferentia, ad eundem actus carentia, vel ad actum oppositum, & incompossibilem: vnde solum inferatur necessitas conditionata, & ex suppositione, quæ non destruit libertatem, absoluta vero

recessitas, quæ vim inferret libero arbitrio, de- negatur. Porro articuli Parisienses non necessitatē conditionatam, vel ex suppositione damnarunt, sed absolutam, sicut (vt aduertit Ioannes de Neap.) dicebant errantes, contra quos talas articuli editi sunt.

Ad quintum bene notauit Ioannes de Neap. loco cit. illos articulos factos contra docentes. Deum mouere cœlum ex necessitate nature, vt patet ex ar. 59. vbi dicitur, quod Deus est causa necessaria motus superiorum corporum, & coniunctionis, & diuisiōnū, contingenter in stellis, error. Stante vero eo errore, rursus alter articulis consequenter damnatus est in hac forma, si Cœlum staret, nec Deus esset. Ex priori n. artic. sequitur, necessitas n. illa naturæ infert diuinæ existentiæ abnegationem, non secus ac abnegatio prop etatum hominis V. G. risibilitatis, tollit naturam hominis. S. autem D. & si dicat, quod cessante motu cœli cessaret generatio, & corruptio in inferioribus, numq; tamen dixit (quod impostores obiecerunt) quod si cœlum staret, nec Deus esset.

Ad Sextum, imponitur Sancto D. quod sola scientia oppositorum sit causa libertatis, nam & sic dixerit S. Tho. multis in locis, libertatē fundari in indifferentia iudicij rationis, locutus est de libertate radicaliter, & hæc est in intellectu: formalis verò libertas est in voluntate; vnde vtrumq; cōprehendit Philosophus cum definit, liberum arbitrium esse facultatem voluntatis, & rationis, & vtramq; exigit S. D. vnam radicaliter, alteram formaliter. Parisienses ergo damnant negantes formalem libertatem.

Ad septimum. ille Articulus damnat, Averroistas dicentes vnum intellectum esse in omnibus hominibus, & graduationē, melius, vel peius intelligendi oriri ex diuersitate potentiarum inferiorum, quas in diuersis diuersas tantum agnoscebant. At S. D. ne dum ex meliori dispositione virium sensituarum, sed etiam ex nobiliore potentia intellectua nobiliorem modum intelligendi arguit, & nobiliorem animam quantum ad naturalia, vtrupra expositum est. immerito ergo Angelica doctrina impedita est. dicitur autem à quibusdam (ait S. Th. loc. cit.) appetitus intellectus passiuus, quia est rationalis per participationem, sed verè est actus alicuius organi corporalis, qualis non est intellectus, qui est in potentia ad intelligibilia, & sic obiectio non est ad propositum.

Ad octauum. ille articulus Parisiensis formaliter est contra quosdam suffinentes, intelligentiam esse animam Cœli, quod damnatum est in ar. 102. ex qua positione sequebatur, quod intelligentia aliter poterat mouere, quam moueat, tardius, vel velocius, sicut anima mouet corpus, quare, vt notauit Io. de Neap. consulto non dixit corpus, sed Cœlum, in dubium n. cadere non poterat, pro solo libito voluntatis, tardius, vel velocius sola voluntate, seu libito, aliqua corpora mouere ad diuersa loca. Ceterū S. Tho. docuit Angelum non posse mouere Cœlum sola voluntate, nisi supposita diuina ordinatione, de mouendo Cœlo, à quo omnis motus

inferiorum dependet &c. quare non posset Angelus alio motu, nempe recto, vel aliter quādo mouet, mouere, nisi Deus vellet. Vel dicendū ex S. Th. quod lib. 6. a. 2. ad 2. quod cum actio voluntatis limitetur secundū modū essentiae, nō oportet, quod Angelus possit agere omnia, quae vellet, vnde ut dicit in corpore ar. nec virtutem, nec essentiam habet infinitam.

Ad nonum r<sup>e</sup>. quod aliud est loqui de existentia animæ, vel substantiæ separata in loco ex fui natura, aliud supernaturaliter vel miraculosè. Primo modo, animæ, vel substantiæ separata conuenit esse in loco ratione operationis, unde Boet. quoq; dixit communem esse sapientum intelligentiam, substantias separatas, non esse in loco, nempe secundum essentiam; sed ratione sua operationis. Secundo modo Angelus, vel anima separata potest esse in loco, etiamsi ibi non operetur, vel ab alio patiatur, vt dicit 4. sent. d. 45. a. i. siquidem animæ Patrum fuerunt in limbo, & puerorum in originali decedentiū animæ nunc in limbosunt, & tamen non operantur in aliquod corpus, nec ab aliquo corpore patiuntur, vnde verè ibi esse dicuntur, licet modus. quomodo existant, nobis ignotus sit. Sed etiam Art. ultimus Parisiensis mentem eorumdem exponit. dicit n. quod substantia separata nusquam sint secundum substantiam. error. Si. n. intelligitur, quod substantia animæ, vel Angeli non sit in loco, error est, si autem intelligitur, quod substantia sit ratio essendi in loco, vera propositio est quod substantia non est ratio existendi in loco. & ar. 204. sic dicitur, quod substantia separata sint alicubi per operationem, vt quod, non possunt moueri ab extremo in extremum, nec in medium, nisi quia possunt velle operari, aut in medio, aut in extremo. error. si intelligitur sine operatione substantiam esse in loco, nec transire de loco ad locum. Breuius dicitur, quod dato, quod Angelus non applicaret suam virtutem, nullibi esset tanquam in loco, esset tamen tanquam pars viuensi in toto, nec hoc est difficile penetrare, quando cœlum supremum est in mundo, & nusquam tanquam in loco.

#### Anonymi, & aliorum solutiones.

**A**D primum respondet sicut dicebat Socrates apud Clementem Alex. lib. 1. scilicet vt aiunt in misterijs multi quidem, qui gestant ferulam, pauci vero Bacchi] hoc est multi, qui Theologici classici vocari ambient, sed pauci, qui Thrysus gestant, & principatum, hoc autem iudicium non ex multitudine vulgi habendum est, vt idem lib. 5. ex Cleanthe scribebat.

*Ne species formam dum vis sophus esse repente,*

*Terreat amentis nec te sententia vulgi,*  
*Iudicium sapiens, & iustum non habet*  
*vulum*

*Vulgus, et in paucis uix hoc reperiire licebit.*

Comicus quoq; peccat dixit.

*Pulchra in tumultu, iudicare non decet.*

Ex Concilijs ergo, & Rom. Pontif. authoritas

S. D. ponderata sciolorum censuras non formidat, vt nec à vulgo titulos emendicat.

Ad secundū, vt adnotauit Clem. Alex. lib. 7. vetus erat prouerbium [ quicquid est pulchrum insequitur M omus ] vnde mirum non est si opponens S. D. pulchritudinem, submordere co[n]netur. negatur ergo antecedens.

Ad probationem primam, vt dicit idē Clemens Alex. lib. 7. [ etiam condemnantur non assentientes in quibus oportet parere, non disserentes, id quod repugnat, & indecorum, & præter naturam, & falsum à vero, & cōsentaneo, & decoro ] quare cum Summi Pontificis Romani legge, que solum silentium indicit, interdicatur nullius S. Doct. sententiam audeat præjudicio aliquo prædamnare, à vero, & consentaneo, & decoro deflexit opposens, quare merito in indice est suspenſus, non assentiens decretis Apostolicis, quibus parere opus erat.

Ad secundū probationem. præclarum dictum Strommati s. libro. Non omnibus, qui impudenter, & temere, dicunt, ac scribunt, oportet aures præbere. sunt hi Theopomphi & Timæi, qui fabulas, & maledicta componunt, vel Hippomachi & Archilochi, quibus turpiter scribunt, temeraria licentia conceditur, ex eodem lib. 1. initio. Falsum est quod D. S. a. imponunt, quod non somniauit, cur non legit aduersarius, argumentū, sed cōtra, vbi oppositū docet Angelicus? cur omisit percurrere 29. de verit. a. 4. ad 4. & 3. dist. 9. q. prima a. 2. potius, quod assumitur propositū firmat, quām euertat, Christū n. Dominum adorandum docuit, adoratione latræ, ratione diuinitatis, nō ratione humanitatis, quod est dicere, non per se, & absolute, eise terminum latræ adorationis ipsam humanitatem, sed ratione diuinitatis, vna tamen adoratione Christū in utraq; natura ueneramus, scilicet latræ.

Ad tertiam probationem: s. Epimenides ( de quo scribit, Clemens Alexandr. in exhortatoria ad gentes dixisse fertur quod, contumelie, & impudenter Athenis erexit altaria, opposentis impudentiam inspexisset, proculdubio thus eidem adoleuisse: insignis est contumelia, & impudenter affigere S. Tho. notam hæresis, quia dixit vota simplicia, non cōstituere religiosum. Nesciuit opposens distinguere, aliud esse loqui, de uotis simplicibus, ex natura sua, aliud ex institutione Ecclesiæ. primum afferuit S. Tho. de 2. nihil S. Tho. pronunciauit, post n. tempora S. Tho. constitutio edita est à Greg. 13. cui S. Tho. non contradixit, agnoscebat n. simplex votum posse esse religionis materiam ex constitutione, & statuto Ecclesiæ. Vel dicendum quod S. Tho. ibi ponit differentiam inter votum simplex, & sollempne, in eo quod, voto simplici aliquis obligatur ad religionis ingressum, eo autem certum est nullum fieri religiosum: voto autem sollempni obstringitur religionis vinculo; hæc autē longe distant, vt cœlum, & terra, at plura de his diximus in nostro deposito Apostolico c. 22. Anonymi ijsdem obiectionibus occurrentes.

Ad quartam probationem. Ilyssis ferula vapulandus loquax opponens: loquacem enim Thersitem, ait, Clemens Alex. libro secundo pedagog.

pædagog c. i. castigauit moderatus *Vlysses*.  
*Immodicis verbis turbabat nā omnia solus*.  
*Plurima, mente sua temerē is confusa tenebat*.  
*Sed certo nihil ordine* ] talis est anonymous  
 cum foederatis loquacibus qui omnia turbant,  
 & miscent. Certè si S. Tho. attentè legatur, do-  
 cuit in capacitate, cum rerum dominio esse  
 cum quis absolutè, & irreuocabiliter sollemni-  
 bus uotis Deo se consecrat, ut dicitur in c. cum  
 ad monasterium: ceterum in Religione Societa-  
 tis Iesu, potest esse capacitas dominij, non  
 absolutè, & perpetuo, sed quamdiu religioni  
 placuerit, ut fiat professio à PP. societatis, nem-  
 pe expleto biennio, emitendo uota simplicia.

Ad V. Anonymi dicendum est, quod quidā  
 respondit argutè ominanti murem calathū ar-  
 rossisse [ *quid mirum si mus calathum arrose-  
 rit, cum non inueniret, quod comedere?* ] ex Clē.  
 lib. 7. Quid mirū si hęc inania obijcit opponētes  
 cum nihil aliud habeat, quod rodant, mures isti  
 Pontici? An solus est S. Tho. in hac sententia?  
 non ne communis est Theologorum, à Canoni-  
 fisi quidem discrepans, nō à sincera Theologia?  
 aliud certè est, negare Episcopatus gradū, pre-  
 sbytero, & ministro, supereminentem, & prin-  
 cipem locum, in Ecclesiastica Hierarchia sibi  
 vendicantem; aliud est non esse distinctum or-  
 dinem, primum S. Tho. apertè fassus est cum so-  
 lius Episcopalis gradus sit, chrisma confidere,  
 Dei ministerium futurum, ordinibus initiare. Se-  
 cundum prorsus abnegauit, vnum. n. & eundem  
 sacerdotalem characterem in ordine ad corpus  
 Christi verum in Episcopo, & Sacerdote sim-  
 pli, agnoscit; licet in Episcopali consecratione  
 non nouum agnoscat, sed antiquum per nouum  
 modum realem extendit, ad Hierarchias quaf-  
 dem exercendas actiones, quas simplex Sacer-  
 dos exercere non valet.

Ad VI. probationem: sicut dicebat Clemens  
 Alex. lib. 7. sunt quidam, qui [ *Inani sapientiae  
 opinione etiā perpetuo litigant, aperte ostendentes  
 se magis curare, ut videantur, quam ut phylo-  
 sophentur* ] & ut subdit ibidem [ *cum non ne-  
 cessarijs rerum nitantur principijs, & humanis  
 moti opinionibus; ut finis deinde eis necessario se-  
 quatur comparatur. sauciatur argumentis eorū,  
 qui veram tractat̄ phylosophiam, & quodut̄ potius  
 tolerant & omnem, ut aiunt rudentem mouent,  
 etiam si futuri sint impij* ] sic opposentes  
 tales esse se demonstrant, cum eligant potius re-  
 jectis à cōmuni Theologorum calculo opinio-  
 nibus adhārere, quam veritati cedere certè ea  
 sententia, quæ docet Christum Dominum alij  
 verbis, quam consecrationis, diuina perfecisse  
 mysteria, ab aula Theologicarum Academiarū  
 defecit, nec potest hodie, sine temeritate, ne dicam amplius defendi, sic censurant Theologi,  
 cōmentatores, scripturæ, & controvēsiarū tra-  
 statores, scribentes aduersus hēreses, reclamat. n.  
 Cōcil. Florent. docens formam huius Sacramen-  
 ti esse verba, quibus saluator hoc consecrit Sacra-  
 mentū etiam idem innuitur in Conc. Trid. sess.  
 13. c. 1. Constans quoque est Patrum traditio idem  
 attestantium, ex Tertull. 4. contra Marcionem c.  
 4 Cyprian. ser. de cān. dom. Ambros. 4. de Sacra.  
 c. 4. & 5. Id etiam habetur in Sacris canonibus

de consecrat. dist. 2. & cap. cum Matthē de ce-  
 lebrat. missarum. Quare opposentes dū volunt  
 emendandos Rom. catechismi Theologos, qui  
 hanc Conciliorum, & Patrum sententiā secuti  
 sunt, cōcheses, & elementa quoq; impetant fi-  
 dei nostra, & nedum Deiloquos Patres, sed etiā  
 Concilia, & magis se esse ostendunt suarum op-  
 niuncularum amatores, quam publicæ catholi-  
 cæ, & Apostolicæ doctrinæ defensores. Certè ia-  
 ctabundi nouarum opinionum Agypcijs sacer-  
 dotibus sunt per omnia similes, qui pepla, &  
 deaurata vela, quæ oculos rapiebant, contrahen-  
 tes tamq; Deos ostensuros abundē ridendi nu-  
 minis, materiam ministrabant ex Clem. lib. 3. c. 2.  
*Neq; n. Deus verus apparebat, qui querebatur,  
 sed felis, vel Cocodrili imago, templo quidem in-  
 digna, cōno verò congrua sic & isti dum ad vera  
 dogmata intuenda maximo apparatu, & fuco  
 circumuelata inuitant, belluas vero hoc est no-  
 uas phantasias intuendas exponunt; tantum ergo  
 abest, ut ex oppositione erroris notam S. D. af-  
 gant, quod potius peregrinorum numinum, &  
 phantasiarum sunt ostentatores.*

Ad VII. probationem per belle dicit Clemē  
 3. pædag. c. xi. quod *veses congruunt etati, per-  
 sonæ temporis, ita, & leges humanæ pro temporū  
 & locorum diuersitate variantur. quo exemplo  
 etiā vtuntur PP. contra Manicheos docendo ra-  
 tionabiliter veterem legem cessasse, nouam suc-  
 cessisse. S. Th. respexit ad decretalem antiquam,  
 quæ suo tempora abolita non erat.*

Ad VIII. recte dixit Clem. lib. 1. Pædag. c. 8.  
*ambo probrum obiectūt amicus, & inimicus, sed  
 inimicus irridens: amicus autem bene volēs. Sed  
 non ad vindictam, ait idem, excitat virum Chri-  
 stianum, sed ad veritatem expergescit: hostili-  
 ter Anonymous nedum probris, sed etiā calum-  
 nijs S. Th. adoritur, sed ad veritatem indagandā  
 excitauit nos ad videnda alia exemplaria incor-  
 rupta, quæ illud verbum addititum nō habet.  
 consulatur idem S. Th. in ep. ad Heb. c. 9. lect. 1.  
 lege etiā, quæ diximus in deposito Apost. c. 22.*

Ad IX. probationē, & si S. Th. dixerit ex Apo-  
 stolica traditione descendere voti sollemnitatē,  
 nō subinde consequēs est eā esse de iure diuino  
 nā quadragesimæ ieuniū de Apost. traditio-  
 ne descēdit, & nō est de iure diuino: sed esto sit  
 de iure diuino asserta traditio à S. D. recte intu-  
 lit, q̄ stante Monachi statu dispēsari cū eo nō  
 pōt, sicut nec calix cōsecratus in sua integritate  
 manēs nō pōt in alios v̄sus cōmutari: sed si oppo-  
 nēs quoq; distinxisset substantiam voti solemnis  
 à circūstantijs, & conditionib⁹, facillimē S. D. cū  
 bullā Greg. xiiii. concordasset. Si. n. D. S. de iure  
 diuino dixit esse voti substantiā, circumstantias  
 vero supponit esse de iure Ecclesiastico, nempe,  
 vt his, vel illis conditionib⁹ fiat, quod esset di-  
 cere eū glosa c. rurſus, qui cler. vel uouenter &c.  
 quod uota sollemnia ex intrinseca natura sua  
 sunt de iure diuino, possunt tamen quoq; solle-  
 nizari uota ab extrinseco, & ex statuto Eccle-  
 się, sicut votum clericorum sollemnizatur, quā-  
 do sacris ordinibus insigniuntur: Vel tandem  
 dicendum quod S. Th. loquutus est de dispē-  
 satione; uota uero simplicia societatis Iesu non  
 dispensantur, sed irritantur; ea. n. cōditione pro-

fitentur si Religioni placeat, & quādiu placeat. Has ergo distinctiones Sācti opponēs aduertere debuisset, nec n. dōctorē S. sugillare ausus fuisset. Sed vt d. cebat de vero Theologo Clemens Alex. lib. 6. dicamus nos de S. Doct. [ clamauit autem David in ēternū non commouebitur iustus : neque ergo fallaci oratione , neq; falsa voluptate . Vnde neq; mouebitur à sua hēreditate, ab auditione ergo mala non timebit: neq; ergo ab inani calumnia, sed nec à falsa opinione , quæ eum circunstat. sed neq; astutas, & callidas pertimescat rationes , qui eas potest discernerere ad interrogandum, & respondendum ] talis est S. D. sapientia, & doctrina, cui numqua iure, aliquis notā erroris potuit , vel debuit affigere, post tot testes omni exceptione maiores, testimoniū perhibētes de eius incorupta doctrina quos supra in argumētis, sed cōtra, recēsumus.

Ad X. probationem, vereor, nedum Anonymus in S. Tho. spicula intorquet, in Tridentinā Synodum quoq; sagittas acuat. Sacra. n. Synodus sess. 24. de reformat. c. 3. sic scribit iustitiae publicae honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumq; ratione valida non erunt. S. Synodus proorsus tollit. quod, & Alex. c. accessū de sponsalibus docuerat prius, & S. Tho. loco cit. q. 3. ad primum sequitur, prohibuit solum Alex. quod S. Tho. uestigio secutus est, matrimonium in eo casu , non quia sponsalia nulla fuerunt, sed ex scādalo , quod oriri poterat si vni fratri promissa mulier , alteri iungenda tradiceretur. malē etiam citatur S. Tho. dicit n. non sequitur alia affinitas, quia sponsalia nulla sunt , nec aliquis affinitatis modus, & bonus Anonymus pro verbo affinitatis substīnuit captiōe impedimentum publicae honestatis. Falsitatum autem semina ecit Anonymus, vt armati hostes prodirent, Cadmāam ( tales. n. sūt ex Clem. Alex. 1. Strom. vim veritati inferentes ) victoriam cupientes.

Ad XI. Respondetur in hac inani obiectio-  
ne, certē videre mihi videor opposentes assimiliari montib; illis Persicis, de quibus dicit Clemens Alex. lib. 6. Stromat. qui votem emittant, confusam veluti clamantium non paucorum, millium hominum perinde, ac si essent in acie: ad medium autem cum venerint, maiorem simul, & evidentiorem strepitum apprehendere, tandem audire in fine canentes p̄ea, perinde ac , qui vicissent. Quis vis autem soni causa est, vt existimo, locorum leuitas, & concavitas ] confusas n. clamando emittunt voces, & strepitus, & victoriam de S. reportare conclamat, ac si vicissent: sed benē leues, & concauos aere solum vanitatis repletos se ostendunt . An non est leuitas, tam fruola S. Tho. obijcere? certē dōctor S. de votis simplicibus nullo decreto tunc ab Apostolica Sede probatis doctissimè, & verissimē loquutus est: quid ergo culpandus S. Doctōr quod de eo, quod non vigebat suo tempore, loquutus non sit: non dum erat edita constitutio Greg. xiiij. in qua matrimonium contrālum à Religiosis habentibus vota simplicia, nullum, & inualidum pronunciatur, quod tamen non irritum esse ex vi talium votorum, seclusa Ecclesiā constitutione, quæ postea facta est, direcēt probat P. Suarez lib. 4. c. 1. tom. vii. de Reli-

gione, & c. 3. eodem nu. 7. dicit non dum in Ecclesiā visum ( tempore Bonifacij, qui fuit poste-  
rior S. Tho. ) aut interdictum impedimentum irritans matrimonium ex vi voti, quod auferri possea posset, & mutationem seu electionem perso-  
næ à statu religioso ] similiter idem dicit non  
fuisse visum tale interdictum ante tempora  
Gregorij xiiij. initio Societatis, & sanctissimè fa-  
ctum admonet à Greg. xiiij. ad subueniendum  
Societati, aduersus malitias, & fraudes hominū,  
quæ contra bonum Ecclesiæ, & Societatis me-  
ditari irreligiosi potuissent. An lex hāc irri-  
tans, & annullans culpabit, sub antiquo iure vi-  
uentes? certo certius est, quod per nouum ius  
ab antiquo non discedimus, nisi, quatenus in no-  
uo expressum est, vt sumitur ex l. præcipimus  
C. de appellat. Sic patet ad 12.

Ad 13. sunt multi ( ait Clem. Alex. lib. 1.  
Strom. qui non iure volunt contra omnes dicere,  
omnia autem nomina, ac verba turpiter, & in-  
decōre eiaculantur, & se ipsos fallentes, et eorum  
qui sibi adhærent oculos perstringentes ; & infra  
de ijsdem dicit, quod calumnias verbis inueni-  
re contendunt, contentiosas comparantes quæstio-  
nes, dictiuncularum venatores, pusillarum qua-  
rumdem artium emulatores, litigatores, & iur-  
giorum confarcinatores. Si S. Tho. mentem pe-  
netrassent non de facili de errore notassent, qui  
etiam si errasset, calumniarum ferulam præuen-  
tit, se ipsum corrigendo. Certē S. D. in primo  
sent. ( vt egregie noster F. Petrus Bergomas ad  
notauit ) nonis significationem attendit, in pri-  
ma vero parte attendit modum significandi,  
quia. n. nomina verbalia , vt est spirator & cactū  
significant, & actus numerant supposita ( actio-  
nes n. sunt suppositorum, ex primo Metaph. )  
propterea S. D. dixit in primo sent. quod  
sunt duo Spiratores Pater, & Filius: Verū quia  
nomina verbalia ( si spectetur modus signifi-  
candi ) non significant per modum actus , vt  
sunt verba, & participia, sed per modum sub-  
stantiæ , & substantiæ non numerant nisi se-  
cundum numerum formæ significare, quia una  
est forma significata, virtus una vñ spiratiua, non  
possunt dici duo spiratores substantiæ, sed so-  
lum duo spirantes adiectiue ; propterea hanc  
viam in prima parte præposuit primæ vñ, &  
meritò, nam vt dicit Clemens 1. Strom. duæ sunt  
ideæ, seu species veritatis, nomina, & res: alij  
quidē dicunt nomina, qui in ornatu, & elegātia,  
versantur orationis, cuiusmodi sunt apud Græ-  
cos Philosophi; hæ autem sunt apud nos barba-  
ros, ( sic n. genitiles propter peregrinam lingua-  
hebraicam fideles vocabant ) verum cum præ-  
stet res significata, & modus significandi, ipsa  
nominis significatione, non est ( vt dicit idem  
Clemens ) versanū in dictione, sed in ijs, quæ  
significantur, quod præceptum sequutus est D.  
Tho. ab ijs perstrictus , qui in vocib; eliquan-  
dis annos insumunt, quos postponendos voluit  
Clemens Realib; , nam vt inquit, corui quoq;  
voces imitantur humanas, cum eius rei, quæ di-  
cunt nullam habeant uotitiam .

Ad XIV. Numq; id dixit S. Tho. imo bene-  
uole modestissimus D. ar. 7. ad primum voluit  
excusare PP. dum dicit omnes authoritates  
quæ

quæ dicunt hominem *assumptum* exponi debere, quod usurparint concretum pro abstracto. vnde dicit, quod Christus est homo non quem assumpsit, sed cuius naturam humanam assumpsit. in resp. ad 2. & 3. part. quæst. 14. ar. 3. ad primum illam propositionem, quod *Christus incepit esse*, dixit S. Tho. esse simpliciter falsam secundum sententiam fidei Catholicæ, subdens, *etiam si esset vera, non ea utendum absq; determinatione*, nempe secundum conditionem humanæ naturæ. non vocavit autem S. Tho. illâ hæreticam; nam Scotus d. 2. q. 3. existimat eandem propositionem esse veram in proprietate sermonis, Durandus in d. 12. q. prima esse distincti- guendam, propterea S. Tho. in loco citato 3. sent. non hæreticam vocavit, sed inintelligibilem, quare non est cur D. S. errore aliquo denotetur, qui adeo modestiam coluit, vt ne de errore illâ sententiam notaret, à rigida censura abstinuit, sed solum falsam secundum sententiam Catholicæ fidei, & inintelligibilem appellauit. sed vt dicebat Clemens Alex. primo stromat. *non similiiter ouem scrutatur coquus, & Pastor, ille, quidem an sit pinguis diligenter scrutatur, hic vero lac ouis obseruat, an sit generosum;* ille, vt perdat, hic vt fructum percipiat, ita similiter non ijsdem oculis omnes Doctorem Sanctum intuentur, qui n. deuorare cupiunt toruis oculis; qui lac sapientiæ exprimere cupiunt, sincero affectu respiciunt, sed vt dicebat idem Clemens, *mulgeat quidem aliquis si cibo egeat, & vellus tondeat, si ei tegumento opus sit; sic mihi procedat fructus bonæ Græcorum [ dicas tu ] S. Tho. ] doctrine.*

Ad XV. Iam pridem Caiet. Potianam confutat obiectionem dicendo, quod cum S. Tho. dixit non esse possibile, esse aliam terram, non sumitur possibile pro possibili logico, vel physico, in ordine ad Dei potentiam ( id .n. S. Tho. numquam negauit) sed pro possibili sumpto ex potentia creata iuxta principia suæ naturæ, secundum quod dicimus, non esse possibile mortuum resurgere signanter autem S. Tho. de terra, non de mundo dixit, non esse possibile esse aliam terram, quam istam; quia si terra alia extra orbem crearetur, naturaliter ferretur ad hoc medium ubicumq; esset (& loqui uidetur de facto stante ordine uniuersi) de possibili tamen si crearetur, materialiter distingueretur ab ista terra, & ad hanc inclinaretur, & non nisi miraculo aliquo subtiliter posset. obijcere hæc ij possēt, si per impossibile reperirentur, vt terra ista uisibilis nō sufficeret, & aliā extra uniuersū terram exoptarent, ut ab ipsis solis sapientibus, solis incolis possideretur, qui si ideo in S. Thomam talē terram, non concedentem, & ipsi insurgerent, adhuc tamen ibi positos, data hac hypothesi imaginaria, ad nos pertinere rationabilius dicemus, nedum affectu humano, sed naturali ordine uniuersi, & inclinatione, nam sicut dixit Clemens primo stromatum; *sicut in mundo uniuerso partes omnes etiam si inter se differūt, seruant eam, quæ est cum toto coniunctionem, & conuenientiam*, sic illam terram cum illis imaginarijs hominibus, si darentur, ad hanc terram,

& terræ incolas pertinere diceremus, ex coiunctione, & conuenientia. & si fingeremus imagines, q; cū diuisa terra particulas aliquas Thomisticæ sapientiæ secum asportarent, & articulos multos S. Thomæ, secum ferrent, & à corpore suæ doctrinæ auellerent, non secus, ut recenset Clemens I. strom. *Bacchæ Penthei membra discerpserūt, et abstulerunt; perfectio magna esset ueritatis auulsas particulas in unum redigere*; de tali. n. compositore dixit Clemens ( loquens de adunante ueritates sparsas in libris exteris cum Theologia ) *qui diuisa rursus cum potuerit, et perfectum verbum unum fecerit, scias futurum, ut veritatem citra periculum contempletur.*

Ad XVI. Respondetur ex Ferrarensi duplíciter rem posse intelligi simpliciter, & absolute necesse esse, uno modo ex respectu ad causam agentem primam, rerum productiua, & falsa est intelligentia. Alio modo in sui natura considerata, & tunc dicitur res necesse esse, quæ posita in actu, non habet in se unde possit non esse. Sunt. n. quædam in quibus, uel non est materia, uel si est, non est potentialitas, vel possibilitas ad aliam formam, ut est materia Cœli. Verè istis opponentibus, quod refert Clemens Alex. primo strom. applicari potest, quod de elephanto scripsit, qui cum in cœnum ceciderit, & clamauerit, præsens aliquis alius id contemplans, reuertitur paulo post, & secum dicit gregè Elephantorum, aiunt (subdit idem) Scorpium quoq; in Lydia si ei non succedit, vt hominem feriat, abeuntem reuerti compluribus, alter autem ab altero instar catenæ dependens, ita moliri insidias &c. sic cum unus, aut alter in Doc. Sanctum insilire feliciter, non potuerit, conglomeratim plures accurerūt, ut uelut scorpij pungent ( ut uidimus per tot annorum centurias ) sed frustra laborarunt.

Ad XIX. Non est maior S. Tho. PP. uno, uel altero, sed cum uox S. Tho. sit uox multitudinis, & eliquatus succus omnium SS. PP. & eoru dem interpres, non est mirum si Doctor communis dictus sit, & uni, quatuor facies, bouis, leonis, hominis, aquilæ, typus illustrium Ecclesiæ doctorum, accommodentur, & adaptantur, eo privilegio, ut sicut unumquidq; illorum quatuor animalium planta pedis uituli incederent, ita ad mensuram Thomisticæ interpretationis incedere uideantur prisci DD. & præterea Patres, quia uox S. Tho. ut uox PP. agnita est. vnde merito illud elogium à Pontifice reportauit, quod sine *ulla prorsus errore doctrina* S. Tho. descripta sit. Illud autem acerbum, quod dānandam sententiam S. D. de Conceptione pronunciat opponens. Nō dum fœtus iste iugulandus ab Ecclesia enunciatus est, de hoc articulo, uel pro alterutra parte, non hæc, uel illa determinante, sed suspendente sententiam, atq; dicente *donec articulus iste fuerit ab Apostolica Sede decisus*, & tamen uoto, & desiderio interficitur adhuc fœtus iste, qui est in uberibus matris, & occidi enunciatur à priuatis hominibus. Benigna lex, ait, Clemens 2. strom prohibet *eodem die fœtum, & matrem sacrificare* l. prægnantis

gnantis. ff. de pœnis. Hinc etiam Romani si quæ mulier prægnans fuerit damnata capitis no[n] prius permittunt, vt supplicium subeat, quam pepererit, & subdit Clemens: *Aperiè*, inquit, *quæcumq[ue]*; *uterum gerunt animalia*, *ealex non prius mactari permittit*, *quam pepererint*. *enim* retundens hominum, *ad iniuriam faciendā præsumptionem*. Ita, vel usq[ue] ad bruta animalia extendit benignitatem, ut cum eam in ijs, quæ sunt diuersi generis, exercūmus longe maiori humanitate, viamur, in ijs, quæ sunt eiusdem generis. Qui autem in aliquorum animantium ventres, ante partum calcis impingunt, ut contemperata lati, carne vescantur, matricem, quæ est creata ad generationem, faciunt sepulchrum fetus, qui gestatur in utero, cum lex aperte iubat, sed neq[ue] coquens agnum in latte matris sue.] sic matricem, quæ tot fetus protulit, & tot miracula concepit quot dictauit articulos, volunt facere sepulchrum fetus, qui gestatur in utero calcibus, dicteris, scommatibus eundem imponentes: imperantes, non obedientes decretis Ecclesiæ. Vnde Poza merito in ultimo indice suspensus est, vt etiam aduertimus in nostro Sacro deposito cap.22.

Ad XX. cessat obiectio si opponens patitur se erudiri à Io.xxij. qui dicit doctrinam S. Tho. diuinitus partam; & à Pio V. qui à Crucifixo approbatam doctrinam agnouit (sicut & Clemens VIII.) in cuius capella etiam indulgentias est elargitus ijs, qui illam visitarent. Vellat author, vt diuina fide id probaretur, quod non est necessarium, sed satis est si post tot testes infragabiles ex prudentia infusa agnoscamus, id rationabiliter esse credendum, vt stultum sit velle de eo dubitare: sed bene Empedocles ex Clem. Alex.lib.5. strom. *Prauis hoc est familiare*, velle quæ sunt vera ex eo quod non credit. etiam vulgus, non contentum fide, ait idem, *exit probationem tamquam pignus veritatis*, & iterum idem dicit *sapieniam, vel iustitiam, non ex veritate, sed ex ijs quibus delectatur, maxima pars vulgi metitur; delectatur autem non magis alijsq[ue] ijs, quæ sunt sibi similia*: frustra vero laborat opposens dicendo, esse Chrysostomo factam reuelationem, & tamen S.D. cui etiam reuelatio facta est habere sententias contrarias, non n. dicimus has reuelationes factas ad omnia, & singula verba, & sententias, id n. propriu est scripturarum canoniaru, sed ad multa difficultia, & obscura penetranda, dicitur. n. Es. 45. *dabo tibi thesauros tenebrosos occulos*, id est vt ponderauerit Clemens veram occulorum intelligentiam. Dei autem Thesauri, subdit, & quæ non deficiunt diuinitæ, est, quæ est venatu difficultis sapientia, item ad orthodoxe, in omnibus, & per omnia sentiendo, cuius illustrationem meruerunt dicti Sancti ex oratione, & genitibus, & magis genibus, quam humano conatu, diuinorum intelligentiam promerentes, quæ dona inflatis non conceduntur, dicente tragico Poeta Sophocle apud Clem.lib.5. *Diuina semper exhibet sapientibus, prauis simplex est, magisterq[ue], brevis*. Sic satis fit primo, & secundo motiuo. Tertium motiuum satis puerile est

non n. quod quædam sint euaniæ reuelationes, fides veris admittitur, nec n. verum aurum abiciendum, quia aurum calchū speciem auri praesert. Innumeræ regulæ sunt quibus veræ a falsis reuelationibus discernuntur præsertim S. Vincentij, & nos in proprio de hac re tractatu propediem imprimento, de veris, ac falsis reuelationibus agnoscendis, cuius Sancti predicationes de Antichristo à S. Antonino explicatas, si opponens legere voluisse, modestior fuisset, nec Apostolicum virum momi dente lacebrassem. Vtinam et in homines eiusmodi, nota aliqua, qua fictus sapiens à sophista discernetur, & verus S. Thomas defensor à ficto Hypaspiste. vnde Teognis apud Clem.6. strom.

*Argentum reprobum, atq[ue] aurum false monetae*

*Non egrè sapiens vir reperire queat,  
Mentem autem chari num pectore fallat  
amicis*

*Callidus atq[ue] intus corda dolor detegat  
Quæ non à superis, res est mage reproba, nosse  
Inter res omnes est magè difficile.*

Iam vero quod Scoto dicat Manganellus factas reuelationes, fides sit pœnes authorem de tali Apocalypsi, hoc scimus, quod in difficultibus, non ad Scotum S. Franciscus suos fratres Minoris transmisit, sed ad Orbis oraculum Aquinatem: id refert Fr. Ioa. de S. Maria Ord. Discalceatorum in arte viuendi spirituali impressa. Valentia 1620. lib.5. c.8. quod quidam vocatus Fr. Lautherius cum in difficultatem obscurissimam. Theologiae incidisset, cuius solutionem, reperire non poterat, & summam Theologicam voluere contemneret, ad orationem se contulit, supplex Deum omnipotentem, & S. Patriarcham Franciscum implorat, vt dubietatis, & perplexitatis illius nodos dissolueret. In somnis apparet S. Patriarcha cum Aquinate, associatus, tanta claritate resplendentes, vt solis lucem exuperarent: præter solis speciem, cappa S. Doctoris rutilatibus stellis effulxit: super capita quoque eorum Deipara locum tenebat, quæ, & hos SS. pretiosissimis coronis cingebat: extendit manum S. Franciscus, & orantem his verbis admonebat, *crede huic, quia eius doctrina nō deficiet in æternum*. Excitatur à somno religiosus, summa aperit, occurrenti dubietati primo ad legendū locus occurrit, cum solutionis antitodo, tenebre luce S. D. depulsa, ad gratias agendas componitur. Vir pius visionem publicat, & non semel in publicis predicationibus S. D. oraculo se instrutum professus est. Idem refert Ioa. Guascon in commentarijs vite spiritualis S. Vinc. c.x. 6.5.

Quod verò traducantur Thomistæ ad Patres configere, vt maxima laus eorum sit, sic maxima temeritas, quod hoc refugium infametur. Mater, ait, Clemens 1. p[ro]dag. c.5. ad se pueros adducit, & nos matrem querimus Ecclesiam, quodquod itaq[ue] est imbecillum, & tenerum, vt quod propter imbecillitatem auxilio egeat, gratum est, iucundum, & delectabile, animosa anima parte, ei quod est tantillum auxilium ferente. & mox subdit, quod Patres, & matres libenter filios suos parvulos vident, & exemplificat debobus

hobus qui paruos vitulos, ceruis, qui hinnulos defendunt, & protegunt, ipsi quod eos confugiūt, Quid mirum si ad PP. recessimus, qui nos ab incursibus hæresum tueantur, & ibidem rursus, ait. Nos autem infantes, qui ad inflationem perflantes hæresum ventos vitantes, eisq; non fidem habentes, qui nos aliter docent, quam patres tunc perfecti efficiunt quando sumus Ecclesia capite Christo scilicet retento. Si hæc culpa est quod patres contemni dicimus, cum patres refutantur, iam caput effert. Vvnglius uidens consimilibus sannis, Patres eludi; sic n. ait in explanat. ar. 64 mox incipit clamare Patres, nempe Patres, sc̄ tradide: unt, sed ego non Patres tibi defero, non matres sed verbum Dei requiro &c.] hæc impius. Sed falsò Thomistis Gnosticis pares efficit oppugnās, illi n. se solos sapientes, A postolos ignorantes, plenitudinem prædicationis dogmatizabant, solo Paulo excepto, ex Irenœ lib. quinto. Nos sic Patres, & veteres Scolasticos, ita, defendimus, vt posteriores minimè aspernemur, id concedimus, vt vnicuique suus deseratur honor, nimirum, vt moderniores, & iuniores, veteribus, & classicis fasces submittant, & non pari passu incedant, nam ex Clem. Alex. 7. Strom. cum in sola veritate, & antiqua Ecclesia sit perfectissima cognitio, iij magis de veritate participabunt, qui sunt antiquitati proximiores, cum quibus si posteriores conspirent, tanto magis de veritate participabunt, vnde nolumus apud nos solum diuitem Deum, qui omni tempore, & de omni ordine, & natione doctores dispensauit; omnia dicebat Clemens 1. Strom. à superis in bonum dispensantur, vt per Ecclesiam, cognoscatur multiplex, & varia Dei sapientia; nouitates autem doctrinarum execremur, quamq; id sit etiam diuinitate prouidentia argumentum, vt idē dicit, non sinere, vt viti. m, quod ex voluntaria defectione, ort. m est, inconducibile maneat, & inutile, sed nec sit omnino noxiū, vnde & sophistici & qui sibi tamquam propria dogmata attribuerunt, vel adulterarunt, vel alia superuacanea quadam diligentia indocē tamquam sapientes pronunciari, alia autem etiam inueniunt, ad indagationē veritatis profuerunt, vnde etiam furor subrepta Philosophia, velut à Prometheo parua ignis scintilla ad lumen extandum prostant tunc. n. aliquam subdit Clemens habuit uilitatem furtum quod redibat ad homines, non quod is qui subripuit utile sibi proponeret sed prouidentia Dei ad utile dirigeret, audacis capti euentum.

At quis dubitat maiorem apud nos debere esse autoritatem Christi Domini, qui pro nobis crucifixus est: sed scimus, quod crucifixus ascendens in altum dedit dona hominibus, inter quæ illa recenset Apostolus Eph. 4. quosdam quidem dedit Apostolos, alias Pastores, & DD. in consumationem SS. &c. ne circumferamus omni vento doctrinæ; quare qui his PP. erudiantur non se credit tamquam puluis erit quem proicit ventus à facie terræ, & cum à DD. per quos Spiritus S. loquitur deuiat, à Spiritu S. deuiat, qui fons est doctrinæ, & omnia continens, Scientiam habens vocis. Corui sunt, qui voces

imitantur humanas, cum eius rei, quam dicunt, nullam habeat notitiam ex Clem. Alex. 6. Strom. Plus debet etiam esse existimatio Christi, & B. M. quam cuiuslibet priuati doctoris existimatio in controversijs arbitrarijs, & liberis existimatio autem honoris debit, desumenda est ex authore S. Scripturæ, & Ecclesiæ, cuius est decernere, an quod ad pietatem pertinet rationum pondere, scripturæ traditione, Patrum consensu roboretur, atq; firmetur. inconstantia vero inmutanda opinione, quæ alicui Doctori non videtur probabilior, non potest sapientibus Doctoribus obici. Illi inconstantes dicendi, qui, vt scripsit Clemens p. Strom. ex Platone absque mente, & scientia credunt opinionibus, vt pote, quod non oporteat relicta recta, & sana ratione, ei credere, quæ est falsi particeps à veritate enim aberrasse malum est. Vera autem dicere, & ea quæ sunt opinari, bonum, probabit ne aduersarius falsitati. S. D. adhæsiſt, cum sententiam aliquam mutauit: qui semper id studuit, vt vera dicaret, & res opinatas prout sunt, quod valde bonum esse scripsit Clemens. Ceterum, vt subdit idem: Bonis priuantur homines, ex triplici capite, vel quod circumueniuntur, vel quia coacti, vel quia præstigijs decepti, & subdit, quod ille circumuenitur, qui in contrariam persuasōnem traducitur, oblitus, quod alia quidem tempus; alia vero ratio auferit imprudenter; cogit autem sèp̄ dolor, & angor, & rursus contentio, & ira, postquam suscepit afuerit opinio: postremo autem præstigijs decipiuntur, qui vel à voluptate sunt induiti, vel timore præterriti, sunt autem mutationes omnes voluntarie. Atq; nihil quidem eorum inquam accepit scientiam. In eo autem excellens fuit S. D. quod duplex illud orationis genus Peripateticorum secare cognovit, nempe quod opinabile, & quod επιστημονικό id est animam constituens, de quo meminit Clemens lib. 5. & in dogmatibus, non quod vulgo dogma existimatum est pro dogmate haberi voluit, Parmenidi Eicate, viarum, duarum, doctrinam introducenti, subscribens, de quo apud Clem.

Vnam quidem veri est, bene quam vt credere constans

Posset, opinio, sed nimium leuis altera vulgi,  
Cui, nō certa fides, nec inest persuasio vera.

Et in hoc etiam eius modestia maximè enuit, vt nunquam opinata pro dogmate trididerit, Ecclesiæ iudicium semper sequens, nunquam anteueriens. Quid ergo Hosij verba usurpantur, & ea, quæ sunt contra hæreticos dictata, in hæresum euersorem intorquent: quid erroribus, cum opionibus? sed recte scripsit Clemens lib. 5. Nec omnibus, qui imprudenter, & temerè dicunt, & scribunt oportet aures præbere, nam calices quoq; qui à multis sumuntur per aures, hoc est ansas, aures quidem amittunt, prætereat autem, & ipsi excidentes confringuntur. eodem modo, iij quoq; qui multis nugis, fidei casiam incestarint Patrum, & præcipiiorum Scolasticorum doctrinam [ infirmant ] auditionem ad veritatem iam tandem obsurdescentes, & inutiles fiunt, & in terram decidunt. Hac documenta

menta insculpere oportet in nostris mentibus, ne erreremus.

Ad XXIV. idem S. Thomas in loc. cit. in disputatis ponit positionem Origenis, & sequacium putantium corpora cœlestia esse animata scripsit. n. O. i. g. t. 1. comment. in Ioannem esse nedum stellas aiatas, sed etiam vitij capaces, & non est veritus in c. 25. Iob. stellas appellare immundas ex peccato, ac proinde pro ijs quoq; mortuum esse Christum Dominū c. quoq; 7. eiusdem primi lib. Periarchon ponit eadem astra proficere in virtutibus &c. Hieronymus etiam in Ecclesiastem explicans ea verba: *Girans girando vadit spiritus, ait, solem vocari spiritum, quod animet, inspiret, & vegetet.* Licet Lorinus non sit veritus dicere in Ecclesiastem c. 1. v. 6. S. Thomā id imposuisse Hieronymo (o egregiam modestiam) & dulciter submordet, quod citauerit Ecclesiasticum pro Ecclesiaste, cum in littera posuerit S. Doct. Eccl. malè à Lorino uiridi cōspicillo lectum. Ibidem quoq; S. Thomas recenter oppositam sententiam citans Damascenū lib. 2. c. 6. vbi certum dogma disciplinæ Christianæ nuncupat. cuius quoq; sententia sunt Basilius hom. 3. in Genes. Cyri. 3. contra Julian. Lact. 2. lib. c. 5. Hierony. in Efc. 1. & 45. & in Cant. audite cœli, & ep. 69. ad Augu. Aug. lib. de duab. animabus c. 4. & 2. retract. c. 7. & p. c. 5. addidit etiam S. Thomas in disput. quod hæc positio docens esse inanimata communior est apud Modernos Theologos, unde & S. Bonau. 2. d. 14. oppositam uocauit falsam, & erroneam. Quare satis appetit de mente S. Thomæ, quod Patrum & communio rem Theologorum sententiam sit secutus. Quia vero viderat sententiam S. Augustini, quam ibidem refert in Enchirid. c. 58. & 2. super Genesim c. 25. esse in suspense, voluit præ reuerentia ipsum exponere dicendo, corpora celestia moueri ab intellectu separato, ut forma intellectiva, non vt sensitiva, unita corpori non propter operationem intellectualem, sed propter executionem virtutis actiua, secundum quam potest adipisci diuinam similitudinem in causando per motum cœli.

Vel dicendum quod in p. p. q. 70. a. 3. uolens etiam saluare Augustinum dicit quod *[corpora cœlestia non sunt animata eo modo quo plantae, & animalia, sed aequivoce: unde inter ponentes ea esse animata, & ponentes ea inanimata, parva, vel nulla differentia inuenitur in re, sed in voce tantum]* ea autem doctrina uidetur de sumpta ex Aug. 2. retract. c. 7. vbi que de cœlestium corporum vita assuerat per tropum intelligi posse assert, quod exponens Valentia disput. 1. P. p. q. 3. de opere sex dierum pūcto 4. dicit posse vocari cœlum animatum, extrinsecè à forma nimirum intellectiva ipsi assistente ut motore.

Vel dicendum ex Vasquez, quod S. Th. loc. cit. de mente Aristotelis disputet, & opusculo 15. de Angelis c. 2. id sit manifestum quamuis idem Sanctus cum communi Theologorum sentiat, sed ne hoc effugium videatur misericorum, iam habemus perspectam mentem S. Thomæ in p. parte cui responsioni standum est.

Circa vero qualificationem propositionis aperte S. Thomas loc. cit. contra Gentes, dicit non pertinere ad fidem eam questionem. quare insinuat non esse hereticam affirmatiuam sententiam. Nō esse apertum errorem in fide similiter astruit Claudio Espencaus in proprio tract. de cœlorum animatione, & si cum articulis Parisiensibus, & S. Synodo inanimata fateatur. Sed & Conimbricenses in primo de cœlo c. 1. q. 1. a. 2. dicunt: *non tamen huiusmodi dogma de cœlorum animatione heresis titulo notandum censemus, propterea, quod an decretum illud à Quinta Synodo editum fuerit, haud omnino constat.* Accedit quod ponderauit Pererius in c. 2. Genes. q. 7. non tam damnatam esse à Synodo opinionem Origenis dicentes astra animata, quam causam, vel rationem eiusdem positionis, quia propter peccata prius commissa Angelos ad dictas Astra animandas, idem dicebat Origenes.

Placet mihi censura S. Bonaventuræ, quod sit falsa, & erronea in fide, præsertim quod in ultima impress. Concil. Generalium Romæ in tractatu Iustiniani Imperat. (cuius meminit Liberatus Diaconus c. 23. qui testatur instant Pelagio Apocrisiario dictatam, & à Vigilio Rom. Pontif. approbatam) sic dicitur. *Præterea hoc quoq; Origenis demonstrat amentiam, quod affirmsat Cœlum, & Solem, & Lunam, & Stellas, & aquas, quæ super Cœlos sunt, animata esse, & quasdam virtutes ratione uidentes.* Et iam pridem ab Ireneo p. contra hereses, & Epiph. 2. Panarij, inter Marcosiorum dogmata recensita sit positio de cœlorum animatione. Quare, & si dixerit S. Thomas, quod ista questio non pertinet ad fidem idcirco dixit, quia non erant aptæ Conciliorum definitiones, vt nec modo constat indubitate de iisdem ex Conimbricensibus, vt opposita sententia heresios damnata censeatur. Nunquam vero alias censuras exclusit iuxta Theologicas regulas, & sic nihil solidi opponitur contra irrefragabilem sententiam S. Th. Delector ergo Domine, vt in simili dicebat Aug. 12. confess. c. 23. cum eis in te, qui veritate tua pascuntur, in latitudine charitatis, & accedamus simul ad verba libri tui, doctrine quam voce probasti, & queramus in eis voluntatem famuli tui, cuius calamo dispensasti ea.

#### D V B I T A T I O I.

Anscripta Doctoris Angelici sint unquam ab aliquo scriptore artic. fidei, vel Canonice scripturæ, vel P. P. comparata, & in eodem gradu collocata, ut piaculum sit ab illis discedere.

**L**utherus ad Sylvestr. Prieratorem Apostolici Palatij Magnum tamē contra Thomistas columniam est commentus, *Vos Thomistæ grauiter estis reprehendendi, qui sancti huius viri opiniones pro articulis fidei venditatis.*

9.

Huic imposturæ alia noua, sed non dissimilis calum-

calunnia adiuenta, nam Anonymus ille finiens hostem quem feriat, impostura Lutheri, imponit Thomistis, quod doctrinam S.D. exequunt scripturæ canonice, *Si Deus, inquit, sic existimat scriptores Canonicos, inhibeatq; ne quis minuat, vel addat a Sacris libris, quid est quod aliquis velit addere minuere, nec consentiente Ecclesia, integræ volumina particularium Doctorum vñ. Thome, aut Bonaventura, ac se essent Canonica scripta?*

Nilela Hibernica pag. 39. multum laborat ad probandum scripta S.Th. vt & ceterorum Sanctorum non sic suscipienda, sicut canonicae scripturæ suscipiuntur, & assertur i. S. Aug. ep. 48 ad Hierony. & d. 9. c. noli. Si ergo à Sanctis discedere licet quando humano sensu sunt locuti, multo magis à S. Thoma.

Secundo. cito S. Thomas quasi Sol à vanis quibusdam prædicatoribus appelletur ( ait Nitela pag. 18.) id non potest intelligi respectu Priorum Patrum, esset. n. impudentia Augustinum, aut alios inferiores facere, aut his parem in scholis, aut Ecclesiæ autoritate receptum, afferere.

Confirmatur, quia nihil definitum est sine Patribus, quicquid. n. ad traditionem spectat, vel ad interpretationem sacrarum litterarum ex Patrum archiuo depromptum est. Ut patet ex Trid. sess. 4. in v. Synodo, in Concilio Rom. sub Martino consult. 5. Concil. Valent. c. 1. Romano 2. sub Zacharia, vbi Clemens hereticus habitus, quod Sanctorum dicta respuebat. In Florentino, quod totum in sensu Patrum interpretando fuit [ Taceo ( subdit Nitela ) ] quod fessio 5. & 6. Tridentini verbis, & sensu, & doctrina Augustini serè concepta sit, sicut & reliqua, siue in Oriente, siue in Occidente aduersus Pelagium, aut Semipelagianos determinata. Qui hæc & similia de D. Thoma, eiusq; operibus proferre cum veritate possunt, eum Patribus conferre etiam possunt: præferre vero iactantia est.]

Tertio. si à quoquis Patre aliquando discedere licuit, & etiam num licet, ex sententia S. Augustini, iniquus erit, qui à Doctore Scholastico dissentire, in quibusdam placitis, vertet errori, hæc magis S. Augustini, quam ipsius D. Thomæ doctrina esse comprobatur i. p. q. 1. a. 8. ad 2. dicentis, authoritatibus autem Canonicae scripturæ vitur propriè ex necessitate argumentando, authoritatibus autem aliorum Doctorum Ecclesiæ, quasi arguendo ex proprijs, sed probabiliter, innititur. n. fides nostra revelationi se qua fuit alijs DD. facta, unde dicit Aug. Ep. ad Hieron. solis. n. scripturarum libris, qui Canonici appellantur &c.

Quarto. Sacra Theologia ex sex potissimum scđibus velut locis, seu principijs discurrevit, vñ. scriptura, Traditione Apostolica, & definitione Concilij Oecumenici approbati, ex definitione Pontificis Romani, ex consensu Ecclesiæ, ex vñanimi consensu Patrum, addamus etiam, & Theologorum: tunc ligat quando certa, & evidente illatione deducit conclusionem, quando vero probabilis est illatio, salua fide Doctorum inquisitionibus, controversijs, & opinatio-

nibus sine vlo discrimine patet locus. Dicant mihi ( subdit Nitela ) an omnia Thomæ placi-ta, ita inh. reant illis principijs fidei, vt euidenti sequela ea comitentur? si ita est, Scotus salua fide dissentire non potuit, sed ita esse quis probabit, vel quis probare velit, nisi qui tam dure in ipsum D. Thomam, quam in Scotum decer-nere intendat, cum & multa, quæ alibi ille docuit, alibi retractauit, nec n. quæ fidei sunt re-tractari queunt. Si tamen probabilia sunt ali-qua, quis tam crassi est cerebri, vt neget illa li-bera opinioni subesse, atq; contrarium simili, vel sufficienti certitudine sine nota erroris afferere ei licere, qui in verba superstitiosus non iu-rauit? ]

Confirmatur primo. Prouocemus amplius homines ad communem scholæ stylum, vbi nā inuenient, inter suos etiam gratiōres authores discipulos S. Thomæ, aliquid durius statui contra quemuis Doctorem Scholasticum, in hoc præcise, quod D. Thomæ non consentiat? vel dicant quando hæc, vel illa opinio suis alioquin principijs fundata, ex eo quod Bonaventuræ Scotti, non autem D. Thomæ sit explosa? quot ex domesticis suis, & D. Thomæ discipulis ab eo recedant, & in pluribus eius authoritati non desertur? in alijs eum durius suoq; sensu comoda explicant interpe-tratione.

Confirmatur secundo Transeamus si placet, & ad oecumenica Concilia, in quibus nullum-damnum inuenies, quia se Thomæ opposuit, nihil definitum de fide, quia præcise id ille asseruit. sed & fidei sacra tribunalia consulamus, & perpendamus quibus ex capitibus propositionum qualitates inuestigant, hereticam dicūt, quæ veritatibus fidei implicitè, vel explicitè repugnat; erroneam quæ veritatibus Catholicis &c. non cohæret: nullam verò notant, aut dam-nant in eo præcise, quod D. Thomæ non sit, aut eius doctrinæ cōtraria censeatur. Adeas Canum lib. 12. de locis, nostrum Castro, directoriū Inquisitorum, Simancas Bannes, Cordubam, & alios. Quid refert commemorare decretum Sacrae Inquisitionis, quo cautum perhibetur Magistro Sacri Palatij, ne in vñum eius placitu nempe Scotti animaduertat, verum sine vñterio-ri examine modo Scotti esse constet, pertrans-seat.

Confirmatur III. Hæc etiam communi ueterum, qui ante 1515. annum floruerunt, uenerationi. statuta est lex, titulo de emendatione li-brorum §. 4. In libris autem Catholicorum veterum, nihil mutare fas sit, nisi, vbi aut fraude hereticorum, aut typographi incuriam manifestus error irrepererit. Inter hos autem non modo Scottum, verum alios plerosq; sive, qui doctrinam D. Th. impugnarunt, res admodum nota est. Quid ergo? has eorum heresies souet Ecclesiæ? ita planè, nō tamē pro heresi. Vanum itaq; est adstruere, siue Scottum, siue alium ab Ecclesiæ, aut à quoquam graui in hoc notari, quod à D. Thomæ placitis, in questionibus tatum probabilibus recesserit, rationesq; eiusdem Doct. inuestigandæ ueritatis ergo impugnauerit.

Confirmatur IV. Imo quantum hæc Schola-sticorum

Nicorum sine contentione , aut emulatione dissertationes conducunt , non modo iudicio Ecclesiarum ( quæ in antiquis uerat quidquam mutare ) & Academiarum in quibus publico stipendio diuersorum placitis docendis conducuntur uiri docti , clarum est , sed etiam ipsa ratio experientia , & profectus ingeniorum monstrat , vel in eo solo , ne dolosa commutatione , incertum pro probabili , opinio pro fide , pro vero falso in Scholis distrahitur . Quid n. facturi essent aduersarij , quali , quamq; fallaci pondere doctrinam Thomæ ponderent , nisi ex opposito Scotus alijq; Doctoris Scholastici suspenſam iusta , & equali libra stateram retinerent . Si n. Thomas eorum iudicio reliquis non modo præponderat , sed eō authoritatē peruenit , vt ab ipso cuiquam recedere sine nota non liceat , quid dictū tandem essent , si solus ille in studio curreret ? id facile conjecturis decidendum relinquo . ] Hac ex Nitela .

*Pro parte opposita.*

**S**ed contra est , quia in laudibus S. Thomæ sententia , quæ affertur in laudem S. Thomæ , ex Innocentio V. Papa , expresse excipitur doctrina Canonica . *Huius viri , ait , doctrina ( excepta Canonica ) habet veritatem sententiarum &c.*

Secundo sunt assimiles locutiones , quæ Sanctis Patribus , ab alijs sunt attributæ consimiles illis quibus S. Thomæ doctrina illustratur , non ergo nouum , ac insolens , quod similibus titulis S. Doctor decoretur . Antecedēs patet , nā Nestorius in laudem Ephræm scripsit , Quotquot ab eo scripta sunt volumina demonstrationibus sunt plena numquam ergo veritatis hic filius ab ipsa deflexit veritate . Gregorium quomodo effert Basilius ? Projecto , ait , iniuria afficerimus veritatem , si non animam illam annumeremus ijs , qu velut insigni , magna lucerna in Ecclesia Dei resplenduit . Epistola ad Neocesar . 63. de eodem Ruffin . in Historia . eum , ait , tanti meriti fuisse , ut quicunq; ausus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari , ex hoc ipso , quia magis sit hæreticus arguatur : manifestum namq; indictum est , non esse recte fidei omnem , qui in fide Gregorio non concordat . Huic assimile , quod scripsit Innocentius supra , qui eam tenuit , nempe doctrinam S. Th. numq; inueniatur à veritatis tramine deniāsse , & qui eam impugnauerit , semper fuerit de veritate suspectus . Hanc certe gloriæ prærogatiuam S. Thomas ex sua sibi promeruit modestia , & reuerentia erga eundem Sanctum , nam p. p. q. 61. 1. 3. in corpore hoc elogium à Hieronymo desumptum , Gregorio attribuit . *E*ccliesi sacerdos est in doctrina Christiana auctoritas , ut nullus unquam eius dictis calumniam inferre præsumperit , sicut nec Athanasij documentis . Ergo sicut nullus ausus est criminis vertere dictis autoribus , quod tales titulos Patribus attribuerint , vel calumnias attexuit , quod vel Canonicae scripturae exequarint , vel pares vetustioribus Patribus effecerint ; sic nec calumniandi sunt , qui eosdem cum propor-

tionē quadam , ijsdem titulis Doctorem Sanctū decorarūt : nec traducendi , vel fingendi , quod vel scriptura canonicae Sancti Thomæ scripta , vel Patrum voluminibus eadem exequarint , vt piaculum sit eadem impugnare , propemodum cum hereticis anumerari , si quispiam sermonibus sancti contradicat . Similes autem locutiones cum sint indefinitæ , satis est vt verificentur , non in omnibus , & singuli sententijs doctrinam SS. istorum , sicut & S. Thomæ irrefragabilem autoritatem habere , sed solum in materia dogmatica , vel graui Theologica : non in priuatis sententijs , & opiniculis , sed in publico dogmate , nec n. tunc dogmatica , vel publica sententia defenditur mordicus , quia Thoma , vel Augustini est , sed quia à Thoma , vel Augustino asserta , cum ipsa quoq; deprehendit esse concors Patrum sententia : in quo casu sic suspicienda est Patrum authoritas ( Aug. 2. contra Julianum ) sicut contra impios defenditur Euangelium . Et quod sic efferratur S. Thomæ doctrina , ex eo patet , quia ex Hilar. XI. de Trinit. in sola fidei indemutabili constitutione credit alter atq; aliter non licet , & non possumus esse arbitri religionis , cum religionis opus in obedientie consistat officio . Aliorum autem priuata placita sub discrimine salutis æternæ recipere non tenemur , ty rassis n. esset velle adstringere , vel vim facere , vel legem dare , vbi unusquisq; abudare in suo sensu ab Ecclesia permittitur . Cum ergo hæc sint prima elementa Christianæ Scholæ , & communis Catholicorum sensus , impostura est Anonymi cum dixit : *T homiskas , vel Bonanenturistas scriptis suorum Duncum tantam tribuere autoritatem , vt ea æquarint , cum canonica : vel T homam & Bonaventuram Patribus veteribus adæquarint : vel quod hominum ingenia captiuent , vt etiam in eis , quæ ad fidem non pertinent , nullus eis possit sub peccati pena refragari .*

**III.** quia quā maximè orthodoxis caudentur sunt technæ Hæreticorum , nam hæc fraus fuit Pelagianorum ex lib. 2. c. 7. in Iuli. imponere Augustino , quod nec somniarat . vnde illum sic reprehendit [ quod autem hoc opere tuo quomodo fiant à Dialecticis Syllogismi , vnde quæstionem tibi nullus obiicit , docere conaris , quantum tibi places , tantum granibus lectoribus discipes , & quod est peius fingis me dicere , quod non dico , concludere sicut non concludo , concedere quod non concedo , & concludis tibi ipsi , quod renuo .

**IV.** quia ad tentationem diaboli id pertinere videtur , vt videntes , vel audientes hæretici , hæc S. Thomæ ( quod etiam ad S. Bonaventuram extenderunt ) imponi , & quod pares pronuntientur scriptores Ecclesiastici sacris , & canoniciis amanuēsibus , & ita lingua habendas laxēt , & cauillentur Orthodoxos , ima summis misere , verba hominum pro verbo Dei venditari , & infamandi Orthodoxiam ( dum de tali æquiperatione facta , Orthodoxos fugillant ) præbēt occasionem ; & sagittas administrant , quibus simplices vulnerentur , & sagittent in obscuro rectos corde .

**V.** quia non est verisimile id in mentem venisse

nisse virorum sapientum, ut in adiaphoris capi-  
tios vellet fieri Doctores alios contrarium sen-  
tientes, vnde & Cyprianus dicebat (de anabap-  
tismo Hæreticorum loquens, quem ipse falso  
tamen putabat esse de indifferentibus, cum ea  
quaest. ad fidem attineret) cū ceteris collegis meis  
scriptis ad Stephanum Rom. Vrbis Episcopum. In  
hac re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem  
damus, cum habeat in Ecclesiæ administratio  
voluntatis suæ arbitrium liberum & nusquisque  
Præpos. rationem actus sui, domino redditurus  
etc. qua verba non illi, que tunc ventilab-  
batur quæstioni de fide, sed potius alijs indif-  
ferentibus quæstionibus competunt, in quibus  
nullus priuatus ad suam sequendam opinionem,  
rationabiliter sentientes oppositum, potest, vel  
debet captiuare, & astringere. Non ergo im-  
ponendum discipulis S. Thomæ, vel Bonauen-  
quod ingenia hominum captiuarint, vt in qq. ad  
fidem non pertinentibus, nullus S. Doctori, vel S.  
Bonaventuræ valeat refragari: tentatio dœmo-  
nis est, inter famigeratas Scholas iurgia (qui-  
bus adiunicem proscindantur, & lacerantur)  
adiuenire, & Cadmientes ferere, vt ijs An-  
dabatarum more pugnantibus, subintrent alij  
qui virgulam censoriam arripientes, modo Sco-  
tum, modo Thomam, uel Bonaventuram iubeat  
uapulare, & cea neutralis, utriq; pedi aptos co-  
thurnos adaptent, aut cum uerspertilionibus  
Aesopicis se adiungentes, modò in castris ali-  
tum contra quadruped a militent, modo si-  
pendiat à quadrupedibus in aues infilant.

## CONCLVSION

*Calumnia Lutheri est, quod Schola S. Tho-  
mae, doctrinam eiusdem parem fecerit  
cum articulis fidei, vel ut dixit Anony-  
mus, quod sit ab eadem, scriptoribus Ca-  
nonicis, vel Patribus equiparata.*

R Espondeo dicendum iuxta documenta-  
Basilij lib. I. contra Eunomon. quā ma-  
ximè cauendum ab imposturis, & fraudibus  
inimicorum Ecclesie. Hæc autem est eorum  
fraus, vt fingant hostem quem feriant, imputan-  
do Patribus, vel scriptoribus Ecclesiasticis, ali-  
quid, quod nec somniarunt, vt inuidiam ortho-  
doxa subeat, & imaginarios ex impugnatione,  
ac propterea immeritos triumphos, eorundem  
procaetas reportare videatur. Sic fecit Euno-  
monius apud eudem Basilium, finxit enim ima-  
ginarium hostem, contra quem lanceas, & spi-  
cula contorqueret, & nullo etiam oppugnante,  
ac si oppugnaretur, responsiones edidit, vt in  
specie responsionis doctrinam suam compone-  
ret, & quasi necessitate propter calumniatores,  
ad eos sermones venerit, hoc modo auditorum  
benevolentiam venatus. Sed ex eodem Basil. ea  
fictio inde facile deprehensa, quod cum huius  
causa, quam dicere simulat, accusatorem nomi-  
nare habuerit neminem, accusatoris persona re-  
lata, ad respondendum aggressus, nec ex demen-  
tia, nominatim eos, qui sibi molesti erant dicere

abstinuit, cum omnes, qui aliter, quam ipse sen-  
tiat, lacescat. Verum mentiri, & certas accusato-  
rum personas adducere dedecus sibi putauit. Nā  
se nuncupare aliquos posset, dixisset profecto, &  
exclamasset. Qua ergo de causa quando scribe-  
bat, reticuit? nūc interrogetur, nūc respondeat,  
qui sunt, qui cum incusarunt? qui sunt, qui prius  
detrahendo necessitatē sibi respondendi effe-  
runt? Qua ex parte orbis terrarum venerint?  
qui fuerunt indices apud quos certamen hoc su-  
bi: j? quod in iudicium hæc accusatio delata  
fuit? etc. Quam ergo necessitatē respondendi  
tunc habuit? sed ut arbitror etiam si voluerit  
mendacio, vt non poterit, quare nihil verius,  
quam huc dicendi modū, ad decipiendum ab ipso  
excipitatum fuisse.] Non dissimiliter ijs, qui hec  
communisuntur in S. Th. doctrinæ professores,  
& similia paradoxæ imponunt (vt fecit Luthe-  
rus) adaptari possunt; quasi enim ad retun-  
dandum audaciam imaginorum DD. a quanti-  
tum, vt fingunt, Doctoris Angelici scripta cum  
scriptis Canonicis, in acie figū gradus, omneq;  
neruos intendunt, vt à recta extimatione, & fa-  
ma, quam sibi ex doctrina compararunt, velut  
ab arce deiçiant: accusant, & traducunt ad ima-  
ginarios iudices veritatis, vt fecit Anonymus in  
libello supplici ad eosdem directo, vt æn ulo-  
rum gratium, & benevolentiam aucepuntur. Qui  
verò sint isti, aduersus quos pugna suscipitur nō  
designantur, qui desi: nati fuissent, si reperti hu-  
iusti: modi essent fabricatores talium paradoxo-  
rum. Ergo si nunc astringantur (præsentim  
Anonymus ille) vt de authore doceant, tam  
pernicioſi dogmatis, quis nam fierit, quibus li-  
bris sit exaratū, in qua Ca: hedra edoctum, etiā  
si mendacijs daretur locus, nec reperietur. Qua-  
re consequens est, hunc & similes dicendi mo-  
dos fingendi hostes imaginarios contra quos  
pugnetur, à veritate, & sinceritate al: qnos, & ad  
iniuriam Doctorum Ecclesie, vt eos è suo gra-  
du deiçiant, fabrefactos. eos itaque lequendi  
modos eliminare oportet (vt lacesitis patro-  
cinium præstetur, & aduersantium calumnię  
propulsentur) & rationabiliter S. Thomæ d-  
iscipulos tueamur, quos uelut hostes imaginarios  
exemplarunt, & tanquam terriculamenta pue-  
rorum venditarunt.

## Solutiones oppositionum.

A D primum. non est cur laboremus in re-  
spondendo, vt laborat opponens autorita-  
tes de papyro in papyrus transferendo, cū  
nullus neget, quod negatum falso supponitur.  
Certe qui transfert lapides affligetur in eis.

Ad II. meritò S. Thomas Soli assimilatur, quē  
nedum in manibus, sed in pectore gestat, at que  
deductio est, ex ea laude ceteros Patres infero-  
res fieri? An etiam quia S. Augustini doctrina  
Soli assimilatur propterea Christo Domino de-  
tractum est, qui Sol in scripturis describitur in  
comparationibus autem est attendendum inter-  
dum assumi res sensibiles, ait, Hil. 7. de Trinit.  
vt rerum familiarium consuetudine admeneret:  
ex nostri sensus conscientia ad insoliti sensus

## 290 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

*opinionem educemur. Sic quia nihil habemus inferioribus, quod fulgorē magis designet, quā Sol, dictum est Matt. 13 fulgebunt iusti sicut Sol, non quod maiorem lucem non habeat Christus Dominus &c. Sed quod nihil in terris sit splendens, quod eorum lucem possit declarare. Vel dicendū ex Cyrillo 2.lib. Thesau.c.3. quod quae sunt eiusdem naturae, & gradus comparationem suscipiunt, quare cum aliis gradus sit Patrum, alias Scholasticorum, comparatio non est facta primo modo inter Patres, sed inter Scholasticos, & sic patet ad confirmationem.*

Ad III. Non sunt Tyranni ingeniorum S.Th. discipuli, vt velint captiuare ingenia (vt in liberis, & adiaphoribus questionibus non licet contra sentire cōtra Angelicum) maximē illorum, qui suas habent distinctas Academias florentes, sui Dicis sectando doctrinam. non sunt discipuli supra magistrum, nec plus S. Thomae tribuunt, quam S. Thomas sibi, & reliquis Doctrinibus docuit tribuendum esse. Non sunt quoq; nostra (d cebat etiā Aug. lib.2 contra Donatianas c.2.) ita pertinaciter amāda, sed quae aliquādo a fratribus, & collegis nostris utiliter, & salubriter suggeruntur, si sint vera, & legitima, ipsa potius nostra ducamus. Propterea liberos correctores exoptat sēpissimē idem Sanctus, vt melioribus rationibus, si afferentur, cederet; vel a priori, quam semel imbibera sententia, si rationabiliora proferrentur, resiliret. Sed hāc diffusius infrā, cum de iuramento scholae Salmanticensis tractabitur,

Ad IV. Rectē illa Theologica loca stabilita, sunt, nec locū Theologicum, scilicet vnius priuati Doctoris autoritas firmum, & irrefragabile facit, nisi quando in illius sententia, ceterorum Scholasticorum multitudine conspirat. Probabilitē tamen sedem argumenti subministrat, iuxta rationum firmamenta, & vniuersalem, vel cōmunem receptionem, & sequelam, quod absq; aliorum iniuria S. Th. sibi promeruit, vt nullus post Magistrum sententiarum, tot commentatoribus, & expositoribus fuerit illustratus.

Ad primam confirmationem patet responsio ex dictis. Et opposentes tenentur ostendere cēsuras, si quando oppositum sentientes defendēdo al. quam sententiam contrariam S. Th. impugnati sunt. Euoluant nostrorum, & ceterorū cōmentaria, designant positiones, impugnatas cum qualificationibus, & proferant eas in mediū, vt retractentur. Ostendant, si aliquando aliqua diuinsculē sūt impugnata, an ex eo capite sint proscripta, quia Thomae cōtraria, an vero quia principijs Theologicis parum sunt accomoda? & si ex hoc capite impugnata quādā sunt, nulla culpa impugnatoris, si tales inueniat assertores, qui nedum D. Tho. sed Scholasticis ceteris, Patribus interdum, imo ipsis Cōcilij fermē aduersentur,

Ad II. Confirmationem. Verē sic est quod nullus ab Oecumenicis Concilijs damnatus est, si S. Doctori se opposuerit, sed multos in errores & hæreses damnatas in Concilijs impingere cōtingit, quia paulatim in grauioribus assueti contradicere sermonibus Sancti, vel si non possunt impugnare conclusiones, rationes infirmare co-

nantes, eō tandem deuenire possunt, vt ad nouitates prosiliant, quæ nedum S. Doctori, sed Patribus aduersē merentur progressu temporis cādem accipere damnationem, quæ habuerunt consanguinitatem nouitiae impugnationis, quare sicut dicebat Aug. se diuinis tractatoribus sensū suum submittere, qui in Ecclesia fōrā erunt precipue Ambrosio, quoniam stabiles erant in antiquissima, & robustissima fide, non autem nouitio mouebantur errore, concludens. Nos autem patatores sumus cum istis viris, & cum Ecclesia Christi in huius fidei antiquitate firmata, quælibet maledicta, & contumelias perpeti, quam Pelagiani cuiuslibet eloquij prædicatione dammarū. 2. de nupt. & conc. p. 1. c. 29. ita magis eligunt discipuli S. Thomae in fidei dogmate, & grauioribus mysterijs indefectibiliter doctrinæ Angelici adhærere, quia non tam suum quādā Ecclesiae sensum expressit, nec nouitio aliquo errore sedatus est, eligendo potius (vt factum est à Luthero) maledicta, & contumelias, & calumnias perpeti, quādā ex connivētia nouitatum eruditos prædicari.

Ad III confirmationem respondet, verē, & prudenter in libris Catholicorū veterum cautū est, ne aliquid immutetur, ne dum ipsorum testimonijs vtimur ad antiquitatem demonstrandam, si aliquid emendetur, vitiata à nobis suisse veterum exemplaria conclamant Hæretici. Benē tamen in diuinsculē dictis, vel postea per Ecclesiā determinatis in quibusdam Doctoribus, (vt patet ex indice expurgatorio Romano à nostro Magistro S. Palati laboribas P. Mag. Maluendā cōcinnato) cautēla in legēdis adhibitæ sunt, & in alijs apponendæ similiter desiderantur, vt inoffenso pede decurrant. Quod inter hos antiquos sint Scotus, & alij, qui S. Th. impugnauerint, nō inficior. Sed non ex hac impugnatione S. Thomae notādi essent, si aliquid notari dēberet, sed quia quod asserit S. Thomas ex communi Ecclesiae sēsu tradit, & expl cat. Vnū (ut multa præteream) exemplum adducitur, S. Thomas assertionem characteris à temporib; A postolorū authoritate Dionysii demōstrat. 3. p. q. 63. a. p. Scotus (cui Caetanus noster subscribit) satetur quidem haberi ex autoritate Ecclesie, sed aiunt non esse multum antiquam. Hoc a tertum in Caetano, quia est modernus, à Pio V. expunctum est, Scoto ex antiquitate hāc reuerentia adh̄bita, ne ob antiquitatem expungetur, tamen caendum esse in hac re Scotum, nō Thomista aliquis, sed insignis ille Thomas Vualdensis disputans contra Vvitclephum tom. 2. tit. 3. a. p. 109. non sine indignatione pronunciauit cum illum Hæreticum characterem insamantem oppugnaret, vt mox dicetur.

Ad ultimam cōfirmationem Proficit libertas illa aliter sentiendi, vt uarijs uijs, & modis dogmata explicentur &c. nec solum cum Sole, ut dicitur pugnare uolumus, si Doctorem sequimur quem in hoc commendant communiter, quod egregiè dogmata defendenter, explicat, censuras debitas apposuerit erroribus, quos impugnauit, nec certa pro incertis uendicauit, nec opinions pro fidei articulis obtruserit, ut impie Lutherus

therus debaccatur, Quare pro S. Doct. quadrat, quod dixit Aug. ad Orosiu c. 11. contra Priscilianistas, q. cū ex Apostolo docuisset, vnumēq; debere sapere iuxta mensuram fidei subdit.

*I. Docebunt te ista fortasse Doctores, si ad illos afferas discendi scienciam, quamtam sciendi habes curam, ne incognita pro cognitis, ne non credenda credas, vel credenda non credas. Imo docebit ille unus magister, et verus, sive per illos, siue quibus modis voluerit, qui te pro sua Ecclesia laborantem intus inspicit, ubi, & hoc in te contumit, ipse reserabit latius veritatem.*

S.

### Difficultas incidentalis

*An saltim S. Thomas sine conatu, vel conamine humano, sua ediderit scripta.*

### Positio cuiusdam Neoterici cum suis fundamentis.

**B**Aeza in 3. p. concion. lib. 14. c. 16. specialem requirit sapientiam, qua verba sapientiae scribantur, sine qua, ait, etiam sapientissimus nullum in scribendo facit gradum. Sic subdit D. Lucas exorditur suum Euangelium. *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem eorum, quæ in nobis completa sunt. Et sane multi tunc temporis erant disertissimi, & sapientissimi viri, qui scriptis mysteriis Dei mandare cupierunt, imo ut ait D. Lucas, id conati sunt praestare: sed solum ostenderunt conatum, & laborem suum; opus autem non perfecerunt. Deerat vocationis diuinæ gratia, quæ opus implet, facit sic promptos ad scribendum, ut videatur calamus ipse sententias stillare, in alijs autem solus apparat conatus, & irritus labor. D. Ambrosius ibi ait: Conati viiq; illi sunt, qui implere nequeuerunt. Sine conatu sunt n. donationes, & gratia Dei, quæ ubi se infuderit, rigare conseruit, ut non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, non conatus est Marcus, non conatus est Ioannes, non conatus est Lucas, sed diuino spiritu vertutatem dictorum, rerumq; omnium ministrante, sine ullo molimine capta complerunt. I Iusufficiens est sapientum conatus, & labor conscribendis libris adhibitus nil perficiet: & post sudorem multum, vix gradum faciet. Cui autem Dei gratia aspirauerit, qui scriba à Domino fuerit designatus, ferè sine conatu, & labore scribenda inueniet parata, & sic affluent, ut redundet ingenium donec scripta perficiantur. Huc respiciebat Psal. 44. aiens. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Alius habet. Lingua mea calamus scribæ celeris. Quem vocat scribam celerem? Illum solum, quem Dei gratia illud opus afflauerit. Nullus. n. licet sapientissimus verborumque affluens celer in scribendo est, nisi diuina gratia afflatus. Pulchre ibi D. Chrysostomus,*

*Quid sibi vult illud, celeris? Qui enim aliquid domo prolatum loquitur, differt, cunctatur. Quando autem mentem mouet spiritus, nihil est, quod impedit, sed quemadmodum aquæ impetus, qui cum magno impetu præcipitat, progrereditur, ita gratia spiritus cum magna celeritate procedit, omnia levia, plana, & expedita proferens. Celerem scribam vocavit, ut ostendat diuina gratia afflatum. Solus enim hic celer est in scribendo, & nec scit molimina, ut implete orbem conscriptis chartis. Vnde Esdræ 1. c. 7. dicitur: Ipse Esdras, ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moyse. Quare scriba velox? Glossa ex D. Iren. lib. 3. c. 25. ait. Inspirauit Deus Esdræ Sacerdoti tribus Leui præteriorum Prophetarum omnes rememorare sermones, Non sua eruditione, & sapientia ductus Esdras, sed inspiratione diuina accessit ad tantum opus conscribendum, nimirum ad scripture libros iterum exarandos, & proliendos, indeque velox scriba factus est, in nullo cunctatus, sed omnia plana, prompta, & expedita inueniens.*

Hinc notandum est, quād largè diffusus sit hic conscribendi spiritus per yniuersas sacrarum religionum familias, qua omnes tot scatent scriptoribus sacris, ut euidenter ostendant, cum religionis vocatione ebisse hunc ibi adnatum scribendi spiritum. Benedictina familia tot sacrarum litterarum commentatores habet, ut nescias quid potius miraris in illis, numerum ne an præstantiam an rebur, an dulcedinem, & utilitatem doctrinæ. Post hunc non secundus Bernardus à quo primarij scriptores sacri perenniter scaturiunt. Qui Dominicæ in scriptorum genere prolem numerare vellet, stellas simul numeret, quas doctrinæ omnigenæ fulgentissimus Sol D. Thomas facit in perpetuas æternitates præbere lumina. Iam de humillimi Francisci filijs quid dicam? Non vnicum Doctorem subtilem, sed milles, & subtilissimos, & disertissimos parturiuit, & parturit. Prodit etiam Aug. filios suos doctrina Patrissantes, numero nullo familiæ impares, ad hos credidisse scribendi facultatem iure hereditario suis deuolutam, nisi iure illam propriam, ab omnibus ordinibus hereditatam fecisset. Non impar his omnibus Carmelitarum familia, quæ vt Carmelus filios Prophetarum habuit, sic hæc doctissimorum scriptorum nobilitata est libris. Non me contineo, quin in præsenti memorem religionem Sociedade Iesu, religionem inquam scriptorum doctissimorum ex gratia vocationis, ut ostendit, & præstantia, & facilitas, & incredibilis promptitudo, & celeritas eius in conscribendis, & euulgandis libris accedunt Societatis IESV filij, & sumpto calamo, redundant scriptoris ingenium, & diuino spiritu vertutatem dictorum, rerumque omnium ministrante sine ullo molimine cepta compleuntur. Non conatus est Suarez, non conatus est Vasquez, non conatus est Bellarminus, Maldonatus, Toletus Salmeron non

conati sunt; nec alij innumeri, quorum scripta  
thesauros vacuant, Bibliothecas replent &c.]  
hac ille.

Deinde attexit catalogum librorum à solo  
anno 1621. vsq; ad 1627. & subdit, [horum scrip-  
tione potuisse compleri seculum integrum, vt  
proinde lector non dubitet, gratia illos potius  
afflatos esse diuina, quæ sola tantam materiarū  
segetem potest parare suis scribis, vt sine cun-  
stacione velociter scribant.] hæc ille & iterum  
in specie de Societate dicit lib. 14.c. 15. 6. 4. quod  
[Societatis scripta euulgantur quotidie, in quibus  
scribendis in hoc seculo uniuersos ordines  
sacros filij societatis Iesu superant] hæc ille.

Ex hac ergo positione à fortiori dici posset,  
non conatum S. Thomam, non Bonaventuram,  
non Scotum, non Bacchonem, nō primos Scho-  
larum duces, qui quoscunq; moderniores pre-  
cedunt, & superant, & sunt ductores exercitus  
Scholasticorum.

*Eiusdem positionis refutatio, & dubi-  
tationis resolutio.*

**S**ed nihilominus contrarium dicendum ex-  
istimo, nempe S. Thomam (quod de prin-  
cipiis alijs Scholarum, & Academiarum, & à  
fortiori de posterioribus DD. dicendum est,  
Capreolo, Caietano, Bannes, Valentia) conatos  
esse etiam adscribendum, quamvis donis gra-  
tiarum, quas dicunt gratis datas, secundum mē-  
suram spiritus, aut iuxta sapientium estimatio-  
nem fuerint decorati.

Patet hæc positio, nam ex communi DD.  
sententia, hæc est differentia inter canonicos, &  
non canonicos scriptores, quod hi multo labo-  
re, & studio opera sua consecerunt, vt patet de  
Hierony. Aug. &c. illi cum non aliquo labore,  
dictabant, sed quæ à Spiritu Sancto sugger-  
batur, excipiebant, vnde Baruch quomodo de-  
scripsit sermones à Hieremia Propheta pro-  
fatos respondit Hierem. 36. ex ore sua loqueba-  
tur quasi legens ad me omnes sermones istos, &  
ego scribebam in volume, atramento: vnde ne-  
dum res dictabantur à Spiritu S. sed & verba,  
& quantum ad res, multoties species de nouo  
præter lumen propheticum, & supernaturale,  
& diuinum infundebantur, sic regulariter in  
Prophetis, quandoq; n. res præsto erant, aderat  
spiritus diuinus lux, vt ea quæ naturaliter cognoscen-  
tur, certius ex lumine diuino dijudica-  
rentur, & noscerentur. Idem quantum attinget  
ad uerba, multoties verba non erant in imagina-  
tiua, & diuinus sunt formata; aliquando erant  
in promptu in sacro scriptore, & tantummodo  
directa sunt diuino Spiritu, ne vnum pro altero  
supponeretur, & à Spiritu S. consignificandū  
aliquid a sumebantur ex S.D. 3.p.q. 60.a. 5. omnes  
tamen, & si diuersimode illustrati diuinus  
tamen acti, vt dicitur 2. Petr. 1. Spiritu S. inspi-  
rati locuti sunt Sancti Dei homines, vbi vocula  
per populo impulsionem, & incitationem significat,  
& propterea à Patribus Prophetæ, vt scriptores

canonici, vocantur *instrumenta diuinæ vocis*,  
ita Clem. Alex. 2. Strom. viri per quos loquitur  
spiritus Dei, propter quod scriptura, quæ cano-  
nica nominatur, est eminentissimæ authoritatis  
Aug. 11. de Ciuit. Dei. c. 3. diuino spiritu afflati  
à Chrysost. hom. 21. in Genes. organa spiritus  
Athenag. pro Christianis. Hæc autem est dif-  
ferentia inter eosdem sacros scriptores, quod  
quando res, & verba dictantur, nullus est scrip-  
toris labor, cum vero solum est diuina assisten-  
tia eleuans res, & verba sacro scriptori cognita,  
tunc cernitur etiam industria, & labor, quod  
eleuatur à Spiritu S. ad scribendum ea, quæ per  
ea verba uult significare. Vnde author lib.  
Mach. ut patet ex lib. 2. c. 2. sic dicit. Et nobis  
quidem ipsis, qui hoc opus breviandi causa su-  
scipimus, non facilem laborem, imo vero negoti-  
um plenum vigilarum, & sudoris assump-  
mus, quibus uerbis offensus Vuitakerus contra  
Ecclesiæ doctrinam, negauit eundem authorem  
esse scriptorem canonicum, quasi indignum sit  
Canonicus scriptori humanam etiam industriam  
adhibere, ignorans, cò commendabilorem esse  
Dei gratiam, quò nostram non excludit indust-  
riam, si illam eleuando ad altiores fines diri-  
git, ut fecit in sacris scriptoribus.

Iam uero si Sanctus Thomas, S. Bonaventura  
(dicamus de recentioribus) Caietanus, Bannes e  
nostris, uel quius alias de Societate n. h. conatus  
est, uel conati sunt, ut dicit Baeza; uel hoc  
intelligitur, quod non sunt conati quantum ad  
res, & uerba, sed utraq; diuinus insuia, &  
tunc oportet dicere, non fuisse congruenter à  
Paulo Eph. 4. in 3. loco recensitos nempe inter  
DD. sed primo, uel secundo loco inter Aposto-  
los, & prophetas debuisse numerari, inter quos  
Prophetas recensentur sacri scriptores: si non  
insuia res, nec uerba, sed tantummodo directi,  
necessario oportet dicere labores, & uigilias im-  
pendisse, ac per consequens conatos esse, quod  
si non hoc modo conati sunt, in sublimiori loco  
deberent collocari Thomas, Bonaventura, Ca-  
ietanus, Valentia, S. & quād author libri Macha-  
baorū, & sic maiore obtinebunt ijdem authori-  
tatem, cū maiori dono, quād ille, fuerint dotati.  
Quod nullus Ecclesiæ filius dicere somniabit.

Præterea quia & si Rupertus Abbas diuina  
reuelatione multa accepisse doceat scribens in  
Matt. lib. 12. *Vere Deus librum suum id est scripturae* Sanctæ mihi aperuit, laborem, & diligen-  
tiam adhibuisse non est negandum.

S. Bernardus, & si dicat serm. 2. de Pentecoste  
se Platonis argutias, & Aristotelis versutias non  
intellexisse, neque vt intelligeret laborasse, &  
epist. 106. dicat. [experto crede, aliquid amplius  
in sylvis, quam in libris, ligna & lapides doce-  
bunt te, quod à Magistris audire non possis] ni-  
hilominus industriam, & labore eundem sar-  
ctum impendisse non leuē in discendo, & stu-  
dendo disciplinis variis, aperte habetur ex epi-  
stola illa famosissima, vt longissima Petri Vene-  
rabilis. In vita S. Th. & si dicatur, quod diuinus  
magis, quād labore humano, plus oratione,  
quam studio, tantam diuinorum cognitionem  
sit adeptus: nullum fuit scriptorum genus, quod  
non

non euoluerit, ut dicitur in Rom. Breuiar. in studio, & contemplatione totus erat, hæc autem quid erant nisi quoq; canatus humani?

Ampius si tanta est spiritus affluentia in his scriptoribus quos esset Baeza, & omnibus in differenter adest tanta promptitudo spiritus, copiosiora bona in ultima ætate collata, quam antiquitus, vbi propiores erat DD. ijs qui receperut primitias spiritus, cum tñ ordo in gratiis gratis datis sit, à fontis plenitudine Apostoli corum temporum ad riulos posteriorum descendens, vt alias dictum est de maiori cognitione mysteriorum fidei, quod eò p rfectior cognitio quò Apostolicis temporibus vicinior.

Adhuc, conatus exclusio, eo modo quo affertur à Baeza tentationis materiam subministrare posset incautis, nam facilimè posset quis decipi, & illudi quod Spiritus S. affluentiam solam expectet, qui subito potest cohonestare pauperem, & linguas infantium facit disertas. Sic multi decepti sunt eorum superbia audientes S. Antonium absq; conatu sacras litteras didicisse, sicut, & alios refert Augustinus, in prol. de doct. Christiana diuinitus absq; labore, & conatu Sacrarum litterarum cognitionem adeptos, & sic a laboribus, & a studiis alienatos. Similiter Cassianus lib. 5. de capit. vitiis de Theodoro Abbe refert, ex puritate vite absq; conatu, scientiam adeptum esse diuinarum litterarum, & oratione, absq; studio esse assecutum solutionem difficillimè quæstionis, & cap. 34. admiratibus eiusdem cognitionem dixit. Monachum scripturarum notitiam pertingere cunpientem; neque tñm debere labores suos erga commentariorum libros impendere; sed potius omnem mentis industriam, & intentionem cordis erga emundationem vñiorum carnalium detinere. Quibus pulsis, confessim cordis oculi sublato velamine passionum, Sacraenta scripturarum velut naturaliter incipient contemplari. Sed quale antitodium S. Aug. præparauit aduersus has tentationes, audiamus. Cœueamus, ait ne talibus inimici versujs, & perveritate decepti, ad ipsum quoq; Euangelium audiendum atq; discendum, nolimus ire ad Ecclesiastis, aut codicem legere, aut legentem prædicantemq; hominem audire, & expectemus rapi usq; ad tertium cælum &c. & ibi audire ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui, aut ibi videre Dominum Iesum Christum, & ab illo petius, quam ab omnibus audire Euangelium. Cœueamus tales tentationes superbissimas, & periculosisssimas. ] ad eadem exempla respiciens Cassiodorus in prefat. sua institutionis, allata ex Aug. & Cassiano dissoluens, sic nos instruxit, ne ex tanta gratia ( quam largitur Baeza ) superexcidamus licet, ait hæc fuerint stupenda miracula, & omnia possibilia credentibus approbentur, non nos tamen debere talia frequenter expetere, sed in usu communis doctrina satius permanere, ne cum illa, quæ sunt supra nos audacter exquirimus, culpam tentationis contra Domini præceptum potius incurrire videamur, dicetis in Deuteronomio. Non tentabis Dominum Deum tuum, & iterum in Euang. Generatio mala, & adulteria-

Signum querit &c. At vnde decepti Poetæ nisi ex hoc afflatu sine conatu? est Deus in nobis agitate calescimus illo. Et iterum.

Nos sacri vates, & Diuñ contra vocamur,  
Spiritus aethereis sedibus ille venit.

Vnde Enthusiastarum militantium in castris Anabaptistarū (vt 1. tom. diximus in catalogo) secta? quia à solo spiritu se erudiri absq; huma-  
conamine prædicabant.

Detur Deo primus locus, at non conatus excludatur humanus, quo circa dictum est, vt notat Cassiodorus ut oremus, ut nobis aperiantur illa, quæ clausæ sunt, & à studio legendi, nullatenus discedamus, nam & David cum esset in lege Domini iugiter occupans, tamen clamabat ad Dominum dicens. Da mihi intellectum, ut discam mandatum tua. Mittat Dominus coeleste semen, rectas intelligentias in terram intellectus nostri, sed oportet illud excolare, glebas proscindere, omnē operā adhibere, & conamina impēdere, vt agricultura Dei crescat, floreat, maturescat.

Mineruæ adhibe manum, dicebat antiquitas. Nō esset Domini sermo preciosus. i.rarus, vt dicitur in p. Reg. si passim omnibus ista gratia daretur, quam largiter Baeza subministrat nostris, & suis. Talibus donis non esse nos doratos libere profitemur. Humiliter ergo sentiendum est, non sic sentire de nobis, vt putent hyperbolis nostris nos velle cum DD. vel cum Prophèris, vel Apostolis ipsis in iisidem subsellijs considerare, easq; voces non usurpemus: Non conatus est hic, uel ille scriptor modernus &c. ne ludibriu nos exponamus.

Quod si in alia usurpatione accipiatur conatus, nimirum pro solerti cuiuscunq; diligentia, adiuncto aliorum labore, ut ex aliorū adiutorio facilissima sit scriptio, vbi difficultimè esset si solus quis tot euoluere deberet volumina, & manuscripta undiq; conquisita; bonus sensus est, & commendabilis, unde eum laudat noster Nazarius 3. p.t.ultimo in præfatione ad Lectorem his uerbis dicens. Quare laudari semper eorum institutum, qui plures in unius voluminis compositione laborant, dum quidam sententiarum varietate, quidam locorum, & probationum sylvas aut etiam responsiones ad argumenta aduersariorum sollicite colligunt. Vnus autem ex eis præcipuus, vt sapiens architectus præparat, & oblatam sibi materiam distinguendo, & ordinando disponit opus paulatim à fundamētis ad parietes, & demum usq; ad culmum erigēdo sic n.breui tempore multa facile conficiuntur volumina, quamq; nō ignorē in hoc scribēdi multos posse defectus diversi generis haud leues accide: e, quos in quibusdā nō raro deprehendi etc. Quapropter admirādi sūt Thomas, Albertus magnus, HVG Card. Paludanus, Capreolus, Gaietanus, Maluenda, qui nuper super totū uetus testamentū doctissima cōmentaria elaborauit, & F. Ludouicus de Soto maior, qui in totā fermè scripturā reliquit monumenta, & F. Petrus de Herrera, cuius scriptis bibliothecæ, & membranæ multorū dicitantur, qui in totam summam descriptis plures lecturas, & in sacrâ scrip. plures tomos adhuc nō impressos elaborauit, & alij religionis nostræ

proceres, qui nullo auxiliante nisi uno forte descriptore ingentia, ac multa volumina summa eruditione referta proprio Marte composita ediderunt. hæc Nazarius. sed relinquamvis pueris iactationes de nimia scriptitatione, vt Martialis monuit, q[uod] de Marso poeta de multitudine libroru[m] gloriante, per belle cecinit.

*Sepius in libro memoratur Persius uno,*

*Quam leuis in tota Marsus Amazonide.*

Sed si quis sciolus de magnitudine, & multitudine librorum suorum adhuc se super Thomam gloriaretur (vt quendam fecisse, à fid[icione] dignis proprijs audibus audiui) illud accipiat.

*Quinq[ue] simul diuersa doces dictabat Aquinas*

*Quinq[ue] ibi dictant; nec benè sufficient.*

*Quinq[ue] simul pennis varie scribebat Aquinas*

*Scribunt mille ibi, sint tua magna satis.*

Ad rationem dubitandi in oppositum respōdetur, ijs locis scripturarum probari scriptorū canoniconum prærogatiwas, quas non licet ad scriptores Ecclesiasticos extendere, qui dono scientiæ, & sapientiæ plus, vel minus iuistrantur à Deo secundum temporum dispositiones. & hæc de ista dubitatione sufficient.

### DUBITATIO II. APPENDIX

*An ex commendatione Doctrinae S. Thomæ sit tanta scriptis Angelicis attributa authoritas, ut à ceteris Scholasticis, cum eorundem iniuria adempta sit.*

*Anonymi positio.*

Ingit Anonymus in suo libello ad iudices veritatis, Thomistas, ita Sanctum Thomam efferre, quasi solus, & singularis sit in veritate doctrinæ, & proinde à ceteris Scholasticis sua auferatur authoritas. Verba illius sunt, quæ etiam recenset in sua Apologia P. Fr. Alphonsus Baptista Cathedraticus Cæsaragustæ nu.6. [ Ne extinguumus alia lumina, quæ Deus, & Ecclesia, Sancta Inquisitio, Vniuersitates, & religiones volunt sint accensa ad gloriam ipsiusmet scientiæ. Proinde non sunt demergendi, vel abcondendi ceteri filii Ecclesie, vel condemnandi. Inhonorat Ecclesiam, qui eam facit adeo inopem, vt uno solo Doctore decoretur, cum multis habeat: iniuria Deo irrogatur conari extinguere omnia luminaria, vna candela superstite, vt sit in heddomada Sancta.] hæc ille. Cui additipulari videtur Nitela Damiani Hiberni pag. 36. qui quendam scriptorem reprehendens, quod dixerit. (non negamus ergo Scholasticos tanquam homines alicubi esse lapsos, & sepe meliora posse ab eis desiderari. Sed nunc Aquinatus tantam gratiam spirituum impertiisse Deum contendimus, ut nullibi, aut contra fidem, aut bonos mores errasse videatur) statim questionis immutans, sic eleuat hoc pronunciatum, vt in omnibus materijs, & questionibus id extensem suspicetur: vnde tantam à Thomistis S. Doctori attribui authoritatem, vt reliquas omnes do-

ctrinas, si discrepant, postulet ad subsellia, imo, vt de veritate suspectas dijudicet.

### Oppositiones.

**A**rguitur ergo primo ex inductione afferentium, nam quidam dixit, quod Innocentius dixerit de S. Thoma, eos qui ab Angelici Doctoris mente discesserunt, fuisse semper de veritate suspectos, non est Scotus, quamvis ingenij acutissimi ea laude dignus, qui cumulatus fuisse assertor doctrinæ Thomistæ. & quod alius in explicanda similitudine quattuor animalium Ezechieli, adaptando illa quattuor DD. Aug. Ambros. Greg. Hier. super extulerit S. Thomam super illos, assimilando illum firmamento. Alius quod typis mandarit currum in quo post canonicos authores, Thomas subsecabantur, & Patribus preferebatur. & alius in thesibus Augustino preferendum S. Thomam proposuerit. Item subdit Nitela, erroneum esse illud eloquij genus pronunciatum stolle Thomam, & dissipabo Ecclesiam ] & illud: Thomam esse regulam fidei, Theologiaque qua si quis magistra non fuisset usus, toto cœlo aberrasset. insolens quoq[ue], quod alij apud Alphonsum de Castro iactabant ex pulpito, ipso audiente, & viidente]; Non sunt inquit veriti ad populum in publica concione hæc effundere. Quisquis à B. Thomâ sententia discesserit, suspectus de hæresi est censendus: multa (subdit Nitela Hibernica) eiusmodi congregauit Spina. ] & mox. [ Incidi in alium qui vt singularem doctrinam extolleret S. Thomæ (quasi is solus sine errore fuerit) ceteros censurabat authores, inter quos Alensem, in hoc, quod senserit ubiorem Eucharistiæ gratiam, dari sumptione duarum, quæ vnius tantum speciei] quæ assertio nulla auctoritate, aut ratione probatur erronea, eamq[ue] gravissimi authores tenent probabilem, vt Vasquez. 3. p. t. 3. d. 2. 15. c. 2. Tapper a. 15. Cassalius, Arboræus, Suarez t. 3. p. d. 63. Sotus, & alij quos citat Henriquez lib. 8 c. 44. Accedit quod quendam reprehendens, quod dixerit Scotum irreprehensibilem, & doctrinam eius infallibilem, ait, quod non est veritus, quod verbi Dei est proprium, doctrinæ hominū tribuere, ergo, per retorsionem argumenti non debebat id de S. Thoma affirmare, & de ceteris Scholasticis Iussum facere, dicendo. Non negamus ergo Scholasticos tanquam homines alicubi esse, & sepe meliora posse in eis desiderari. Sed nunc Aquinatus tantam gratiam spirituum impariisse contendimus, ut nullibi, aut contra fidem, aut contra bonos mores errasse videatur.

Hinc alii quidam submurmurant ad hoc auctoritatis culmen D. Thomæ eueram esse doctrinam, vt non modo contra eam nihil haecenus decisum sit, sed nec decidi, aut determinari posse ab Ecclesia constanter affirmant. Codices omnes ad eius normam reducendos, & castigandos, quicquid fidem, aut mores concernit, ex eius tantum sententia differendum, & determinandum, qui ab eadem discedunt errores, & velut hæreticos iudicandos. Si autem queratur

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 295

quæratur unde huic Euangeli tanta authoritas, nihil solidi præter ea, quæ congesta sunt respondere possunt. ] hec Nitella.

II. principaliter, quia variae sunt S. Doct. sententiaz in quibus communiter S. Thomas non tenetur, & ad hoc ostendendum infra scriptas questiones recensent, vbi placitum Scholæ inspicendum monet Nitela, vt quid in eis cœserit Th. quidue Scotus, aut alii diligenter inspiciatur. Questiones sunt ex pag. 46.

Prima. Si perueniens ad usum rationis, nisi conuertatur ad Deum, peccet mortaliter, nec primum eius peccatum possit esse veniale.

II. Si peccatum veniale sit in sensualitate.

III. Si ultima dispositio ad iustificationem fiat elicitiue ab habitu charitatis.

IV. Si habitus charitatis, per actus equeales, aut remissiores non intendatur.

V. Si augeatur non per adiectionem nouæ entitatis, sed per maiorem in subiecto radicationem.

VI. Si Angelus in primo instanti non potuerit peccare.

VII. Si in æternitate res coexistant Deo.

VIII. Si natura assumpta existat existentia increata, seu Verbi.

IX. Si in eadem specie Deus possit creare plures Angelos.

X. Si Deus de absoluta potentia non possit creare albedinem extra omne subiectum, aut à subiecto separare, & conseruare in eodem subiecto, aut extra subiectum multiplicare numero.

XI. Si Deus prædeterminet physicè ad actus liberos nostram voluntatem.

XII. Si existens in peccato mortali (etiam occulto) peccet mortaliter faciens ex officio correctionem fraternalm.

XIII. Si aliud fuit corpus Christi viuum, & mortuum, & si reliquiae illæ Sanctorum, quas veneratur Ecclesia, vt ossa corpora, non sint illa, quæ in viuis fuerunt, sed alia nouæ planæ substantiæ, quæ nunquam Sanctorum fuerunt, qui articuli sequuntur ex unitate formæ substantialis in homine, & teste Ocham scđ dalosi fuerunt habiti olim in Anglia: imò vt quidam apud facultatem Parisiensem, in supra allegato processu, ille articulus de unitate formæ substantialis in homine erat decimus quartus quintæ partis erroris libelli de Euangeliō æternodamnati per Alex. IV.

XIV. Si Angelus sit in loco per operationem tantum.

XV. Si omnia verba in forma calicis recitata in Ecclesia Latina, sint essentialia.

XVI. Si character idem, in diuersis ordinibus extendatur, nouus non imprimatur.

XVII. Si B. Virgo sit in peccato originali concepta.

XVIII. Si in Canonizatione Sanctorum pietatum credatur, Ecclesiam, aut Pontificem errare non posse.

XIX. Si virtus moralis tantum sit in appetitu sensitivo, excepta iustitia, & prudentia.

XX. Si sint in rebus creatis quadam, quæ

simpliciter necesse est esse, vt quid de assertione in vigore sermonis d. cendum sit, erroneam .n. censem faculta Parisiensis.

XXI. Si sine solemni professione non possit esse quis verus religiosus. Vide constitutionem Ecclesiæ.

XXII. Si Papa non possit dispensare in voto solemni. Vide præxim Ecclesiæ.

XXIII. Si sit irregularis, qui occidit alium cū moderamine inculpatæ tutelæ. vide sensum Ecclesiæ.

XXIV. Si non possit commisceri aliquid calicci consecrato. Consule præxim Ecclesiæ Græcæ.

XXV. Si Papa non possit dispensare in matrimonio rato extra casum professionis Monastice. Vide præxim Ecclesiæ. Hæc inquam videant aduersarij, & videbunt S. Th. non illud authoritatis pondus habuisse in Scholis; vt ab eo non liceret discedere &c. Hac Nitela, quæ ad verbum exarauit, & transcripsit ex Pozzo lib. 4. elucid. tract. 1. c. 2. vers. ad huius rei probationem hæc conseruant: qui & hæc duo habet, quæ Nitela omisit, & sit.

XXVI. Quod in Christo non fuerunt habitus per accidens infusi.

XXVII. Quod formale vnionis hypostaticæ sit quædam fictio, seu ens rationis 3. p. 1. 78. a. 3.

XXVIII. 3. P. q. 52. a. 1. videtur dicere sufficere aliquam pœnam in Christo esse in Inferno secundam animam, & in sepulchro secundum carnem. Bellarm. t. 1. lib. 4. de Christi anima c. 16. dubio 2.

III. Principaliter quia non propterea, quod S. Th. aliquid cum arridet, procurandum idcirco est, vt libri prohibeantur, quos Inquisitiones aliquot locales probauerunt, & iterum sub include reuocandi procuratur, imo hoc procurantes, nec vt iudices, nec vt testes (dixit quidam) accipiendo sunt.

## Pro parte opposita.

Si Ed contra est, primo, quia nullus verè doctus, & sapiens, potest esse, vt dicit Lerinensis c. 27 contra prophæt. vocum nōitates, tam inuidus hominibus, tam excusus Deo, vt religioñis profectum prohibere conetur. ] Prohibetur autem si quis posteriores IP. uno submittato S. Doctore tollere vellet. Quare vt idem docet [ crescat igitur oportet, vt multum vehementerq; proficiat, tam singulorum, quam omnium, tam unius hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum, ac seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, in eodem s3. dogmate eodem sensu, eademq; sententia.]

Secundo, quia vt rectè dixit Ambrosius in ps. 118. multis habemus lucernas (loquitur autem de Doctoribus Ecclesiæ) accende omnes, quia mulie sunt tenebrae, multæ lucernæ sunt necessariae &c. istas lucernas lex significavit, semper lucere debere in tabernaculo testimoniij, hoc est in Ecclesia (non illas quas accendunt Iudei quotidie) Illæ sub umbra lucent, & extinguntur quotidie, quia quod faciunt, non vident, quod legunt.

*legunt nesciunt. Ordo tamen est in ipsis luminibus, nec n. secundum situm eundem, vel gradu omnes locantur, & inæqualiter lucem participant. Caremus preinde, ne in situ sit indiscretio, & ne antiquiora lumina auferantur, vt nouis faculis detur locus. Ecclesiæ luminaribus extinguitis, quando n. nouæ faces procedunt, illæq; nocturnæ contra doctrinam Sanctorum, tunc Iudæorum est imitatio, qui ad lumen mundi extinguendum exierunt cum facibus, & laternis, sed benè res se habuit, nam tuñ, vt ait alibi Ambrosius, emerunt funus sepulchri sui.*

Tertio arguitur. in luminum istorum situatione ordo postulatur, à viris orthodoxis, & discretis, si quidem in rerum creatione diuisum est inter lucem, & tenebras, nam vt dicit Chrysostomus hom. 3. in Gen. suam cuiq; regionem distribuit, nā ab initio cuiq; suos terminos præfixit, quos perpetuò absq; impedimento custodiunt, quod cuilibet, qui mediocriter sapit contueri licet, quando ex eo tempore, usq; in illud præsens neq; lux terminos suos transgressa sit, neq; tenebrae suum ordinem præterierint, confusione deordinatione introducta] ergo cauedum ne noua lumina introducētes antiqua vel extinguant vel esse pariter summa, nec minora hęc esse velint æquiparata maioribus, & dū afferant summa lumina esse in Ecclesia, nulla sint lumina, confusione, & deordinatione introducta.

Quarto. iocus ille, de extinctione luminarii, uno superstite, vt sit in debdomada sancta, in laudem S. Thomæ, vt etiam Bonaventura Scoto, & aliorum DD. classicorum redundat, vt n. ex Chrysost. hom. 5. ad Corinth. 2. lucerna quando ipsa est illustris, innumeræ alias incendere potest, extincta vero, neq; se ipsam illuminat, neq; alias lucernas incendere valet &c. ita de S. Thomas, Bonaventura, Alex. de Ales, Alberto magno, Scoto &c. dici potest, quod si soli hi Duces in Scholis remaneant, plures accedere possent, eo namq; lumine dicit idem Chrysost. in doctrinæ persona, innumeræ tam Doctores, quā discipulos velut archetypo faciemus. Videat anonymus opponens, quot discipulos, imo quot doctores produxit S. Thomas, & iocari desinet, imo in ioco facem insignem demonstrat, ex qua quotidie alias facultæ mutuantur, vt luminaria fiant.

Quinto. si par omnium doctorum sit æquitas, iam

*Cerit Cycnis vulnæ, sit Tytirus Orpheus, dixit ille, & ut scripsit Nazianz. in carminibus cōfussionis Ecclesiastici ordinis, sui temporis.*

*Sint paria argentum, atq; aurum sicut asque chalybsq;*

*Vnus cum scrupo, et liquido cum fōte salebra. Deniq; cuncta simul mixtim referatur in vnu Hæc præscripta malis. Sed ad cultum pertinentia*

*Præcipuo supra reliquos sunt aucta decore Cœlestis templi, namq; hor fecere ministros Sacrorum bi, sacrigi, soli finesq; laborum Distinctas operas, diuisaq; munia obibant, Nec ex inæqualitate ministerij, quia vnu alteri præfiebat, iniuria ceteris irrogabatur*

ergo idem dicendum in nostro proposito.

### CONCLVSION

*Nunquam à Schola S. Thomæ, doctori suo tantum est tributum, ut ceteros Scho- lasticos maximè suarum Academiarum Duces, & principes sua autoritate spolia- rit.*

R Espondeo dicendum ex elogijs S. Thomæ (vt etiam ex elogijs S. Bonaventura) nūquam à Schola Thomistica, vel discipulis Seraphici Doctoris, sic euectos istos sanctos, vt propriece sit ceteris derogatum, sed solum, vt præceteris in aliquo dono maiori prærogatiua præfulgere ostendatur. Pro cuius rei intellgentia notandum est quod diuersimode Deus ad suorum secretorum intelligentiæ suos admittit, ait, Greg. Nazianz. de moderat. in disput. seruanda. Alter Aaron, aliter Ithamar, & Eleazar erudiiti sunt, si quidem Moses Deum adiit, & facie ad faciem allocutus est. Secundo loco ascendit Aaron, ad extra nubem in propinquu constituit: Tertio loco velut in tertia sede quiescentes, gradum fixerūt Ithamar, & Eleazar, bellus, & plebe sub pena mortis a monte ablegatis, vt dicunt Exod. 19. Primo ergo cum Deo loquentes fuerūt Apostoli, mox Apostolici, quibus Patres succedunt, in tercia classe Scholasticci. Sicut ergo inter Apostolos excessus fuit vnius super alterum in cognitione absq; ceterorum Apostolorum contemptu, sic inter Patres, vt dictum est sup. q. prima art. 8. vnius prærogatiua super alterum, absq; aliorum Patrum præiudicio ostensa est. & ex varijs titulis, & encomijs vnius super alium excessus, aperte demonstratus. Idem in Scholasticorum classe fieri potest, idemque ordo seruandus ex eodem Nazianz. qui in arce ministerio seruabatur, alienim præstantiores partes, alijs inferiores minoresq; precij, prout cuiusq; dignitas ferebat, distribuebantur, et quoniam eam quoq; custodiri oportebat, quidam eā quoquo modo custodiebant, alijs videlicet aliud latns, alijs aliud: nec quicquam indistinctum, & perturbatum erat, nec minimarum quidem rerū, ita in proposito in ministerio doctrinæ celestis sunt primi, medii, infimi, iuxta primæ, media & postremæ ætatis status, vt de Patribus quoque dictum est. Primas partes damus primæ ætatis Scholasticis, vt Gulielmo Parisiensi, Altisidorense, Alberto Magno, Alexandro Alensi, S. Thomæ, Bonaventura, Egidio, Scoto, quos Principes meritò dixeris, & primæ classis legionarios. Secundas partes assignare possumus, Argentinæ, Ariminensi, Bachono, Durando, Herueo, Paludano. Tertiæ ceteris Scholasticis, qui ab anno 1400 usq; ad presens floruerunt, atque scripserunt. Sicut autem inter istos est ordo, vt primi secundos, secundi tertij ordinis DD. præcedant, ita & graduatio eorundem in unaquaq; classe conspicitur. Inter primos autem ijs Principatum deferimus, qui hac prærogatiua sublimati

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 297

mati sunt ab Ecclesia, ut Doctoris titulo deco-  
rarentur, tales sunt S. Bonaventura, & S. Thom-  
as. Quare nullum præiudicium allatum est  
ceteris, sua. n. laus manet ceteris, nam Albertus  
gaudet nomine Magni, Alensis titulo irre-  
fragabilis, Egidius fundamentalis encomio,  
Scotus subtilis priuilegio decorantur. Verum  
quia vt periculorum est de meritis Sanctorum  
disputare, ita & de doctrina, quare ad cauen-  
dam inuidiam, & emulationem, fruatur Ange-  
licus, titulo doctoris Cherubici, & Doctoris An-  
gelici, Bonaventura (ex Gersone) doctoris Se-  
raphici illustretur, charitas n. horum Sanctorum  
non querens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi,  
honore sibi inuicem præuenient. Cedet enim  
Bonaventura sapientiae omnigenæ, multitudini,  
varietati scriptorum Angelici (vt in officij de  
Sancto Sacramento compositione humiliiter ces-  
sit) cedet autem Angelicus inflammata, & af-  
fectiuæ, & deuotæ dictioni Bonaventuræ. Hæc  
autem inæqualitas ordinem diuinæ sapientiae  
mirabiliter demonstrat, si quidem prædicatio  
Euangelij diuersimode illustrata ex multiformi  
gratia Dei, mirabiliter commendatur, vnde vt  
granum sinapis satis creuit in arbore magnam  
multiplicium ramorum varietate constantem;  
hoc granum, ait Chrys. in hortum suum misit  
Christus, id est in promissione Regni sui, quod radì  
catum est in Prophœtis, creuit in Apostolis, in  
Ecclesia fecit arborum magnam, multiplices de-  
dit in donationibus ramos, quos enumerat Apo-  
stolus dicendo: alij datus est sermo sapientiae, alij  
verbam scientie &c. in quibus cœli, non aeris  
aeris, in pennis sapientiae, & prudentiae volant,  
fides securitate requiescant: non unus ramus  
est, multi rami sunt, vt in tantis, & tali-  
bus ramis iam nullis laqueis (hereticorum)  
attentanda requiescas semper, vt columba,  
& de volatu tali valida, & de tanta mansio-  
ne secura. & si vis, vt intelligentia diuinorum,  
in magnam arborem, vt sinapis granum crescat,  
& sēsus altitudine tota leuetur ad cœlum, & to-  
ta scientiarum diffundatur in ramos, in ramis  
S. Thomæ consiste. Sed si vis sinapis eiusdem  
seruentia viuido saporis sui fructu ora succen-  
di, & nostra peccora ardeant, & inflammentur,  
Seraphici scripta percurre: & quia varij rami  
sunt ceterorum doctorum, ad eos quoq; vo-  
cant aues cœli ad spiritales sensus sacræ doctri-  
nae percipiendos, easdemq; inuitant, quieta sus-  
cipiant mansione. Cum ergo varia multipli-  
cia inæqualia sint Doctorum charismata, nulla  
ceteris fit iniuria, si inæqualiter unus, vel alter  
celebretur, & extollatur, vt de S. Thoma, & S.  
Bonaventura dictum est, cum ordo diuinæ sa-  
pientiae eluceat in hac inæquali varietate multi-  
formis gratiæ Dei, & uniformiter dissimiliter,  
variorum ingeniorum, & conditionum hominū,  
daversi aptati sint rami, vbi securè degant, &  
caueant voraces vultures, quæ sunt ex eodem  
Chrysol. omnes spirituales nequitæ Dæmones  
scilicet, & Heretici. serm. 98.

## Solutiones oppositionum:

**A**D primum respondet ex S. Greg. Na-  
zianz. oratione in S. Iuliana, quod in eodem  
vitio sunt, tam effrenata, atq; omni animadver-  
sionis metu soluta licentia, quam seua, nec ullæ  
clementia temperata, condemnatio. Qui ea ver-  
ba ampulloso protulit, licetia effrenata protu-  
lit, si tamen protulit, at immodica esset animad-  
uersio, si extenderetur paucorum imprudentia  
ad totam Scholam Thomisticam, satis vt vbi or-  
ta culpa est, ibi pena consistat. Eo titulo com-  
mendatur Africanus à Liuio, quod non totam  
multitudinem, sed seditionis cuiusdam autho-  
res punierit, & in triginta hominum capitibus  
expiarit octo milia hominum noxam, an omnes  
Thomistæ incusandi, quod pauci imprudenter  
excesserint, si tamen verè excesserint: si ij qui  
suerunt recensiti in hoc argumento, pluribus  
exemplis propositis imprudentes fuerunt, fat  
sua imprudentia flagellati, vt congreginare pla-  
gas opus non fuerit: si viri prudentes, & corda-  
ti illud Platonis recolat opponens, cuius memi-  
nit Plutar. in vita Demetrii. *A magnis ingenij,*  
vt magna virtutes, ita iniuriæ etiæ magna pro-  
ficiuntur, & iterum idem Plato, in *A Egypto*  
etiam nascentur optima remedia, & nocentissi-  
ma venena: & magnis virtutibus, interdum ma-  
gna virtus coniuncta. Sed si quorundam nostro-  
rum licetia est effrenis, sola multetur: si autem  
eorum, qui reprehendunt, deprehendantur so-  
dales, qui abiectissime de S. Thoma obloquun-  
tur, mitior ob consortium culpe, sit eorum cen-  
sura, & Christiana modestia ex alia parte in nō  
formandis erratorum catalogis, & indiculis, ap-  
pareat, nam esset, vt dicitur veteri Proverbio ex  
Nazianz. malum malo extrudere, & insaniam  
insania sanare, charitas autem supereminat,  
quæ animos uniat aduersus hostes fidei, sibi in-  
uicem auxiliares copias ministrantes, nam ex  
Nazianz. in sent. therastis manus manu, & per  
pedis anxilio indiget. Sed singula Nitelli exempla  
expendamus. Ad 1. & 4. exemplum respon-  
deri potest. eos concionatores, illud dictum af-  
ferentes: quicunq; Thomam impugnauerit, & c.  
locutus fortè in ijs materijs, quæ dogmata, &  
communem sensum Ecclesiæ exprimunt. Si eo  
titulo non est decoratus Scotus, vt Thomas ab  
Innocentio, æquivalentes, & illustres quoque ti-  
tulos habuit in Ecclesia Dei, quibus quoq; ef-  
fulget, vt stella firmamenti in perpetuas æterni-  
tates. Quod vero firmamento æquatus sit Tho-  
mas, & prefectus quattuor doctoribus Ecclesiæ,  
hyperbolica locutio est familiaris Nazianzeno,  
Basilio, & alijs sanctis, cum vtuntur gênerè de-  
môstratio in sanctorum laudibus. Similiter, vt  
dicitur in 3. exemplo, quod pictus sit medijs  
inter Patres, & canonicos scriptores, non ob di-  
gnissem locum positus est medijs, sed cum  
Doct. Angelicus, scripturas ex Patribus expo-  
nat, quasi amborum nexus, eum sibi locum vin-  
dicauit. Quod vero censuratus sit Alensis ab il-  
lo de quo fit mentio, in d. exemplo, dum non  
qualitatem censuræ exponit, nec possumus cen-  
surantem

## 298 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

surantem potuit reijsere eam sententiam, quia contraria communior, & verior. Ad illud quod deductum est in exemplo 6. hoc promeruit S. Thomas, vt quod de Nazianzeno ipse dixit, *quod eius dictis nullam quis ausus est inferre calumniam, & magnam in Ecclesia obtinere* authoritatem de ipso quoque idem sentiatur à viris doctissimis, & (sicut dictum est de Ephrē à S. Greg. Niss.) *quod nūquam hic veritatis filius ab ipsa deflexit veritate*, & ex autoritate magna, quam in Ecclesia adeptus est, certò speratur, vt sicut hucusque in omnibus Conciliis post mortem eius celebratis, & in alijs Ecclesiæ definit' omnibus S. Thomas consultuum suffragium ministrauit, vt in posterum sit subministraturus potius, quam quod virgula expunctoria Ecclesiastici iudicij (cui omnia tam humiliter, quam veraciter subjecit, tā insignis filius pacis, & unitatis) aliquid de eius doctrina delendum sit, cum à Clemente VIII. sit præconizatū, absq; vlo prorsus errore scripsisse, & eiusdem doctrina in materia dogmatica (nec n. de indifferentiis sermo est) corrigendos, & emendandos, qui nouitias, & peregrinas inducunt doctrinas, si vnuquam in posterum oritur, ei repugnare deprehendentur.

Ad II. caput principale ille indiculus solus, integrum librum expostularet, ad singula capita respondentem.

Breuer ad primum, quanta eius sententia S. Th. sit probabilitas satis ostendunt interpetes Doct. S. q. 59. 1. 2. a. 6. Zumel ibidē, & alij, & Victoria propria de hac re electione. Capreol. 2. d. 40. q. 1. ad arg. Scot. contra secundam opinionem eo lectores remitto.

Ad II. actus appetitus sensitui non potest esse peccatum veniale præcisè procedens ab ipso appetitu absq; ordine ad voluntatem, ex doctrina Concilij Trid. less. 5. c. 5. vt autem consideratur, vt subest imperio rationis, & voluntatis potest esse veniale, si sit motus indeliberatus, poterat enim illum voluntas reprimere; mortale vero si sit deliberatus &c. est communis interpetrum S. Th. q. 74. 3. 3.

Ad III. quod ultima dispositio ad gratiam fiat ab habitu charitatis in genere cause efficiëtis, præcedat autem in genere cause materialis, ex Philosophia quoq; potest suaderi, in probabilissima sententia, tenetū dispositiones naturales eodem modo se habere ad formas substantiales rerum naturalium. Sunt Doctores, qui explicant S. Thomam, quod dispositio V. G. contritio, quæ sequitur ad iustificationem procedit à gratia, & virtutibus, vt habet rationem virtutis, & habitus; ceterum ut præcedit iustificationem procedere non ab illa secundum rationem virtutis, aut habitus, sed secundum rationem auxiliij operantis. Sed satis est, quod & si alij in hac re diuersum senserint, quod S. Thomas sententia est principijs veræ Theologiaz, vide Reuerendissimum D. Alvarez lib. 7. de aux. disput. 66.

Ad IV. insignis est qstio inter Scholasticos de eiusmodi augumento, & multæ solutiones peti possunt ex Bannis tractatu integro de hac re: &

doctissimus Magister F. Petrus Paulus Philippius opusculo de eadem re plura descripsit. Ille modus à multis Thomistis assertus probabilissimus est (quem etiam tenet Scotus 1. d. 22. q. 2. & colligitur ex S. Th. 1. 2. q. 114. a. 8. ad 3. & defendit Alvarez disput. 60. ) quod gratia, & charitas augmentur etiam per actus remissiores in esse gratia, & charitatis, non autem in esse habitus, & qualitatis.

Ad V. similiter ex Philosophia dependet, quomodo fiat accidentalium formarum accretio, an per additionem novi gradus, an per maiorem radicationem in subiecto, & probabilissima est via quam S. Th. equitur, & ad supernaturales formas extendit legendus S. Th. 1. 2. q. 52. a. 2. Cum interpetribus Capreol. 5. d. 17. q. 2. Soncin. 8. met. q. 21.

Ad VI. sententia S. Th. & si sit cōtra Scotum, & Marsilium, & quosdam Nominales, grauiores habet secum Doctores classicos, nam idem cum S. Doctore sentiūt Alensis 2. p. q. 209. mēb. 11. Bonau. Ricc. 2. d. 5. & quod magis est in S. Augustino fundamentum habet 11. de Ciuit. c. 14 vbi non peccasse in primo instanti Angelum docet ea ratione, quia ab optimo authore conditū est.

Ad VII. de coexistentia rerum in æternitate, non tam sententia S. Thomæ est, quam Aquilini in ps. 49. ijs verbis pulchritudo agri mecum est, & serm. 11. de verbis Apostoli explicando illum locum: elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, & iatio suffragatur cuiusdēns, quia cum Dei cognitio mensuratur æternitate; omnes differentias ambit temporum, & quæ in futuro tempore continentur, & erunt, & propter hoc magis standū est S. Th. quam Scoto, & Durandō oppositum sentientibus, præsertim cum rationes eorum ex imaginatione procedant, quæ id non potest capere. Sed oportet cordatos viros transcendere sensum, & imaginationem: unde S. Ang. contra eos, qui non poterant capere, quomodo Deus extiterit ante secula dicebat iij Confess. c. 30. & Itabo, & consolidabor in te forma mea veritate tua, nec patiar quæstiones hominum, qui pñali morbo plus siunt, quam capiunt. ibidemq; docet nullam creaturam potuisse, & esse posse coeternam in sua propria mensura, & differentia temporis de qua loquebatur, inniens posse esse, & coexistere in æternitate tanquam in superiori, & inadæquata, menira, vt in alijs locis docuerat.

Ad VIII. quod natura assumpta non existat existentia diuini verbi, sed propria, Scotus sustinuit 3. d. 6. cum multis alijs authoribus, Negat S. Th. 3. p. q. 2. a. 2. cum Gandanensi quodlib. 3. q. 2. sed pro qua sententia suffragium ferat antiquitas, audiamus. In Concil. 6. generali a. Et. xj. in epistola Sophronij Hierosolymit. approbata. Patrum calculis sic dicitur: in illo silicei Verbo, non in semetipsa habuit existentiam unam, & loquebatur, vt patet ex contextu de humanitate. Idem innuit Leo Epist. 1. natura quippe humana nō ita assumpta est, vt prius creata esseretur, sed vt ipsam et assumptione crearetur, & sensus est non fuisse assumptam, vt præexistente secun-

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 299

secundum existentiam propriam, per creationem acceptam, sed assumptionem creatam, ut denotaretur existentia, seu creationis dependētia ab ipsa assumptione. Legantur Fulg. de Incarn. verbi c. 3. Ioannes 3. Damasc. 3. lib. c. 22. & pro S. Thoma serie suffragia aspicias. Cumque hæc res magistraditione, quam rationibus metienda sit, potius Thomæ adhærendum, qui in Conciliorū, & PP. lectionibus versatus, quām subtilitatibus Metaphysicis D. subtilis, qui pace sua parum in PP. lectione, & antiquitate euoluenda insudauit.

Ad IX. st̄te probabilissima sententia S. Thomæ, quod individuatio cuiuscunq; angeli nō desumitur ex principio quasi materiali, & extrinseco, sed ex formalī, & essentiali, per quod veluti per formam est Angelus, & hic Angelus, quælibet forma Angeli in vñico individuo non solum continet omnem perfectionem de facto sibi debitam suæ naturæ, sed etiam possibilem, quare cum nō sit limitabilis in vñico individuo ( se ipsa. n. Angelus individuatur ) implicat contradictionem, vt sit in eadem specie multiplicabili, sūt & moderni scriptores aliqui Thomistæ, qui dicunt in via S. Thomæ posse sustineri non implicare de potentia Dei absolute talem multiplicationem, dicit. n. S. Doct. opusculo 16. contra Auerroistas contra unitatem intellectus, quod dato, quod nō esset de natura intellectus, quod multipl caretur, non propter hoc posse intellectum multiplicari includeret contradictionem. Legēdus Zumel. 1. p. 9. f. 50. a. 4. q. 2. sed de hac re in materia de Angelis diffusè tractatur, nec est huius loci, & temporis de his pertractare questionibus.

Ad X. dicitur ex eadem doctrina S. Thomæ, & principio probabilissimo, quod cum separata albedo sit illimitata ( nec. n. per substantiam limitatur à quo fingitur separata ) per consequens repugnat illi multiplicatio, cum multiplicatio accidentium per subiectum, & in ordine ad subiectum fiat à quo individuantur.

Ad XI. de prædeterminatione actuum liberorum, expressius Scotus quam S. Thomas illud vocabulum posuit. Quare quicquid sit de hac questionis veritate cuius decisionis promulgatio à Sede Apostolica expectatur, nihil tractandum est de hac re controversa humiliter parendo decretis S. Congregationis S. officij iubētis, vt nec incidenter de hac controversa quicquam tractetur, & disputetur. Videat opposens, si paruit, hunc articulm obijcendo, & sibi consulat.

Ad XII. existens in peccato alterum corrigit peccatum mortaliter, ait S. Th. si peccatum corripiens sit manifestum 2.2.q.33.a. 5. vel si in superbiā efficeretur in corde suo, & se præferat statim &c. vbi mentio de peccato occulto? non ne hæc est impostura manifesta? at in hac calūnia seruemus, quod scripsit Nazianz. lib. 1. sentent. spiritualium carminibus theocraticis descript. Melius est male audire, quām male dicere.

Ad XIII. Christi corpus fuit idē numero, mortuum, & viuum simpliciter, hoc est absolute ex

identitate suppositi, quod sub pena perfidia negari non potest: non fuit autem idem numero simpliciter, pro vt simpliciter, idem est, ac omnino, vel totaliter, ait S. D., 3. p. q. 50. a. 5. alias sequeretur, quod non esset corruptum corruptione mortis, seu separatione animæ à corpore, nam vita est aliquid de essentia viuentis corporis, id autem dicere esset heres Caiana. Quare non oportet ponere illam formam corporeitatis, quæ secundam Philosophiam bonam, non est constituenda, nec faciat ens in actu completo, nec posset sine miraculo defendi ( cum sit secundum opponentes coxa materia formæ corporeitatis ) quod ex corruptione vnius non sequatur alterius generatio, quod in sententia S. Th. non sequitur, separata. n. anima Christi, eius corpus forma cadaveris, quæ substantialis est, fuit informata. id autem fuit conueniens, vt corpus Christi mortuum, cum nostris demonstraretur in hoc esse eiusdem rationis, nec in schola nostra orta est distinctio ista corruptionis, vna quæ est ex separatione animæ, altera quæ est per resolutionem in elementa, nam eam tradid expresse Damasc. 3. de fide c. 28. vnde & si non fuerit in Christo secunda corruptione, fuit prima, vere. n. passus est mortem, ergo primi generis corruptionem; cumq; corruptione ista fuerit substantialis, ad nouam formam terminata est, non corporeitatis ex vera Philosophia, ergo ad cadaveris formam.

Nec sequitur ex positione S. Thomæ reliquias Sanctorum non esse easdem, nam bene respondet S. Doct. 3. p. q. 25. a. ultimo ad 3. quod licet non sit idem numero corpus Sancti desunt, quod primo fuit dum viueret, propter diuersitatem formæ, quæ est anima, est tamen idē identitate materia, quæ est iterum suæ formæ viienda. Quod si hæc doctrina, vt dicit opposens, fuit scandalosa existimata in Anglia, fuit scandalum passiuum, sicut fuit scandalum Pharisæorum, qui sepe de uerbis Salvatoris scandalizabantur, quos vt duces cæcorum nedium cæcos haberi voluit Salvator in Euangelio, vt & omnes, qui de orthodoxa doctrina scandalizantur, sed satis cœcus fuit Ocham, qui dictas animas posuit in homine sensitivam, & rationalem, propterea vicina hæresi est adjudicata eius sententia, quare de illo non est curandum. Articulus vero ille qui fingitur damnatus ab Alex. IV. mera calumnia est, vnde & illi articuli Parisienses, vt calumniosi contra doctrinam S. Thomæ ab eadem alma universitate postea reuocati sunt, à Stephano Episcopo Parisiensi.

Ad XIV. quod Angelus dicatur esse in loco per operationem, non negatur non esse Angelus in loco, sed datur ratio per quam est in loco, nempe quod non est per se ipsum tanquam rationem essendi, sed per operationem, vt quemadmodum substantia est in loco non per se ipsam, sed per quantitatem molis, ita Angeli substantia est in loco per quantitatem virtutis, & sicut substantia remota quantitate non dicitur esse præsens alicui localiter, ita substantia Angeli nullibi esset localiter. expauit autem opposens de articulo Parisiensis, quo cauetur, ne dicatur

## 300 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

dicatur Angelus nusquam esse , quod videtur illis sequi , si dicatur Angelus esse in loco per operationem : at nec articulus ille Apenninum pertransiuit , & ex forti imaginatione non percipitur , quod recta ratione sensum corrigente , & imaginationem frœnante rationabiliter assentur .

Ad XV. non perceperunt opposentes mentem S.Th.dicit .n.S.Th.3.p.q.78.a.3.omnia prædicta verba sunt de substantia formæ . sed per prima verba cum dicitur : *Hic est calix sanguinis mei*, significatur ipsa conuersio in sanguinem eo modo quo dictum est in forma consecrationis panis: per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione , quæ operatur in hoc Sacramento: verba vero illa de substantia formæ recte exponuntur à Schola Thomistica de integritate , vnde sunt partes integrales non essentiales , & similis est hæc locutio: consecratio utriusq; speciei est de substantia Sacramenti , id est de integritate Sacramenti , non autem de essentia . Quod vero sit hic sensus S. Doct.apparet manifestè , nam cum per prima verba docuerit significati conuersionem vini in sanguinem , consequenter ijs verbis transmutatur vinum in sanguinem , Sacramentalia . n. verba mox efficiunt , quod figurant , ergo iam per illa verba fit transubstantatio , ergo illa sola sunt de essentia ; cetera autem de substantia . i. integritate rationabiliter dicuntur .

Ad XVI.de extensione characteris , respondeatur , quod debebat erubescere idem obijcere opposens , quod obiecerat M. Antonius de Dominis , vt dictum est sup.a.5.ad 6. quod cum communis sit Theologorum sententia Episcopatum non esse Sacramentum , consequens erat non impuni in illo characterem , quia vero quædam actiones Hierarchicas exercet Episcopus , quas non potest exercere simplex Sacerdos , satis rationabiliter positus est character Sacerdotalis exte di , acquirit .n. nouam perfectionem character Sacerdotalis ( cum simplex sacerdos Epi scopus consecratur ) seu modum quendam ieiunium , indeabilem , & interabilem ( vnde non est moralis deputatio ( vt quidam dicunt ) qui nihil aliud est , quam quædam realis ordinatio ad illum effectum . Sed cur opposens festucas in alienis oculis videt , trabem vero oculorum suorum non attendit ? decimant anethum , & cimum , & relinquunt grauiora legis . Cur non probabilem sui Dicis sententiam in theatro Philosophico exposuit d scutiendam , tenetis characterem esse relationem extrinsecus aduenientem ? cum Sacramentalis operatio characterem imprimat , ex definitione Ecclesiæ , quis Philosophus suadebitur de Ecclesiæ doctrina ? cum habeatur pro indubitate ad relationem non esse per se motum ? sed quomodo ipsam characteris existentiam defenderit Scotus in Scholis , satis est manifestum , tenuissimam .n. scripsit noster Soto opinionem Scotum de charactere Sacramentali habuisse , nā in 4.d.6.q. 9. contendit probare , nec ex sacris litteris , nec ex SS. Patrum testimonij , neq; per rationem naturalem colligi , & subdit quod cum nec Ma-

gister sententiarum , nec Gratianus , qui dicta Patrum collegerunt , fecerunt mentionem de charactere , indicium est nō esse effectum multum necessarium . Quare timens Ecclesiæ feruam , propter solam Ecclesiæ autoritatem , tutū non existimat ipsum negare . hæc Soto . A Scoto suffuratus Vuitcleph in quarto trilogo c. 15 scripsit [ quidam multiplicant in ordinibus , & sacramentis multis characteres sed istorum foundationem , & fructum , nec in scriptura sacra , nec in ratione considero &c. ] quem impugnans in signis Ille athleta fidei Thomas Vald. antiquitatis indagator scelitissimus , in Scetum quicq; zelantissime pro Ecclesia , his verbis inuictus t.2.de Sacram. cap.109.vbi n. hæreticū Vuitcleph consulasset , & docuisset ex continuata traditione Apostolorum characteris dogma haberi , quod & canones postea sanxerunt ] mox subdit [ Quod mtrum doctor verè subtilis non aduertit in hoc , scit in alijs , nesciens ( vt dicit ) aliam autho ritatem scripturæ , vel antiquitatis adducere , nisi Ecclesiæ sic determinatis de novo . Si B. Aug. habuisset hunc modum probandi unicum baptismum contra Donatum , aut Dei gratiam contra Pelagium &c. quam facile disputasset , sed quam difficilē conclusisset hæreticos , nec tam omnes autoritates , tam viuaces , tam claras intulit , vt non aliquis versatus , & defensor proterius eas declinare valuerit , & concludit characteris positionem in eo fundatam , quia sic univera iam olim sanxit Ecclesia , ideo ab Apostolorum traditione venisse nos creditus , & mox Patres assert in quibus élucet traditio , & definitionem Ecclesiæ de charactere , nō nouam , sed in antiquitus fundata fide super adficatam ostendit ; vt non suo modo sensu gloriari videatur , Ecclesia , cum hæreticis : & illius Satyrici voce formari decreta : sic volo sic iubeo , sit pro ratione voluntas . Hæc insignis Valdensis Carmelitarum decus , egregius fidei defensor . Bellarminus quicq; lib.2.c.19.de effectu Sacramentorum , ait Theologos aliquos , vt Durandum . Scotum , Gabrialem videri quidem admittere characterem , sed quædam docere , quæ videntur facere pro Kemnitio . Sed & aliquos modernos hæreticos ob hanc Scoti , & Gabrielis sententiā , Orthodoxiam insamandi occasionem dedisse ostendimus supra a. 5. & scribit Gretzerus t. 1. Appendix 1. ad 1. libru Card Bellarmini pag. 352.361. de Pappo ministro Argentorateni in lib. attulato contradictiones DD. nunc Romanae Ecclesiæ &c. in contradictione 97. Quis autem fortius hæreticis resistat Scotus an S.Th. videt opposens , cum legerit S.Th. & ex Dionysio , Damasceno , Augustino Ecclesiæ definitione solidē fundare . Praetasset opposenti hæc non obijcere , ne exusando in puluerem , excitasset terram in oculos suos .

Ad XVII. meminisse , & recolere debuisset opposens , quæ sancta sunt à Sixto 4. Cōcil. Trid. Pio V. & nouissime à Paulo V. & Greg.XV. vbi nullum , etiam ex silentio , opinioni S.D. prædicium illatum , nec sinistre de eadem tractari posse sanctur , quare extra limites decretorum euagantes caueant præcipitum . Sed de hac re supra

supra dictum est art. 10. ad obiectionem 19. & plura in deposito Apostolico c. 24.

Ad XVIII. particula illa, [piè] non libertate sentiendi aliter semper importat, sed e regione quandoq; opponitur impietati ea loquendi formula fuit quoq; Aug. familiaris, agens n. d. baptismio dato à Laico in necessitate dixit. *Nescio an piè quisquam dixerit esse repetendum contra ep. Parmen. lib. 2. c. 13* quia propositio æquipollit huic. *Non nisi impiè quisquam dixerit esse repetendum.* pia etiā dicitur Ecclesie prædicatio in Concil. Lat. secre. 4. impres. Sixti V. eadem phrasī usus est S. Th. 1. contra Gentil. in proem. quod religioni contraria est falsitas, que impietas nominatur, & impietatis nomen affumit. Canonizare autem Sanctos ad religionem pertinet, vnde dicere posse Ecclesiam errare in cultu perniciosus error est, & impietatis sibi nomen affumit. vide alia similitudinem ad Rom. c. 11. lec. 1. quare afferere errare posse Ecclesiam in Canonizatione SS. temerarium, impium, immo & heresim sapiens dogma est ex Cano, Bannes, Nunnez, & alijs Doctoribus, & si quidam DD. nostri t. mporis heresis nota etiam idem dogma denotarint.

Ad XIX. si opponens Philoso. 3. eth. c. 10. legisset, reperisset collocare fortitudinem, & temperantiam in appetitu sensitivo, & si distinguueret iascibilem, & concupisibilem, vt sunt partes appetui secundum se, & quatenus participant rationem, hoc est quatenus natæ sunt obediens rationi; videret, quod & si primo modo non possint esse subiectum virtutis, possunt nihilominus perfici per habitus ad fortiter, vel temperate agendum, vt sunt motæ à ratione, de qua re nunc S. Th. 1. 2. q. 56. a. 4. tam nostri, quam exteri interpetes acutè descendunt.

Ad XX. respondet eo modo quo responsum est ad obiectionem xvij. Neoterorum opponentium, propositam in articulo 10. huius questionis, ex quo opposens transcripsit, si ipse non primo scripsit.

Ad XXI. & XXII. patet responsio ex dictis eodem articulo in response ad 9.

Ad XXIII. patet per responsum ad 7. he autem instantia, vel vnius, & eiusdem authoris sunt, vel sunt tanquam colligere vnius panni, vnde ead solutione omnes dissoluuntur.

Ad XXIV. si opposens vult oppugnare S. Thomam id docentem 3. p. q. 74. a. 8. ad 3. timeat ne Ecclesiam Latinam oppugnet, que ante consecrationem ex veteri traditione, vino modicas aquæ stillas apponit. Sed nec Ecclesia Græca à Latina discordat, vt recte notauit Cabasilas in expositione Liturgiæ c. 8. dicendo huc verba, [cum ante consecrationem aquam vino infundunt, aiunt statim: existuit sanguis, et aqua] verū est aliquorum Græcorum consuetudinem fuisse, vt idem refert c. 37. aquam calidam sacris mysterijs admiscere, sed bene aduertit, illam ceremoniam fieri solitam solum in vsu seu communicatione Eucharistiae, ad significandum Spiritus S. effectum qui per illam datur. Hæc autem duo, ita sunt disparata, sicut exstrem, & terra, & turpe fuit opposenti, Græciare, & cæ-

remonias eorum ignorare. Indiculū mereretur, vt cum alijs erratis, hoc quoq; recenseretur. Sed vetat Christiana modestia, & prudenter Nazianz. lib. 1. sent. spiritualium.

*Ne vince semper, nec tibi id studio fiet,  
Plerumq; vinci, pulchritus, quam vincere.*

Ad XXV. iam pridem dissoluerat hanc instationem F. Dominicus Soto, cui cum obieceretur authoritas Martini, & Eugenij, quod in tali matrimonio disp̄esarunt, respondet 4. d. 27. q. 1. a. 4. id ad factū pertinuisse, non ad fiduci determinationem, opinionē Canonistarum esse secutos, & subdit. alios Pontifices nō legi tale fecisse dispensationem, cum credibile sit, multas eiusmodi dispensandi oblatas occasiones, vnde dicit, quod Adrianus 6. vir, tum viriusq; turis peritissimus, tum & rei Theologie non insimile doctus, cum ab illo eiusmodi dispensatio fuisse postulata, oblataque sententia Gaietani, demiratus est, virum Theologum hoc sibi in animum inducere potuisse: & ideo improbis precibus succubens, respondit, se dare quod posset, sed tamen credere nihil posse. Hæc Sotos.

Ad XXVI. mirū est, quod opposentes ponunt, & ponere cogātur in Christo scientiā acquitā, & virtutes morales a bleget, cū decentissimum fuit etiā Christū Dominū operari modo sibi cōnaturali, sicut dec̄tissimum ex eodē modo cōnaturali, p̄fici intellectū Xp̄ Dñi, ex sciētia acquisita.

Ad XXVII. locus non bene citatus est, citari debuit q. 2. a. 7. in corpore: & docet ibidē, quod cū unio sit relatio realis, est in humana natura, in Verbo rationis, quid indeā ex hoc propterea negatur, quod vnius non sit substantialis, an disfitetur terminū nō esse substantialē? nō sequitur, quod sint Deus, & homo vnu per relationē, nam similitudo est relatio, & non dicitur quis alteri simili ex relatione, sed per albedinē, ita Capr. 3. d. 5. q. 1. cōtra Aureolū. & quando dicitur, quod Deus est homo, & ē cōtra, propter vniōne, que est relatio, nō est sensus, quod esse hominē cōpetat Deo relatiue, sed quod hæc vnius aduenit Deo, sine sui mutatione, que est relatiuorū proprietas, vnde importat consequēter relationē, & habet proprietatem relatiuam.] Hæc Medina

Ad XXVIII. non fuit propriæ pena illa mora in inferno, & sepulchro, nec n. erat cōtra Christi voluntatē, nec ex aliquo peccato (pena autem omnes in morte terminatæ sunt) sed fuit pena- litas, seu effectus penaū, & mortis, ex qua etiam dehonorato, & infamia apud infideles secuta est, & permanebit, quo usq; ad iudiciū descēdet, & hæ penitentes sunt, penæ propriæ non sunt.

Ad Tertium principale, nō prohibetur libri, nec procuratur prohiberi ex hoc capite, quia S. Th. contradicat, sed quia iux. præscriptas regulas Indicis Romani sanā doctrinā nō continent, vnde & propterea emēdādi, quod si ex doctrina S. Th. emendētur, ipsa est Nitela qua fortes nouitiolarū doctrinarū abstergūtur. Nec localibus Inquisitionibus fit iniuria, si per supremum Inquisitionis Tribunal Romanū, quod omnibus supereminet, à quo cetera Inquisitions traducē velut à matrice suscipiūt, emēdari contingat, maximē cū approbationes Inquisitorū particu-

Iarium prodeant, semper subintellecta cōditione, si nihil emendandum supersit, & cum subordinatione ad Vrbē p̄ncipē, qua quo loco certis supereminet, ita & authoritate p̄cellit. Procurare autē ne sint, qui errata, si deprehendūtur, significēt, n̄ hil aliud est, quam vele, si qui sunt qui id pr̄tendant, canum excubias tollere, ē gregibus, vel anseres ab arce Capitolina abigere. Recolāt autem oppugnatores quid in simili dixit Prosper Augustinum defendendo, quod nō oportebat tanta scrutatione pondera locutionū, numeros quoq; syllabarum S. Doct. obseruare, sed recolere, quod h̄c [doctrina h̄ereticorum commenta dissecit, & diabolicum tumorem h̄ereticæ prauitatis elicit,] ad alia transeamus.

## ARTICVLVS XI.

V. Sanctus Thomas fuerit auctor totius Primæ secundæ, & Secundæ secundæ Partis summæ Theologicæ.

Nupera Anonymi positio.

**P**roniores (scripsit quidam) homines sunt ad detractionem, & reprehensionem, quām imitacionem: siue enim id ex inuidia profiscatur, dum alios sibi preferri vident, siue lucem veritatis ferre non possint, scriptores ubiq; gentium fama celebri diffamatos denigrare, & deprimere satagunt; sic de Virgilio testatur Hieronymus Epistola de loc. & nominib. Hebraic. quod à suis æmulis accusabatur, quod quosdam Homeri versus ad verbum translatisset, inde compilator veterum dicebatur, ibidemque resert Ciceronē, Oratorū Principē, linguae latinæ illustratorem, repetundarum à Græcis accusari. Athnæus lib. 11. Dipnosophist. c. 22. Platonem submordet, irridēs libros eius de Republica, vt potè aspersos nominibus fictis Timæ, Gorgiæ, &c. addidit, & Chius lib. cōtra Platonis consuetudinē, non solū, vt inutiles, & mendaces, sed etiā quosdam furto sublatos, vt aliqui sint Aristhenis, ali/ Heracleotici Brisonis. Apollodorus Atheniensis (referente Laertio) cū contenderet multo plura Epicurū, quam Chrysippū edidisse sine ullius adminiculo, illud respōsum reportauit: si quis tollat de Chrysippi libris omnia quæcumq; sunt aliena apposita, vacua illi charta relinquetur. In Sallustium Romanæ historiæ conditorem h̄c carmina publicata.

Et verba antiqui multum furate Catonis  
Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

Porphyrius apud Eusebium taxat Euagrationem Cyrenensem, quod integrum Musæ librum de Thesprotis expilarit. Terentius

Afer Poeta præstantissimus à L. Lauino virgebatur; qui eum tanq; publici ærarij furem trāducebat.

Cecilius scripsit sex libros de Menandri furtis. Philostratus Alexandrinus similiter librum attulauit de Sophlocis furtis. Lysimachus quoque opus elaborauit duobus libris comprehensum, de furtis Ephori diligentissimi scriptoris. Asinus similiter Pollio, de furtis Theopompi libros edidit, quem tamen Cicero parentem historiæ nuncupauit.

Has, & similes calumnias, & maiores eriam. Proceres Ecclesiæ passi sunt. Sanctus Basilius de Spiritu Sancto versus finem de sui obrectatoribus h̄c d. cere coactus est, videlicet, quod implacabiles, & amari sedent erratorum examinatores, iniqui verò, & malevoli rectè factorum iudices. Cuius causam ibidem reddit, quæ superius tacta est, quia priuata similitas plus est, quām commune, & publicum bellum, dum aduersarios vincendi gloria, præfert publicæ omnium utilitati, quibus præsens, temporariæque gloriae voluptas, prior, ac portio est premijs, in posterum repositis.

Gregorius Nazianzenus in quadrages. ieiun, quia [dicebat] perpetuus liuor sermones meos inimico atq; in festo oculo perspectat, idcirco faciendum mibi censui, vt silentio acquiescerem, & ad Christum conuersus dicebat. At o Christe certissime hominum medice, ltuorem quæso compesc, meque ab acerbis, & virulentis linguis extractum, ad tuum splendorem perdutio.

Hieronymus quoque (de quo Augustinus dicebat nemo hominum scit, quod Hieronymus ignorauit) caluminis, & obrectationibus innumeris est imperitus, ut patet ex eiusdem Epistola ad Asellam. Et in alia præposita tractatu de loc. communibus Hebraic. 99. & in Prologo super Iosue.

Idem accidit nostro Sancto Doctori, cuius doctrina multis titulis à detractoribus impugnata, illustrior super est habita, & tanti ponderis extitit semper in Ecclesia Dei, præsertim in Concilio Tridentino, vt restati sint patres superstites illius Concilij, post scripturarum testimonia, Apostolicam traditionem, patrum consensus inuestigationem, ad summam S. Thomæ, quæ in medio Concilio aperta erat, recurrere solitos, vt nedum in sententia, sed & in verbis cum doctrina Sancti conuenirent, Fernández in concertatione prædicatoria anno 1562. Vnde factum est, vt Pius V. Canones Sacri Concilij Tridentini in doctrina S. Thomæ fundatos diserte pronunciarit. & id maxime appetit in doctrina de iustificatiōne, quæ in p. 2. S. Th. habetur.

Videns ergo diabolus sibi per S. Doctorem bellum illatum, scrupulos iniecit quibusdam Neotericis, vt angerentur, & ea difficultate præmerentur, an S. Th. fuerit auctor primæ secundæ, & secundæ secundæ, vt facilius auctore in dubium euocato, ad doctrinam Sancti Doctoris oppugnandam occasionses captarent, & noua comminiscendo, eam auctoritatē infir-

infirmaret, quæ de perdue libis gloriosum triumphum reportauit. Anonymus ergo in suo libello supplici ad iudices] veritatis, defendit expressè S. D. à Beluacensi dictas partes magna ex parte transcripsisse. Anonymo quidam subscriptentes, eandem occinunt cantilenam, ita Poza lib. 4. tract. 7. c. 5. elucidarij, & nonnulli in compitis, & triquijs coram vulgaribus obloquentes.

Verum ad hos inanes scrupulos, & imposturas eradicandas elaborauit Cardinalis Bellarminus lib. de scriptoribus Ecclesiasticis in S. Thoma, obseruatione tertia sic dicens. [ *Mirum est valde, quod magna pars primæ secundæ, & secundæ inueniatur ijsdem verbis in primo, & tertio libro speculi Moralis Vincentij Bellouacensis, & quidem non videtur Vincentius potuisse speculum suum morale confidere ex doctrina, & verbis S. Thomæ, cum ipse obierit anno Domini 1256. vt testatur Antonius Senensis ex Vafæo in Bibliotheca Patrum Predicatorum, & S. Thomas obierit anno Domini 1274 & in extrema ætate summam Theologie confecerit. Sed neque est villo modo credibile S. Thomam summae sue partem secundam, eamq; nobilissimam ex alio scriptore hauisse. In his angustijs nihil mihi occurrit, nisi speculum illud morale fortasse non esse Vincentij Bellouacensis, sed alicuius auctoris posterioris, qui fortasse Vincentius etiam diceretur, quique secundam partem S. Thomæ in compendium redigere voluerit, id quod videtur posse confirmari ex eo, quod speculum morale grauius multo esse videtur, quam sint speculum doctrinale, & historiale, quæ tria sine villo dubio sunt Vincentij Bellouacensis ] sed quia hæc excusatio maiores scrupulos parit, quam euellat, operosius de hac re differendum est.*

## Oppositiones.

**P**RIMA. quia Sanctus Thomas obiit anno Domini 1274. mense Martij, vocatus ad Concilium Lugdunense cum S. Bonaventura: constat autem S. Bonaventuram sedisse in prima sessione Concilij anno 1274. die 7. Maij triduo ante Ascensionis festum. Vincentius vero Bellouacensis ex Garsia obiit 1240. ex Vafæo, ex Antonio Senensi obiit anno 1256, potius ergo S. Thomas ex Vincentio, quam Vincentius doctrinam suam hausit, quandoquidem summam S. Doctor in ultima scripsit ætate, vt tanquam scriptura testamentaria habeatur à suis, & præcedentium operum epitome, & aliquorum locorum retractatio.

Confirmatur, quia Vincentius Bellouacensis in speculo Historiali lib. 3. cap. vltimo sic dicit, *Ecce tempora sextæ etatis usq; ad præsentē annum, summatum perstringendo descripsit, qui est annus Christianissimi Regis nostri Ludouici 18. Imperij vero Friderici 33. Pontificatus autem Innocentij 3. secundus, qui est porro ab Incarnatione Domini 1244. & in speculo naturali lib. 2. sic dicit c. 102. Ecce tempora etatis 6. usq; ad*

*annum præsentem summatum perstringendo, auxiliante Deo, descripsimus, qui est annus ab incarnatione Domini 1250. & postea hic est annus pontificatus Innocentij IV. vacationis Imperij liij. & depositione Friderici V. Regni vero Christi nissimi nostri Regis Francorum Ludouici 14. sed S. Thomas multo post descripsit summā, tūc n. iuuenis erat anno 1244. vel 1250. annos virginatinq; circiter natus, & summa in extremæ ætate sua descripta est.*

Tertio. quia hoc nihil officit, nam vt dicit Franciscus Zumel in præstatione ad primam partem, santi Ecclesiæ Patres, aliorum etiam laboribus, & vigilijs interdū suffulti secundissia scripturæ diuinæ commentaria, & Theologij ediderunt: sic & S. Hierony. plerumque se didicisse multa fateture ex alijs. Quoniam cum Prophetarum vaticinia illustrat, multa dicit non solum ex suo, sed ex aliorum fonte emanata: & quæ prolixo, ac incredibili labore comparavit, sapè ex alijs se didicisse pronunciat. Sed humilis, & obediens erat Hieronymus. Sanctissimus præceptor S. Thomas Aquinas cum gloriosum nomen in Scholastica Theologia comparasset, inter mirabiles articulos quos ille perulgauit, plures inuenies ex Augustini libris, ex Alexandri Alensis disputationibus, ex Aristotelis etiā capitibus mirè decerpitos. Sed humilis & obediens etiam erat Thomas Sanctissimus. I. hæc ille, ergo pari ratione non est mirum, si quæ à Vincentio Bellouacensi scripta sunt, ab ipso decerpserit S. Thomas, & ad suum institutum accommodauerit.

Quarto, quia S. Hieronymus ferens iudicium de scriptis S. Ambrosij sic dicit scribens ad Pammachium, & Oceanum. *Noster Ambrosius sic Origenis Hexameron compilauit, ut magis Hippoliti sententias, Basilijq; sequeretur. Item Gregorij Nazianz. verba de fide transcribit in tract. de fide, scribens ad Gratianum. Idem de se testatus d fecisse Herony. pro. in Mich. Theodoret. præsat. in Cantica. Idem cum laude fieri posse docet Aug. 4. de doctr. Christiana c. 29. imò multi sunt, vt Beda, Sedulius, qui sua ex alienis scriptis confarcinarunt, & sunt DD. Ecclesiæ. Ergo nihil prohibet dicere S. Thomam maiorem partem summæ exarasse à Bellouaci (ait Poza tract. 7. c. 5. lib. 4.) qui in fine Alensem, & Thomam, & ex alijs transcripsisse muscat: vnde DD. Ecclesiæ esse posse sustinet, qui aliena scripta diuerso stylo, vel ordine promulgant V. ex ipsis domesticis profertur exemplum, nam F. Franciscus Garsias Dominicanus, qui prouinciam suscepit 1100. errata in operibus S. Th. vera lectioni restituere, dicit: multities in p. 2. & 2. repurganda ad speculum morale Vincentij Bellouacensis configiebamus, & infert. Ex quo aperiissimum est Sanctum. Thomam mutuasse ferè omnia, quæ in duabus codicibus de virtutibus, & vitijs scripta reliquit.*

## Pro parte opposita.

**S**ed contra est primo, quia doctrina S. Thomæ (cuius nomine principalius summa Theologica intelligitur) tanquam diuinitus reuelata, & approbata recipitur in Ecclesia Catholica, non ergo fieri potest, vt sit in magna parte, qualis est prima, & secunda secundæ à Vincentio, aut alijs exarata. Cōsequentia manifesta, quod n. exaratur e papyro in quinternum describitur, & nulla illustratione diuina opus est, nisi concursu generali ad transcribendum, & mediocri ingenio ad disponendum; vnde magistralia opera laboriosa, quam ingeniosa habentur, & rapsodia potius, & centones dicenda.

Antecedens (in quo tota machina argumenti fundatur patet) primo, nam Ioannes 22. in Bulla Canonizationis sic dicit de S. Doctore [ nam in diuersis Philosophia partibus (ut non esset ociosus) sed operaretur terram, nec non in sacra scriptura pagina, tam super nouum quam vetus testamentum scripta, plurimaque alia, Dei opera, in Dei laudem, fidei ditatationem, eruditionemque studentium, clara (cum sciens esset) famosa cum cognitus, Non absq; Dei speciali INFUSIONE perfecit. Doctrina quippe prudenter facili, & omnino scientis est posse docere ] & ibidem Summus Pontifex, ait quod fama clarus in brevi adeo scientia proficit, ut adhuc etate iuuenis ad magisterium, Parisijs, loco utiq; celeberrimo, assumptione magno inibi sui sui, ordinis, ac Parisensis studij favore, permultorum annorum curricula Caibedram regeret magistralem, quippe cum illi uita existentiam, conuersatio famam, doctrina pararet opinionem, opera diuulgacionem, eademque tam BREVI confecta TEMPORE, admirationem, merito exhiberent, vt illud psalmi rigans montes de superioribus suis de fructu operum tuorum sat labitur terra, in eo verissimè impleretur. ] Si defuper irrigatus est mons iste, vt de fructu operum suorum satiaretur terra, quis audebit, di cere, aquas sapientiae, e terra haustas, quas cœlesti irrigatione suscepit? vnde ex hac irrigatione, cœlesti opera, eiuidem tam brevi confecta tempore admirationem exhibit, nullam admirationem allatura, si humanitus ab alijs essent exarata: nec solus ordo, vel librorum dispositio breui confecta tempore, sed inuentio, vel iudicium, & materia, quæ describitur, admirationem parit, quæ omnia in S. Thomæ doctrina reperta, non tam humanitus, quam diuinitus partam demonstrant, & auctorem non compilatorem, & Rapsodium prædicant, & cum breui tempore scripta, & promulgata sint, facilimè ad manus Vincentij peruererunt.

Secundo ex Clemente VIII. in Breui ad dilectos filios deputatos Neapolitanos sic dicente. Ac doctrinæ quidem testis est ingens librorum numerus, quos illi breuissimo tempore in omni fere disciplinarum genere, singulari ordine, ac mira perspicuitate sine ullo prorsus ERRORE conscripsit, in quibus conscribendis interdum SS. Apostolos Petrum, & Paulum col-

loquentes, loco sq; illi quosdam De iusu enarrantes habuit, & quos deinde conscriptos expressæ Christi Domini voce comprobatos audiuit. & in alijs litteris ad Comitem Benauentu rorem, Neapolitanum, appellat doctrinam D. Thomæ eloquium diuinum, doctrinam cœlestem, miraculis illustré, addens meritò apud remotissimas regiones summa Christi nominis cum laude atque Ecclesiæ vilitate celebratam.]

Si humanitus esset parta, & exarata, & ab alijs excerpta, & non diu nitus infusa, non posset dici à Clemente breuissimo tempore, in omni fere disciplinarum genere, singulari ordine, ac mira perspicuitate fine ullo prorsus errore conscripta, nam vt dicit S. August. lib. 2. in Donatistas cap. 5. Vnde aliter sapere, quam res se habet humana tentatio est: Nimis autem amando sententiam suam, vel inuidendo melioribus, usque ad præcidendæ communionis, & condendi schismatis, vel hæresis sacrilegum peruenire, diabolica præsumptio est: in nullo autem aliter sapere, quam res se habet, angelica perfectio est. ] At hucusque in dogmatibus, & sancta doctrina, non est repertus S. Doctor aliter sensisse, quam veritas haheat, merito ergo doctrina eius ANGELICA dicenda est.

Quod etiam à Clemente dicatur doctrina S. Thomæ ab Apostolis Petro, & Paulo suggesta, & Domini voce comprobata; insuper quod sit eloquium diuinum, doctrina cœlestis; de superna Hierusalem ortam, & è celo potius exemplum platam, quā à Beluacensi exarata, certissime ostendit; & quod apud remotissimas regiones summa Christi nominis cum laude, atque Ecclesiæ vilitate celebrata sit; etiam intentum nostrum corroborat, in eo n. maxima gloria Christi nomini accessit, quod mundo dederit cœlestis prodigium, scientiarum omnium officinam, S. Thomam Aquinatem, diuinitus potius instructum, quam humana voce à terrenis magistris de literis informatum, vnde & ipse dicere solebat: suam scientiam nō tam humano labore partam, quam oratione diuinitus susceptam; & merito, nam cum scriptum sit ecc. 32. qui timet dominū excipiet doctrinam eius, iugiter antequam scriberet, ad pedes Crucifixi consugiens, & ieunia congregans, lacrymis intelligentiam rerum diuinarum interpellans, nedum sinceritatem doctrinæ, promeruit, sed & approbationem illam audiuit: Bene scripti de me Thoma, & ex hac diuina suggestione, Iesu Christi approbatione, merito subdit Papa Clemens, quod sit miraculis illustris. Quamquam eo quoq; titulo miraculis illustris dici possit, quod sicut dixit Papa Io. 22. tot miracula fecit, quot articulos composuit, & vt dicit Pius V. infinitæ hæreses tunc temporis iam exortæ, & deinde nuper inuentæ fuerint confutatæ, vt miraculi loco habendum sit, ex uno Thoma omnes hæreses natas, & orbituras confutari, & merito Paulus Quintus vocavit eundem Sanctum splendidissimum fidei athletam, cuius clypeo militans Ecclesia hæreticorum tela feliciter eludit, quod & repetuit Gregorius XV in Breui ad Auersanos cū Ciuitatis patronus, & aduocatus, & tutelaris susceptus est, quod

quod si miracula teste S. Th. 2.2.q.178. a. 2. fieri scilicet ad probationem virtutis, integratatis doctrinæ, absit ut miraculis illustrata dicatur ea doctrina fuit subrepta, & unus pro altero, doctrinæ supposititius auctor fuerit comprobatus.

Accedit quod in eodem Breui (subdit Clemens) nepo [petitioni], ut inter patronos, & tute-  
lares Sanctos annumeraretur, ardenter qui-  
dem voluntate annuimus, qui & nos ipsi Angelico huic Doctori, & nostro & toius Christianæ Ecclesiæ nomine plurimum dekemus. J Hæc ille. Non Thomæ, sed Beluacensi deberet Ecclesia, magnum enim emolumentum sumitur ab vauesis ferme fidibus in moribus dirigendis, à morali parte i.2. & 2.2. comprehensa, quæ si est exarata à Beluacensi, quantumvis in nobiliore forma disposita, tandem in Beluacensem auctorem resundi ut tam illustris labor, ac proinde huic, & non Thomæ se debere Ecclesia profiteretur. præclare n. dicit Aristoteles lib.2. Met. c.1. Nō solum autem illis gratia agendæ sunt, quorum opinionibus quis acquiescit, sed illis qui superficie tenus dixerunt. Si n. Timotheus non fuisset, multum melodiæ nequam habuissimus, si tam Phrynis non extitisset, ne Timotheus quidem simili modo, & de illis est qui de veritate affirmeant, à quibusdam enim aliquas accepimus opiniones, quidam vero, ut hisierent, causa fuerunt. J ita & in proposito nedum Thomæ ordinatori sed Beluacensi inueterori, gratia quoque essent habendæ; nam & si verum esset, quod si Thomas non fuisset, non tam illustrem doctrinæ habuissimus, verum quoq; esset dicere, si Beluacensis, non extitisset. ne Thomam quidem. At cū S. Thomæ Clemens Pontifex, Ecclesiæ nomine, & suo plurimum se debere profiteatur, doctrinæ moralis etiam (quæ non leuis est Theologia portio) Thomam satetur auctorem.

Tertio Pius eius nominis quintus in diplomatico edito anno 1567 quod incipit. Mirabilis Deus in Sanctis suis, ait. Omnipotens Dei prudenter factum est, ut Angelici Doctoris vi, & veritate doctrinæ, ex eo tempore quo caelestibus ciuib; adscriptus fuit, multi a que deinceps exortæ sunt heres confusa, & conuicta disperguntur, quod & antè sepe, & liquide nuper in sacris Tridentini Concilij decretis apparuit. J nonne Begardi in Concilio Viennensi, Armeni in Florentino ex prima secunda in materia de beatitudine satis superq; refutantur? nonne Luthera-  
ni in iustificationis articulis, integra sessione, sexta Concilii Tridentini, quæ sunt formalia, & ipsissima verba S. Thomæ in p. 2. in materia de iustificatione, & gratia eliduntur? non Thomæ sed Beluacensis ope, & vi tot heresum monstrata prostrata essent, cu.us contrarium Sanctissimus Pius affirmat.

Secundum caput argumētōrum. Quia quantum ad materiam doctrinæ, solum in Vincentio Beluacensis operibus reperiuntur corpora articulorum, non autem reperiuntur argumenta in contrarium, cum solutionibus, quæ tamen reperiuntur in p.2. & 2.2. Sancti Doctoris, potius ergo simplicem doctrinam à S. Thomæ corpore lausisse Vincentius dicendus est, relictis argu-

mentis hoc n. erat ad ipsius institutum accommodatum, moralem doctrinam simpliciter, & de plano tradere) quamquod à Vincentio articulorum corpora exararet Thomas, incrustando illos argumentis, eorundemq; solutionibus.

Accedit quod eadem doctrina varijs, & diversis occasionibus à S. Tho. repetitur in libris sententiarum, & lib. Ethic. in disputatis, & libris contra gentes: & tamende S. Doctore nullus ambigit, quod eorum librorum non fuerit auctor. non ergo in dubium reuocari debuit, num prima secundæ, & secundæ secundæ S. Thomas, an Vincentius fuerit auctor, cū vna, & eadem facies sit eloquiorum castorum, ex similitudine eundem progenitorem demonstrantibus fatibus.

Tertium caput ex stylo scribendi, is enim, vt ait Senensis noster I b.4. Biblioth. tit. de falsa librorum inscriptione est lapis Lydius, qui falsas inscriptiones à veris discernit. Nam & si cuius imposteris facile sit autorem, patriam, genus, temporaq; mentiri, aut dogmata sequi, nihil tamen difficultius est, quam alerius imitari stylum] & explicans idem Doctor, quid nomine stylis significetur, subdit [stylum autem appello non illam exteriorem se monis effigiem, sed orationis characterem, actionis contextum, texturæ continuatatem, elocutionis formam, figuræ loquendi, dispositionis artificium, tractationis methodum, & cetera, quæ cunque diserto auctori propriæ sunt, sicuti n. suis cinq; homini corporis habitus est, suis cinq; cultus suis cunque nativus color sua cuique vox, aliæq; singulæres notaæ, quibus à ceteris hominibus distinguuntur. Ita singulis Ecclesiæ scriptoribus singulares quedam priuatiæ nsunt quæ ant nunquam, aut raro alteri convenient; veluti sunt, plausibilis Antiochæ pompa, Basiliæ accurata dictioñis diligentia sublimis, Gregorij Theologi cothurnus, Chrysostomi sponte fluens. Auticismus, purissima Cyprianis facilitas, Gallica Hilarij grandiloquenitia, arguta & brevium sententiarum in Ambroso copia, in Hieronymo picturata rerum verborumque varietas, in Augustinocola similiter finientia, & commata similiter cadentia, in Gregorio numeros periodorum alternatim respondentium incessus, et alia his similia, quæ quantumlibet quis affectet, minime tamen asequi possit. J hæc ille.

At mussitabis nullum esse iudicium stylo falacijs, quoniam non idem semper sit eidem dicendi modus, sed pro argumenti ratione, vel etatis mutatione, vel studij profectu, vel affectus diversitate, etiam duorum auctorum cum charactere possit esse similis, stylus quoq; nec dissimilis reperitur.

Respondetur non id negari, nam exempli gratia aliter in Epistolis scribit Hieronymus, mus, aliter aduersus Ruffinum, & Vigilantium loquitur, aliter in commentarijs Prophetarum: rursus alio dicendi genere adolescentiam agens, alio in matura, & prouectiori aetate vsus est, semper tamen ita loquitur, ut Hieronymum exprimant, non secus ac lineamenta eundem hominem effigiem representant, siue tristitia obnubilatam, siue risu vernantem inspicias.

Nec conturbare nos debet, quod plerumq; in

scribendo tanta interdum potest esse similitudo, ut vix percipi possit inter eos esse discretio, nam tandem aliqua in uno deprehendentur, accidentia, quae in altero non erunt, sic etiam uno nō gemellos fatus internoscimus, & periti artifices adamantes magnitudine pares, & splendore dissimiles internoscunt, ergo si stylū S. Thomæ consideres, videbis sanctum Doctorē semper sibi similem, in parcitate verborum, in grauitate sententiarum, in soliditate rationum, in vberitate argumentationum, in subtilitate solutionum, fidelitatem in referendo, modestiam in repellendo, decibilitatem in Patrum, maxime Augustini, vestigia sectando, religiositatem, Genitiles, & præsttim Aristotelem in obsequium fidei captiuantem.

Certè idem S. Thomas est qui libros Ethicorum Aristotelis doctissimis commentarijs illustravit, & si quis eos legat, planè aduertet nedū sensus, sed, & verba suorum commentariorum, vbi agit de vltimo fine, de beatitudine, de voluntario, de virtutibus, secundum quod occasio Aristotelem exponendi se se offerebat, ab eodē sancto in prima secunda repetita, & similiter easdem materias diligenter pertractavit, in libris sententiarum diuersa occasione, non diuersa doctrina, & stylo. erit ne aliquis sciolus, qui adhuc reuocabit in dubium an S. Thomæ commentaria in Ethicam, & libros tertium, & quarum sententiarum elaborarit? Idem ergo stylus eademq; doctrina eundem procul dubio demonstrat auctorem.

Quatum caput argumentorum ex successione à temporibus S. Thomæ usq; ad præsens. quando nedū eius discipuli, & schola, sed etiā exteri, omnes Academia orbis pro doctrina S. Thomæ habuerunt partem mortalem in prima secunda, & secundū secundā descriptam, eandemq; explanarunt, defenderunt sui; sub Thomæ nomine, vel communis doctoris alij impugnarunt, non impugnaturi tanto ardore, si Vincentium auctorem agnouissent, hæc n. sicut eoru mens, ut in arenam ad pugnandum cum Aquinate descenderent, cui si vel ex titulo, vel leui verbo non intellectio monomachiam attendarū, & multi etiā nō pepererunt, detraherentes sermonibus Sancti ( ut coactus fuerit Romanus Aegidius defensorum corruptorij doctrinæ S. Thomæ componere ) quanto felicius bellum aggressi essent, & vnica impugnatione vicissent obijciendo fuisse Thomam non ex ingenio sublimi inter Scholasticos Aquilam, sed ex furto Aëtopicum graculum?

Quanti vero ponderis sit ad cognoscendum præsentes libros huius, vel illius auctoris esse, ad antiquitatem, vel successionem confugere, Augustinum audiamus, qui contra Faustum Manichæum scripturas Sacras à Canonis scriptoribus editas, ex successione demonstrans, ex hoc arguit, quod in alijs libris, eodem utimur ex successione deducto argumento, ait ergo lib. 33.c. 6. [ Infelices inimici animæ vestræ, que unquam litteræ ullum habebunt pondus auctoritatis. si Euangelica. si Apostolica non habebüt? De quo libro certum erit cuius sit, si litteræ quas

Apostolorum dicit, et tenet Ecclesia ab ipsis. Apostolis propagata, & per omnes gentes tanta eminētia declarata, utrum Apostolorum sint incertum est, & hoc erit certum scripsisse Apostolos, quod huic Ecclesiæ contrarij hæretici proferunt auctorum suorum nominibns appellati, longè post Apostolos existentiū? Quasi vero & in litteris secularibus non fuerunt certissimi auctores, sub quorum nominibus postea multa prolatā sunt, & ideò repudiata, quia vel his quæ ipsorum esse constaret minimè congruerunt, vel eo tempore quo illi scripserunt nequaquam innotescere, & per ipsos vel familiarissimos eorum in posteros prodi commendariq; meruerunt. Nonnè, ut alios omittam, sub Hippocratis medici nobilissimi nomine, quidam libri prolati in auctoritatem & medicis non recepti sunt? Nec eos adiuvuit nonnulla similitudo rerum atq; verborum, quando comparati eis quos verè Hippocratis esse constaret, impares indicati sunt, & quod ab eo tempore quo, & cetera scripta eius non innotuerunt, quod vere eius essent. Hos autem libros, quibus illi qui de transuerso proferuntur comparati responsum, unde constat esse Hippocratis, unde si quis hoc neget, nec saltem refellitur, sed ridetur, nisi quia sic eos ab ipso Hippocratis tempore usq; ad hoc tempus, deinceps successionis series commendavit, ut hinc dubitare dementis sit? Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis aliorumq; eiusmodi auctorum libros, unde noverunt homines quod ipsorum sint, nisi eadem temporis sibi met succendentium contestatione continuat&c. Et postea, sed quid pergam in longè præterita? ecce istas litteras quas habemus in manibus, si post aliquantum tempus vita huius nostræ, vel illas quisquam Faustesse, vel has neget meas, unde conuincitur, nisi quia illi, qui nunc ista noverunt, notitiam suam ad longè eam post futuros continuatis posterum successionibus traiiciunt? quæ cum ita sint, quis tandem tanto furore cœatur, nisi Dæmoniorum mendaciloquorum malitia, atque fallacia, consentiendo subuersus sit, qui dicat hoc mere: i non potuisse Apostolorum Ecclesiam, tam fidam, tam numerosam fratrum concordiam, ut eorum scripta fideliter ad positos traiicerent, cum eorum cathedras usque ad præsentes Episcopos, certissima successione seruaret, cum hoc qualiumcumque hominum script's, sine extra Ecclesiam sive in ipsa Ecclesia tanta felicitate proueniat?

Quantum caput argumentorum. Quia dubitare an haec partes sint S. Thomæ, v.1 Vincentij, nō leviter est eiusdem sanctitati derogare, nam qui alienos factus sibi supponunt, tanquam perdes fouentes, quæ non pepererunt, non leviter peccant, & tanquam furunculi habentur, qui instar Aëtopicæ cornicula se se alienis penitus venditant, & Coccygis ritu in alienos midos insilientes aliorum scriptorum labores furantur. Sed & pseudoprophetæ apud Hieremi. c. 23. taliter arguuntur. Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea, unusquisque à proximo suo. ] illud ergo signum ponitur non esse diuinitus reuelata verba pseudoprophetarum, quod non ex ore Domini fuerint

rint excerpta, sed quod fuerint suffurata à proximo suo: & vt latrones, & impostores daminan-  
tur. Furunculus erit ne Aquinas, non aurum,  
& argentum, & huiusmodi, sed quod maius est,  
& grauius, sapientiam alienam, & gloriam, & ce-  
lebritatem nominis alieni, quæ literarios, & ho-  
nestos labores insequitur, super omne aurum, &  
topatum splendidiorem, sibi appropriando: in  
pseudoprophetarum ne cœtum aggregabimus  
hominem diuinitus illustratum, si a proximo, &  
fratre suo Vincentio moralem partem furatus  
est: potius S. Thomam, ad pedes Sanctissimi  
Crucifixi prostratus depingendus esset cum  
illa inscriptione [ecce ego ad prophetas, qui fu-  
ratur verba mea vniuersaq; à proximo suo], nō  
autem cum illo elogio. Bene scripsisti de me  
Thoma, quam ergo recipies pro iuo labore mer-  
cedem: si alienos labores sibi appropriauit, pē-  
nam potius, quam mercedem intimare ei debebat  
Crucifixus: at cum mercedem non trans-  
scriptioni, & furto, sed solo labori, hoc est sui  
operis vniuersaq; doctrina sub laboris homine  
comprehensa, repromittat, proprium opus la-  
boremque commendat, non commēdaturus alio-  
qui furtum, & rapinam, si vir Sanctus ea com-  
mississet.

Quod si docilitas multum ad modestiam, &  
humilitatem confert, & indicando quoq; per  
quos profeceris, ea vir sanctus caruerit, & su-  
perbia insigni notari posset, cum tamen in vita  
( vt habetur in sollemni eiusdem officio ) pesti-  
fera superbie nunq; persensit simul, & in mor-  
te sic testificatus confessor eius Reginaldus, qui  
sacras confessiones, in eo præsentim ait, o au-  
dierat, animam Sancti Doctoris tanta puritate,  
& innocentia prædictam reperisse, ac si pueruli  
quinquennis conscientiam perlustrasset.

Sed si sapientia indebitum sibi finem præsti-  
tuens, cælesti sapientiae contrariatur, vnde vt  
habetur 2.2.q. 45. a. 1. cum p. æst. sit sibi finem  
in bonis exterioribus terrenis vocatur sapientia  
terrena; si in bonis corporalibus vocatur sapien-  
tia animalis, si autem in aliqua excellentia voca-  
tur sapientia diabolica, propter imitationem su-  
perbie diaboli, de quo dicitur Iob. 41. *Ipsæ*  
est rex super omnes filios superbie, diabolica  
fuerit sapientia S. Thomæ humanam auram af-  
fectans, animalis, & terrena non desursum de-  
scendens per infusionem à patre luminum, ma-  
gnaque, deceptio esset Ecclesiæ vniuersalis ven-  
ditantis sapientiam Thomæ pro auro, & argen-  
to purissimo, cum terream, plumbeam &c. pre-  
dicare debuisse. Quod cum impie diceretur,  
villo modo in dubium reuocare licet, quod tot  
inconuenientium, & absurditatum est semina-  
rium.

Sextum caput argumentorum, ex ijs desumitur, qui catalogum librorum S. Thomæ conse-  
runt, & spuria, vel supposititia à legitimis se-  
creuerunt, vt præstiterunt S. Antoninus, Anto-  
ninus Senensis, & Pius Quintus in editione Ro-  
mana, qui sub titulo S. Thomæ primam secundę  
& secundam secundę, non Bellouacensis, in lucē  
ediderunt. His, præter multos alios Neotericos  
adiungo, Antonium Possevinum ex inclyta

Societate Iesu, qui in tertio tomo sacri appara-  
tus pag. 298. loquens in specie de summa S. Th.  
ait [summa questionum 515. & articuli bis mil-  
le quinquaginta quattuor, in qua omne pertulit  
punctum; ac reliquis omnem videtur præcidisse  
viam, qua aliquid augustinus, aut plenius, aut bre-  
vius fieri posse unquam putent, ut diuinitus pro-  
nuncia esse existimetur. S. anè methodus est incom-  
parabilis, stylus brevis, & perspicuus, nexus au-  
tem rerum dictarum, ut aliis ex alio, posterius  
à priori non solum pendeat, verum etiam lucem,  
ac robur accipiat.] Card. Bellarminus, dicit:  
esse incredibile hos factus non esse S. Thomæ in  
numeri prætermittuntur authores.

VII. Caput ex verbis ipsius Vincentij, nam  
in Proemio totius operis sic dicit in speculo  
naturali. *Visum est tandem accidente etiam ma-  
iorum meorum consilio quosdam flores præ mo-  
dulo ingenij mei electos ex omnibus ferè quos le-  
gere potui, siue nostrorum i.e. Catholicorum DD.  
siue Gentilium ss. Philosophorum &c. in unum  
corpus voluminis quadam compendio, & ordine  
summatim redigere, ex his dumtaxat præcipue,  
quaæ pertinere videntur, vel ad fidei nostre dog-  
matis astractionem, vel ad morum instrutionē  
&c. &c. addit priscorum auctorum dicta an-  
notasse, & inseruisse inter lineas ipsas. interdum  
tamē ea qui ipse, vel à maioribus meis scilicet  
modernis doctoribus, vel in quorundam scriptis  
notabilia reperi nomine meo idest auctoris inti-  
tulauit.] quid clarius? hūmilius fatetur hic au-  
tor, quæ accepérat à maioribus, idest modernis  
doctoribus, vel quæ notabilia in quorundam  
scriptis accepérat, suo nomine attulisse: inter  
modernos doctores S. Thomam intellexisse, ma-  
gis patebit ex dicendis.*

Cap. 4. ait *Hoc ipsum opus quidem nouum est*  
*similiter antiquum inquit est auctoritate, &*  
*materia, nouum vero partium compilatione, &*  
*earum aggregatione.* ] solum ergo compilato-  
rem fuisse aperte docet Vincentius. & ne de-  
visu patione, & furto conuinceretur ait. [ *Hoc*  
*ipsum opus utiq; non meum simpliciter est, sed*  
*illorum potius, ex quorum dictis ferè totum con-*  
*texui illud, nam ex meo ingenio pauca, & quasi*  
*nulla addidi.*] Vide humilem confessionem  
piissimi auctoris, asserendo hoc opus tantum es-  
se suum ordine, & collectione, non inuentione,  
vnde simpliciter asserit ob id nō esse suum, sed  
aliorum, idest eorum, vel quos recenset, vel quos  
suppresso nomine, maxime ea aetate uiuentium,  
& qui in scientia præclarri habebantur, tanquam  
notissimos recensere non vult, & vt hoc impi-  
meret firmius in animis legentium subdit [ *Ip-*  
*orum igitur est auctoritate, meum autem sola*  
*partium ordinatione.*] vbi se auctorem non esse  
rurus fatetur, & sibi solam ordinationem ad-  
scribit.

Et eodem capitulo ait. [ *Nec me profiteor, ex*  
*bis, quæ legere potui* ( inter quæ omnibus pro-  
palata erant scripta, & libri S. Thomæ ) *cuncta,*  
*quaæ notabilia sunt expressæ, sed de bonis, vi ar-*  
*bitrorum meliora, vel certe de melioribus.*] certe ad  
viuum S. Thomam designans, è cuius scriptis de  
bonis meliora selegit, nam in suo speculo mora-

li, etiam Sancti Thomæ Doctrinam moralem describens, dum solam doctrinam in corporis cuiuscunq; articuli contentam exarat, omissis argumentis in contrarium eorumque solutionibus, nec non argumentis, sed contra, in quibus cunq; articulis a Sancti Doctore collocatis de bonis certè meliora elegit.

Et c.7 iterum inculcat ( quasi futuros scrupulos de alierum laboribus præuidens) *Audiat iterum me, non per modum auctoris sed excerp- toris ubique procedere ]* quod dictum ad omnia opera ostenditur ex particula *ubique [ nec certè difficultates quarumlibet artium enuclea- das propositum meum instituisse ; sed leuia qua- dam, & plena de singulis memorieq; utilia sub breuitate quadam, ut cetera posuisse. ]* quod feruauit dum in primo libro speculi primi, pauca eaq; utilia sine disceptatione de Sanctissima Tri- nitate, de Angelis, sed simplici stylo omnium capacitatise se accomodando, ut repererat in doctribus, transcripsit, dq; vberius in parte morali in speculo morali præstit, vbi plena de singulis memorieq; utilia sub breuitate trascris- fit, amputatis argumentis, mutuatus est integra articulorum corpora, & capitulo 18. ait. *In prima quidem parte de Deo, & Angelis cate- risq; quæ ad Theologię materiam pertinent, ex diuersis capitulis pauca capitula colligens de singulis questionum articulis breuiter, ac suc- cinctè percurrente transfini, quoniam de hac ma- teria multa, & varia scripta à fratribus, & alijs ubiq; haberi cognoui, & postea in cap. 19. expessius de morali loquens ait: In tertia vero parie, ait, virtutes, ac via describendo, non potui, ut iam supra dixi, omnium librorum mora- lium, etiam quos in promptu habebam omnes flo- res in unum colligere. Sed de multis pauca pro modulo meo eligere, alioquin oportet volumen in immensum extendere. ]* vbi videt varia scrip- ta ad manus fratrum, & Vincentij deuenisse, ex quibus flores collegit, & e bonis meliores, inter quæ scripta, propter celebre Sancti Doctoris nomen, non infirmum eiusdem opera tenebant locum.

Ex quibus omnibus vna integra formatur rati- o. Omnim suorum operum præsertim mora- lis, vbi neminem citat, Vincentius Bellouacen- sis, sese profitetur extitisse collectorem, non au- torem, solum ordinem ierum disposuisse, non res ipsas dictasse. Nos ergo tam illustris partis moralis auctorem esse compertum est. Et cum ex aliorum scriptis multa collegerit, & inter bona meliora accepisse profiteatur, e famosissi- mis scriptis Sancti Doctoris, quæ inter manus fratrum euoluebantur meliora feligens, multis ijsq; apertis indicis, deprehendi potest.

Dices, non sequi, quod auctor S. Thomas extiterit, etiam si aperte constet ex Bellouacensi, quod ipsem Bellouacensis non fuerit auctor, potuit enim esse alius Anonymus, cuius scripta Bellouacensis exaravit, qui aetate prior, vel coetaneus Vincentij fuerit, quod de S. Thoma dici nequit, qui multo post Vincentium scripsit.

Contra quia aduersario ( si item hanc inten- taret ) incumberet quoque probatio, ut desi-

gnat Anonymum, & demonstret auctorem. Sed quid apertiora proferre moramur, cum Vincentius Bellouacensis expresse S. Thomam citet, quas citationes si vidisset Card. Bellarminus ab anxietate animum suum liberasset, & à scolis dubitandi occasionem radicitus amputasset, & efficacius ijsdem respondisset.

Sit ergo vitium argumentorum caput. Ipse Vincentius expresse citat S. Thomam in multis sue doctrine locis, ergo non S. Thomas à Vin- centio, sed Vincentius à S. Thoma mutuatus est. Consequentia patet.

Antecedēs pbatur ex eodē in speculo naturali Primus locus est in lib. 26. c. 74. cui titulus qualiter Angelus animam doceat. Vbi sic habet Vincentius. [ *Thomæ de Aquino. Cū autem An- gelus sit medius inter Deum, & hominem secun- dum ordinem naturæ, medius sibi modus docendi hominem competit, inferior quidem Deo, sed supe- rior homine. Ad quod intelligendum scire oportet qualiter Deus, & qualiter homo docet. Scien- dum est ergo, quod inter intellectum, & corporalē vi- sum hæc est differentia, quod visu corporali omnia sua obiecta æqualiter sunt propinqua ad cognoscendum. Sensus. n. non est vis collativa, ut ex uno obiectorum neesse habeat peruenire in aliud. Sed intellectui non omnia æqualiter vi- cina sunt ad cognoscendum, sed quædam statim conspicere potest, quædam verò non conspicit nisi ex alijs principijs inspectis. Sic ergo homo igno- torum cognitionem per duo accipit, scilicet per lu- men intellectuale, & per primas conceptiones per senas, quæ comparantur ad istud lumen, quod est intellectus agens, sicut instrumenta ad artificem. Quantum ergo ad virumq; Deus hominis scientiæ causa est excellentissimo modo, quia, & ipsam animam intellectuali lumine insigniuit, et notitiam primorum principiorum ei impressit. Quæ sunt quasi seminaria scientiarum, sicut ex alijs naturalibus rebus impressit seminales ra- tiones omnium effectuum producentorum. Homo autem, quia secundum ordinem naturæ alteri homini par est, in speciem intellectualis luminis, nullo modo potest alteri homini causa scientiæ existere in eo lumen causando, vel agendo. Sed ex parte illa, quæ scientia ignororum per prin- cipa per se nota causatur, alteri homini causa sciendi quodammodo exsistit, non sicut notitiam principiorum tradens, sed sicut quod implicite, & quodammodo in potentia in principijs conti- nebatur educendo in actum, per quadam signa sensibilia exteriori sensu offensa. Sicut supra dicatum est. Angelus vero quia naturaliter habet lumen intellectuale perfectius, quam homo, ex utraq; parte potest homini esse causa sciendi, tam in inferiori modo, quam Deus, & superiori, quæ homo ex parte. n. luminis quamvis non possit in- tellectualē lumen infundere, ut Deus facit, potest tamen lumen infusum confortare ad perfectius inspiciendum. Omne enim quod est in aliquo ge- nere imperfectum, quando continuatur perfectio- ri in genere illo, magis confortatur uirtus eius. Sicut etiam videmus in corporibus, quod corpus locatum confortatur per corpus locans, quod com- paratur ad ipsum, ut actus ad potentiam, ut habetur*

habetur in 3. Physic. Ex parte etiam principiorum potest Angelus hominem docere, non quidem ipsorum principiorum notitiam tradendo, ut Deus facit, neque deductionem conclusionum ex principiis sub signis sensibilibus proponendo, ut homo facit; sed in imaginatione aliquas formas formando, quae formari possunt ex commotione organi corporalis, sicut patet in dormientibus, & mente capitis, qui secundum diuersitatem fumosum ad caput ascendentium, diuersa fantasma patiuntur, & hoc modo commixtione alterius speciei fieri potest, ut ea quæ ipse Angelus scit, per imagines huiusmodi, ei cui immiscetur offendat.] quæ verba ad verbum expressa habentur apud S. Thomam in qq. disputatis quæ ratione undecima de veritate articulo tertio in corpore.

Cap. 72. eiusdem libri sic dicit. [ Thomas, sciendum autem, quod aliquid recipitur in aliquo duplicitate, uno modo, ut forma in subiecto consistens, alio modo per modum passionis, sicut pallor in eo qui naturaliter, vel ex aliquo fortii accidente hunc colorem habet, est ut quædam qualitas, in eo vero, qui subito aliquo timore pallescit est, ut quædam passio. Similiter etiam lumen corporale est quidem in Hellis, ut stellarum qualitas, ut pote, ut quædam forma in eis permanens, in aere vero, ut quædam passio, quia lumen non retinet, sed recipit tantum per oppositionem corporis lucidi. In intellectu igitur humano lumen quoddam est, quasi qualitas, vel forma permanens, lumen essentiale intellectus agentis, ex quo anima nostra intellectualis dicitur. Sic autem lumen propheticum in propheta esse non potest. Quicunque enim aliqua cognoscit intellectuali lumine, quod est ei effectum quasi connaturale, ut forma in eo consistens, operet quod de eis fixam cognitionem habeat, quod esse non potest nisi in eo inspiciat in principio, in quo possunt cognosci, quandiu enim non sit resolutionis cognitorum in sua principia, cognitio non firmatur in uno, sed apprehendit, & quæ cognoscit improbabilitatem quædam, ut pote ab alijs dicta, unde necesse habet de singulis acceptiōnē ab alijs habere. Sicut si aliquis nesciret Geometriae conclusiones, ex principiis deducere, habitum Geometriae non haberet, sed quæcumque de conclusionibus Geometriae sciret, apprehenderet quasi credens docenti, & sic indigeret, ut de singulis instrueretur, non posset. n. ex quibusdam in alia peruenire firmiter, non facta resolutione in prima principia. Principium autem in quo possunt cognosci futura contingentia, & alia, quæ cognitionem naturalem excedant, de quibus est propheta, est ipse Deus, unde cum prophetæ Dei essentiam non videant, non possunt ea, quæ propheticè vident, cognoscere aliquo lumine, quod sit forma habitualis eis inherens, sed oportet, quod de singulis signatim instruantur, unde oportet, quod lumen propheticum, non sit habitus, sed magis sit in anima prophetæ, per modum cuiusdam passionis, ut lumen solis in aere. Unde sicut lumen non remanet in aere, nisi apud irradiationem solis, ita nec lumen prædictum remanet in mente, nisi quando actualiter diuinitus inspiratur, et

inde est quod Sancti de prophetia loquentes de ea per modum passionis locuntur, dicentes eam inspirationem, vel tacitum quendam quo Spiritus S. dicitur tangere cor prophetæ, & aliis huiusmodi verbis, de prophetia loquuntur, & sic patet, quod quantum ad lumen propheticum prophetia non potest esse habitus &c. ] quæ verba habentur ex q. 12. de veritate art. primo expresse exarata,

Idem Vincentius eodem lib. à c. 82. vsq; ad 95. sequens tractare de prophetia, quicquid dicit S. Thomas in disputatis eadem questione de prophetia mutuatur, atq; transcribit,

[ Thomas de Aquino. Est autem raptus prout describitur à Doctoribus ab eo quod est secundum naturam, in id quod est supra naturam, vi naturæ superioris eleuatio ] & plura addit, quæ habentur in disputatis, & 2.2. q. 174.

Vltimo ad hominem. Non potest melius quis historicus de falsitate reuinci, quam si erret in tempore, & chronologia, unde in 6. Synodo in editio Imperiali, ex supputatione temporum veri, vel spurij authorum factus agnoscentur. Sed Garsias, Anonymus, & scederati dicunt Vincentium excessisse etiuis, anno 1240. ipse tamen author, ut dictum est sup. speculum naturale dicit scripsisse 1250. eoque tempore vixisse, ergo errante opponente in certo tempore nullam fidem merebitur, ut etiam non valentes alij temporis aliud designare, nisi quod eorum phantasia subministrat.

## CONCLVSION

S. Thomas author est totius prima secundæ, & secundæ secundæ, non autem  
F. Vincentius Bellouacensis.

R Espondeo dicendum indubitanter assertendum esse S. Doct. hæc duo integra volumina elaborasse. Id autem ut summatum colligamus, quæ dicta sunt ex triplici firmamento demonstratur. Primo ex sanctitate vitæ. Secundo ex scientia infusione. Tertio ex constanti successione ab initio vsq; ad præsens.

Circa primum sciendum est, ut dicit Clem. 1. Strom. quod, iniuste se gerit, qui sibi aliena usurpat, & tanquam propria iactans, suam agens gloriam, & ementiens veritatem, is fur dictus est à str. ptura, dicit itaq; Ecc. 17. Fili ne sis medax, dedit enim mendacium ad furtum, iam autem fur id quod habet surreptum vere habet, etiam si sit aurum, etiam si argentum, etiam si oratio, etiā si decretum, iniuste tamen possider, quia alienum & propterea mendacium loquitur, tales erant pseudoprophetæ, & pseudo doctores reprehensi supra a Domino per Hieremiam. Sicut autem aliena retinens, restitutiō semper est obnoxius, nec dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, non dissimiliter, si alienos labores S. Thomas esset suffuratus, peccasset surando, & magis non restituendo, hoc est, propalando legitimum

timum authorem, & possessorem, quod vel cogitare, est eius sanctitatem subuertere.

Circa secundum, cum omnes cit. Pontifices, testimonium prohibeant, eius scientiam diuinatus insuam, copiose descriptam breuissimo tempore &c. falsa essent ista elogia, si magna pars dictorum operum fuisse transcripta, & exarata.

Circa tertium, vt dicit S. Aug. 33. cōtra Faust. c. 6. cum de quoquaque scriptore Ecclesiastico controueritur an hoc vel illud opus descriperit, non aliunde, ait constat, quod eius sit, nisi quia his temporibus, quibus ea quisquis scripsit, quibus potuit insinuavit, atq; edidit, & inde in alios atq; alios continuata notitia latiusq; formata, ad posteros etiam usq; ad nostra tempora peruenierunt, ita ut interrogati cuius quisq; liberet, non haesitemus, quid respondere debeamus. Cū ergo ex successione ab initio, hæ partes nunc controuersa, vt indubitate habitæ sint esse S. Doctoris, nedum e nostris, & discipulis S. Th. Ægidio, Ioanne de Neapoli, &c. sed etiam ab exteris, qui quas impugnant sententias, easdem ut genuinos partus S. Praeceptoris agnoscunt in materia virtutum &c. quæ in iisdem partibus continentur, & ipsem Vincentius S. Doctorē citet, non sola præsumptio, sed efficax argumentum trahit, S. Th. esse harum partium authorem, & oppositum dicere, vniuersorum operum oppugnandorum, quæ tam prophani, quam sacri DD. descripserunt, leuissimis rationibus daretur occasio, & lucem Cimmerijs tenebris obducere.

### Solutiones oppositionum.

**A**D primam. & si Beluacensis dicatur à Garisia obijisse anno 1540. satis apparebit falsitas ex mox dicendis ex eodem Vincentio. Sixtus Senensis, & Poss. dicunt claruisse Vincentium sub Federico Imperatore anno 1240. sed aliud est authorem hoc tempore claruisse, aliud hoc tempore obijisse. Vaseus & Senensis dicunt obijisse anno 1250. sed vtrunq; ab eodem Vincentio refutatur, nam contra Garisiam, idem Vincentius lib. 31. c. vltimo speculi Historialis scribit. *Ecce tempora sextæ etatis usq; ad præsentem annum summatis perstringendo descripti, qui est annus Christianissimi Regis nostri Ludouici 18 Imperii vero Friderici 33. Pontificatus autem Innocentii IV. secundo qui est porro ab Incarnatione Domini 1244.]* qua frōnte ergo dici potuit mortuus anno 1240? contra Vaseum, & Senensem idem Vincentius p.p. speculi dicit. *Ecce tempora etatis sextæ usque ad annum præsentem summatis perstringendo, auxiliante Deo descriptimus, qui est annus ab incarnatione Domini 1250.* impossibile autem tunc mortuum, cum adhuc speculum morale, & doctrinale componenda remanerent. S. Antoninus 3. p. Chron. tit. 23. c. 11. §. 2. sub anno 1260. inter multos scriptores ordinis nostri recenset Beluacensem, sed quando præcisè obierit non recenset, sicut nec mentionem aliorum Doctorum facit (qui ante Vincentium, & postea claruerūt)

quando excesserint, vt assignant, Castillus t. cent. ord. lib. 2. c. 69. p. 317. & alij vt Iacobus Sustatus in Chroni. Ord. Albertus Castellanus in Chro. c. 9. Alphonsus Ribera tract. vltim. hist. Sanctissimi Sacramenti §. 15. anno 1264. pars ante, viuentem agnoscit Historia Pontificalis. Sed & F. Felix Castel Franco in additione Chronicę Susati scripsit floruisse circa tempora Alberti Magni, qui obiit anno 1280. Verum ex ipsa Vincentij temporum supputatione ab ipso descripta, difficultatem soluimus, dicendo, quod cū appareat primo à Beluacensi descriptā quartam partem 1244. & postea primam 1250. quod post hæc opera elaborata, sint descripta speculum morale, & doctrinale, & protractio operis potuit fieri usq; ad annum 1260. vel ultra usq; ad annum 1262. sicut n. non potest præcisè constare de eius morte in quem annum præcisè inciderit, ita nec de anno præciso, quo speculum morale descripsit, & aduersarijs negatiuā probare incumbit. Quando vero daretur aduersarijs, quod Vincentius opus morale scripserit, primo loco, ante vel circiter 1244. tunc S. Thomas 20. annum attingebat, & ingereret ea res difficultatem, sed quia ostensiua probatio desideratur ab aduersario, non conuincimur hoc tempore, vt omnia cohærent S. Th. scripsisse. Rationabiliter dicitur, vel scripsisse speculum morale intermedio tempore, inter 1244. & 1250. vel quod est verisimilius post annum 1250. si dicatur scripsisse intermedio illo tempore, iam S. Thomas 25. annum attingebat, & ex Breu. Rom. 25. annos natus magister est appellatus, publicèq; Philosophos, & Theologos summa cum laude est interpetratus, & iam de more antiquo, sententias exposuerat, quæstiones disputatas sustinens. Cumque tam ea, quæ in sententijs, & qq. disputatis, quam quæ in p. 2. & 2.2. de vitijs virtutibus &c. vniiformia cernantur, eademq; videatur facies eloquiorum castorum, eundem referunt authorem: Si vero tertia pars speculi scripta sit anno 1260 vel 1264. iam S.D. 40. vel 36. annum agebat, & tunc magna pars summae Theologicæ erat elaborata, & potuerunt facilimè scripta, vel schedæ S. Doct. in manus Vincentij peruenire, ynde flores excerptis ad suum institutum perficièdum. fieri quoque potuit, vt prius S. Th. primam 2. & 2.2. ederet, quam Primam, & tertiam partem, prout se se occasio obtulit, & sic à iam scripta 1. 2. & 2.2. Vincentium mutuatum. Sed detur cum Vaseo, & alijs obijisse Vincentium anno 1250. facillimè obiectioni occurrimus, dicendo, eo quoq; tempore scripta S. Th. super primam secundæ, & secundam secundæ euulgata. Nam illud argumentum, summam S. Thomæ extremo tempore perfectam, cum tertiam partem præuentus morte imperfectam reliquerit, satis est inane, & futile. Si enim alicuius ponderis est ista consequētia: Summa S. Thomæ imperfecta relicta est à S. Doctore, mortis præuentione; Ergo vltima eius fuit in extrema etate compositio; Hæc etiam erit vera secundus liber Perihermenias imperfectus a S. Thomâ relictus est: ergo in extrema etate sua compositus in illum librum commen-taria.

taria : item S. Doctor in parua naturalia morte præuentus commentaria non absoluit , ergo in extrema ætate descripta: similiter alia opuscula, quæ morte præuentus non absoluit , qui dicet in ætate extrema descripta ? imo ex hoc non leuis conjectura desumitur , in iuuentute composita plura n. opera præ manibus habebat, ad Philosophiam, & ad Theologiam pertinencia, & iuxta varias occasiones inter docendum, & studendum multa inchoata habebat , multa poliebat , multis extream manum imponebat , propter quod non vni , vel alteri, sed pluribus amanuēsibus dictabat de diuersis quandoque rebus , vt dicitur in eius vita . Vel dicendum , quod & prius moralia tanquam faciliora euulgata, ultima vero ætate tertiam partem elaboratam , vnde ait Beluacensis primo 3. partem mox primam , deinde reliqua absoluit , ita forte S. Th. 1.2.& 2.2. mox. 1. partem , ultimo 3. p. absoluit , & sicut tota ratio dubitandi . Quod vero testamentaria scripta dicantur , non obest cum etiam testamēta fieri possint multò ante mortē , & Codicillies , vel alijs additioni augeri &c. Quod autem eadem opera sint epitome , & retractatio præcedentium operum , quid quæsto prohibet ut multò ante mortem Angelici sint edita? & cū facilis sit ipsi auctori summare , & retractare , sua, quām primam manum operi admouere , & perficere paulo post aliorum operum editiones: imo dum ipsamet opera dictabantur , potuit summam edere : vnde etiam nunc schoares cernimus dum scripta excipiunt , eorundem facere summulas, & compendia .

Iam vero, quod Cardinalis Bellarminus dicit duos extitisse Vincentios, vnum, qui speculum naturale, & historiale, & doctrinale, alium qui speculum morale edidit, aperte confutatur , nam in exemplari vetusto Henrici Gandavensis de script. Eccles. in Vincentio aperte speculi moralis mentio habetur , quod sit à Vincentio editum: laruit autem Hērcus paulo post Vincentij, & S. Th. tempora, sed fortius propositum demonstratur , & magis Bellarminus euincitur ex ipsomet Beluacensi, ait n. Bellouacensis decimo sexto cap. proemij sui operis . [ *Ipsum opus uniuersum in quattuor partes principales tanquam in quattuor volumina perfecta, & à se inuicem separata distinxī. cap. vero 19. de tertio speculo nempe morali dicit. in tertio vero virtutis, & virtutes describendo. non potui, ut iam supra dixi, omnium librorū moralium, etiam quos in promptu habebam, omnes flores in unum colligere sed de multis pauca pro modulo meo eligere, alioquin oportet volumen in immensum extendere.* ] & ex hoc magis Vincentius probatur collector eius voluminis , & S. Thomas auctor, nam si pars ista ( vt dicit Bellarminus ) est ceteris grauior , quam reliquæ partes aliorum speculorum , dum dicit Vincentius è floribus collectis paucos excerpisse , non est mirum si selectiora eligens effloribus , grauius opus ediderit, & tanquam apis industriosa meliora delibans, dulciora mella formarit, & dum solos flores eligendo, stipitem argumentorum, & frōdes solutionum ( quæ sunt in S. Thomæ operibus )

reliquit, ex deflorato stipite industriosam Vincentij manum agnoscimus flores colligentem, & alia, quæ suo non deseruebant proposito relinquenter. Ita Cardinalis Bellarmini mentem ex angustijs liberamus , qui ex sua solutione in maiores angustias se constrinxit, & maioris perplexitatis fomentum æmulis S. Doctoris ( & si bona fide loquens ) ministravit.

Et per hæc pater ad confirmationem .

Ad secundum. Ea est Doctorum Ecclesiæ conditio, vt tanquam scribæ doct. noua, & vetera proferant , & prædecessorum Patrum vestigijs innitentes , quæ acceperunt dogmatæ pariter ijsdem verbis posteris consignent . Sed aliud est flores decerpere ex antiquiorū libris, aliud est eosdem libros describere . Nec n. quia Virgilius multa ex Homero, Terentius ex Plauto mutuari sunt, non sunt auctores dicendi , sed compilatores nihil certe sub sole nouū dixit Ecclesiastes c.9. semper n. in scientijs etiam semina præcedunt , vnde progressu temporis matura seges conclusionum abundè colligitur, non hūc prædictum in Theologia denegamus , quæ in tantum processit , ut repleta sit terra scientia Domini . Nihil dictum quin prius fuerit dictū ( vt est in veteri proverbio . ) at nihil prohibet , quod aliorum dicta, vel explicitur , vel super eadem, summa cum laude superextruatur . Nō ergo absurdum esset ( dato , & non concessu ) quod dum Parisijs degeret S. Thomas, Alensem legentem audierit antequā Coloniam sub Magistri Alberti disciplina erudiendus tradetur , imo in maximam Sancti Thomæ gloriam cederet, quod quæ Alensis instructione didicit ( quod non dicitur ) in memoriaz thesauro considerat . & opportuno tempore effuderit , quæ haust abunde , & sicut excellentia S. Doctoris emicuit in eo , quod Patrum vestigia insectatus est præfertim Augustini, sicut etiam Gentilium quoquæ præfertim Aristotelis dictis Theologiam illustrauit ita in hoc pariter præclarushaberetur ( admissa hypotesi ) quod Magistri sententiarum, Antisiodorensis, Guillelmi Parisiensis, Alensis, Alberti nonnullis sententijs, vel doctrinis , tam illustre opus exornarit , vnde & in Breuiario Romano pro summa laude dicitur . Quod nullum fuerit scriptorum genus, in quo diligissime non fuerit versatus . Argumenta certe ( data hypothesi ) apis extitisset S. Thomas Aquinas varios doctorum flores adeundo indeq; mella formando suauissima ( vt saurus distillans poruissent labia eius describi, cum tot cellulas fabricarit quot articulos composuerit , & Catholica doctrinæ per Sanctos, & doctores traditæ, melle suauissimo replerit, illiq; pariter adaptari: mel & lac sub lingua tua ) Sed absit , quod aliena aluearia apis ista inuaserit, vel mella subripuerit faciunt hoc, & Vespa, vt at Tertullianus, apes imitantes , sed apum laborem , & operam suffurantes .

Sed non opus est ad has hypotheses cōcedendas astringi, non enim Alensis , sed Alberti fuit discipulus , nec eius , vel Alensis transcriptor nam si fiat collatio inter Alensem, Albertum, & S. Thomam, & si in conclusionibus , & dogmate

vna eademq; appetet facies sacerorum dogmatum, nihilominus rationes S. Thomæ, quibus doctrinæ comprobantur, sunt adeo diuersæ ( vt omittamus modum procedendi, ordinem, methodum, stylum, & huiusmodi ) vt non alienæ exemplarem S. Doctorem inspicies, sed aliorū umbras, lineas, eruditionis varietate, splendore, claritate, impletentem, vt summam vides inter cetera, vniuersitate rerum terminatam, eruditionis varietate decoratam, rerum gradibus ordinatam: in dissimilibus. n. materijs, ipse admirabilis arte semper sibi similis, quia in unoquoque genere, & quaestione perficienda, ubiq; perfectus est, nec n. vniuersam sumimam, vel quaestiones diuersas condidit in singulis, sed singulas ad vniuersum Theologicum cursum coaptavit, opinia congruenter suis locis adaptans, & ordinib; faciens, atque disponens, peritum magistrum, & artificem in vniuersa summa se praebens, & singulis, omnibus vniuersaliter atq; particulariter, congrua tribuens, sic magnus in magnis materijs absoluendis, vt non sit minor, nec se ipso inferior in minimis. Duo haec perpetuo in probationibus seruans, vt supernaturali lumine innixus, inferiores scientias corrigat, vbi deficiunt, iisdem ad diuina explicanda, vbi congruunt, ad ministerium Domini Theologiae assumat, & preceunte fide capiueretur intellectus in obsequium Christi, & subsequente ratione si nō quietetur intellectus, non inquietetur à Gentiliū vel Philosophorum argumētis, cum illorum solutionem apparere faciat evidētæ: ex proprijs arguens, scripturis, traditionibus, Patrum omnium, & Conciliorum authoritate, quæ omnia etiam in Alense, & Aibeito in simili copia desiderantur: ex exteris quoque authoribus, & disciplinis rationem cum fide non esse discrepātem, & verum vero non contradicere elaborat, & quoad fier potest, coniungens, nobiscum Philosophos, & cum ad normam rectæ fidei eorum dicta examinat ( vt fecit de Aristotele ) apparet eos faciat Christianos. Si haec mutuata nedum in ordine, sed etiam in substantia, & argumentorum pondere ab antiquioribus deprehendantur, vincant opponentes cum arguant.

Ad 3. quod in corrigendis mendis summa Angelici habitus sit recursus ad opera Beluacensis, non euincitur idcirco esse author illorum operum: nam ad exemplata sāpe in correctione librorū recurrunt, & ad descētatos riuos, ad purgandum cēnosos fontes.

Ad 4. & si multa sit S. Ambrosius mutuatus, à dictis doctoribus, non tamen integros tractatus exscriptis, vt volunt S. Doctori assigere. Ipsomet S. Hieronymus multa mutuatus est, sed non integros tractatus exp̄lauit, vt de S. Thoma fingunt, quod & verba eius demonstrant, & si inspiciantur eius verba, non nisi de translatione, & versione loquitur, quod magis est veluti auctorem citare, & exponere, & sub alieno idiomate in lucem proferre ( vt fecit Hieronymus multa Origenis traducendo, vt pater de homilijs in Cantica) quam suffurari, vnde sic dicit, nam qui dicunt [ Origenis me volumina compilare, & contaminari non licere veterum scrip-

ta: Quod illi maledictum vehemens esse existimant, eandem laudem ego maximam esse duco, cum illum imitari volo, quem cunctis prudentibus, & vobis placere non dubito. Si n. criminis est Graecorum bene dicta transferre, accusetur Ennius, & Maro, Plautus, Cecilius, & Terentius, Tullius quoque, et ceteri eloquentes viri, qui non solum versus, sed multa capita, & longissimos libros, ac fabulas integras transfluerunt, quorum omnium emulari expto negligentiam potius, quam istorum obscuram diligentiam, & iterum. Hilarius noster furti si reus quod in Psalmis quadrangula ferè millia versuum supra dicti Origens, ad sensum verterit. Similiter respōderetur ad Theodoreum, quod ab alijs dicta exp̄licatus dicere voluit: vnde in lcc. cit. sic dicit. Ne furti nos insimulent si quid, quod à Patribus dictum est, in his commentarijs offendivint. Fatalemur, & nos ab illis explicationis occasionem accepisse. Hoc autem furtum appellari non debet, sed paterna hæreditas. Ad explicandum ego Patres, non ad appropriandū sibi alienos labores à Patribus accepit Theodoreus. Sic opponētes ad verbū libros dictos acceptos a Beluacensi probare, iam frustra conati sunt. Ad authorit. S. Augustini, ibi loquitur, non de scriptoribus, sed de concionatoribus illis alienas, & integras conciones memorie mandantibus, & pronunciatis de quibus ait, quod sunt quidam, qui bene pronunciare possunt, quid autem pronunciant excogitare non possunt: quod si ab alijs sumant eloquenter sapienterq; conscriptum, memoriaq; commendent, atq; ad populū proferant, si eam personam gerunt ( nempe Christi ) non improbè faciunt. Sic n. ( quod profecta vitile est ) multi Prædicatores veritatis sunt, nec multi magistri, si unius veri magistri idipsum dicant omnes, & non sint in eis, schismata. Nec deterrendi sunt voce Hieremiae prophete, per quem Deus ergo te eos, qui furantur verba eius, unusquisque à proximo suo. Qui n. furantur, alienum auferunt, verbum autem Dei non est ab illis alienum, qui obtemperant ei: potiusque ille dicit aliena, quæ cum dicat bene, vivit male. Quare nō est haec authoritas ad propositum adducta. Beda & similes, dum hoc præstare professi sunt, in summam redigere Augustini dicta &c. diligentiam imitandam præsisterunt, non furti emulanda: idipsum præstitit, sed vberius, & vniuersalius S. Thomas contexens catenam auream. Extensio vero illa, quod aliena scripta diuerso stylo, & ordine promulgans possit esse Doctor Ecclesiae, verum est, si cum Beda, & alijs huiusmodi, ab Ecclesia, vt Doctores Ecclesiae recipientur. Ceteris sufficit, si sint Doctores, & Magistri in Ecclesia, vt supra dictum est. satis ergo sufficienter objections ex Anonymo, & alijs fabrefactas dissoluimus.

Videant etiam qui Anonymo iungunt dexteras, perperam Anonymi positionem exten- disse, vt Doctores quoq; faciant Ecclesiae omnes quoscunq; scripta alena, stylo mutata euul- gātes, & perperam ad id probandū S. Thomam ab Alense, & vtrunq; ab alijs sua mutuasse pro- nunciant. Iam S. Thomam pro viribus defen- dimus,

dimus nempe, quod non sit exarare, priorum sententias referre, & præcedentium argumenta proponere, si omni probationum genere sententiae illa probentur, & argumenta noua solutione soluantur, ut facit Angelicus, eodemque modo defendendi Alensem, suis, viam, modumque præparamus. Verum hos obiurgatores, ut in simili dicebat Nazianz. scribens Basilio 31. vel 22. *S' anè valere finamus, & quæ dicant dicere: nemo lingua libertatem coercebit.* Sunt certe qui in S. Doctorem has technas meditantur ( postquam omnia ipsi à S. Doctore in omni compositionis genere omnia penè transcriperint ) ijs non absimiles, ex Greg. Nazianz. ep. cit. qui postquam operibus Sancti usq; sunt, eadem vélut sordidisima vasa, & instrumenta projiciunt, aut ad mimicula ea, quæ fornicibus supponuntur, quæ simul atque structura firmata, & compacta est, subduci solent, atq; pro nihilo haberi, id in multis sciolis deprehensum esse scribunt DD. Salmantenses in A polog. iuramenti, vnum. n. ex multis motiuis ad propugnandā doctrinam S. Tho. & Aug. ( aiunt ) non infimum, extitit, quod quando horū Sanctorum Augustini, & Thomæ authoritas allegabatur in Scholis, dicere quidā solebant. Transeat Aug. transeat T homas, inde processerunt, vt quæ Doctori Sancto operatus orbis attribuit, ipsi abnegarent, ne tanta authoritatis mole premerentur, & incertum relinquatur, quid crastina sit dies paritura, & si Africa afferat aliquid noui, sed vt non fuit difficile de egregij viri opusculis hæsitantibus, ac submordentibus respondere, nec erit in posterū difficile nouis impugnatoribus contraire. Hæc sciant opposentes, quod è magis S. Tho. in dies crescit, & crescat doctrina, atq; sapientia, quanto magis oppugnabitur, & quo deprimi putatur, èd contra oneri non cedens assurget, non secus, ac ( vt scripsit Alciatus in emblem. )

*Nititur in pondus palma, & consurgit in altum  
Quò magis hæc præmitur: hoc magè tollit onus.*

## ARTICVLVS XII.

Qui nam mentem Doctoris Angelici assecuti sint: & ad quos DD. pro mente asse- quenda Angelici D. confugere opus fit.

*Positio cuiusdam.*

**Q**uidam in præfatione ad Turrianum in 2. 2. in tom. de iustitia, sic scripsit. *In hoc opere, ut D. Thomæ in dispu-*

*tando methodum, sic doctrinam promere se- tamur: sed non illam quam aliqui putant so- lis ipsi Doctorem Angelicum suæ doctrinæ sen- sum afflasse, sed sapientia clamitat profecto non mussitat, ut à quibuslibet quamvis in longinquis positiis, possit audiri, & nostri homines licet insti- tuto, & viuendi ratione disseti, studio tamen, & amore plus nimio propinquui. Sed postea sic scri- bit. Aliena etiam quandoq; venamur, ut ij quæ in verba iurant nec quid dicatur aestimant, sed à quo, sciant quæ optima sunt esse communia. Hæc ille simul defensoris, & impugnatoris par- tes agens.*

## Oppositiones.

**P**rima. quia, vt donum interpretationis diui- ni eloquii non est ad vnum, vel alterum personarum genus alligatum, sed commune est omni populo, & nationi, ita vnius Doctoris intelligentia non est ad vnam familiam, vel Academiam restringenda.

II. Quia tunc ueritas magis illustratur, cum non vna via, sed multæ reperiuntur ad eam ve- nandam, vnde variis sensibus etiam ipsa scrip- tura referta est, & modo ex uno, modo ex altero sensu mysteria enodantur, & aduersariorum ar- gutiae eliduntur, & lectores è tædio subleuan- tur, vnde Greg. in proem. lib. Reg. dicit opus suum noua expositione contexere, vt *I* anti- quorum PP. autoritate sit validum, & lectori nequaquam fastidiosum, dum inter ea, quæ nouit, veiera, & etiam quæ non nouit, noua repræ- sentat *I* multò ergo minus vnius expositioni Doctoris Angelici debemus esse addicti, sed diuersis, & varijs ingenij uariæ uix quoq; relin- quenda sunt.

III. Quia etiam si non assequeretur quis men- tem S. Doctoris, magnum S. Doctori obse- quium præstabit, nec ullo modo falletur expo- sitor. Non ergo reiciendi sunt, qui aliter, etiam si quam res se haberet, interpretarentur, vnde S. Aug. de doct. Christiana lib. 2. c. 36. loquens de expositione S. Scripturæ ( quod maius est quam S. Thomam interpretari ) dicit. *Quam- cunque sententiam aliquis ex loco Sacra scrip- ture elicendam patet, modo fidei consentanea sit, & charitatem Dei, & proximi promouere pos- sit, non falletur perniciose, etiam si non assequatur id quod scriptor canonicus intendat ] ergo. &c.*

IV. Quia possunt posteriores interpretes me- liora cogitare, quam veteres, etiam si sint de- familia S. Thomæ, vnde & modo etiam ab alijs familijs Sancti Thomæ doctrinæ addictis, commentaria omnigena eruditione referta elab- orata. Scite Horatius 2. Epist. ad Augustum.

*Si meliora dies, vt vina poemata reddit  
Scire velim, preium chartis quotus arro-  
get annus?  
Scriptor ab hinc annis centum, qui deci-  
dit inter*

Dd

Perse-

*Perfectior veteresque referri debet, an  
inter*

*Viles atque nouos.*

non ergo ex vetustate antiquorum tantummodo expositorum res metienda, atque rimanda, sed noui quoque in maximo precio habendi.

V. Quia restringere solum intellectum verum S. Tho. suis discipulis, & priscis commentatoribus Thomistis, præterquam quod profectus ingeniorum, & ipsius Christianæ religionis, imò intelligentiæ vberioris doctrinæ Angelici præcluditur, terminus Deo præfigitur, quasi in posterum non sit producturus fertiliora ingenia, vel fertiliores commentatores, quām præcedentes etates habuerint. Vnde merito ea ferula castigandi, qua Iudith suos presbyteros correxit c. 8. Posuisti vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituisse ei.

VI. Quia videtur doctrina S. Tho. abyssō comparata, & puto aquarum, ergo piaculum est, sibi soli vendicare istas aquas, & prohibere ne putei foras deruentur, communis enim veritas est (ait Aug.) non ergo mea, & tua sit, vt tua, & mea sit: non ergo ad determinatos interpetres restringenda.

Vltimo, quia in multis interpretibus è familia S. Doct. multa falsa, & absurdā reperiuntur, signanter in Cajetano, qui Origenis dogma secutus videtur, non intelligendo ad litteram, Euam formatam esse e costa Adæ. in multis quoque expunctus est à Pio V. innumeros etiam errores notant Siftus Senensis in Biblioth. & Ambrosius Catherinus proprio de hac re opusculo de erroribus Cajetani.

#### *Pro parte opposita.*

S Ed contra est authoritas Academia Salmanticensis, quæ ad intelligentiam S. Doctoris aſsequēdam, interpretes S. Tho. Cajet. & veteres interpretes se sequitaram promisit, & adstrinxit, vt patet in opusculo edito, seu Apologia de hac materia.

#### *CONCLUSIO*

*Studiorē doctrinæ Thomisticae, vel eidem  
doctrinæ addicti, Sanctissimi præcep-  
toris mentem melius aſsequen-  
tur, qui fidis, & veiuſtis  
interpretibus eius-  
dem, se commi-  
ferint.*

R Espondeo dicendum quod sicut in conſtructione tabernaculi, duos præ ceteris

elegit Deus, Beselel, de quo dicit ſcrip. Exo. 31. quod vocauit eum Deus ex nomine, & impleuit eum Spiritu Dei sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere ad ex cogitandum quicquid potest fabrefieri, ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum: & dedit ei ſacrum Ooliab quoque ( vt dicitur ibidem ) ſimiliter sapientia impleuit, & ambos eruditus sapientia, ut faciant opera abietarij, polymitarij c. 35. & texat omnia, & noua quæque reperiant c. 31. [ Similiter in corde omnis eruditus in artificib⁹ ſz. inferiorib⁹] posuit sapientiam: ita Christus Dominus ad ædificationem spiritualis tabernaculi, quod est Ecclesia primo loco, Spiritu sapientiæ, & intelligentiæ dota uit Apostolos, ſuos inter quos præcipue Beselel, & Ooliab. i. Petrum, & Paulum eruditus, DD. quoque subsequentes, & quotquot in Ecclesia Dei operam ſuam impendunt in ſuo quoque ordine, vt iuuarent mystici fabricam tabernaculi, velut Apostolicos viros Beselel, & Ooliab mira prouidentia dispensauit. Sed mysticè duo insignes in Christo Ecclesiæ DD. denotantur Beselel, & Ooliab, Augustinus, & Thomas, in cuius obsequium ſunt quotquot in particuliari S. Augustinum, & Thomam adiuuant, ac obsequium deferunt pro opere tabernaculi efficiendo, & hi ſunt, qui ex doctrina horum docent, & erudiant, illamque ſuis commentarijs, vel votis illustrant, quos diuino quoque ſpiritu, & intelligentia tangi dicere opus est, ad texturam nouorum operum, quæ in dies à commentatoribus diuersorum statuum, & ordinum quotidie elaborantur, ea tamen lege, vt cum dicatur, nouè, non dicant noua, vt ſcribit Lerinensis c. 19. de mystico Beselel, & adiutoribus. Inter hos autem qui auxiliares operas præstant, videndum est, qui magis fuerint adiumento, & qui proprius mentem, S. Tho. præſertim, ſint aſsecuti. sciendum ergo est, quod ij artifices architectonicis inseruientes meliorem operam impendunt, qui iuxta exemplar exhibitum, & normam incedunt, maxime in opere polymitarij, ac plumarij: plumarius est Phrygicum opus acu intexens, Polymitarius ( vel vt in Hebraico dicitur, cogitans cogitationes ) eft, qui ingeniosus eft, & ingeniosa varia efformat, vt fit in tapetibus, ex interpretibus huius loci. Qui ergo non deuians ab exemplari, conſequenter addit ſuas expositions cohærentes ad mentem Angelici, ille potius Sancto Thomæ, in opere manus præbet, & auxiliares copias: è contra verò qui ſua obtrudens, exemplar quoque obscurat ( Commentatoris officium certè eft, dixit Hieronymus ad Pamphacium, non quid ipſe velit, ſed quod ſentiat ille, quem interpretatur exponere, alioquin ſi contraria dixerit, non iam interpretis eft, quam aduersarius eius quem nititur explanare ) non ſecus, ac polymitarius lineas, & regulas architectonici transiliens, ſua po-tius exhibet, quām architectonico operi

operi splendorem adiiciat, non enim in opere socium, sed se correctorem, & censem demonestraret. In specie autem eos designare odiosa est tractatio, atque materia, quare in genere satis est has regulas ponere, ut prudens lector alienus ab omni studio partium, iudicet quibus commentatoribus veram interpretationem, & intelligentiam Doctoris Sancti tradentibus adhærere debeat.

Prima regula. iij melius S. Doctoris percipiunt mentem, qui ex S. Doctore Doctorem Sanctum exponunt, hæc enim communis est regula in alijs auctoribus explanandis, & ex Postleino etiam obseruata est vbi supra.

II. Regula. ij potius verum exhibent sensum S. Tho. qui non sensum suum (impugnando sanctum Doctorem, quem sub tituli Commentatoris Angelici, illustrare intendunt, sed qui sensum D. Th. communiter receptum, & intellectu tradunt, etiam si immensis commentarijs summam cohonestent) & S. Tho. mentem non quod volunt trahunt, quam finant se trahi à S. Doctore: ipsi potius suarum positionum Doctores haberi debent, & authores, qui sua potius tradunt quam positioni S. Doctoris velint esse addicti.

III. Regula. ij facilius mentem S. Doctoris explanant, qui præ viribus argumenta contra S. D. efformata soluunt, & non antiquatas Nominalium opiniones, vel rejectas positiones, vel alias eiusmodi doctrinas instaurant, & in Scholæ volunt introducere, & sub nomine Thomistico palliare. Quare si quis profitetur se esse S. Doctoris commentatorem, vt sua dicat, timeat ferulam Martialis in Fidentinum.

*Quem recitas meus est Fidentine libellus*

*Sed male cum recitas, incipit esse tuus.*

IV. Regula, qui communibus etiam S. Tho. & Thomistarum nedum sententijs, sed etiam ijsde terminis, & vocibus vtuntur, hi Thomistæ nomine gloriari possunt. Vnde quemadmodum pugnantibus Galaadiditis cum Ephrætis Iud. 12. & ad vada peruenientibus, cum fingerent Ephratæ qui venerant ad Ciuitatem occupandam ad eludendam mortem se esse Galaadidas, & eadem voce patria cum illis vti contenderent; ad pronunciationem שְׁבֵלָה siboleth, proscibboleth nescientes pronunciatæ eam vocem (quaæ triticum, vel spicam sonat) detecti sunt Ephratæ, non Galaaditæ; ita si aliqui essent qui Thomaistas, se dicerent, opus est ab eis pronunciationem siboleth extorqueresi. n. pure, pronunciabunt, hoc est si doctrinam S. Thomæ (qua velut spica, & tritici adipe Ecclesia reficitur) legitimè, & prout inter veros interpretes ab antiquo pronunciata est resonabunt; eiusdem labijs, & pronunciationis habebuntur; sin autem ad aliorum DD. clarissimorum classes attinebunt.

V. Regula. Alienum esse debet à legitimis S. Tho. commentatoribus, vt ijsdem verbis vtantur S. D. & sensum alienum, & illegitimum abscondant, verum, & proprium extorquendo. Fundamentum, nam hoc esset potius menti S. Doctoris illudere, quam illam explanare, quare

etiam contra legem agit, qui sub verbis legis mentem legislatoris impugnat, vt commune est iuristarum proloquium.

VI. Regula. cum intelligentiam Theologæ S. Doctor orationibus, ieunijs, & affectu eximio iuuanda Ecclesiæ, & dilatandæ Christi gloræ assecutus sit, eius intelligentiam quoq; commentator ille merebitur, si ad orationem confugiens Dominum deprecabitur, si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentie, & mentis Sancti Doctoris replebit illum. Vnde quid simile accedit, quod Elæo cōtigit 4. Reg. c. 2. qui cum pallio Elæ aquas Iordanis scindere vellet, ait scriptura diuina: aquæ non sunt diuise. Sed vbi orauit, & dominum inuocauit. Vbi est Deus Elæ etiam nunc? procussumque aquas, & diuise sunt buc, atq; illuc, & transiit Elæsus. Vnde à filijs prophetarum conclamatum est. requieuit Spiritus Elæ super Elæsum. Thomistica ergo fluenta si quis secare contendat, vt perueniat ad ripam intelligentie in via S. Thomæ, sciat, quod sine inuocatione diuina sapientia, non scindentur aquæ; assumat pallium Elæ, scripta scilicet Angelici, ac inuocata diuina sapientia, vt per Sancti intercessiōrem aditus pateat ad veritatis, & intelligentie Thomistica fructum capiendum, diuidentur aquæ, via patefiet, & Spiritum Elæ hauries, hoc est Angelici Doctoris mentem, conclamabitur: requieuit Spiritus Elæ super Elæsum. Sic ( vt nostros præteream ) super illos quieuisse appetet de instituto Elæ descendentes, præclarissimos PP. Carmelitas discalceatos, qui S. Thomam Commentarijs illustrarunt secundum mentem Angelicam, vt nihil sit, quod desiderari possit pro Sancti Preceptoris defensione. Sic apud multos e familia Illusterrimæ Societatis Iesu, ( antiquiores maxime, qui doctrinæ S. Thomæ ab initio imbuti, posteritatem ea informandam curarunt) abunde requieuit. Vnus præ ceteris sit Sanctus Ignatius fundator, qui doctrinæ S. Th. studiosissimus fuit, vt patet ex relatione Canonizationis, fatis eluent, Toletus, qui Soto Magistro, doctrinam S. Th. ebilit, Perierius Philosophus ille Christianus, Patres Colonienses, quorum patrocinium suscepit aduersus Kemnitum Andrade in explicat. orthodox. dogmatum c. de iustif. & gratia, Bernardus Colnaga, pientissimus, & doctissimus &c.

VII. Regula. A studiosis doctrinæ Thomistica (ceteris paribus) magis audiendi sunt illi, qui in familia S. Tho. nati, & educati, & quasi per manus traditam suscepérunt S. Th. intelligentiam, & qui eadem doctrinæ, iuxta veterum commentatorum explicationem, nobilissimos triumphos de hostibus Ecclesiæ usque in præsens reportarunt. Alij quoque, & si in illis inspiciatur fortissimorum Ducum imitatio, ipsi quoque suspiciendi atque suscipiendi. Ratio moralis susragatur, nam etiam in bello, præteriorum gestorū imitatio, obseruatio disciplinæ militaris parit victorias, vt è contra temeritas, inobedientia militaris, & huiusmodi omnia euerit, & infelices exitus sortitur. exemplum est in

lib. i. Machab. c. 5. cum enim Ioseph, Zachariae filius, & Azarias Principes audissent Machabœorum triumphos, & res bene gestas, & prælia, quæ facta sunt, dixerunt. Faciamus, & ipsi nō his nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circuitu sunt, & subdit scriptura, fugati sunt Iosephus, & Azarias usque in finem Iudeæ, & cederunt illo die de populo Israel, ad duo millia viri &c. & ratio assignatur. Quia non audierunt Iudam, & fratres eius existimantes fortiter se facturos, ipsi autem non erant de semine illorum, per quos salus facta est in Israel. Proculdubio trophæa reportassent hi, si Machabœorum familiæ se adiunxissent, & præcepta militaria didicissent eorum, per quos antea victoria reportata est. Ergo cum vrgemur hostibus Ecclesiæ, magna prudentia est illis nos adiugere ducibus fortissimis quorum, & prudentia, & sapientia iam pridem tot trophæa fidei de hæresibus reportata, vt experientia compertum est, quot quot enim hæreses post S. Tho. exorte, doctrina Thomistica præsertim, dissipate sunt, vt scitetur Pius V. in Bulla supra citata articulo x. sicut & eiusdem fidi interpretres ex sensu Sancti Thomæ Iosephinos, Passaginos, Catharos, Vualdenses, Fraticellos, Græcos, Lutheranos, Caluinianos confutarunt: & multe aliæ familiæ aduersus hæreticos coacertantes, quia S. Doctoris castris se adiunxerunt, gloriosissimè hæreses profligarunt. Exemplis plena sunt omnia.

### Solutiones oppositionum.

**A**d primam. Non hæc interpretationis gratia facta est, vt ad vnam familiam sit restringta, hoc est (vt ludit opponens) quæ iurat in verba Magistri, non enim vult apud se solum diuitem Deum, sed ita in meritis, & impetracione S. Doctoris confidit, quod in eius sensum, & mentem non sit conspiratura, quin potius alienas intelligentias à mente S. Doctoris perpetuo sit oppugnatura, & veritatem Angelicam propugnatura.

Ad II. non prohibet Academia Thomistica excindi multas vias, & tramites ad uenandam intelligentiam S. Tho. sed eò omnes, neruos intendit, ne uigaperiantur, nedum a'ieñè à S. Doctori, sed ab ipsa ueritatè inniqvè, & ad præcipitia ducentes maxime si nouitq; illæ sint, & in Scholis inauditæ; in eo namque multoties peccare contingit, vnde Columnela in initio suorum operum ait. *Vsus, & experientia dominatur in artibus, nullaque disciplina sine peccato addiscitur.* quod si in trito itinere etiam erare contingit, quid in noua, & inusitata, nullo usu, uel experientia approbata? quare insigni prudentia (vt per omnia) in decreto V. Congregationis, & in libello de ratione studiorum mandatum est PP. Societas, vt S. Tho. doctrinam sequantur in Theologia, & can. 9. qui D. Tho. doctrinæ affecti non fuerint, & legendi munere repellaniur, vt su-

pra dictum est. non esset autem piè affectus, qui quod communiter existimatur esse de méte S. Tho. ad eludendum illud, noua diuerticula fabricaretur.

Ad III. exhibet magnum obsequium S. Doctori, qui quantum par est, mentem eius assenti conantur, consulendo ueteres interpretres S. Doctoris. Secus autem, qui relicta uera solidâ, & communi interpretatione S. Doctorum uellent extorquere. Multi enim sunt (ut quidam uenerabilis uir conqueri solitus erat) qui profitentes doctrinam sequi S. Doct. in hoc omnem curam, studiumque posuerunt, ut quantum possunt, S. Doctorem extorqueant, cui malo illud antitodium præparandum dicebat, si unus fidus S. Tho. interpretis assignaretur, cuius iudicio se subiicerent, ut tutius, & facilius mentem S. Doctoris penetrarent. Sic enim, dicebat, facillimè ueritas doctrinæ appareret, essetq; dicebat, terra labii unius: sed cum nouis phantasias, ut uolunt quidam, imo seipsis, ut interpretibus ex uno dicendi modo, & interpretatione, plures fiunt, inter se diuersi, atque contrarii, ut quod unus adificat alter deficiat, & ut faciebat Penelopes, telam quam sub luce texebat, die, in tenebris nocte dissoluebat: imo in uocibus, & terminis compertum sit (dicebat) adeò dissimiles exitisse, vt unus eiusdem domus, alterius idioma uix intelligeret, adeò Theologæ labium ex ista diuisione breui temporis spatio immutatum erat. Quare & si prestant diligenter in assequendo interpretre, adhuc S.D. mentem non assequeretur, sicut non perniciose, laudabiliter tamen ageret: ita ex opposito, qui summam in nouando diligentiam adhiberet, illud pro inani labore reportaret, vt nec Thomistam se faceret, nec Scotistam, nec hyperaspitem S. Tho. ex sua professione, vel legibus, aut constitutionibus demonstraret, sed ad alienas, et si laudabiles Academias, pertineret: vel sub eorum Ducum Castris militaret, quorum Positiones defenderet: frequenterque accideret, vt relinquendo vetera, se demonstraret, nec excogitatum nouum modum fundasse, ita vt nec sua probaret, & vetustam germanamque intelligentiam S. Doct. violaret.

Ad IV. semper poterunt posteriores meliora excogitare, ad normam vera Theologiae incidentes, & super solidam doctrinam S. Doctoris superextruentes, poterunt enim S. Doctoris dicta scripturis PP. Concilijs corroborare, noua commenta deicere &c. at relictis solidis, velle phalerata introducere, non probata, imo improbanda meditari, & suppositios partus, veluti genuinos S. Doct. supponere, non est proficere, sed petius à profectu Thomisticae doctrinæ cadere, & profectum occludere, & tanto citius Thomisticae sapientie vestigijs inhærentes, qui eius doctrinam sequi profitentur, mentem S. Tho. assequentur, quo non per denios, anfractus, sed per tritos calles incident, illum enim fructum repotabunt, quod non no-

uo itineri absque ductore se committent, sed ruto incident absque illo periculo incidendi in abrupta præcipitia, vel interminabiles, & sinuosas vias, vt tādem lassati, iterum ad iter regium, si aberrarent, reuerti necesse sit: qui, si tutis interpetribus velut post terga monentibus se committant, illud audient. *Hic est via, ambulate in ea.* Legatur consilium Posseuini Theologi Societatis Iesu, in Bibliot. de sequenda ratione interpetrandi doctrinā S. Thomæ, dignum tanto viro, & de Catholica fide benemeritum. Quod si tandem in æquiparatione persistant, quod S. Doct. se æquare conentur, ferulam Martialis pertimescant in Callistratum, sibi assimilē pronunciantem. *Hoc ego tuq; sumus, sed quod sum non potes esse. Tu quod es, è populo quilibet esse potest.*

Ad vltimum respondeatur. non fontes Thomisticos obtrudunt sectatores S. Thomæ cum à fidis vetustissimisq; præsertim Doctoribus venandam S. Thomæ aquam intelligentia pronunciant, sed potius hoc est Thomistice doctrinæ fluenta, vel canalem ad caput, & originem per succedentes ætates dirigere, vt quo proximiores fuerunt veteres S. Thomæ ætati, eò melius, & syncerius, tanquam testes, è proprio S. Tho. doctrinam haurientes, eandem successoribus discipulis tradidisse rationabiliter dicatur, omnesque inuitantur à discipulis S. Thomæ, vt bibant de hoc fonte, qui Dei Ciuitatem latifundat, querantq; potius fontem viuum, quam cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, hoc est fuiolas illas doctrinas, quæ tractu temporis sunt dissipatae, hæc n. est vis veritatis, quod hæc permanet, maximè si contradictionibus agitur, commenta vero, & phantasias, vt ille dixit.

*Abstulit una dies, conficit una dies.* Et meritis, sunt n. vt eorundem architecti, vt scripsit Nazianz. Theologi vnius d ei, tales fuerunt Lullius, Amadæus, similis farinæ Theologi.

Ad vltimum respondeatur. lapsus Caietani testimonium perhibere doctrinæ S. Th. quando n. Caietanus per semitas S. Thomæ incessit, nihil melius, quando recessit nihil peius: commentator enim non debet contra authorem, insurgeo, sed potius mentem commentatoris fideliter sequi. In eo ergo loco Genesis errauit aperte quia à S. Thoma discessit p. p. a. q. 92. a. 3. satis autem immodestè Alphonsus de Castro verbo Adā, & Eua de Caiet. est oblocutus dubitando. [An autem propter hoc, vel alios errores Caietanus sit intra hæreticos computandus] quæ verba transcripsit Prateolus in Cat. hæreticoru in virū, tam insignem de Catholica religione benemeritum. Excœcauit illum nimius censurandi severor, ne discurreret, quod Augustinus de se quoq; dixerat, errare potero, et hæreticus nō ero. Quod si Pius V. multa expunxit, vt dixit quidā proprio filio suæ religionis non pepercit, an alijs commentatoribus deuiantibus à sana Theol. pepercisset? Mastix vero Caietani Catherinus, diligens fuit ad Caietani defectus videndos, itas tristes non considerans, nec omnes, quos illi affliccat, errores, tali acerba censura inurendi,

Hoc quoque probat metito Caietanum, post S. Thomam, ingeniorum florem hallucinatum, cum sui ducis vestigia sequi detrectauit.

## ARTICVLVS VLTIMVS:

An rationabiliter pro tuerda doctrina SS. Thomæ, & August. sit iuratum à Schola Salmanticensi in eorum verba.

Impidissimos puteos Isaac oppulerunt Allophyli, & limpidissimam doctrinam SS. Aug. & Thomæ turbare conati sunt etiam in materia dogmatica, ab Ecclesia extores, Pelagius, Lutherus, & alij imo penitus reijcereream conati sunt. De rebus indifferentibus non est sermo; quare magnam laudem sibi compararunt DD. Salmantenses, qui hos puteos à calumnijs hostium Ecclesiæ repurgare conati sunt, & puteum iuramenti vocarunt, etiam ad indifferentia quoque se astringentes iuramento, vt dogmatica magis firma subsisterent, & nouandi occasio præcederetur. Quia tamen nonnullis doctissimis viris zelo doctrinæ accessis (vt puto) contrarium visu est, & irrationabile putarunt esse tale iuramentum, discutiendum est, an sint eorundem obiectiones rationabiles. Si motiuum Allophylorū attendas, scriptura manifestauit, dicens Genes. 26. quia ad Isaac dicebatur: *recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.* Vnde de istis dicitur parvulum occidit inuidia Iob. c. 5. inuidere autem non possumus (ait Greg. moralib. 5. c. 32.) nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Parvulus ergo est, qui liuore occiditur, quia ipse sibi testimonium perhibet, quod eo minor sit, cuius inuidia torquetur. non puto modestos Ecclesiæ filios, hoc motiuo motos ad contradicendum. Id Allophylorum, hoc est hæreticorum, eis n. sunt familiaria, contentio, zelus, inuidia, philautia, ambitio principatus, unde inter causas hæresum ambitio maximè denotatur, hæreticus namq; est qui affectandi principatus gratia, nouos, vel veteres sectatur errores, quæ à nostris absunt. Quare hos non tanquam contradicentes, sed tanquam domesticos fidei, salua pace charitatis, amicè & benevolè impugnamus, & quid sit sentiendum aperimus, propositis eorum fundamentis, vt in ceteris articulis factum est.

### Oppositiones quorundam.

A Rguunt ergo Primo. Sedes Apostolica, & fundatores vniuersitatum plures Cathedras instituerunt ob maius bonum Ecclesiæ, vt ex diuersitate probabilium opinionum, veritas facilius indagaretur, ergo iuramentum, vt his DD. sint ceteri addicti, nullo modo est obligatorium.

torium. Antecedens patet consequentia manifesta, quia per illud maius bonum impeditur: imo mala introducuntur, ut libertas captiuetur, & vniuersitatum iura soluantur.

II. Hoc iuramentum iniuriosum est aliis Scholasticis, nempe S. Bonaventuræ, & religioni S. Francisci. Porrò S. Bonaventura tam insignis est, quam S. Thomas, & totidem encomijs, quibus S. Thomas decoratur, & est cohonestatus à Concilijs, & Pontificibus. Rursus ingratitudinem inuoluit, nam principes Scholasticorum offendit Alexandrum S. Alensem, à quo multa suffusratus est Angelicus Doctor.

Confirmari posset huc obiectio ex Gersone P.P. in Epistola post tractatum de examinatione doctrinarum, sic n. laudat Bonaventuram his verbis [ considerans ista noster Euſtochius Dominus Bonaventura voluit esse Doctor ardens sciens quoniam lucere parum est, & sepe noxiū, quoniam scientia inflat &c.; & postea securus est iste Doctor (tradens) doctrinam communem, & solidam, quæ Parisijs vigebat maxime &c. & mox S. Thomæ illum præferre videtur, subdēs in fine Epistolæ. Sint alij doctores, qui dicantur Cherubici, hic verissimo nomine Seraphicus simul, & Cherubicus, quia inflamat affectum, & erudit intellectum, reducit, & unit ad Deum per amorem excitatiuum, dum alij multi solum diuaticat, & dispergunt intellectū per præcisiones, & posterioritates, & signa, & contingentia, cum tamen unum sit necessarium, & in fine tractatus examin. doctor. quærīs à me quis inter ceteros doctores plus videatur idoneus. Respondetur si ne præiudicio, quod Dominus Bonaventura, quoniam in docendo solidus est, & pius, & iustus, & deuotus, recedit à curiositate quantum potest &c. Hæc ille. Tandem est iuramentum istud iniuriosum S. D. quia non alio modo queritur, & via eius defensio, quām vi, vt Mauri, & Turcæ querunt suum defendere Alchoranum.

III. istud iuramentum obligare cogit pro minori botio, nō ergo pót lícite seruari; Antecedens patet, quia melius esset sequi doctrinam veterū, quorum opera non potuit habere S. Tho. vel quia non erant traducta, vel defectu impressio- nis non ita euulgari potuerunt, ergo cum iuramentum istud nō obliget ad sequendos Chrysost. Cyriillum, Athanasium, & alios innumera- biles, qui post modum traducti sunt, & imprefsi, multo minus equū est vt S. Thomas tempore, & autoritate posterior, præponatur, non vide- tur ergo obligatorium tale iuramentum, nam sicut omne votum est de meliori bono, ita, & iuramentum.

IV. Major est authoritas scripturæ sacræ, quam Doctoris Angelici, sed nunquam Ecclesia iudicauit, vel iuramento quempiam ad strinxit, vt secundum priuati Doctoris V.G. Hieronymi, aut alterius expositionem, eandem scri- puturam interpretaretur, ergo indecens est iuramento ad strungi quempiam ad sequelam S. Th. iuxta interpretationem Capreoli, Ferrarensis: & pro propria doctrina habere, quod Thomisti scripsierunt, est iniuriam irrogare Scotistis, Nominalibus, Recentioribus quoq; Theologis,

qui ingenio, gratia, stylo, & subtilitate fuerūt dicitis Thomistis feliciores.

V. In tribus partibus S. Tho. Aquinatis multæ insertæ sunt quæstiones de formalitatibus, & entibus rationis, quæ ex sententia Thomistarum non cognoscuntur à Deo eo modo, ac proinde nec ea Deus reuelat. Multa quoq; ad Philo- phiam pertinentia in ijsdem traduntur, quæ nō decisa sunt, nec vñquam decidentur, ergo cum ad fidem non pertineant, non possunt esse ma- teria obligatoria iuramenti.

VI. impossibile est hoc iuramentum, nam nō habet materiam certam, & determinatam, quis namque potest cognoscere, quæ sint partes S. Tho. nam quantum attinet ad summam; multi tenent secundam secundæ, & primâ 2. non esse S. Tho. etiam ex scriptoribus Dominicanis. Circa lecturam sententiarum, aliqui dicunt non esse partum S. Tho. sed fætum aliorum, compilatum cum esset discipulus ex lecturis diuersorū Ma- gistrorum. In lectura Epistolarum S. Pauli multi errores, menda, mixturæ, contradictiones, quæ factæ sunt studiosè à religione S. Dominicī.

VII. Hoc iuramentum satis fauorable est hereticis, qui timent ex varijs modis probabilitibus defendi fidei dogmata, & nihil illis gratius, quām ablatas videre tot semitas, quibus eludi possunt, ergo hos modos, & vias varias obtrudere, & vnum compitum solum apertum relinquare, est nobis ipsis vias præcludere, & desensionem, & auxiliares copias diuersorum militum auferre.

VIII. Vniversitatis quoq; Salmanticensis au- thoritatem extra metas eleuat, prædictum iuramentum, nec n. authoritatem publici, & gene- ralis Synodi, sed priuatam obtinet authorita- tem, & talem quæ priuatas domos non excedit.

Vltimo est impeditium multorum honorū. Primo quia qui doctor præficitur debet esse in varijs opinionibus instructus, ergo non vni debet esse quis ex iuramento adductus. Amplius etiam ingenia in capiuitatem rediguntur, & reli- gionis profectus tollitur, nec alio modo in- scientijs facta est, progressu temporis, accretio, nisi ex diuersorum ingeniorum speculationi- bus, & quod vni non datum est videre, alteri concessum est. multi pertransibunt dicebat Propheta Daniel c. 10. & multiplex erit scientia, profecio mirabile esset, si nunc viuerent Aug. & Thomas, quod arctaretur in alterius magistri verba iurare, & tam se licet ingenia ligare, quod si sibi ipsis liberis relictis, tot diuitias, & thesauros operum reliquerunt, vnde præciosior facta est Theologia Scholastica, idem tribuendum modernis ingenij, qui in subtilitate, & ingenio fuerunt felices. Accedit iniustiam esse arctare Graduandos, & Cathedraticos in illud iurare (in succeſſione Cathedrae) ad quod non inclinantur, ex quo oriri posset, vt non sicut sentiunt legant, & crimen falsitatis incurvant, vt aliud ore, aliud corde sentiant: maxima autem falsitas est, maxima deceptio, Magistrum aliquem legere, & publicare taquam verum, quod interne iudicat falso. Tandem non plus tribuen- buendum S. Aug. & S. Tho, quam sibi ipsis ipsi tribuen-

tribuendum voluerunt, sed quod eis tribuendū esset S. Aug. satis superq; declarauit epist.7. ad Murellinum dicens, *vos qui me multum diligitis, si talē me affiratis aduersus eos quorum malitia, vel imperitia, vel intelligentia reprehendat, ut me nonquam scriptorum meorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea, me ipso iudice superaverint.*

### *Aliæ item oppositiones cuiusdam Moderni.*

**S** Ed. & Bæza lib. 15. commentariorum moralium c. 8. s. 2. id quoq; assumit probandū, quod differentia Doctorum placita multum conducant ad veritatem fidei propagandam, & iuramentum Salmanticensis Academiæ infirmare nititur, sequentibus verbis.

I. Sic ergo orditur suum propositum. [Binos mittit discipulos suos nolēs vnius Magistri placitis publicationem doctrinæ suæ committere, que vt diuersis hominum genijs erat tradenda, sic per diuersa Doctorum placita facilius bibe-rentur.]

II. Huc spectat Dominus Cant. 4. sic ad sponsam nimirum fidelium Ecclesiam locutus. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui. Quam pulchræ sunt mammae tue. ]* in oculis, in crinibus laudat concinnitatē, in mammis autem nihil dicit de vnitate, de conuenientia earum, sed & plures, & pulchras eas esse assertit &c. in oculis, & crinibus sponsæ denotatur speculatio veritatis fidei, secundum se, quæ ab uno solo petenda est, nempe Deo, & eius Vicario Ecclesiæ capite, in quo vno nititur, & quietificit, verum in mammis intelliguntur motiva, & rationes, & argumenta, & modus explicandi, quæ faciunt veritatem fidei persuasibilem, & credibilem parvulishæc autem totam suā pulchritudinem, & completam efficaciam habet, in varietate, & pluralitate. Merito ad hæc Gliber. Abbas, qui Canticorum explicationem à D. Bernardo Magistro suo incæptam, continuauit. Is ergo tanti Magistri discipulus ait serm. 31. in Cant. *Cur post oculum, & crinem statim ad mammas sermonem deflebit? aut cur in illis unitas commendatur, in his commendatur pluralitas? mibi in superiori, mentis quidam, & cogitationam excessus ad Deum videtur innui, sobrietas autem, & temperantia ad parvulos in isto: ibi unum necessarium est: hic sollicitudo, & sermo doctrinæ partiendus in plura. ]* Itaq; vbi fidei veritas secundum se inspicitur vni solo fundamento nitendum est, nimirum Deo, eiusque Vicario Röm. Pontif. verum vbi accedimus ad veritatis fidei credibilitatem, faciendam parvulis, & pluralitate, & varietate, imò diuersitate doctrinæ nobis opus est. Sæpe enim quod vni verisimile est, nullius momenti videtur esse alij, vnde necessaria est diuersitas sententiæ, ut nullus sit, qui non habeat vnde capiatur.

III. Id quod persuadebat Nazianz, oratione

secunda dicēs. *Quem admodum si quis variam, & multiplicem belluam ex multis belluis, magnis iuxta parvisq; feris, ac mittibus compactam curare aggrediatur, huic in natura adeo præposta gubernanda maximus labor subeundus est: quippe cum, nec vocibus eisdem, nec alienis, nec manu blanditijs, ac sibilis, bellua omnes delectentur, sed aliae alijs pro sua quæque natura, & consuetudine, vel gaudent, vel offendantur, ut qui eiusmodi bellua curam susceperit, cum varia omnino, & multiplici scientia ornata esse oporteat, & eam quæ cuiq; apta sit rationem adhibere: eodem modo cum commune hoc Ecclesiæ corpus instar compositæ cuiusdam, & inæqualis bellua ex pluribus, varijsque moribus, & rationibus constitutum sit, summopere necessum est. An tisitem simul, & simplicem esse, quantum ad reddititudinem, & rursum quam maximè varium, ac multiplicem, quæcum ad id attinet, ut vnius cuiusque animum sibi adiungat, apsq; & appositiæ ad omnes alloquatur. In re adeo evidenti, & ab Ecclesia obseruata, dum plures Doctores inter se dissidentes admittit non immoror, ne videar commentaria texere aduersus celebrem orbis Academiæ, quæ his diebus iurauit, se à sola sententia S. Augustini, & D. Thomæ in Theologicis conclusionibus staturam, vt sic periculæ nouitati insuis scholis occludatur aditus.*

IV. Et quidem sapientius occluderent aditū periculosa nouitatis, si non in vno, aut altero DD. sic tenacius adhærerent, quando Ecclesia Cath. à Spiritu S. gubernata, vt periculosis nouitatibus occluderet aditum, nō vno Doctore contenta est, sed ex Græcis Basil. Nazianz. Chrysost. Athanasios, ex Latinis Ambrosios Hier. Aug. Greg. Magistros accepit, & post hos adhuc longè posteriores addidit D. Th. & D. Bonaventuram, licet inter se dissidentes: nec iurauit se deinceps nullum alium recepturam, sciens donum scientie, & intellectus nondum esse exhaustū, & posse adhuc resurgere talia peruersorum hominum ingenia, pro quibus efficaciores sint sententiae, vel D. Thomæ, vel Bonaventuræ contrarie.

V. Inuenio in Concilio Ephesino Generali id est studium fuisse Sanctissimis Concilijs, Patribus, quod Academico claustro de occludendo aditū periculosis doctrinæ Catholicæ nouitatibus, sed quam aliud remedium adhibuere illæ firmissimæ Ecclesiæ columnæ? habet id Vincen-tius Lyrinensis adductus à P. Ribera in prot. ad Aggæum Prophetam, ait ille. *Exemplum adhibuimus Sancti Concilij, quod ante biennium fermè in Asia celebratum, vbi cum de faciendis fidei regulis disceptare ur, nè qua illi forsitan profana nouitas in modum perfidiæ Auminensis obreperet, uniuersis sacerdotibus, qui ducenti fere numero conuenerant, hoc Catholicissimum, felicissimum, atque optimum factu visum est, ut in medium Sanctorum Patrum sententias proferrentur, quorum aliqui martyres, aliqui confessores, omnes vero Catholicos Sacerdotes fuisse, & permanesse constaret, ut scilicet ritè atque solle-niter ex eorum consensu, atque decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, & profana nouitatis*

tatis blasphemia condemnaretur? Perpendite modo quid faciant Ephesini Patres ad repellendas nouitates periculosa, & quid faciant Academicici Doctores. Illi omnium Doctorum placita requirunt, putantes ex diuersarum viarum Doctorum Catholicorum consensu pro vera fide telum firmius nasci: hi praterquam duabus, nulli alij nolunt credi Patri, nec Basilio, nec Hier. nec Cypria, nec doctissimis, Catholicis solumque Magistris ab vniuerso orbe decantatis, quorum Theologia vni sunt summi Pontifices in Concilijs pro stabiliendis fidei veritatis, in haereticorum duello, pro perimenda perfidia, & falsitate. Illi à speluncis, à furcis Tyrannorum exquirunt Sacerdotes Catholicos, quorū varijs placitis vna fidei veritas stabiliatur aduersus periculosa nouitates hi etiam clarissimos Doctores, Catholicarum Scholarum fundatores, in pulpitib, in Cathedris, in Concilijs magno honore habitos repellunt, & suis terminis iubent exulare.

VI. Sanè verendum magis esset, nedum nimia unitas in doctrinis tradendis affectatur fidei plura abiiciatur propugnacula, & aliquid contra eius securitatem stabiliatur. Non enim parum nocium securitati Regni esset Decretum Imperatoris, quo cupiens vniōnem exercitus sui, repelleret ab exercitu omnes nationes, quæ non eodem modo pugnarent, eisdemque veteretur armis, & sic vna hominum natione cōtentus incredibilem hostium multitudinem expectaret. Quām nimia hæc, & quam periculosa vniōnis cupiditas? prudentius agit Imperator, qui dum milites Regnum propugnant, & hostes arceant, non cauet diuersos nationum modos pugnandi: imò ex omnibus in auxilium vocat vt à diuersis munitus, tutius agat.

VII. Prudentius aguit Rom. Pontifices, quod noscentes præclarissimorum DD. per hoc nouū iuramentum repulserum gladios, & limatos ad fulgendū, & acutos ad perimendum, licet dissimiles sint, & differentes, vel à Thomæ, vel à Bonaventura gladijs, tamen ex illis validissimum aduersus hæreses cornu erexerunt pro Germania, pro Anglia, illisque crediderunt magna, & apud Gentiles Iaponios, & apud Schismaticos Athiopes Ecclesiæ fundamina. Et quod mirere magis in horum DD. præstantia, cum per integrum ferē seculum in arena iam sint aduersus Ecclesiæ hostes tot librorum arma in illos iacentes, quot non capit ingens armarium, inter mille hostium strages, nullum ipsi receperunt in fide vulnus latale. Quis Imperator tam validos pugnatores ab exercitu abiiciet ob armorum diuersitatem?

VIII. Fuerunt Parisii, qui religiosissimos sapientissimosq; Magistros Ordinis Prædicatorū à DD. Academicorum albo, & honore reiiciendos affererent ob armorum diuersitatem, quam sententiam, & rationem validissimè contrivit D. Th. opusc. 19. c. 2. & tandem fatetur [ & omnes quibus pugnare licet possunt communicare in eodem exercitu, quod est Societas ordinata ad pugnandum. Non enim videmus, quod milites religiosi repellant milites seculares, e suo exerci-

tu, nec è conuerso. Est etiam prædicta sententia friuola, quia rationes quibus innititur, nullius momenti sunt, & ostendunt ignoratiā eorum, qui eas inducunt, vel veram, vel fictam. ] hæc Angelicus Doctor ex quibus disces, non alegare è Scholis armorum diuersitatem, sed potius omnes diuersitates Catholicas amplecti, vt tulerit occasio. ]

IX. Et quidem non absimile consilium dans Nazi. oratione 26. sic finit [ Etenim si ut vñus Dominus, vñ baptismus, vñ Deus, & pater omnium, & per omnia, & in omnibus; ita vnaquæque esset per disputationem, & contemplationem ad salutem via, ut qui ab ea exciderent ijdem à toto quoque aberrarent, nihil sanè periculosus esset, quam vel huiusmodi consilium dare, vel huic parere. At si in rebus humanis multa, & diuersa sunt viarum genera, & insituta, alia maiora, alia illustriora, sic in diuinis non vna salutis ratio est, sed plures, nec vna quædem virtutis via. Pergit vir sanctus adhuc eos pungens, qui etiam in disputationibus de Deo nimiam vnitatem amabant. Mihi sufficiant hæc dicta, quibus patet, quam friuolum, & inane sit, ex eo, quod vñus est Deus, vna fides, & vnum baptismus, & vñus Pastor, & vñus orbis moderator, omnem diuersitatem disputationum Catholicorum abigere velit.

XI. Fallor, nisi sanctius, & religiosius veritas nulli Doctori tribueretur in particulari: imo & nulli in omnibus propriam profiterentur veritatem ps. 75. vñouete, & redidite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera [ ubi August. ] Hoc interim quod Dominus ad monet dicam vobis, quid ex his verbis ipse mihi inspirare dignatus sit, si melius aliquid postea vñsum fuerit, & hoc vestrum est, quia communis est omnibus veritas, Non est mea, ut tua, non est illius, nec illius omnibus communis est, & fortassis ideo media est, ut in circuitu eius sint omnes, quod diligunt veritatem, & post pauca: sic monet vñuersos. Nemo dicat meum est, ne in parte sua velit facere, quod in medio est commune omnibus. Quod est ergo omnes, qui in circuitu eius offerunt munera? omnes qui intelligunt communem omnibus esse veritatem, & non illam faciunt quasi suam, superbiendo de illa, ipse offerent munera, quia humilitatem habent, qui quasi suam faciunt, quod omnibus commune est tanquam in medio positum ad partem seducere, conantur, non offerant hi munera, quia omnes qui in circuitu eius sunt offerent munera terribili. ] sapienter, & religiose maximus Ecclesiæ Doctor Augustinus ostedit, qualia vota, & munera pro veritate Deo placeant, non sanè, quæ partialitatem redolent, nec quæ in medio posita ad partem seducere conantur.

XII. Diuo Augustino subscriptis Regius Se-natus minimè probans vota, veritatem e medio in partem tollentia, nedum vnicus in omnibus veritatis datur propugnator, carpatur diuina prouidentia, quæ pro veritate diuersissimos semper propugnatores excitat, & excitabit, ædifica-ta enim est nempe Ecclesia, cum propugna-culis, non cum propugnaculo; imò ipsa sapientia carpa-

carpatur, quæ non contenta vna columna, septem excidit quibus valeat sustentari.

*Pro parte opposita.*

**S**ed contra est, Primo tam insignis Academiz sapientia, & Authoritas.

II. probatur propositum rationibus, & quidem efficacissimis.

Prima ratio, quia ceteræ facultates habent Ducem quem sequuntur, ergo conuenientissimum fuit in Theologica facultate designari Duces, quos illa Academia insignis sequeretur. antecedens latè demonstratur ab Aug. de utilitate credendi ad Honoratum c. 17. *disciplina ait quanque vilis, & facilis, ut percipi posset, Doctorem, aut Magistrum requirit, & iterum c. 7. Asper, Cornutus, Donatus, & alijs requiruntur, ut possint intelligi, tu in eorum libros irruis, et de ipsis sine præceptore audes ferre sententiam.* Consequenta clara.

Confirmatur. Nam si id obtinuit Aristoteles in vniuersitatibus, vt eludi nō possit, multo magis id exposcit fidus eius interpres, & anima S. Thomas, maxime cum doctrinam Peripateticam, captiuari in obsequium Christi, eamque velut vagantem Agar in domum Saræ reduxerit, vt dominam suam Theologiam agnosceret magno Ecclesiæ bono, nam Peripateticæ doctrinæ vsu, Hereticorum Sophismata adeo disoluuntur, vt moderni Hæretici velut canes etiā in Philosophiam insiliant, & Thomam eo titulo perstringant, quod sit ( ait Lutherus lib. contra Latomum) *regnantis Aristotelis defensor.* quare nō debebat Poza, gladios Aduersariis ministrare, dum ad matrpaternitatem Virginis introducendam lib. 2. elucid. tract. 5. c. 8 cuius initium est, *quanta sit authoritas Arist.* nunc *regnantis in Scholis,* Aristotelem ablegavit eū inuisum reddendo, vt supra ostensum est articulo 9.

Porro utilitates in sequendo determinatos magistros hæ sunt. Primo, quod Philautiæ moribus præciditur, vnuquisque enim principatus ambitum affectans, se cupit constitue regulâ veritatis: Inconstantia doctrinæ tollitur, flatus animorum sedatur: interminata addiscendi confusio præciditur: melius n. ab uno principia proponente, conclusiones elicuntur, quam à pluribus diuersa principia tradentibus vasta conclusionum sylva strommatica. Praclarè dixit Seneca epis. 43. commendans vnius determinati Magistri sequelam. *Lectio certa prodest delectat, qui quod destinauerit peruenire vult, vnam viam sequatur, non per multa vagetur, nam ire istud errare est,* & epis. 5. *Nihil ita sanitatem impedit sicut remediorum crebra mutatio, non conualescit planta, quæ sæpe transferatur.* Nihil ita utile est quod in transiū proficit. Sed modo huc librum euoluere volo, modo illum, fastidientis stomachi est multa degustare, quæ vero varia sunt, & diversa inquinant, nō aiunt. Accedit quod in omni studio, vt dixit Hugo de S. Vict. 3. dydascal. qui sine ordine, & discretione operatur, laborat quidem, sed non proficit, &

quasi aerem verberans, vires in ventum fundit; propterea ( dicit idem ) iam pauci sunt ē multis studentibus, qui scientiam attingunt. Sine ordine vero, & discretione laboratur, cum magistri sunt indeterminati, diuersa à diuersis traduntur absq; cohærentia subsequentium cum præcedentibus, fatigando discipulos in multiplicatione inutilium quæstionum, fingendo quæ non dicta sunt, imaginarios hostes formando, onerando paginas imaginarijs positionibus, ampullosis verbis, cōfutationibus inanibus, & euaniidis speculationibus, quò fit vt ex multiplicitate rerum auditores stomachati, ex irresolutione dubiorum perplexi, in triuio sectandarum sententiarum relicti, nesciant quam elegant viam, & ad terminum nunquam perueniant. Huiusmodi aut inconuenientia ex sequela determinatorum authorum Aug. præsertim, & Thomæ facillimè tollerentur.

Illud vero non leue, quod Moderni hucusq; antiquos DD. non superarunt, vnde illis fasces submittere necesse est, illosque potius euoluere præstat, qui sunt eximia authoritatis, & ex processu temporis decursi, authoritatem sibi compararunt: merito ergo præscripti sunt, tam insignes DD. ad hæc inconuenientia tollenda SS. Thomas, & Augustinus, eosque tanquam Duces quos sequerentur meritò adlegerunt, insignes Salmantenses, & breui tempore, facilq; & cōpendiosa via veritates Theologicas asseverantur.

Et tandem cum Arist. dicit 6. E. hic quod oporteat attendere expertorum, & seniorum, atque prudentium indemostrabilibus enunciationibus, & opinionibus, non minus, quam demonstrationibus, quia per experientiam vident principia; vt præcipios præceptores tanquam ex bonis meliore, & melioribus optimos sequi voluit Academia Salmanticensis. Sed si recta ratio præscribit, vt intellectus inferior superiori subdatur, vt rusticī Philosopho, hominis Angelo, Angeli Deo, non est mirum si hos voluit præceptores Salmantina Schola, quibus credit, cum plus posteriorum intelligentias, Augustinus, & Thomas, quam Philosophi rusticorum mentes, excedant.

Confirmatur, quia natura id requirit, vt dicit Seneca, *vt melioribus, & potentioribus deteriores submittantur,* vnde multis gregibus præsunt, maxima corpora, & Elephantorum gregum excellentissimus dicit, inter homines pro summo optimus, & rectior eligendus. Stultitia certè esset si cornix cum Aquila veller contendere. Non est turpe ( dicebat Velleius Paterculus l. b. 2.) ab eo vinci, quem vincere nefas est, nec ei in honeste, aliquem submittit, quem fortuna super omnes extulit. Præstat cum superiori intellectu patiis speciebus plus cognoscere, quam multis pauca intelligere. Melius cum sapientibus errare, quam cum insipientibus hominibus sapere. Vnde Bernardus ad Aug. Epist. 77. vbi citasset sententiam Hieronymi, & Aug. sic dicit. *Ab his columnis difficile auellor, cum his vel errare, aut sapere me fateor.* Quod si hæc non suadeant, sed aliquis cum Angelico pugnare, &

re, & illum superare contendat, videat ne clausus remaneat, & quomodo contendet exupere? si cum peditibus currens laborauit, inter petibus non coequatus, quomodo currere poterit cum equis?

Secunda ratio, vt tollatur principatus glo- riola quæ solent in hæreses terminari, Vnde Iacobi I. scriptum est. *Nolite plures magistri fieri fratres mei scientes quoniam maius iudicium sumetis, que ueba exponens S. Aug. in prol. retract. ait, magistros autem plures tunc fieri exissimo, cum DIVERSA, atque inter se aduersa sentiunt, cum vero ad ipsum dicunt omnes, verum dicunt, ab unius veri Magisterio non recedunt, offendunt autem, non cum illi multa dicunt, sed cum addunt sua, sic quippe incident ex multiloquio in falsiloquio. non ergo multitudo magistrorum idem sentientium reprobatur, nec Cathedrarum multitudo, sed dissidentium magistrorum cathedræ dissidentes diuersa ( quod optabat Baeza ) docentes, qui ex despectu veteratis possunt incurrere in varias phantasias nouitatis, & ab unitate, ex multiplicitate deuinates, in multiloquio, & falsiloquio terminare.*

Accedit quod tales plures Magistri inter se se, & à priscis magistris dissentientes, difficile sibi fidem ab auditoribus conciliabunt, tam ex destitutione autoritatis veterum, quam ex contrarietate nouarum doctrinarum, vnde Athanas. epist. ad episcopos Afric. dicebat, quod quisquis eorum sibi persuadebat, si soluerit aliquid ex decretis maiorum occasionem se daturū posteris, vt quod ipsi regissent rescinderent, & po- hea. Sed quomodo eos quibus successerunt Pa- tres suos appellabunt, quorum sententias ipsi sculpant? aut quomodo veraces apud suos discipulos habebuntur, quibus persuadent præceptoribus non credendum? imo faciliorem sibi ad credendum adyutum aperirent, cum intelligent populi, præstare posteros esse, & profiteri se esse discipulos veterum, & nolle esse tyronum nouos præceptores, imo præcedentium DD. in dif- ficiilius sensibus esse potius benignos excusa- tores, quam eorundem aculeatos censores, vnde Nissenus dicebat in Hexam. *Nobis .n. est propositum, ut ea conciliemus, quæ protinus appa- rent esse contraria, quod si sint, qui potius Sanctorum censores velint haberi, quam ducum doctrinæ sectatores, incertos ob id reddentes, auditores, & pendulos, quæ sequantur non ha- bentes, vel Academiam introducent, vel in Li- bertinatem terminabunt.*

Ipsi præterea addiscentes, cum meliora deli- gere non valeant, non habentes rerum delectū, securius informantur simplici, & antiqua, & tri- ta sapientia, quem nouellis phantasij, diuersis atque diuersis placitis.

Tertio ad præcludendam viam Nouitatibus, quæ ad fouendam eandem ambitionem, & prin- cipatum via sunt, & semitæ, questionibus enim interminabilibus, & diuersis placitis, liber aperi- ritur campus, cum nullum sit vallum grauiorū Doctorum, quo effrænes restringantur, rationa- biliter ergo duorum horum ducum Aug. &

Thomæ disciplinæ, in dogmatica materia, & grauioribus questionibus se informandos tra- dent discipuli in hac .n. sequela nullum pericu- lum imminet, vt reperitur in libertate qualibet sentiendi contra hos duces, qui non tam suum, quam communem Ecclesiæ sensum sepissime referunt: & in plurimum, via aptatur, his abi- etis, paulatim ad vetustatis dogmata possundāda. Discursus iste patet ex Gregorio Nazianz. in laudem Athanasi, vbi sic habet. *Fuit quondam tempus cum res nostræ florarent, & præclarè se haberent, cum nimis superflua hæc, & verborum lepore, atq; arte fucata tra- stendæ Theologiæ ratio, ad aiuinas caulas, ne aditum quidem habebant; verum idem erat cal- culis ludere inuersionis celeritate aspectum fal- lentibus, aut omnigenis, & lastiuis corporis fle- xibus spectatores ludificari, quod noui quem- piam, aut curiosi de Deo, vel dicere, vel audire: Simplex contra ingenuaq; oratio, atq; doctrina pietas existimabatur. At possea quam Sexti, & Pyrrhones, & contradicendi libidine incitata lingua veluti quidam grauis, & malignus mor- bus in Ecclesiæ nostræ infelicitet irrepsit, quodque Actorum liber de Atheniensibus nar- rat, ad nihil aliud vacamus, quam ad noui ali- quid dicendum, vel audiendum. ] inde fit, ut qui in grauioribus materiis, qui nouas fantasias in- dicunt [ omni pietatis via sublata, atque de- leta, hoc unum sibi proponunt, vt questiones, vel nectat, vel soluat, quemadmodum, qui in Thea- tris palestræ artem proferunt, eaque certaminū genera, quæ non iuxta palestræ leges ad victo- rias ferunt, sed imperitorum oculos perstringunt, ac laudem à spectatoribus captant ] & vt idem dicit [ res hic reddit, & horum disputationibus, & forum omne circumstrepit, & coniuia omnia huismodi nugaram tædio obtunduntur, atque vt festuum omne infestuum sit, mæstitiæque plenum, & luctus omnis maiori calamitate, hoc est questionum argutij mitigetur, ac denique Gynicea omnia simplicitatis alunna turbentur, & pñdoris flos præcipiti hac contentendi libidi- ne completur. Quoniam inquam hec ita se ha- bent, adeoque intoleranda est vis huius mali, vt periculum sit ne magnum fidei naturæ mysteriū in argutatricem artem defiscat &c. ] obuiandum saltem in grauioribus, & periculis materiis, sequendo ueteres expertos potius doctores, quam nouitati, & curiositati ( ex qua tot ar- gutiuncularum scaturigines profluunt ) nos committere, & non nouellis spernentibus hec duo lumina, erudiendos se tradere.*

Similiter, nouitatibus uiam præcludendam esse ex sequela famigeratissimorum DD. demo- strauit grauissimis verbis S. Capreolus Afer in Concil. Ephes. t.2.c.9. Epistola ad eandem Sy- nodum sic scribens, *Rogamus ergo, vi Spiritu Sancto cooperante, quem in cordibus nostris, in omnibus, que acturi estis præsto futurum non dubitamus, nouas doctrinas, & ante hac Christianis auribus inuistatas, prisca authoritatis robore instructi à medio profligetis, Sacerdotum in unum congruens securitas, cuiusque disputa- tionis protextu, illos quos olim Ecclesiæ debella- nit,*

alt, & hoc rursum tempore repululascunt, doctrinam iamdudū proruptā, denuo renasci permisso videātur. Quod si foriē nouarū controveriarum inciderit, id tempestiuē discussiōni subiectiatur oportet, ut vel recte dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur, at vero si quis in ea, quæ olim adiudicata sunt de nuō inquirere tentauerit, is sanè nihil aliud facere censembitur quam de fide, quæ hactenus valuit apertè dubitare. Vnde ad posteritatis exemplum, tum vt ea quoque, quæ iam olim pro catholicā fide definita, & constituta sunt perpetuam firmitatem obtinere valeant, oportet ea omnia inconcussa, immotaq; conservare, quæ superioribus temporibus à SS.PP. constituta sunt. Porro qui illam perpetuam stabilitatem retinere voluerunt, quæ de Catholicā fidei ratione statuerit, is non propria autoritate, sed antiquorum PP. iudicio sententiam suam corroborare debet, ita ut partim veterum, partim recentiorum sanctionibus, & PP. sententijs placita sua comprobans, unam eademq; veritatem, iam inde ab initio ad præsentem usq; iemporis articulum, se docere, & tenere ostendat. Ergo in antiquis controversijs ex sententia Sancti Capreoli iampridem PP. maximè Conciliorum decretis in rebus iam decisis nouitati silentium illicò imponendum. Si quis vero in nouis controversijs aliquod noui afferre tentauerit, priorum, ac posteriorum PP. sententijs sua debet comprobare, alias ex nouitate caderet Patrum sententijs destitutus, securius ergo erit, vbi noua controversia se offert (si se offerunt Aug. & Thomæ sententiæ) positiones eorum autoritatibus roborari, quam sine horū, vel aliorum PP. autoritate nouam fit tamq; sententiam obtrudere, & si acuta, & mulcens aures, & plausibilis videatur.

Præterea experientia nostrum propositum comprobatur. Nam ad Principatum in doctrinis ambiendum, hoc medio vsi sunt Ecclesiæ perduelles, ut noua, & inania meditarentur, illud namq; semper suadet ambitio ceteros præire, & nouitatibus animos inescare, vnde Pompeius illum versiculum ore reuelabat *αἰεν ἀπίστευτοι οὐτε πορεύεται πάλιον σέμερον ιτάτη γέρας, οὐτε αἱρετέος αντεκελλας*, hæc autem præcellentia non haberetur si antiqua sectarentur, vel saltem si noua non inuenirentur at eores tenuerint, ut de medio sublatis veteribus DD. noui contra veteres, substituantur. Hac via vsi sunt Nestoriani, & Eutychiani, ex Leone Bizantio contra Eutychetem, & Nestor. c. 2. 3. 4. cuius verba ad præmuniendos nos à nouitatibus, & cauendas possibles insidias describimus ad verbum. Cum Nestorij, & Eutychetis sectatores nacti esset aliquem, qui Synodum reciperent, percontabantur, quem nam ex PP. solitus sit, & placeat tractare, & exercere: deinde, si foriē respondent, quem perconciati sunt: aut magnum oculum Ecclesiæ Ioannem, aut duo magna lumina, duos illos in quam Cappadociae, aut clarissimum Athanasium: illi continuo mutant personam, nec nominari quidem solum: ne tamen in ipso primo congressu deterrent, quem illaqueare volunt, atque ita auolet: Boni in quam sunt isti

PP. non tamen meliores, quam nostrates. Si vero rogat nomina, lege prius inquiunt, & quanti sint, quorum miser, inquit, nomina adhuc didicisti] & ad derelinquendos illos ueteres Sanctos, & sequendo( nouellos) quos proponebant Doctores hortabantur; insuper subdit idem Leo [ multa alia munera, & auxilia pollicantur, & primum gradum in magistratibus, & eruditorum, quos habent cōsulatum (ò malorum immensitate) non prius discedunt, quam succumbant, sicut in scititia, sicut in indigentia, sicut in ostentationi, siue alijs quæcumque illaqueare solent eos, qui non omni cura cor custodiunt: deinde postquam captiū tenent, & obedientem in quibus volunt, habent, si Monachus sit, hortantur, ad legendos libros Gētilium, si tamen idoreum adeos legendos videāt, & postquam simplicitatem ordinis monastici multum irriserunt, quod nihil sit ieunium, vel vigiliae, vel secessus (si quidem virtuti practicæ idest in actione positæ obtrectant, & neq; nomen eius pati possunt) æquo animo, ad mutandum habitum hortantur, quod sit ad studium virtutis politicæ, idest quæ in veritate versatur, impedimentum promittunt se in ordinem Clericorum cooptatueros, aut alio modo auxiliatueros, modo siat particeps impietatis eorum. Sin autem sit secularis, ea accommodata promittunt, non quidem unum dicentes, hoc enim est in eorum malis beatum, sed sic tamen eum fallaci spe seducentes cogunt inhibere ipsos] Vnde quibus technis, dolis, fallacijs, promotionibus, nouitatum Magistri Eutychiani vrebantur, vt eieratis Magistris veteribus noui errorum architecti ipsorum loco substituerentur. A simili ergo timentes ne progressu temporis in mundo orirantur, talium inuentionum imitatores, repagula iuramenti apposuerunt Salmantini DD. murum, & antemurale in doctrina constituentes, ne futuris, & orienturis post hac nouitatibus, vetus, & sana doctrina impeteretur, ante languorem preparantes medicinam.

Confirmatur, quia etiā antiquitus Philosophi, & Oratores nouitatibus viā preclidebant. Vnde Thucydides dicebat in quadam oratione *νοσοὶ Αθηνιenses semper εἴτις σερνι nouarum rerum, & contemptores τιτανῶν in Græc. proverbio dicitur: communissima via est tutissima*] Iege de hoc arguento Theodoreum lib. primo de fide.

Quarto, pro conseruatione unitatis fidei, cum fides vna sit, Theologia quoq; vna esse debet, ergo, ut eius unitas seruaretur. Theologica, in hanc unitatem redigenda erat, ut ad fequelam communium, & receptarum sententiarum (quales sunt præcipue in doctrina S. Tho. & Aug. qui sensum Ecclesiæ in suis doctrinis in omni materia præseserunt) Sacramento se obstringerent, & obligarent.

Confirmatur I. Quia hæc via ostendit, quam simus alieni à Philosophorum sectis, de quibus dicit Aug. 18. de Ciuit. Dei c. 4. tot etiam de summo bono extitisse distinctas, atq; cōfusas sententias, etiam in iis quibus miserè, aut benè viuunt, ut eorum Ciuitas mysticæ Babylonem representaret, erat autem eiusmodi confusione pa-

rens

rens nouandi præsumptio mater superstitionis, ipsius filia leuitatis; facillimè autem in infinitum excrescerent diuersa placita, si aliquibus repagulis non detinerentur ingenia indisciplinata. ergo.

Confirmatur II. quia Gentiles ex Aug.lib.de ouibus,dissensionem Christianorum obijcerūt: Heretici,vt patet in Calu.4.c.23.num.14.parum Scholæ deserunt, ob diuersa placita S. Tho. & Scoti , & idem antiquitus obijciebant, ex Nazianz.oratione de pace , vbi sic dicit. *istud hæreticis securitatem affert, nec præter id quicquam habeat, quod nobis impingunt, & oratione 1. de Theol. dicit quod videntes hæretici morum, inanes contentiones, nihil magis optant quam malorum nostrorum scintillam inflammam asurgere, quam etiam furtim excitant atq; accendunt, auræque suæ afflatu,in Cælum attollunt, et Babylonica flamma in orbem omnia populante sublimiorem reddunt, quoniam n. in suis dogmatiis nihil sibi præsidij, roborisque constiutum vident, hoc in nostrarum rerum imbecillitate venantur, ac proinde quemadmodum musca vulneribus, ita istis calamitatibus, aut si maius erratis immittit. licet autem hæc hostium fidei,hæc quæ obijcitur, sit calumnia , nec enim in rebus fidei,Scholæ tam celebres D. Tho.Sco-ti &c. dissentient, sed in adiaphoris ( vnde laudabiliter ex diuersis principijs diuersas conclusiones opinabiles deducunt ) Tamen quia peiores scissura possunt fieri , & sub prætextu opinabilis inopinabilia introducere possent nouandarum rerum cupidi , & paulatim ad eludenda mysteria conuolare,& introduci opinio-nū hircoceruos doctrinasuē, quæ nec sint Thomisticæ,nec Scoticæ, sed Thomascoticæ,& Scotothomasticæ, absque vilius Scholæ præjudicio, prudenter prouisum est, vt in doctrina tam viuensali viuensalium Doctorū Ecclesiæ Aug. & Thomie Academia Salmanticensis tenenda , & sequenda conspiraret .*

Confirmatur III. quia experimèto didicimus, quod multa , & magna ingenia omnibus etati-bus inanibus,vel perniciosis contentionibus fra-cta sūt, volūtates partiū ad omnia dogmata fa-cile mutatae , hoc malum egregiè S. Greg. Na-zianz.deplorauit oratione 2.de Theolog. prop-terea illud antitodium apponebat, vt veterum vestigijs inhærenter Theologiæ studiosi [ne ex-eussaratione, & religionis freno, quo præclare coercemur, abieci, procul extra metam feramur, quin potius finibus nostris Philosophiam circu-scribamus, nec in Aegyptum abripiamur, neque ad Assyrios protrahamur, nec cantemus canticū Domini in terra aliena, promiscue apud omnes auditores siue nostri siue externi ] mysteria edifferendo , & inanibus contentionibus deser-uiendo,metam ergo,& fines suis discipulis Academia Salmanticensis præfixit, rationabiliter retinaculis doctrinæ Thomisticæ , & Augustinianæ suos firmando .

Confirmatur IV.ex eodem Greg.oratione 2. de Theol.supposito,quod diuersæ siue viuendi gratiæ, atq; instituta,quodq; pro fidei propor-tione alia uita,aliò ducat,quas nos vias nomina-

mus. Quid ergo his ne omnibus incedere necesse est an quibusquam solum? Omnibus siquidem unus atq; idem hoc posset sin minus compluribus , aut certè aliquot,aut sine hoc quidem concedetur satis , vt quidem ipse existimo , præclarum fuerit,vel unam egregiæ assequi rectè hoc existi-mamus ] ita in nostro proposito, omnes Aca-demiarum diuersarū quidem viæ,egregiæ sunt, ad Theologicum inueniendum scopum. Si per omnes quis incedere posset, vel per plures ma-gna felicitas. at cum nō concedatur,(cum inter-dum viæ sint oppositæ,licet ad vnum eundem cō-putum tendentes) potius vera via , & sim-plex prudenter eligitur,absq; sinuosis alijs perplexitatibus , & difficultatibus ad eundem cō-putum tendens. Sed quia vt dicebat Greg. de sui temporis hominibus, relictis alijs omnibus itineribus doctrinam nostram de paupertate dā-nantibus,ad hoc vnum iter ferebantur,quod per disputationes,ac speculationes,vt ipi probabat, quas tamen nugas , & præstigias tempus occu-pantes,existimabat,eidem malo medendum pu-tabat doctor egregius callē tutum eligere, né-pe ne nouæ Theologiæ incederemus iter , vnde contra illos Theologastros sui temporis inue-hebatur oratione. Quid tandem est, quod alios quoq; unius diei momèto Sanctos singis, & Theo-logos crea-,eruditio-ne m q; ipsi velut inspiras, & multa eloquentium indoctorum conciliabula fa-cis? cur aranearum telis infirmiores illaqueas? ex eaq; tibi scitus ac magnus videris? cur con-tra fidem crabrones excitas? cur dialecticorum agmen nobis ex tempore producis,non aliter , ac fabule olim gigantes? cur leuissimos quoq; homi-nes, & viri nomine indignos , veluti colluuiem quandam in vni m torre cogens , ac verbo-rum illecebris magis,ac magis effeminans, nouæ officinam condidisti,astutè interim eorum amen-tia ad viilitatem tuam abutens, ex eaq; messem faciens? ] (quod est perinde,ac dicere) illicitum esse , vt veterum Scholasticorum Academij sublati, nouæ & contrarie officinæ conderetur ex studio nouitatis, quæ nedum vnitati Theologiæ, sed fidei officerent. Non ergo ad vias , tam illustrium , quæ nunc in orbis sunt Aca-de-miarum, tollendas, Salmaticenses aspirarunt, sed ad nouitates possibiles, si non futuros nouitatū architectos frenandos, & ne nouæ fabricarentur viæ, veteribus ijsq; varijs vijs derelictis , magno Theologiæ fidei q; in commodo. Quin? quod & Antiquorum Synedrion Salmanticenses vo-luerunt imitari, qui cum in monte Sion septem collegia fabricati essent ( Alij 40. putant) conformis, & uniformis doctrina tradiebatur, seclusi-s in amibus concertationibus, ex Optato Mile uit.lib.3.contra Parmenianum,quippe recte iudicabant , nihil tam à rebus diuinis abhorre, quam ad disputationes quæ ad res improbabili-les,ac dubias pertinet: anhelare , & semper esse in hac re intentos , tutioribus,clarioribus recep-tioribus sententijs,derelictis; minime vero eas , quarum assertio certissima cujusque debet enucleare, & illustrare. Ita in proposito,ne rursus in Scholis Academica secta introduceretur,ad fu-turas nouitates præcludendas de plana, & ape rta S.Tho.

S. Tho. doctrina seruanda merito est prouisum.

V. pro Regnorum, & Monachiarum conservazione expedit vniuersitas doctrinæ; contentio enim, quæ solet ex doctrinarum nouitate initius sumere, paulatim crescens, auget dissidia, & latius vagata totius orbis reipublicas exerit, nec n. tam infelicitas consiliorum, quam ciuiles factiones fuerunt gradus ruinæ Regnorum, unde Plato recensit pluribus victorijs obtentis de Barbaris ab Atheniensibus [tantam] inquit est nostra Ciuitas victoriam consecuta, ut nunquam expugnari posse, nec ab omnibus hominibus cederetur, & sanè id verum visum est, neque enim aliarum viribus, sed nostris ipsorum dissidijs oppressi sumus.] & ratio est manifesta ex Lilio cum enim pars factionis ex domestico certamine inferior est, externo potius se ciui applicat, quam ciui cedat, ne succubuisse videatur, vnde ex Cicer. neq; solet esse discordiarum exitus inter claros, aut potentes viros, nisi aut vniuersus interitus, aut vitoria, dominatus, & regimen. Peiores autem seditione sunt in materia doctrinarum, quam de aliis rebus. Sicut enim nihil magis animorum vires vnit, quam religio, ita si scandatur, nihil magis separat, ac sciungit. Est autem quasi natuum, ut posteriores velint esse antecessorum præstantiores, vnde Roboam quia Salomone potentior, atque sapientior videri voluit, inde scissiones iste, quod ab eo defecerunt decem tribus, diuisioque regni, nedum nouos, & impios cultus, sed dissidia, & bella ciuilia peperit. Sic in doctrinis nouis possit accidere, ut veteribus Scholæ principibus, se sapientiores, earum inuentores asserere possent, ut non parum de veterum existimatio ne detraheretur, corumq; scripta felicia ad summum extenuarentur, dormiente antiqua gratia, ex nouorum ingrata memoria, & irreuerentia. Inde (non secus factum est in Ierooboam) ciuiles factiones orinentur, his veteres, illis nouos defendantibus, eo periculo, ut nedum Religio, sed etiam regna turbata inclinari possent. Grandis est Philautia spiritus nostros fetus amandi, & si de Tigride dicit Elianus (quod animal Philotecon vocat) usque ad naues prosilire, ut interceptam prolem recuperet: longè depugnarunt nasutuli pro suis phantasijs, quas in prima ætate, abiectis fidelium præceptorum placitis imbibierunt. Hinc etiam in omni facultatu genere tot dissensiones enatae, ut Cyclopicas factiones exuperent. Prudenter ergo vniuersitas doctrinæ, non solum pro religione, sed etiam pro regnis seruandis, ea via à Salmanticensibus reperta est, ut doctrinam SS. Aug. & Tho. illa Academia profiteretur, & ob malum nedum in antiquis, sed in modernis hereticis deprehensem, ipsius Germaniæ ruina, quæ non nisi à similibus factionibus subuersa est.

VI. ut facilius, & citius ad Theologicam sapientiam perueniatur, nam ex libertate ingeniourum, vnuquisque se authorem facit, & Duncem, dignatus sub veterum vexillis militare, inde ex hac gloriola orta illa scribendi caco hetes, qua homines scripturiente hoc seculo laborant, ut quicquid inter pocula, in itineri-

bus, in somnis fallaci imagine quoque occurrat, in lucem prodeat, & singula nostra opinata, & cogitata pro oraculis haberi velimus, & vt posteriorum Doctorum lucubrationibus legendis locus detur, ueteres relinquuntur, codicibus certantibus cum bladis, & tineis. Longe alia fuit Veterum ratio, qui non vnius diei periodo, Theologi facti, sua monumenta euulgarunt, sed in Academijs discussa, disputata, uetustate roborata, multorum annorum curriculo cribata, exagitationibus, in publicum emiserunt. Nonum in annum pressa poemata euulganda pronunciavit ille, & Isocrates Panegyricum suum decennio explicauit. Plato Dialogos suos ad octuagesimum annum cognovit, atque refinxit: soli scoli abortiuum parere cupiunt, & suos fetus edere. quid tandem? fetus editi, è debili seminis uirtute, quos robustos pariet? & in quos fetus terminabunt? in euanidos, & emortuos pene homunculos.

*Qualia nunc hominum producit corpora tellus.*

eam cacohetem diligenter S. Basilus annotauit in ep. 74. dicendo. alter ex illis, de quibus vos admonemus, est Apollinaris haud parum, & ipse Ecclesiastis contristans facilitati namque scribendi qua per occasionem ad quous irrepfit, coniunctam eorum habens sufficientiam lingue facultatem orbem libris suis repleuit, Contemptu Ecclesiaste, qui cauendum esse dicit, ne multi libri fiant, in multitudine autem certum est quod multum delinquatur. Hec autem inconuenientia tolluntur, & parandi robustiora, solidiora, datur occasio, si Aug. & Thomæ disciplina imbui patiamur.

VII. Quia cursus Theologi magno discipulorum profectu citius absulerentur, & quatuor annorum spatio tota summa Sancti Thomæ absolui posset: dictandi difficultas, atque scribendi in Scholis tolleretur, & tempus illud ut supra innuimus, quod in scribendo, uel exscribendo à lectoribus consumitur, consumetur in fontibus legendis probatissimorum autorum, maximè veterum Schol. PP. Conciliorum, Ecclesiasticæ historiæ: quare, & eruditiores, & sapientiores euaderent nedum discipuli scribentes, sed lectores, qui scriptorum commentariorum syluam sibi compararunt, ex vniuersis locis, & ex papiro in papyrus describunt, & summam S. Tho. nec in solo textu inspexerunt, vnde ad hæc omnia auserenda probatissimi Principes ab Academia ad eos sequendos meritò propositi sunt.

VIII. Quia si maximo religionum bono, certis doctoribus se addixerunt Religiosi Mendicantes, ut Franciscani sequendo Scotum, Carmelitani Bacconem, Augustiniani Egidium, Dominicani S. Tho. cur non debebat Academia Salmant. Augustino, & Thomæ fasces submittere? extabat constitutio Salmantina, ut Cathedratici Vniuersitatis Scotti, Durandi, S. Thom. his DD. esset addicti, nec citarent alios authores (ex Antonio Nebrissensi in vna reperitonum suarum) non ob aliud, nisi, ut inconuenientia nouitatum euitarentur, & confusio

usio , tanta temporis iactura , non ne prudenter nouis extortis , vel futuris inconuenientibus obuiandis , se addixit Augustino , & Tho. eadem vniuersitas , vt in conclusionibus ab illo Academici non discenderent , quas communiter recipi perspectum habebat Academia , & vt vniuersales Magistri , recipierentur , & citarentur in quo- uis Tribunal , & materia , duæ orbis columnæ Aug. & Thomas? illum profectum introducere optauit , vt ex optimo trito , cibaria optima fieren , & visitato pane quo tot seculorum tra- ctu Dei populi enutriti sunt , eodem quoque ci- bo securi vescerentur .

Plures alias rationes attulimus in nupero lib. iam in lucem edito , de sacro deposito Aposto- lico c. vlt. vbi ex professo hunc locum tractauimus defendendo insignem Salmanticensem Academiam ; illum legere Lector ne grauetur .

### C O N C L V S I O

*Sapienter, & prudenter Academia Salman- tina iuravit in verba SS. Aug.  
& Thomæ.*

R Espondeo dicendum , vt dicit Clem. Alex. 7. strom. quod eo magis laborandum est in asequenda , & tuenda veritate , vt examinetur quomodo sit exactè , & perfectè uiuendum , & que nam sit uera pietas , & cultus in Deum , quod magis varij modi sunt persuasionum inducen- tiū , & promittentium ueritatem , & abstrahentium à veritate , & hoc illustrat exemplo . Quomodo si una via sit regia , & multis etiam aliæ , que ferant ad fluuium rapide fluentem uel ad mare profundum , nō dubitauerit quisquā viam ingredi propter dissensionem , sed utetur via regia , & trita , & seiuincta à periculo , ita cum ali jalia dicant de ueritate , non est dis- dendum , sed est exactius , & licentius inquirendā eius exactissima , & accuratissima cognitio . Quod dixit Clemens in fidei materia , & dog- matibus , idem in materijs Theologicis fieri debet , vt potius viam regiam , quam abstrusas vias ducentes ad precipitum , sequi debeamus , ad cognoscendum ea , que conducunt ad perfectè uiuendum , quod sit per doctrinam moralem , quam id quod congruit pietati , & cultui , quod ad dogmaticam , & eiusdem dissensionem per- nit . Ad huc autem scopum via reperienda est , que ad huiusmodi conducat finem . Nam sicut ad salutem necessaria est pura , & catholica doctrina ( vt enim recte Aug. 7. confess . ultimo aliud est , de filiis trii cacumine uidere Patriam pacis , & iter ad eam non inuenire , & frustra con- nari per inuia circumobſidentibus fugitiis de- fensoribus cum principe suo Leone , & Dracone : aliud tenere viam illuc ducentem cura cœlestis Imperatoris munitam , ubi non latrocinantur , qui cœlestem militiam deseruerunt , vitant . n. eam sicut supplicium ] & haec via est Catholica di- sciplina ) . Ita in sacra doctrina Theologica , que fidei conseruat , & explicat , via recta , & non in via necessaria est , ne aberrare contingat à trami-

te catholicæ veritatis , & in desertores angelos malos incurritur . Quia vero inter vias regias , quales sunt etiam ceterorum doctrina Aiensis , Bonau. Scoti , vniuersalior , communior , tritior via Aug. & Thomistica communiter habetur , qui exactius omnia Theologiaz sum moralis , tū spe- aulatiuæ pertractarunt , & robustius hæreticis re- stitutunt , vt nullum argumentum ab hæretico fieri possit , quin hōrum Ducum doctrina tanquam nebula dissoluatur , nullūq; dogma sit , quod per eandē nō confirmetur , & explicetur , rationabiliter his DD. fasces submisit Academia insignis Salmanticensis . nam si discipuli Socratis , vt refert Apuleius eius sc̄tam ( quam & si supersticio- nē Sanctam dicebant ) adeo peroptarunt , vt in eius verba iurant , potiori jure Sacramento se abstrinxit , quantum fuit ex parte sua , ut faciunt Dominicanī , ad sequendam doctrinam S. Doctoris , & S. Aug. Non tamen fuit hoc iurame- tum præjudicium aliorum DD. nec n. eleuarūt doctrinam S. Th. & Aug. ( ut nec omnes senten- tias S. Th. etiam in indifferentibus ) ut tamquam dogmaticē haberentur , sed sunt rationabilis , & prudentialis prouisio , ut etiam in indifferenti- bus exercearentur , ad non discedendum ab istis ducibus , ut securius in maximis indiuisce adhærerent , nec transirent ad castra rebellium . unde Euagrius Græcus Autor uerissimè , & re- c̄tissimè scripsit , ex pruden- ia Ducum , & obe- dietia disciplinaq; militari , bona ingentia sequi , & hoc iugo dissoluto , omnia euerti , atq; turbari ] Certè ut Perez scripsit de Eccl. dub. 23. [ si ad euī anda scandala , vel maius bonum fidelium , aliquā philosophicam opinionem amplectendam , Ecclesia præciperet , vt suauius mysteria fidei defenderentur V. G. quod mulier nihil actiū fabministret in conceptione , non eleuaretur il- la sententia ad fidei dogma , sed esset canon cor- respondens gubernationi Ecclesie pro bono fide- lium , & dogmatum tuitione , vt re uera esset . similiter se cogerer ait vniuersos fideles . vt iuraret in verba Magistri non fecus , ac Dominicanī iurant , non propterea dogmata D. T. ho. reddere , en- tur dogmata fidei , sed tantum canones prudentis gubernationis , nam non proponeretur à Ponifice tanquam diuinitus reuelata , sed vt proponuntur à moderatoribus Dominicanæ familie , tanquam dogmata maximè coherentia cum Euangelica- veritate , vt apprimè conducibilia ad hoc , vt alumni eius non circumferantur omni vento do-ctrinæ ] ita in proposito dicendum , quod eum Academia tam illustris iuramento se af- strinxit ad sequendum doctrinam SS. DD. Aug. & Thomæ , non ut dogmaticam doctrinam in omnibus assumpsit , sed solum in rebus ad fidem pertinentibus , & in adiaphoris , ut condu- cibilem ad eius dissensionem se etari uoluit , & prudentiali statuto decreuit , ne ab horum sententia Academicī declinarent .

Ad primum responderetur . Plures quidem ca- thedras institutas in uniuersitate Salmantica , sed cū discrimine , nā ut in statutis haberetur tit. 12. n. 14. quāvis cathedralicus Scoti eius doctrinā p- legeret teneatur , tñ in resolutione quāvis nō ad- stringitur ad sequelā eius , quin ab eius sententia resiliat .

resilire non possit. Cæterum cum de doctrina S. Tho. loquitur statutum, ait in cathedra pri-maria vespertina lectors teneantur legere 4. sententiarum libros, hoc modo quod legant par-tes S. Tho. in primo anno à prima q. usq; ad ma-teriam de Angelis &c. vbi ratio appetat statu-torum. voluit S. Tho. fore inter Theologos, vt corpus iuris inter iuristas, & sicut Hipocratem, & Galenum inter medicos, vnde in statuto 10. tit. 6. studentibus grauatis ære alieno, & coactis ad vendendos libros pro soluendis debitis, tan-tummodo necessarij libri relinquuntur pro suarum lectionum cursu, nimirum ( ait statutū ) ius canonicum, & ciuile Iuristis: partes summa S. Tho. Theologis, Medicis vero Hippocrates, & Galenus. Non ne vt principem agnoscit Aca-demia S. Tho. dum priuilegiatos facit studentes Theol. vt non secus, ac Iurista libros vtriusque iuris, & Medicis Galeno, & Hippocrate nullo modo expoliarentur? Indicavit insignis Aca-demia, etiam si ceteris absq; Thoma confari-narentur Theologi authoribus, non adeo profi-cere posse, & cum iolo Thoma etiam alijs libris distractis, atque consumptis, Theologos magni nominis euadere posse. certè, vt dixit Clemens Alex. exhortatoria ad gentes. Nemo eam, qua- vera verè est sapientia, optat excindere, & ær-ferrouè commutare, contradicere ergo iam aper-te Angelico Doctori, nihil aliud est quam sa-pientiam excindere velle, & aurum pro ære, & ferro velle commutare, & absq; duce, & præ-coptore veritatis adyta velle penetrare, & dum absque verbo veritatis operantur aliquid, vel loquuntur sunt similes. ( vt dixit idem Clemēs ) ijs qui conantur ingredi absq; pedibus. Quod si sapienter, & solide à summo Pontifice Urbano V. Tholosanæ Academiæ iniunctum est, vt B. Tho. doctrinam tamquam veridicam, & catho-licam sectaretur, an culpanda est Academia Sal-mantina, quæ quod uni dictum est, ad seipsum extendit? quis nescit, quod tali uniuersitati di-cetum cæteris dictum intelligitur ex c. in causis de re ludicata, & l. s. quis sermo C. de furtis, & ex DD. unus modus extēsionis est per æquipar-antiam. Quando uero his munimentis, & præsidij non posset iustificari iuramentum, ex eo iustificari potest, quod una quæque uniuer-sitas potest statuta condere in rebus ad suam gubernationem pertinentibus cap. cum omnes de constitut. & ex Bulla particulari id potest ( etiā si antiquæ constitutiones non essent ab Apo-stolica Sede firmatæ ) dummodo sint à 2. par-te edita statuta, at in casu nostro etiam si con-stitutio Martini V. obstat uideatur, tamen ex eadem Sede Apostolica concedente, quod pos-sint fieri statuta contraria, dummodo sit 3. pars claustris; dum hic toto ciaustro concurrente nul-lus extitit, qui moram à suffragio tradendo re-tardarit, suo priuilegio leſa est? Non ergo statuta infringuntur hoc iuramento, quin potius firmantur, nec libertas captiuatur, nam optimi carceres sunt ueritatis, qui ad custodiā ser-uant hominem, ut à simili dicebat idem Cle-mens, oportet, vt exilio, vt qui his dñinis sunt scripturis assignati, exsilliant eas esse.

optimos carceres, à quibus emittatur sapien-tia, ad quamcunque viæ partem ij conuerse fuerint &c.

Ad II. Nulla fit iniuria S. Bonaventuræ, nec religioni Sancti Francisci, quod S. Doctor ab Vniuersitate aries gregis fuerit denotatus, si-cut nec iniuria fit Thomisticis Academijs, quod Scotus pro Scotistarum Principe habeatur, quis vñquam dicere audebit S. Francisci fa-milia iniuriam irrogatam, quia Scotus, Cathe-dram in Salmantina vniuersitate meruit, quam non obtinuit S. Bonaventura? an quia non ob-tinuit Egidius fundamentalis DD. Cathedram in Vniuersitate Salmantina, præiudicium factū est Augustini familia? an quia Bachonus, vel Thomas Vualdensis proprium suggestum non obtinuit in eadem Academia, Carmelitana familia iniuriam passa est? nulli fit iniuria, qui iure suo vtitur, & qui electionis huius non il-lius suas habet rationabiles, & iustissimas causas. vñusquisque certè Scholasticorum classicorum proprium quid, & speciale habet, vnde excel-lentiam sibi vindicat: tamen nullum præiudi-cium factum est, quod oculos omnium attraxer-it S. Tho. vt eum præ ceteris eligerent, sicut & in Sanctorum prætrocinijs quoque intuemur quod si hic S. Apolloniam, ille Agatham, iste Pantaleonem, ille Rochum p̄o peste in tute-lares sibi adsc̄scit, non præpterēa alijs SS. iniuria infertur, quia ex particulari deuotio-ne, vel ex particulari prærogatiua, vel be-nificio obtinendo, magis huic, vel illi Sancto afficitur. Sicut ergo cum Regnum, vel Re-publica, quæ S. Rochum ( vt factum est à Conc. Basiliens.) patronum, & tutelarem nun-cupat, aut p̄o peste auerſenda, Sancto Bonauenturæ iniuria facta non est; ita prouita-te arcenda tanquam peste doctrinæ Catholi-cæ, ( imo ne paulatim eò tenderetur, vt in cathedra pestilentia federent homines deriso-ries, & contemptores Patrum ) S. Thoma vt & S. Augustino voluerunt esse addicti tan-quam peculiaribus patronis, imo, & curatori-bus eius morbi nouitiae uanitatis, qui semper non suram, sed antiquorum DD. inculcantes, ex antīquitate sanam doctrinam tradentes in-finites morbos, curarunt: vnde Pius V. dixit in bulla Doctoratus Angelici, quod eius do-trina orbis terrarum à pestiferis quotidie erroribus liberatur. sed quam iniuriam irrogauit Sal-manticensis Academia S. Bonaventuræ, qui qui hortationem Urbani V. de ampliandâ do-trina S. Tho. ad Tholosanos facta, ad suos quoq; magistros extendi iuramento procurauit? si haec iniuria reputatur, calumnij dicatur potius obnoxius Urbanus V. qui S. Tho. doctri-nâ ampliandam nulla facta mentione Scotti, vel Bo-nau. Apostolicis litteris hortatus est. Sed & si S. Tho. yellet gloriari se supra Bonaventur. cū plu-ribus elogij, & titulis cohonestatus ab Ecclesiæ Rom. Pastoribus, vt supra visu est, nō effet inspi-piē. Sed humiliis Tho. has cōparationes nō amat. Sed qua ingratitudinis nota aspergatur Sal-mantina Academia, nullo pacto concipi potest, dato. n. sed non concessso quod opponit, quod

S. Thom. ab Alensi suffiratus esset, & auditor Alensis fuerit ( de qua re præcedenti articulo 11. discussum est, & ut fabulosum tale somnium reiectum est ) ingratitudo locum haberet, si debetum honorem non impenderet . Quando autem Alensem suam doctrinam insonantē Salmantina Academia audiuit , vt eo postposito , Thomæ se addicendo , ingratitudinis nota inuri promovererit ? At quæ fuita fecit S.Thom. an quia positiones præcedentium, & aliquas easq; paticas rationes ab Alberto , & etiam Alensi recensitas in meliorem formam rededit, vel methodo clarior collocat &c. ? an solum doct̄or noua, non vetera tradere debet? frustra legeremus, & obtulerunt puerum Heli , quem locum explicans S.Greg. in 1.Reg. lib. 1. ait, [ quid est ergo quod puer Samuel Heli oblatus afferitur, nisi hoc, quod aperte cognoscitur, quia quisquis prædicto ( vel scribendo ) alijs prodeſſe niſit, non solum noua scribere debet, sed etiam vetera . Vnde Dominus in Euangelio per parabolam dicit, ideo omnis scriba doct̄us in Regno Cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera &c. & mox aperte igitur Samuel Heli oblatus afferitur, quia ſolum ſufficienter noua prædicat, qui eam rationem, qua intelligentia ſunt vetera, non ignorat . ] fures autem illi ſunt, qui, vel ab alijs oblati ſibi attribuunt, vel ſuo nomine attritulant, ſicut fecerunt Philosophi à scripturis nostris ſuffurantes, vnde à Clemente Alex. fures, & latrones vocantur: vel etiam qui vera ſalis admifcent, vel inopinabilia, & improbabila cum opinabilibus, vel probabilitibus, vnde ab eodem lib. 1. Strom. ſic ſcribitur. [ Latro autem, & fur dicitur Diabolus , qui Prophetis Pseudoprophetas admisit, tanquam frumento zizania . Vide quæ in toto articulo 11. tratta ſunt pro diſſolutione huius, & ſimilis caluniae .

Ad Confirmationem respondetur ad authoritatem Gersonis, non eſſe tanti momenti, vt ponat in numerum cum DD. classicis, multis enim maculis eſt reſpersus, non bene ſentiendo de au- theritate Papæ illum Concilio ſubjiciendo, D. quoq; Chaterinam Senensem ſugillat in tractatu de exam. doctrin. & I.P.Greg. XI. reprehendit, quod Auenionem deſeruerit, & Romæ Sedem reſtituerit mulieri fidem adhibendo. non eſt ergo mirum ſi nec S. Thomam ijs laudibus eſt prosequutus, quibus illum coheretare ſas erat, fortaffe illum offendit, quod ſuę positionis ſuperioritatis Concilij ſupra PP. apertissimus eſt noſter Aquinas deſtructōr. Solum ieiunè hæc verba de S.Doctore pronūciat ep. contra Rufbrochium ad fratrem Carthuſiens. Thomā, Bonau. Alex. optimè locutos reducendo omnes DD. priores ad unā ſecuramq; locutionis proprietatē, ſed ſua ſit laus Seraphico Doctori, nō deſtituitur Angelicus ſuis encomijs, ſit ardēs Seraphicus & carbonibus ignitis labia purget, Cherub noſter paradisi, cui plenitudo ſcientiæ tribuitur, viam ligni vita, & ſcientiæ cuſtodict, habēs gladium flammeum, & versatilem, ad rebelles ar- cendos, ne impuri noſtra myſteria vita contingant . Si in illo ardorem miratur Geron ex affectuā doctrinā, hic præ ceteris ſplendorem

sapienſia ex Scholastica licet admirari [ mira dicebat Greg. homil. 10. in Ezech.] dispensatione omnipotens Deus ſic in electis ſuis dona, dispensat, vt & iſti dei quod illi denegat, & alteri maius, quod alieri minus tribuit, quātenus dum vel iſte habere illum conſpicit, quod non habet, vel ille hunc maius accepisse conſiderat, quod ſibi minus addeſſe penſat, dona Dei alter in altero, iudeſt viciffim omnes admirantur, atque ex hac ipſa admiratione humilietur alter alteri, & quem videt habere, quod non habet eum diuinō iudicio ſibi prælatum putet . & mox exemplificat de Paulo Apoſtolo, qui Apoſtolorum innocentiam imitatus dicebat 1. cor. 15. ego sum minimus Apoſtolorum, & Apoſtolorum primus in Paulo minabatur ſapien- tiam dicens 2.Pet. 3. ſicut, & chariffimus Fr. noſter Paulus ſecundum datam ſapien- tiam ſcripſit, & poſtmodum ſubdit [ Hoc itaque omnipotens Deus facit in cordibus hominum, quod facit in regionibus orbis terrarum . Po- terat namque una quilibet (Deus) regioni fru- ctus omnes tribuere: Sed ſi una quilibet regio alterius regionis fructu nō indigeret, communione cum altera non habuisset . Vnde fit, vt huic vini, alijs vero olei abundantiam tribuat &c. vt cum illa defert, quod iſta non habet, & iſta reddit, quod illa non detulit, communionem gratiæ ſuo ſimil etiam diuīſe terræ coniunctæ ſint: Sicut ergo regiones terrarum, ita ſunt men- tes Sanctorum, quæ dum viciffim ſibi confe- runt, quod acceperunt, quaſi fructus ſuos, regiones regionibus impendunt, vt in una omnes ob- ratiſe iungantur . ] admiremur in Bonauentura excessum affectionis in ſuis ſcriptis, ſed non dignandum eſt, in Thoma ſapien- tiam admirari, oiem quod eſt pabulum ignis i.e. ardo- rem in Bonau. laudet Geron, celebremus, & roſ ſapienſia vinum in S.Thoma, ſed vinum quo- que quod germinat virgines: ſit Sanctus Bonauentura Ciuitas delicijs affluens Theologie my- ſtice; pro utilitate Ecclesiæ, & maiori bono eu- ſit Ciuitas S.Thomas, ubi ferrum, & ſed terra tollitur, ad præliandum bella Domini . Sed dū ſubmordet Geron nimiam ſpeculationem in S. Tho. vel exterrarum disciplinarum copiam, cautus ſit ne Apoſtole Iuliano det manus ve- tanti Christianos diſcere exterram ſapien- tiam Philistinorum aſtutiam imitanti, qui ne ad- uerſus eū ab Hebreis bellum inſerretur, fabri- lem artem filijs Israel interdixerunt .

Ad III. eadem obiectionem literat contra San- ctos tertii ſeculi, qui poſt PP. primi, & ſecundi ſacculi docuerunt in Eccleſia, ſi contigil- ſet iurari tempore Sancti Augustini de non- diſcedendo ab eius doctrina &c. quod ſtul- tum eſſet afferere. Vel dicendum nihil officere poſteritatē DD. eorum authoritatē, quando cū prioribus in fide conſpirant, & priores explicat, & noua, veteribus tamē conformati, antiquæ do-ctrinæ explicando ſuperaddunt, talis depræha- ditur doctrina Aug. & Tho. quæ à præcedentiis SS. doctrinis non diſcrepat, ſed conuincit eſt, licet illi fuerint priores, illi poſterioriſt vnde Greg. 29. moral. c. 16. [ Stellæ Pleiades ſicut

sunt supra dictum est, vicinitate sibi coniunctæ sunt, & tamen disunctæ. Simul quidem sitæ sunt, & tamen lucis sue variatim radios fundunt, ita omnes SS. alijs ad prædicandum temporibus apparentes, & disuncti sunt per visionem sue imaginis, & coniuncti per intentionem mentis. Simul micant, quia unum prædicant, sed non semetipos tangunt, quia in diversis temporibus partiuntur. I. hoc est breuius dicere, ut idem S. subdit. Diuini quidem fuerunt tempore, sed non prædicatione, vnde, & hoc ipsum admirabile est, quod licet posterioribus temporibus edita sint multa opuscula verutissimorum PP. quæ SS. Aug. & Thomas legere non potuerunt, tamē concordis reperitur doctrina SS. Aug. & Thomæ præcedentibus PP. doctrinis: è contra vero nolentes unitatem doctrinæ horum Sanctorum, & multiplicitatem cum nouitate doctrinarum affectantes, à priscis DD. aberasse quoq; deprehendi posset, & per deuia incedere, vnde de his dici posset, quod scriptū est Prou. 21. qui aberrauerit à via doctrinæ, in catu gigantum commorabitur, quia ait Greg. 17. moral. 12. iter rectitudinis deserit, quorum se numeronisi spirituum superboram iungit, & iterum ex eodem exponente illum locum, veruntamē in dilusio aquarum multarum ad eum non approximabunt, sic dicitur [per aquarum ergo diluvium multiplicitatē intelligimus doctrinārū], à quibus Paulus nos prohibet dicens: doctrinis varijs, et peregrinis nolite abduci: quisquis enim hereticus, & prophanas nouitates suscepit, longe à veritate abducitur, & eo ad littus miserice Dei non approximat, quo inanum garrulitatum fluctibus raptus, in procellosam se disputationum caliginem omnes recipiens ineptias, iactat] Iniuria quoc; est obiectio in Ecclesiam Latinam, quæ S. Tho. opera probauit eiusque Catholicam, & veridicam doctrinam dilatandam hortata est, etiam si postmodum in lucem prodierint alia opera Græcorū PP. quibus cum experimento probatum sit, non contradicere doctrinā S. Tho. imo per eorum dicta, amplius doctrinam firmari, & roborari, vel ex hoc argumento probatur veritas doctrinæ S. Tho. imo totius Ecclesie, quæ doctrina S. Tho. in tot Concilijs vsa est, imo, & in canones redigit, quod si contenderet adhuc proterius dicta S. Tho. per nouos Græcorum PP. codices translatos emendanda, videat ne consequenter inferrat: Latinam Ecclesiam per Græcam corrigēdā. Suo ergo modo de doctrina S. Tho. dici potest, quod Chrysostomus in Acta c. 2. de Sancto Petro interpretatus est: explicans n. locum illum, [stans autem Petrus cum undecim leuauit vocē suam, & loquutus est illis] Quid est ait Chrysost. cum reliquis undecim, communem quidem vocem edebant, at Petrus omnium erat os, sed abstabant illi undecim, testimonio suo comprobantes ea, quæ ab illo dicebantur.] ita & in proposito, si doctrinam S. Tho. inspicis, communis Patrum, & Scholasticorum vox videtur, adit ant illi tam qui S. Tho. præcesserunt, quem qui secuti sunt doctores alij, tam opera Patrum usq; ad S. Tho. tempora tradita, quam post S. Tho. obi-

tum opuscula DD. edita de eius ueritate testimoniū perhibent, commune etiam os est S. Augustinus, qui omnium Patrum linguis loqui uidetur in omni materia &c.

Sed & iterum alia responsione obiectio dicta dissoluit, uotum esse de meliori bono, non sic intelligitur quasi de inferiori bono, non possit emitti, sed in eo sensu dicitur de meliori bono, quod sit melius ipsum, quam eius oppositum in comprensibile cum ipso, ut patet de uoto castitatis: & iterum quod uouens melius bonum, non satisfacit si minus bonum exhibeat, & uouens minus, potest maius exhibere, ceterum de iuramento, quod fit homini, etiam Sancto, non est par ratio; nam iurans edificare Ecclesiam S. Basilio, non satisfacit si dedicet illud templum S. Petro, quia in iuramento assumitur Deus in testem ueritatis, & promissionis, cuius nomen in uanum assumeretur, si postea iuramentum non adimpleretur: prater quam, quod promittitur homini, promittitur in eiusdem utilitatem. Vnde iurans nuptui dare pueram, non satisfacit, etiam si monasterio, & alijs heroicis operibus talis eleemosyna impenderetur. Quare iuramentum hoc obligatorium est, quod factum est S. Thomæ, & Aug. etiam si multi alii PP. in sanctitate, uel doctrina præcederent.

Accedit ad confutationem argumenti, quod S. Tho. præclaro hoc elogio cohonestatus est, quod sit universalis Ecclesiæ præfulgidum lumen. merito ergo de tanto lumine sequendo iuramentum emissum est. Vnde S. Amb. ex planans illud: iuravi, & statui custodire iudicia iustitia tua, sic ait. Vox ambulantis in lumine est cum autoritate dicere: iuravi, & statui, qui n. statuit non mouetur, non metuit ne cadat, quia plus est statuere, quam stare &c. & mox. nemo bene iurat, nisi qui potest scire, quod iurat. iuratur indicium scientiae, testimonium conscientiae est, & bene iurat, qui ad lucernam Verbi pedes suos dirigit, qui lucem in semitis suis cernit. Lux tibi præeat, si iurare disponis. i. cognitio veritatis præcedat, ut vinculum Sacramenti tibi nō possit nocere &c.] cum ergo lux doctrinæ horū Doctorum omnibus sit manifesta, non est cur leue iuramentum hoc, & nullius momenti existimetur.

Ad IV. Respondetur, eam esse proportionē inter S. Scripturā, & doctrinam S. Doct. quos ad interpretationem, & explicationem, vt sicut non ab extraneis, nec hostibus Ecclesiæ, sed ab eiusdem filijs sensum accepimus (vnde & cautum est à Concilijs, vt non aliter, quam Ecclesiæ luminaria eandem interpretentur) ita & in explicatione S. Tho. optauerunt Salmantenses, & iuramento cauerunt, vt non ab exteris, & extorquentibus mentem S. Doctoris expositionem acciperemus, sed fidis Thomistis, qui mentem Sancti penetrarunt, vnde vt egregie Tertull. de prescript. dicebat, in dogmatibus non apud omnes esse quærendum, sed à filijs Ecclesiæ. [Quis seruus cibaria ab extraneo, ne dicam ab inimico Domini sui sperat? quis miles ab infederali, ne dicam ab hostibus regis donatum, & stipendum optat, nisi plane desertor, et transfuga et rebel-

rebellis? & concidit. [ Queramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro; idq; dum taxat, quod salua regula fidei potest in questionem deuenire ] ita in proposito nostro dicendum, non à percurrentibus mentem S. Tho. sed à réceptis communiter fidelibus Thomistis mentem S. D. venandam rationabile adjudicatum, & in nostro, & nostris quærendum salua regula. Ambitiosè verò Moderni aliqui in subtilitate nonnullos Capreolo, Caietano præferre conatur opposentes. Sed videant Lectores prudentes modernorum, & priscorum istorum Thomistarum opuscula, & à quibus ingenij occupata sunt meliora iudicabit. Multiplicitatem questionum, replicationem earundem rerum usque ad nauseam inopportunam materia um transpositionem, nec non, & concertationem infinitarum rerum, non nego reperiri in aliisibus modernis, quæ omnia vitanda S. Præceptor, ut patet ex proximo primæ partis admonuit. Item elaboratiorem stylum cum elegantia coniunctu non negamus, sed utinam in Scholis non esset introductus à nonnullis, fortasse rerum magis, quam verborum essent homines studiosi [ fuit (deplorabat Nazianz. orat. de laudibus Athanasij) cum res nostra florarent, & præclaræ se haberent, cum nimirum superflua hæc, & verborum lepore atq; arte fucata tractande Theologie ratio ad diuinæ caulas ne aditum quidem habebat ] Præclarè quoq; Clem. Alex.lib.6. fr. 6. cum distinxisset duas species veritatis, unam in rebus, alteram in verbis scripsit [ Quoniam ergo duæ sūt idæ, seu species veritatis, nempe nomina, & res, alij quidem dicunt nomina, qui in ornatu, & elegancia versantur orationis, cuiusmodi sunt apud Græcos Philosophi, res autem sunt apud nos barbaros ( Sic enim Christiani à Gentibus vocabantur) mox subdit. Iam vero Dominus non frustra voluit uti vili, & humili forma corporis, ne quis speciem laudans, & admirans pulchritudinem, absit ut ab ijs, quæ dicuntur, & attendens ijs, quæ relinquntur, abducatur ab ijs, quæ percipit intelligentia. Non est ergo versandum in dictione, sed in ijs quæ significantur. De Scotis, & Nominalibus ita in suo genere cuique debetur laus ( ut etiam reliquis modernioribus, cum à veritate non deuant) unde & Scot. cathedrali præmeruit in Universitate Salmantina, maxima cum sua suæq; schola laude.

Ad V. si principaliter Theologia S. Tho. versaretur circa eiusmodi formalitates, & entia rationis, nec non ad Philosophiam pertinentia, verè reprehenderentur iuratores in verba tanti Magistri: nunc verò hæc omnia assumpta sunt in obsequium, & explicationem S. doctrinæ, quare in ordine ad Theologæ explicationem assumuntur unde Aug. 6. de Ciuit.c.2. non omnia, quæ gesta narrantur aliquid etiam significare putanda sunt, sed propter illa quæ aliquid significant, etiam ea quæ nihil significant attexuntur. Solo n. vomere terra proscinditur, sed ut homini seruire possit, etiam cetera: aratri membra sunt necessaria, & soli nerui in citharis, atq; huiusmodi vasis musicis aptant ad cantum, sed ut

aptari possit insunt, & cetera in compagibus organorum, que non percutiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa resonant, his connectuntur, ita in prophetica historica dicuntur aliqua, quæ nihil significat, sed quibus adhærent, quæ significant, & quodammodo religentur] ita in nostro proposito dicendum est; Quæ ergo Physica sunt, & ad fidem non pertinentia, ad fidem valde conducent, unde nihil prohibet circa utrumque posse versari iuramentum. Sed verus quorundam hæc fuit cantilena Philosophiæ exußiantiū. Non me latuerunt dixit Clem. Alex. 1. Strom. ea, quæ ab aliquibus imperitè tumultuantibus iactantur, qui dicunt oportere in ijs versari, quæ sunt maximè necessaria, et quæ fidem continent, extera autem, & quæ sunt superuacanea transilire, quæ nos frustra contemnunt, & derinent in ijs, quæ ad finem nihil conferunt. Sed bene dicit Clemens Philosophiam esse diuinum opus prouidentiæ, & quærelis, Respondebat dicendo, quod licet multa ad finem non conferant, artifici ornamentum afferunt, & alioqui varia, & multiplex doctrina, & Variè probat id quod adducitur, & cathocumenis admirationem afferens, & quæ sunt præcipua dogmata ad eorum, qui audiunt persuasionem deducit, & ad veritatem. Ipsæ dissensio quoque Philosophorum ( ait idem ) veritatem conciliat, unde consequitur cognitio, non quod per principalem rationem ingressa sit Philosophia, sed quod per eum fructum capiamus ex cognitione verae comprehensionis, firmam, & stabilem suscipiamus permanzionem, propter eorum, quæ subintelligunt scientiam, nec permixatio errorum verae Philosophie deterret Theologie, quin Philosophia preceptis utatur, in ordine ad Theologiam. quomodo. ait Clem. lib.6. in barbara Philosophia nempe doctrinis Prophetarum, ita etiam in Græca seminata sunt Zizania ab ipsò vero Agricola Zizaniorum. Unde etiam, & quæ sunt apud nos exortæ sunt heresies in bono, & genitali tritico: & qui Epicuri impietatem, & voluptatem et quæcumq; alia sata sunt, prius rectam rationem, diuinitas date agriculturae sunt Græcis fructus adulterini. timere ergo de Philosophia ob falsa, quæ sunt permixta, est larvas timere ( ait idem ibidem ) præsto quoque ( ait idem ) Philosophia, si excusat, hoc est vere sapientia cognitione, in dulcem prorumpit fructum, unde dicit quod Philosophus [ agrefi oleo assimilatur, cum multa habeat non contenta, properea, quod & lubenter inquirat, & facile assequatur, & pinguedinem appetat veritatis, si per fidem, diuinam accepit virtutem, in bonam, & mitem insertus cognitionem, tamquam oleaster infitus in sermonem verè pulchrum, & misericordé, & quod traditur nutrimentum concoquit, & fit bona, & sativa oliua. Hæc ille. Unde apparet quātum conducat Philosophia ipsi Theologie. Amplius idem Clem. lib.1. assimilat Philosophiam Agar, Theogiam Saræ; ad Agar ingressus Abrahā ad liberorum susceptionem, sed ex Saræ suscepit legitimam prolem nempe Isaac [ per Isaac autem ait Clem. is qui per se didicit indicatur ] ex congressu cum fideli sapientia: verum insolente Agar contra Sarai meritō

meritò dictum est. Ecce ancilla in manu tua est, utere ut libet, quæsi diceret. Secularem quietem amplectior doctrinam, & ut iuniorem, & ut conseruam scientiam autem tuam, ut perfectam Dominam honoro, & colo, & afflixit eam Sarra, quod perinde est, ac correxit, & admonuit. Rursum idem Clem. iure suo Theologia, vbi veritatem inuenit, sibi assumit. Multa quoq; reperimus, tam in barbara, quam in Graeca Philosophia, apud Philosophos, & hereticos, quæ omnino absurdā nō sunt, etiam si alijs multa falsa habeant, & tūc assimilantur Bacchis, quæ Penthei membra euulserunt. Aeternæ namque veritatis aulsam quandam particulam non Bacchi mythologia, sed ex verbi, quæ semper est Theologia, decerpst. Qui autem diuisa rursum composuerit, & perfectum verbum unum fecerit, scias futurum, ut veritatem citra periculum contempnetur. Hoc autem præcipue præstitit S. Tho. in sua summa, multiplicem. n. doctrinam attulit Philosophorum, in admirationē mysteriorum nostrorum, ex Philosophorum disfidijs firmam ostendit veritatem, oleastrum in bonam oliuam inseruit, ex Agar prolem suscepit, & in solestem in dominam correxit, aulas partibus à veritate ab extēris suffusatas in unum composuit. Qui .n. quod Aristotelem fecit Christianum, captiuando eius Philosophiā in obsequium Christi, ut timens, & tremens Lutherus de hoc obsequio, immerito obmurmuratur, dicendo Thomam fuisse autorem regnantis in Scholis Aristotelis, ut dictum est supra.

Ad VI. luce meridiana suat opera eius claria, quæ diligentia tandem, & opera Pij V. Pontificis Maximi in lucem prodierūt, & propter hanc calumniam explodendam, articulus specialis tractatus est: quenam opera sint D. Tho. præsertim p. 2. & 22. Quod dicunt: à religione S. Dominici factæ sunt additiones mixtuæ, reformationes, additiones: si velint opponentes falsarios dicere religiosos. S. Dominici non est hic locus A pologia contra detrahentes, si simplici animo correctiones factas indicare, hoc est potius industriam nostram laudare, & tanquam bene veritos orbis fateri, quod restituta vera lectione, & emendata sunt, quæ per appositionem, vel additionem, vel transmutationem aliter legebantur, non secus, ac sunt benemerti Pamelius qui id præstitit in Tertull. & Cypriano, Marianus Victorius in Hieronymo, Billius in Nazianzeno, Gentianus Heructus in Clem. Alex. Feuardentius in Iræneo &c. imo marty Lucianus in Biblij Sacris, Origenes, Hieronymus, & nouissimè Franciscus Lucas, ipsique Romani Pontifices Xistus V. & Clemens VIII. pro sincera lectione vulgata Mirum est, ut dicebat de S. Aug. Prosper, quod subtilissimis tractatoris disputationibus comprehensis, censura nunc distictior, & inspectio sagacior inuenitur, quod antea securus fauor, & benignitas iniuriosa non viderat.

Ad VII imo hoc iuramentum hereticos penitus destruit. Nihil .n. magis hereticis ridendi materiam subministrat, quam videre contrarias sententias contra veritatem defendi in magni-

momenti questionibus, vel pro defendēda veritate adduci noua, inaudita, paradoxa. Ipsi recenter contuersi ad fidem videntes contraria esse principia, quibus hic ab hoc prædicatore, ille ab altero ad fidem amplectendam suasi sunt, cum scrupulo relinquuntur, quod non sit vera doctrina, vereq; principia quibus imbuti sūt, cū contraria simul vera esse non possint, retardatur enim a differtur veritas dicebat Clemēs Alex. 7. Stromat. dum alij alia dogmata constituant. Propterea selectus est S. Thom. (cum Aug.) tamquam via regia incedens, ut contra ipsum non doceantur alia diuerticula contrariarum opinionum. Et licet variæ explications ad eius mentem assequendam relictæ sint Academicis, tamen pro ijs intelligendis, qui se Thomistas fatentur, diligens examen relictum, iisdem, ne verisimilitudine doctrinæ pro Thomistica Neo thomistica dogmata venditentur. Neq; enim [dicebat Clē.] si appositus sit fructus, & nus quidē verus, & maturus: alius autem factus ex cera, quam maxime similis, proprie similitudinem est abstinentum, ab utroque simul autem discernendum est comprehendente contemplatione, & principali consideratione verum ab eo quod appetet.

Nec est auxiliares copias præcludere, imò potius tutam viam præmunire, ne notitatiis semite aperiantur, & vehementer eisdem ob sistere. Potius opposentes (dum turres illas euertere conantur, & sub specie libertatis liberum campum volunt relinquere) hostibus ad oriendi Ciuitatem Dei, non leuem occasionem subministrant ex diuisione exercitus, qui tunc formidatur quando adhæret galeæ galea, & viro vir.

Ad VIII. satis iniuriosa obiectio illa est, tam insigni Vniuersitati, quæ non unum, vel alterius doctorem, sed multis non viuis, vel alterius facultatis magistros optimos, sed omnium, vel penè omnium habet, quare non est timendum ex interdictione nouarum cathedralium, vel non admissione nouarum opinio[n]ularum porrebat sublimitas eiusdem Academiae stabiliendæ, nec enim (ex Laertio) Athenæsis Academia in partes disjecta est, nisi ex partitione eiusdem in plures partes, quarū vna communī vocabulo Academia, alia Cinosarges vocatae sūt. Ad inane nomen certè contraheretur Theologia, si de nobo Okam, & simili um nouæ cathedra instituerentur noua .n. introducta cathedra, si noui Magistri nouitiolas opiniones introducerent, quæ antiqua placita receptaq; dogmata ablegarent. Nec ista limitatio ad S. Doctorēm sequendum, particulare studium constituit, sicut nec quæ Philosophis Aristoteles, & Galenus Medicis est præscriptus ab eadem Academia, vniuersitatis titulum perdidit. In sequendo Aristotele, ratum habuit Academia Auerois sententiam 12. Metaph. t. 18 sententia tamē Aristotelis est minoris dubitationis omnium sententiæ, et magis conueniens, ut vera sit. potiori iure id deprehendit in S. Thoma, ut illi soli se addiceret in Theologia Scholastica, vbi securitas doctrinæ periculum cadendi ausert, & minimum habet de dubitatione veritatis.

Ad

Ad Ultimam negatur cons. Antecedens admittitur, quod Doctor debet esse uarijs opinionibus instructus ad optima eligenda, non ut ex uarijs opinionibus indeterminatus maneat tanquam Asinus Buridanicus: absq; mente, quoq; dixit Clem. i. strom. sunt, qui absque mente, & scientia credunt opinionibus, ut pote, quod non oporteat, relicta recta, & sana ratione, ei credere, que falsi est particeps. Proprietary ad intermissionem hanc cauendam, & falsam electionem, determinati autores SS. Aug. & Tho. propositi sunt quos sequamur. Ad illud quod additur captiuari ingenia, ex sequela unius doctoris: hæc maxima perfectio est ingeniorum, dociles fieri per credulitatem ad superiores magistros, unde nec uituperabile est addiscentē credere, sed omnino expediens, sicut autem (ut scripsit Clem. i. strom.) non est permittendum auditoribus, ut ex comparatione faciant probationem: neque uerbum tradendum est examinandum ijs qui educati sunt in artibus omnis generis doctrinæ, & inflatorum argumentorum viribus, animam cum habent præoccupatam, & non dum exinanitam; sic non est permittendum, ut uera doctrina Theologica iisdem auditoribus, ut censoribus committatur, sed docili mente, & captiuato, ut non magistros ipsi captiuent, sed potius ab eis captiuentur. Vnde Clem. ubi dixisset. Si ergo fides nihil aliud est, quam anticipatio cogitationis, circa ea, que dicuntur, & hoc dictum est obedientia, uide captiuitatem, & intelligentia, persuasio; sine fide non dicet aliquis, quoniam nec sine anticipatione, mox subdit. Hoc est quod dictum est à propheta. Nisi credideritis non intelligetis. Nec profectus religionis tollitur, immo illud respicit iuramentum, ut profectus fidei sit, non permutatio, qua tunc fit ex Lerinensi c. 26. quando aliquid ex alio in aliud transmutatur, quod fit per nouitatem doctrinarum, cui malo occurritur, si scientia Ecclesiastica in eodem dogmate, eodem sensu, eademque sententia permaneat, vnde ut eadem esset sententia in speculabilibus, & operabilibus, rationabiliter iuramento cauerunt doctrinam SS. Aug. & Tho. sequendam vniuersitatis Salmantinæ proceros Profectus verò scientia factus est ex varijs ingenijs, sed qui veritatem indagare, cupiant, non nouitates introducere, sed si uiuerent Aug. & Thomas iuiquum esset eos arctare ad nouitiarum opinionum architectum, satis autem rationabile potuissent arctari, ut se arctarent, ad PP. autoritatem sequendam. Nunc autem cum, & ipsi quoq; propositi sint ut Magistri orbis, admonent lectorum tumidum derenerentia, illud dicendo (quod scribit 3. de Trinitate in principio Aug.) Noli meas litteras ex tua opinione, vel contentione, sed ex diuina lectione, vel inconcussa ratione corrigere; Nolens ex nouitate, vel apparentibus ratuculis earum robur passim infirmari. Nec ulli periculo exponuntur graduandi, vt cōtra propriam mentem, & sententiam veniant, possunt enim propria opinione relicta, alteri opinioni se submittere in ordine ad altiorem finem, nempè vnitatem doctrinæ Theologicæ, & precludendi adi-

tum nouis opinionibus, sicut etiam non est illūciūm confessario conformare se cum opinione pænitentis, dummodo sit in praxi probabilis.

Ad v'litum motiūm respondetur, illud esse vnum ex motiūs hæreticorum ad infringendas PP. authoritates, nec e penū hæreticoru erat extrahendum; cui obiectio præter solutiones superius datas occurrimus, dicendo eam sententiam Aug. locum habere si spectetur priuata authoritas Aug. ceterum respicendo approbationem Ecclesie de SS. Aug. & Tho. doctrina sequenda, meritò post canonicas scripturas in eminenti authoritate locantur, adeo enim secura est Aug. doctrina, ut dixerit Cœlestinus, quod Aug. sinistra suspicione, nec minimus unquam rumor aspergit, & Clem. de doctrina Thomistica loquens dixerit, quod doctrinam Theologicam sine ullo prorsus errore conscripsit. Vnde sapienter Academia his duobus se erudiendam tradidit, quam liberis magistris, qui absq; retinaculus antiquitatum, facile in precipitia labi potuerint.

Illud conari debemus, ut siue quis placita Thomistica, siue Scotica sequatur, id curet, ut totum ad Ecclesia perfectum ordinet, nam ex Aug. tract. 32. in Ioannem [Quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet Spiritum S. datur n. Spiritus S. sicut Apostolus dicit, ad manifestationem, quam manifestationem? sicut ipse dicit, quia alij datur per Spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae &c. multa n. dantur ad manifestationem. Sed tu forsan eorum omnium, quæ dixi nihil habes. Si amas non nihil habes, si n. amas unitatem, etiam tibi habet quisquis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo, tollam inuidiam. & meū est, quod habes: liuor separat, sanitas iungit Ergo si propria nostra auferamus, & non nostris placitis, sed communis orbis magistrorum doctrinis eruditri patiamur, lites, questiones interminabiles cessabunt, & pax Christi in unitate continens, de hostibus Ecclesie ex concordi etiam in indifferentibus illustriora, faciliora, frequentiora trophae reportabit.

### Solutiones oppositionum illius Moderni.

**A**D primum Baez. B nos mitit discipulos Christus Dominus, plures, & distinctos in suppositis, & personis, plures enim operari in messe necessarij, sed noluit hos plures esse magistros secundum formam docendi diuersis genijs se attemperantes, & diuersa loquentes, vt idem subiungit Baeza, in hoc enim sensu noluit eos vocari magistros, aliter nempe, & diuersa, & aduersa loquendo, quod clarius expressit Iacobus c. 1. nolite plures Magistri fieri fratres mei scientes quoniam maius iudicium sumitis, quema locum S. Aug. in prologo retractationum explanans dixit. Magistros autem plures tunc fieri existimo, cum diuersa atq; inter se diuersa sentiunt, cum vero id ipsum dicunt omnes, & verum dicunt ab unius veri magisterio non recedunt

&c. plures ergo illi erant, sed unum in magisterio erant, quomodo poterat illis adesse diuersa placita loquentibus, qui in doctrina consentientibus se ad futurum promiserat [ Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum &c.] per bellę Cyprianus de unitate Ecclesie, ita in unanimi doctrina consentientibus adest, quomodo & cum tribus pueris in camino ignis fuit, & quia in Deum simplices, atq; inter se unanimes permanebant, flammis ambientibus medio Spiritu roris animauit. Quomodo Apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, quia unanimes erant, ipse non fuit: ipse resolutis carceris claustris, ut verbum quod fideliter predicabant, multitudini traderent, ad forum rursus imposuit. Sic & binos elegit sed in unam copulauit magisterij formam, de quibus dicit Basilius relatus à S. Thoma in catena, ad denotandum, quod quamvis essent alii qui pares (ait) in spiritualibus donis, hoc nempe unitas doctrinæ non sinat in eis præualeare propriæ opinionis passionem. quomodo ergo unanimes fuissent, quomodo pacem seruassent, quomodo populi facilius conuersi essent, si propertaria plures electi, vt diuersa placita prædicarent? Ipsos quoq; A postolo dicit Tertullianus nationum adlectos magistros, in unitate tamen unius magisterij, unde subdit de præscript. c. 22. quod in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei Nationibus promulgauerunt, nec se attemperarunt diuersis hominum genijs, vel diuersis catechesibus, vel ordine, sed univisimenter, non solum quoad dogmata, sed etiam quoad personas, & methodum seu catechesim Euangelizarunt, nullam in his nec in modo, nec in personis, vel docendi ordine inducentes diuersitatem. unde idem Tertull. c. 26. in Ecclesia, ait. liberè predicabant, qui in synagogis, & in locis publicis non tacebant, imo neq; Iudeos conuertere, neque Ethniconos inducere potuissent, nisi quod credi ab eis volebant, ordine exponerent: multo magis iam credentibus Ecclesijs nihil subtraxissent, quod alijs paucis seorsum demandarent. Quamquam, & si quædam inter domesticos, vt ita dixerim, disserebant, non tamen ea fuisse credendum est, quæ aliam regulam fidei superinducerent, DIVERSAM, & contrariam illi, quam Catholice in medium proferebant, vt alium Deum in Ecclesia dicerent, alium in hospitio: & aliam Christi substantiam designaret in aperto, aliam in secreto: & aliam spem resurrectionis apud omnes annunciantem, aliam apud paucos: cum ipsi obsecrarent in Epistolis suis: vt iacipsum, & unum loquerentur omnes, & non essent schismata in Ecclesia, quia siue Paulus, siue alij eadem predicarent, alioquin meminerant: sit sermo vester est est, non non, quod amplius, hoc à malo est, ne scilicet Euangeliū in DIVERSITATE tractarent] vide nedum univisimitatem in sententijs, sed etiam in ordine, & catechesi seruatam, omnemque diuersitatem eisdem oppositam ab Apostolis vitatam, & Baeza 72. discipulis permisum docet, diuersa placita prædicandi esse demandatum.

Ad secundum motiuum. Agnosco in oculo

vno, & in uno crine colli Ecclesie unitatem fidei designari, & speculationem diuinorum, atq; cœlestium, quod ante Riccardus aduertit, sicut etiam ex eodem, unicum crinem, hoc est unam cogitationem, & præcipuam intentionem circa animarum salutem. Hec autem unitas à Deo est, & eius in terris Vicario, ntitur enim fidei nostræ diuinæ reuelationi per doctrinam unius Summi Pastoris manifestatæ. Sed Summus Pastor (vt dicit Tho. Vualdensis tom. 1. c. 47.) non nouas reuelationes cudit, sed propheticum, inquit butyrum, & mel comedit butyrum. i. PP. & mel, quod in cellulis industriosæ apes considerunt, hoc est Monachorum, & religiosorū doctrinam format, & aptat, nam in definiendo his locis etiam unitur, post scripturas. n. & traditiones inspectas, nempe locum ab autoritate Patrium, etiam Scholasticorum, quorum maiorū, vetustorum, solidiorum numerus in Monachis, & fratribus cernitur, quibus moderni succedunt: inter Patres autem, & Scholasticos iam vidimus, quod ex solo Augustino Romani Pontifices in materia prædestinationis, & gratiae, Pelagianos presfigarunt, doctrinam probarunt usq; ad ultimum iota, & ex solo S. Tho. vt patet ex Bulla Pij V. quotquot hæreses exortæ sunt in Conciliis profligatae, quare ut conuenienter in unitate, & securitate, & cœntilarat doctrinæ merito à Salmanticensibus iuratum est.

In mammis vero scio cū Greg. & non solum cum Cassiodoro, Iusto Orgelitano, & Beda, significari DD. sed cum Greg. Niss. & Psello, doctrinam ipsam, ita ut unitas doctrinæ in multiplicitate doctorum etiam commendetur, vt sicut in pluribus vberibus eiusdem qualitatis lac seruetur, nullam habens diuersitatem, ita in doctoribus diuersis eadem qualitas, & univisimitas doctrinæ conseruetur. Opus erat tot filii Ecclesie, vt de pluribus operarijs, & DD. prouideretur, sed ad rectam educationem, codem lacte erant pascendi, vt crescerent in salutem: certè, vt dicebat Aulus Gellius: sicut valet ad confingendas animæ, atque corporis similitudines viri, & natura seminis, non sicut ad eandem rem lactis quoq; ingenia, & proprietates valere, ita & doctrinæ qualitas, ad spiritualem augmentationem, & ingenia optima efformanda. Inde ex diuersitate lactis non recta educatio, sicut ex mala qualitate, qui a lupa geniti primi fundatores Vrbis, ad scutitiam, & latrociniā, & cædes inclinati, unde.

Fraterno primi maduerunt sanguine mari. Ouidius cuiusdam færitatem increpans scripsit:

Natus es ex scopulis, nutritus lacte ferino,  
Et dicam Silces pectus habere iuum,  
Et Dido ænea illud.

Perfidus: sed duris genuit te cautibus horrens  
Caucasus, Hircanusque admonerunt ubera  
Tigres.

Hagis ille quia mammis ceruæ enutritus, ex Iust. lib. 4. tantæ in currendo fuit agilitatis, vt in cursu, vel ipsos ceruos superaret. Observatum est, quod si hædi ouium lacte aluntur, vel agni caprarum, in his lanam duriorem crescere, in illis autem capillum teneriorem, constat. Agai etiam

etiam qui eaſu aliquo non à matre, ſed ab alia  
oue alantur, ex ſimilitudine, quam à nutrice  
trahunt, hos alio nomine vocari voluit Varr. II.  
de agricult. nempe [ſubrumi appellantur agni,  
cum mater parum habet lactis, & ſubſiuntur  
ſub alterius mamma, mamma n. rumus anti-  
quo vocabulo dicebatur, inde rumare, ſuggere  
ſignificat], idem in arboribus cōtingere frequē-  
ter deprehendimus, ſaþe enim plantam proce-  
rem vides, in alienam terram tranſpoſitam etiā  
ſi deteriori non alatur ſucco, ex ſola nutritionis  
diſſerentia deperire. Conſtat igitur natuſi infantis  
corpus, & animam optimis primordijs in-  
choatum, ſola lactis mutatione degeneri diſſer-  
entiq; alimento corrumpi, præſertim cum nu-  
trix barbara, inſolens, temulenta deligitur, quæ  
cum deteriori ſucco nedum corpus, ſed & ani-  
mam indirecte immutet. Hinc Gellius lib. 12.  
c. 1. ſcribit de Fauorino, quod cum visitaret  
quandam pueroram, & vidiffet infantem vbe-  
ra nutricis ſuggentem illud protulit. *Oro te mu-  
lier fine eam totam, & integrum eſſe matrem fi-  
lij.* cum lacte enim diuerso, diuersi eibuntur  
mores. Hinc Apoſtolum. *Lac vobis potum de-  
di,* tanquam infantibus in Christo non eſcam,  
& cęt. i. vt exponit Clemens Alex. Pædag. c. 6.  
ut per lectionis diſtinctionem talem ſenſum ac-  
cipiamus, diſtinctionem ordinem, non diuersi-  
tatem, catechizauit vos, per auditum in Christo  
inſtituit, ſimpli vero, & ex ſe naturali alimen-  
to ſpirituali, & poſtemo, lac dedi, cognitionem  
vobis infundi, quæ ex catechesi data eſt, quæ  
nutrit ad vitam aeternam, & poſtea. cibus au-  
tem, vel eſca fides, quæ à catechesi in fundamen-  
tum coacta eſt, & conuertaſſa cum ſit auditio-  
ne ſolidior cibo affiſſilatur, in ipſa anima-  
corpus effecta. Certe catechesis quæ lac eſt, non  
varia, & diuera eſt, ſed quantum ad ſubſtan-  
tiā una, quo ad modum proponendi, licet  
multa, & varia exempla, rationes &c. adduci  
poſſint, multipliſces dici poſſunt, diuersæ eſſe  
non poſſunt, & ſi diuersæ proficiæ magis adiu-  
dicantur, prius nutrices examinande, & proba-  
da, nam turius expertis, & probatis mammis,  
quam nouitijs, quis infantes committet. Nam  
ſi, vt dixit Macrobius lib. 5. c. 11. in moribus  
excolendis magnam ferè partem nutricis inge-  
nium, & natura lactis tener, multo magis pro-  
bandi catechistæ fuos catechismos afferentes di-  
uersos, & potius ex Aug. de catechizandis rudi-  
bus, ex compendioso catechismo Hunniotis totius  
ſummae S. Tho. & catechismo Romano ex S.  
Thom. & Aug. doctrina conflato, quām ex alijs  
posterioribus ſecurius, tutius, huiusmodi que pro  
catechesi faciunt. In cibo vero, hoc eſt in ſoli-  
dioribus diſferendis hoc eſt diſſicilioribus my-  
ſterijs, quæ captum catechumenorum ſuperat, ſi  
eas diuersas rationes quas innuit Baeza ſolidio-  
res, efficacieſ, acutiores in posterioribus reper-  
reri authoribus, iam illos Auguſtino, & Thomae  
liberè præponat. Iam vero ſi posteriores,  
ex duorum horum doctrinis suas paginas one-  
rarunt, & honorarunt, agnoscat Duxes per quos  
profecerunt, & doctrinas eorum non tam iphis  
quam autoribus tribuant, nec ſolum ſuorū tan-

tum citationes afferant, ſed tantorum Duxum.  
Illiud caueat Baeza quod dum paruulos etiam  
imbuendos vult varietate, & diuersitate doctri-  
nae, ne diuersitas lactis paruulo officiat, vt my-  
ſteria non agnoscant, nam cum lacte nutricum  
(etiam ex Quintil.) verba effingere conantur, &  
naturam earum imitari, ſi diuersum lac trada-  
tur iſdem cōtraria, & diuersa etiam verba imi-  
tentur, & fieri babylonica conuicio. Certè pru-  
dentillimè ad vnitatem familiæ, quam maximè  
ſeruandam Cato ſtatuit (ex Pluthorco in Cato-  
ne) nedum voluit vxorem filium lactare, ſed  
etiam filiis ſeruorum, vt eodem lacte potati, eos  
dem mores imbiberent cum lacte. Hoc iura-  
uit Schola Salmanticensis, vt nedum ſuos Scho-  
lares, & filios D. Thomæ, & Auguſtino addi-  
ctos, ſed etiam exteros eodem alimento lactis  
nutrimentur, vt eſſent vniuersi moris, nedum in va-  
ſuſima Ecclesiæ domo, ſed etiam in Academia  
tam celebri, quæ tot filios procreauit. Dedi-  
gnabitur imitari ſuos proceres, veſeos detracta-  
re, qui eadem vbera doctriñæ Thomisticæ, &  
Auguſtinianæ in iſta matre ſuxerunt: irritas ne  
reddet Societatis Iefu Sanctissimas leges, & con-  
ſtitutiones, vt qui hiſ vberibus non delectatur  
lecturæ priuictur officio? Fabulati ſunt Gentiles  
nominem in Deorum numerum adſciri po-  
tuſſe, niſi prius Iunonis lacte nutriti eſſent, ſic  
ille eleganter cecinit.

*Nec prius eſſe Deus potuit, quam ſuggeret  
infans*

*Lac, ſibi quod fraudis neſcia Iuno  
dabat.*

Alciat. in emb. Hæc falſa Gentilium Apotheosis. Sed quid in Sacra Apotheosi Sancctorum Ecclesiæ? præter omnium virtutum genera, pri-  
mum quod requiritur eſt, fidei excellentia, & ſi  
ſit in illius ſinu educatus de qua dicit Clem. ſu-  
pra c. 6. quæ integra quidem, & inuiolata, &  
virgo, amans autem, vt mater, & ſuos accer-  
ſens infantes ſano latte, nempe in verbo infantili  
enutrit &c. & ſi fidei catholicae doctriñam  
Theologicam ſuperaddiderit, maximeq; Thomiſticam. excellentiæ fidei non leuem ſu-  
bministrat argumentum. Vnde in Sacra Apo-  
theosi S. Patris IGNATII, præter fidei excelle-  
lentiā, illud quoq; pro eiusdem excellētia oſcen-  
denda relatum eſt per Card. de Monte, quod  
doctriñæ S. Thomæ, & per conſequens S. Auguſtini  
ſtudiosus, vt dictum eſt art. 10. alias ne  
mammaſ ſugget Baeza filius, veſeſendas pro-  
ponet, ybi deprehendit tantum parentem, vberi-  
bus S. Th & Aug. abunde epotaum? Quid  
opus eſt tot diuersitate ciborum quando (vt  
dicit Clemens ibidem) pueris lactantibus lac  
ſolum ſufficit, vt ſit cibus, & potus, & vt paru-  
li efficiantur, ibidem eruditæ monet idē Clem.  
hoc egregio documento, emnes nos præmuniēs-  
ne ab infantili ſimplicitate effluamus. Mili autem  
in menem venit mirari quoniam quidam  
audeant ſeipſos vocare perfectos, & Gnoſicos  
hoc eſt cognitione præditor, plus de ſe quanii Apo-  
ſtoli ſentientes inflati, & exultantes, cum ipſe  
Paulus de ſe fateatur Phil. 3. Non quod iam capi-  
vel iam perfectus ſim &c.

Ad tertium. Nazianzeni locus non est in oratione prima, sed in A pologetico primo. oportet ex eodem Sancto seriem suæ intentionis accipere. Multas ibi classes distinguit Oriëtis lumen: eorum qui contra rectam doctrinam insurgunt: anumerat etiam quosdam quos uocant neutrales: alios mediæ uizæ, & sunt iij, qui sermonibus omnibus magistrisque se subiçentes tanquam ex omnibus id quod melius certiusq; est, electuri, & SIBI IPSIS, hoc est malis veritatis iudicibus confidentes, à disertis potesta verbis, & ad persuadendum comparatis subinde circumferuntur, atq; versantur omnibusq; sermonibus obruti, protritique, doctoribus permutatis, ac multis litteris, velut puluere, in ventos facile abiecti, auribus tandem, & animo fatiscentes (ò insignem recordiam) omnes præraq; fidei doctrinas fasidunt. Sic n. assueti in indifferentibus esse censores aliorum, & nulli doctori se velle subiçere, in hoc precipitum deueniunt, vt hanc quoque perniciosa formam sibi ipsis insculpent, ipsam videlicet fidem nostram, ut incertam nihilq; sani habentem, & ridentes, & aspernantes stultæq; à doctrinæ professoribus, ad doctrinæ condemnationem transuentes, quod perinde est, ac si quis, vel oculorum morbo, vel aurum vitio laborans solom aut voces accusare instituat, illum ut obscurum minimeq; fulgentem, has, ut absonas, & iubecilles, & postea cum subdidisset. Ac tot tamque graues sint cum in reliquis animorum morbis, tum in doctrina etiam ipsa, peruersæ peruerberq; spiritus notæ, & impressiones, subdit exemplū cicutædæ bestiæ, varijs modis ei debere curari, ac proinde Antistitem debere esse simplicem, & multiplicem. Sed non consistit multiplicitas ista in diversitate doct: inæ, potius n. oleum infusisset, vr maior flamma assurget, si liberis illis hominibus omnium censoribus, & nulli addictis, libertatem illam diuersa sentiendi tanquam antitodium præparasset. Quare per multiplicatatem, non diuersitatè doctrinæ intellexit Nazianzenus, sed eiusdem sanæ doctrinæ variū tradidì modum, unde subdit mox post verba citata à Baerz, quidā n. lattis alimonia opus habent, hoc est, simplici, & rudimentaria doctrina, nimirum qui animi habitudine teneri sunt, recensq; ut sic dicam, compati, nec virilem sermonis cibum ferent, quem si quis ipsis præter vires admouerit eius pondere appressæ fortasse atq; obruti animo ad id quod transmissum est, attrahendumq; sibiq; accommodandum nequaquam satis virium habet (quemadmodum nec corpus incibis materia constantibus) pristinas etiam eorum vires labefactabit, alijs sensu organa ad veri falsaque delectum atq; discrimen exercitata habentes, ac proinde sapientia ea, qua inter perfectos exponitur, sublimioriq; et firmiori cibo indigentes, si quis lac illis propinet, oleribusque, hoc est infirmorum cibo, eos alat, indignè acerbèq; id latuvi sunt, nec immerit, et potè nihil Christiani roboris colligentes, nec laudabili illo incremento augescientes quod sermo diuinus afferit, eum qui præclarè alter in virum absoluens atque ad spiritualis etatis mensuram assumens. ] Vide non duer-

sitatem doctrinæ, sed personarum, & modi eam propinandi traditam, quæ quam mirificè præstent inter omnes SS. Augustinus, & Thomas, res ipsa loquitur, & ad occludendam viam quam passim omnes possent se facere catechistas, & magistros, vel saltem melius, quam SS. Aug. & Thomas præstiterunt, huic tentationi superbæ occurrit Sanctus. Et ad hæc, qui idoneus? nèpe ad m nistrâdum verbum Dei eo modo quo dictum est. Non enim plerisq; similes sumus, qui veritatis doctrinam cauponum ritu adulterant, vinumq; aquæ admiscent, hoc est doctrinam cor hominis exhilarantem, cum vili, & vulgaris humiq; reptante, & euania frustaque, & temerè fluente (vt ipsi ex hac cauponatione, non nihil emolumenti capiant) aliasq; alio modo, cum ijs à quibus adeuntur verba faciunt, omnibusque essentiantur, quales sunt qui secundum placita discipulorum, & consulètum responsa adeunt, vt fides sit potius, & doctrina temporū, quam Euangeliorum, & Theologorum Iti certè (subdit Sanctus) ventriloqui sanè homines, & vaniloqui, voluptatibus suis obsequentes, easque verbis aucupantes, et terra pronaniatis, atque in terram accumbentibus (sapientia n. talis terrena, & animalis est) vt sic, maxime POPVLI existimatione, florent, aucupantes, grauissimum sibi ipsis detrimentum imò exitium afferentes, innocuumque simpliciorum animarum errorem effundentes, de manibus nostris aliquando requiriendum. Et ad reprimendam adhuc eorum existimationem, qui se audent vetustis Sanctis comparare, & SS. Augustino, & Thomæ se æquare, subdit. Illud exploratum habentes MELIVS esse alijs, qui artis peritia præstent habendas nostri concedere, quam indoctos, & imperitos aliorum aurigas esse, præstare quecunque candam aurem submittere, quam stolidam linguam mouere: hoc inquam nobiscum, nec pessimis fortasse consultoribus, benevolis quidem certè collaudati, laudabilis duximus Ea QVAE dicenda, & facienda sunt addiscere, quam quæ nescimus docere. & quia aliquis posset de sui ingenio acumine gloriari, & cum Ecclesiæ hercibus se, vel æquè, vel plus sapere sibi persuadere, vel inter suos auditores iactant, subdit. ad hanc conuellendam gloriolam. PRAECLARE cum eo agitur, cui vel altissima senectus doctrinam canam attulerit, ut patet de Augustino Thoma Bonaventura, Scoti &c. eamque vim habentem, ut noue in pietate animæ uitilitati atque adiumento esse queat. Ac meo quidem iudicio, admodum stulti temerèq; illi faciunt, qui prius quam ipsi satis doctrinæ instructi sunt, aliorum se Magistros profitentur. Appatet ergo ex antecedentibus, & subsequentibus verbis Nazianzeni discursus, quod non loquatur de diuersitate doctrinæ, sed uario modo proponendi diuina mysteria, & hoc felicius canos, & sapientes præstare Theologos, qui canam doctrinam afferunt, quam qui præ illis plus sapere uolunt, & pares cum illis, uel supra illos se efficeret quod inconueniens præcidendum Salmatina Academia (quam dum non in pugnare fingit opponens, satis impugnare conatur) in

Augusti-

Augustini, & Thomæ uerba iurauit.

Ad IV. quando in uerba SS. Thomæ, & Augustini iuratum est, non excluserunt doctissimi Academicci ceteros Doctores Ecclesiæ antiquos Patres, & subsequentes Doctores Scholasticos, imo potius eos amplectendos docuerunt, dum SS. dictorum doctrinæ se addixerunt. In uno enim Augustino ( si leges eius opera maxime in libris contra Julianum, gratiam Christi defendente ) deprehendes, non unum, uel alterum Patrem, sed uniuersum fermè præcedentium Patrum Chorum in Augustino loquentem, & in uno S. Thomæ, Hilarios, Augustinos, Nazianzenos dicta S. Thomæ confirmantes inspicias, & Augustini, & ceterorum dicta dubia, exposita, & fideliter interpetrata. Quis fontes exclusit, dum in purissimis, & dissimilatis riuis impudissimam aquam epotari procurat? non unitatem vnius, uel etiam alterius Doctoris proposuerunt sectandam, sed doctrinæ unitatem, quæ maxime in his antesignanis Ducibus exprimitur, ad cauendam nouitatem, at quæ quofo docti in ea, nouitatibus magis contraria, quam illa, quæ vna est? nam & multiplicitas doctrinarum semper posterior deprehenditur, prior n. unitas est multiplicitate, & dum diuersa inducuntur, & multiplicia, eo prætextu inducuntur, quia priores non attigerunt, quod posteriores inuenierunt, posterior ergo correctio illo quod corrigitur: nullus n. ait Tertull. 4 contra Marcionem arguere potest nisi quod inueniat, emendatio culpā non antecedit, sicut emulatio quoq; ex eodem posterior re quam quis amulatur, deprehenditur. Si multiplicitas, quæ est posterior unitate, filia nouitatis manifestis documentis comprobatur, dum inducitur noua sententia ad correctionem vetustatis, potius unitas est contraria nouitati, quam multiplicitas, quæ paritur à nouitate. Fallum ergo est assumptum opposentis, quod magis explodat nouitatem multiplicitas, quam sententiarum unitas. Vnde quando Ecclesia aduersus profanas nouitates decertauit, non Patres, vt multiplices, sed vt vniuersi in eodem sensu atque sententia, vt probat Lerinensis, produxit, id ipsum sentientes uno ore, & corde, qui cum uniti in sententijs SS. Augustini reperiantur, non est diuersitatem inducere doctorum, sed dispersos varijs & statibus, & locis DD. in academia S. Th. & Augusti neofidem intueri congregates. In eo quod dicit posse exurgere talia hominum ingenia, vt nonnisi sententijs contrarijs D. Thomæ, & Bonaventurae retundi possint; Si ea ingenia heretica sunt (vt supponit modus loquendi autoris ex antecedentibus, & consequentibus) iam fide catholica retundenda sunt, non ergo contrarijs rationibus, quibus S. Thomas, & Bonaventura suorum temporum hereticos debellarunt, nam si contraria doctrina fuit horum Doctorum, ei quæ posterius inducta, aliud Euangelium defensum esse à Thoma, & Bonaventura satendum est, ab eo, quod contrarijs doctrinis defenditur, quæ nam ergo vera doctrina? prior. ergo superflue contraria sperinducitur. Si vera posterior iam ergo, vt in simili dicebat Tertullianus contra Mar-

sionem lib. I.c.20. hæc noua cōtraria primâ materiam, seu retro adulteratam recurravit. O Christe patientissime, qui ot annis interuersiōnēm prædicationis sustinuisti, donec scilicet tibi Aetarcion subueniret, seu ista petulantia ingenia, quæ peruersis ingenij, obijcens contraponit. Si hic caput liber relinquetur hostibus, qui uis de media plebe magistellus, meliora quia contraria, acutiora quia noua, se inuenisse in materia dogmatica gloriabitur, & ne Bæza sine fundamento nos loqui putet, audiat quid dicit Nouator Bæza ad Rom. c.8. reiçiens doctrinam Patrum, & Ecclesiæ de causalitate Sacramentorum nouæ legis, contendendo ex contrarietate, & diuersitate doctrinæ, esse solum sigilla consignantia fidem, vel diuinam promissionem abutendo ijs verbis signum accepit circumcisionis signaculum infinitæ fidei, sic dicit glorians de contraria, & nouitia sua expositione. Haec interpetationem se quis cum ijs contulerit, quæ non Origenes modo, sed nonnulli etiam ex Patribus alioquin pietate, & eruditione clarissimi in huic locum scripsérūt, comperiet p. effecto quantam veritatis lucem Dominus in nos, omnium hominum maximè indignos, nostra memoria fecerit. Ita quia quilibet contraria doctrina, sub prætextu quæstionum indifferentium ( sicut etiam multoties fecit Pelagius à S. Augustino detectus ) & nouæ lucis irradiatione, ipsius Catholicae fidei paulatim quateret fundamēta, merito Salmaticenses DD. Illustrissimi, S. Thomæ doctrina, quæ cum omnibus Doctoribus, in oculum ceterorum Doctorum sapientia conspirat, se erudiendos etiam Sacramento obstricerunt.

Ad quintum. dum citat Bæza, quod oculis non legit, sed citatum reperit apud Riberam, non potuit mentem illius auctoris Lerinensis penetrare, quæ ex toto illo libello aureo percipitur qui ad nouitates, & diuersitates sententiarum ( pro fidei dogmate, & sana doctrina tuenda ) reprimendas, diuinitus elaboratus est, ( in quod opus pariter commentaria edidimus quamprimum typis, Deo fauente, mandanda ) Totius libri huius Sancti Scopus est, ne sub prætextu reuelatae doctrinæ humana inuenta subintroducantur, ne benē fundata antiquitas, scelestæ nouitatem subruatur, ne superiorum instituta violenter, ne rescindantur scita Patrum, ne conucllanturn instituta maiorum, ne certissimos limites incorruptæ vetustatis, presing, ac nouelle curiositatis libido peruidat, & ad hoc propositum c. 15. adducit Apostolum anathematizantem omnem Ecclesiasten adduentem, præter id quod acceptum est. Hoc est, diuersam, vel contrariam doctrinam, & subdit. Annunciare ergo aliquid Christianis Catholicis, præter id quod accepterunt, nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit, & anathemare eos, qui annunciant aliquid præter, quam quod semel acceptum est, nunquam non oportuit, nusquam non oportet, nusquam non oportebit, & subdit, quæ cum ita sint, estne aliquis, vel tantæ audacie, qui præter id quod apud Ecclesiam adnuntiatum est, ad nunciet, vel tante leuitatis, qui prater id quod ab Ecclesia accepit, accipiat? Clameri, & repetendo clamet  
et omni-

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 337

& omnibus, & semper & ubiq; per litteras claret ille illa vas electionis, ille magister genitium. ille Apostolorum tuba, ille terrarum p̄reco, ille cœlorum conscius, ut si quis nouum dogma annunciauerit, anathematizetur. E contra reclamant rancœ quādam, & cynipes, & musæ moriūræ, quales sunt Pelagiani, omnium hæreticorum verutissimi, quories repulentes, toties, & dazonati, & hoc Catholicis dicant: Nobis inquietunt, authoribus, nobis principibus, nobis expositoribus, damnate, quæ tenetatis genete quæ damnabatis: reicite antiquam fidem, paterna instituta, Maiorum deposita, & recipite, quæ nam illa tandem? Horreo dicere: sunt enim tam superba, ut mibi non modo affirmari sed ne refelli quidem sine aliquo painculo posse videantur.

Hoc ergo fuit antitodum contra nouitates præparare, non noua introducere, sed antiquitatem venerari, & Patrum consensum contra diuersa, vel aduersa adducentem, proferre, & de nouitate taxare. Quare locus allegatus (qui est in cap. 40.) à Baeza, in quo mendum irrepit (loco enim ieiunium, legendum est biennium) tantum abest, ut propositum nostrum infirmet, ut potius irrefragabiliter confirmet. Nam non ex illis ut diuersa sententibus, sed ut in uno sensu conspirantibus prolatæ sunt testimonia, quod insinuant verba Lerinensis [ut scilicet rite atque solenniter ex eorum consensu atque decreto antiqui dogmati religio confirmaretur, & prophætae nouitatis blasphemia condemnaretur.] & cum decem numero Patres atrulisset Vincentius Lettin. (qui suffecerunt Ephesinæ Synodo, Pozzæ ut viñum est supra non suffecerunt) in illud elogium prorupit. Admirari sumus quanta fuerit illius Concilij humilitas, & sanctitas, qui cum essent tot numero, tanta eruditio, tantæque doctrina, nihil iamen nouarent, nihil sibi ræsumerent, nihil sibi penitus arrogarent, sed omnibus modis præeauerunt, ne aliquid posteris traderent, quod ipsi à Patribus non accepissent, & non solum in præsenii rem bene disponeant, verum etiam post futuris exempla præberent, ut ipsi scilicet sacræ vetustatis dogmata colerent profanæ vero nouitatis adiuventa damnarent. I quem locum ponderans Cardinalis Hosius de auth. Sacr. script. lib. 3. ait. Vides plenissimè Rex quæ fuerit in hoc quoque Concilio vox honestæ matrone, quæ vero mulieris adultera; defugiebat hæc Patrum autoritatem nempe secta Nestorij, Lutheri Calvini, diuersa à Patribus prædicando, illa contraria nos parentes libenter agnoscet, ex eorum iudicio pendebat, in eorum placitis acquiescebat. Sic ab eodem Concilio exemplar accipiens schola Salmantina, proprio iudicio abrenuncians, pro Patrum antiquitate tuenda totam se Patribus erudiendam commisit, & quia Patrum intelligentia maxime in Augustino, & Thoma eluent, his præcipue, absque Patrum exclusione, sed potius inclusione, colla humiliter subiecit. Satis ergo puerilis est antithesis opponentis, dum stabdit. Perpend te quid fan-

ciant Ephesini Patres &c. potius sic erat construendum pararellum. / Perpendite modo quid faciant Ephesini Patres ad repellendas nouitates pericolosas, & quid faciant Academici Doctores, illi omnium DD. placita requirunt, putantes non tractu diuersarum viarum, sed ex uno consensu pro firma fide telum firmius assumi. Iti nempe Salmanticenses, non istos Sanctos repudiantes. (vt fingit argumentum) ad sensum, & concordiam eorum, confugientes, sicut Concilia, & Summi Pontifices in damnandis hæreticis efficerunt in hæreticorum monomachia, tanquam vniaco exercitu ad reprimendam perfidiam, & falsitatem, ijsdem usi sunt, cum sit terribilis Ecclesia hæreticis, ex horum concordia, tanquam castrorum acies ordinata. Illi à speluncis, & surcis Tyrannorum exquisiti, in Concilio Sacerdotes conquisi, non quidem, ut diuersis placitis fidem assererent, sed (ut patet legenti) Synodales actiones Ephesini) nondum ijsdem sensibus, sed etiam verbis uterentur, ad diuersam Nestorianam fidem damnandam. H, nempe Salmanticenses, nequam à Cathedris, è suggestibus, (ut falsò imponitur) iubent exulare, sed potius ex S. Augustino, & Thoma prouiderunt, ut Patrum dicta ex vera, & solida eorum doctrina tutius à concionatoribus prædicarentur, & conponentes scribentes, (qui interdum cartapacia ritebant) scribendi modum addiscerent, & literate, & Theologice loquacum Patribus, & Scholasticis: plerumque enim ex ignorantia terminorum, & indigesto modo loquendi, erroris occasionem tyronibus illas legentibus possent ministrare: Non est hoc iubere ceteros patres ualere, imo potius alios Patres inuitare ad roborandam doctrinam SS. August. & Thomæ, quorum vox est unifona cum doctrina Sanctorum, ut ostendimus in nostro deposito Apololico c. 21.

Ad IV. si uinitas perfectionem importat, eo aliiquid perfectius erit, quod magis ad uinitatem tendit, & aliiquid imperfectius, quod ad multitudinem vergit; & licet non quæcumque maxima uinitas, quam volebat Socrates sit expediens communitat, nec enim esset communitas, quæ plura subiecta diuersarum conditionum, & ordinū (qualis est Civitas) requirit, nihilominus illa uinitas necessaria est ad consistentiam Civitatis, quæ in eadem intentione, & consensu, & legibus, & religione, ritibus &c. concordat, & eō magis ab ista uinitate recedit, quod ad diuersitatem, & multiplicitatem diuersorum sensuum festinare laboratur. Unde magis recedit quis, à communī Patrum sensu, quod magis recedit ab interpretibus, & expositionibus Patrum, qui Patrum sensum venati sunt, vel qui diuersas Patribus sententias contraponunt, & Augustino, & Thomæ refragantibus, superinducunt, ad hoc ergo cauendum Salmantina Schola dictis Doctoribus se adstrinxit, conclusionum, & dictorum uinitatem seruandam voluit, multiplicatatem, & varietatem diuersis vijs, & modis (alias im-

prudenter fecisset ) nullo modo vetans, sed suadens dum ad solas conclusiones se restrinxit defendendas atq[ue]tiendas.

Quod de exercitu adducit, nempe: oportere admittere in eo milites non eodem, sed diuerso modo pugnantes; militarem artem euertit. Primo quia ut recte audierat Hermocrates Syracuseus apud Thucydidem, non sunt temere potentiores homines in exercitu adiungendi in dissidijs publicis, aut arbitris, tota propositio illius orationis hæc erat. Tueamur concordiam: faciamus inter nos pacem, & non accersamus arbitros Athenienses: qui cum antecellant potentia cæteris Grecis, sunt intenti in nostra errata, & honesto prætextu Societatis ad sunt, cum re ipsa hostiles animos adferunt, hos agunt, ut nobis oppresses sibi querant, & stabiliant imperium in Sicilia. Hinc illa maxima militaris. Regna quæ peregrino milite vtuntur, diuturna non sunt, sed ab ipsis exercitibus, quos defendendi sui causa attraxerunt, euertuntur. Vide Greg. Tholos. II. de Repub. c. 3: pag. 656. adducunt ad hoc propositum militaris disciplinæ tractatores fabellam de vulpe, & Erinaceo. Erinaceus penè frigore absumptus in angustam vulpecula speluncam se contulit, instanter petit recipi se intra locum, ubi habitabat, ut defendatur à frigore, assentitur Vulpes, sed cum subterraneo edere incaluerit, exeruit aculeos, & pungit vulpem. Illa conqueritur, insequitur Erinaceus, & pungendi finem non facit. Quaritur de ingratitudine Vulpes. Respondet Erinaceus. Si tibi molestus sum exi. Sic faciunt, milites illi peregrini ad Societatem bellorum in uitati, vel qui ad disceptationem controuersiarum tanquam arbitrii aduocantur, plerumque enim tales sunt hostes utrisque, & vel ijs ad quos accersuntur deletis aut represatis, socios deuorant, vel partitione facta, controuersias sic dirimunt, ut ad se trahant potiora. Exemplum est in Cyro, qui ex Xenophonte lib. 7. ad componendum bellum ciuile inter Canes exortum, exoratus, bellum componit, sed Carriæ libertate exutam sibi obediētem facit. Theodoricus Rex Gothorum à Zeno Imperatore aduocatus contra Odonacrum, eum perdonauit, sed Italia ea occasione à Gothis capta est. Rex Achaz initio sedere cum Rege Asyriorum attraxit eum in Syriam, sed occiso Rege Syria expugnatur Damascus ab Achaz, & Syria coloni in Syria transeruntur regionem, & Rex Achaz ad tributa soluenda adigitur. His legibus militibus instructa doctissima Academia Salmanticensis, cum in sinu suo cerneret diuersas esse Doctorum Cathedras, ciuili dissensione, pugnantes, potius initio inter ipsis fædere, per conspirantem sententiam, academorum animos vniire studuit, quam quod in hac dissensione, relictis factionibus ciuilibus daretur locus, & exinde occasio daretur, peregrinas copias in factionum subsidium aduocandi, id cogitans ne his, vel illis fugatis, iij qui ad ferendas suppetias aduocati, pulsis veteribus

magistris ipsis sedes occuparent.

Secundo etiam peregrinis, & exteris diuer-  
fari gentium, & nationum in exercitu ad-  
missis, cum acies aduersus hostes longè distan-  
tes instruitur, illud summopere cauendum,  
ne cum Dicum multiplicatione, militaria  
quoque signa, pugnandique modi multipli-  
centur, sed potius sub determinatis vexillis,  
& patulis ducibus, & ab ipsis præscripta for-  
ma pugnetur. Alioquin accidet, quod de Brit-  
tannis Tacitus scripsit. Olim Regibus pare-  
bant, nunc per principes factionis, & studijs  
trahuntur. Nec aliud aduersus validissimas  
gentes pro nobis utilius, quam quod in commu-  
ne non consulunt. Rarus duobus, tribusque Ci-  
uitatibus ad propulsandum commune periculum  
conuentus. Ita dum singuli pugnant & in ueste  
vincuntur. Quare etiam si diuersarum factio-  
num Scholæ aduersus fidei hostes præliaturi  
aduocentur, melius est in unitate dicendorum  
concordare, maximè in materia dogmatica,  
quam proprijs placitis vimicquemque pugna-  
re. Vnde Hil. ad Constantium Augustum. Pe-  
riculosum nobis ad modum, atque etiam misera-  
bile est, tot nunc fides existere, quot volun-  
tates, & tot nobis doctrinas esse, quot mores: &  
tot causas blasphemiarum pullulare quot vitia-  
sunt. Dum aut ita fides scribuntur, ut volu-  
mus, aut ita, ut volumus, intelliguntur, & cum  
secundum unum Deum, & unum Dominum,  
& unum baptismum etiam fides una sit, excidi-  
mus ab ea fide, que sola est, & dum plures sunt,  
id experunt esse ne nulla sit. conscijs enim sumus  
post Nicani conuentus Synodus, nihil aliud,  
quam fidem scribi, dum in verbis pugna est,  
dum de nouitatibus questio est, dum de ambi-  
guis occasio est, dum de autoribus querela est,  
dum de studijs certamen est, dum in consensu  
difficultas est, dum alter alteri anathema es-  
cepit, prope iam nemo Christi est. Incerto enim  
doctrinarum vento vagamur, & aut dum doce-  
mus, perturbamus, aut dum docemur erramus.  
quæ verba proportionaliter adaptanda sunt,  
ad doctrinas Theologicas dum scribuntur, ut  
volumus, vel ut volumus intelliguntur &c. prop-  
terea ne contingat tanta varietas, sub his du-  
ebus militandum recte Salmantenses statuerunt.

Ad. VII. quotquot in arena pugnarunt ad-  
uersus hereses, his duobus ductoribus August.  
& Thoma victorias reportarunt. sic sola confessio  
Augustinina P. Torrensis opera compilata om-  
nia capita controuersia confutat, eademque Tho-  
mistica doctrina proscribit. vide quæ Bellarm.  
Valentia, &c. dicunt, ex his duobus orthodoxæ  
dicta explicare, & reborare reperties. Iam vero  
quod destinauit Summus Pontifex ad Iaponios,  
& Indos etiam eos, qui sunt aduersi. Sanctis  
Thomæ, vel Bonaventuræ, non sub ista cau-  
sali, quia Diuæ Thomæ, & Bonaventuræ  
contrarij, sed quia Ecclesiæ filij, & in Scho-  
la Scholastica educati, & catechismo Romano,  
vbi doctrina Sancti Augustini, & Thomæ  
edocetur, inspicitur, instructi. evoluuntur  
quæso

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 339

quæso. quot libri sunt controversiarum, siue catechismi doctrinam spectantes, & nisi vnum quinq; articulum, vel caput controversum horum D.D. præsertim autoritate roborari deprehendatur, à causa Salmantenses cadant.

De Iaponiorum conuersione agamus, & Baeza non nostros, sed suos doctissimos authores afferamus, vnu satis sit Possevius in Bibliotheca selecta lib. 9. c. 25. qui agens de iuuandis Indis, & qui authores præ exteris aptiores sint ad hoc ministerium perficiendum, ait, *multum conduce re lectionem Clem. Alex. Euseb. Tatiani, Gryost. Cyrill. Tertull. Augustini, demum in opere nunquam satis laudato, ait, de Ciuitate Dei &c. & mox, extra Africam vero ijs quos supra memorauimus nitidiove stylo: sed alijs accuratiore, ac Scholastico examine quemadmodum inter OMNES, Sanctus Thomas Aquinas, eo præserit opere, quod scriptum aduersus Gentes interpretatus est magna cum laude Franciscus Ferrariensis, & vero hic eius interpres Clementi VII. Pöt. Max. testatus est ingn. se, nunquam, vel scheludam à B. Thoma neglectam legisse, quæ illum in eius admirationem non traxerit, aut nunquam B. Thomam euoluuisse, quia abierit doctior, vel eius amantior. In libris tamen istis quos aduersus Gentium errores scripsit ( ait Sylvestrius ) B. Thomas vijs est superasse: neque enim Christianæ Reipublicæ ( subdii ) aut nostræ fidei, aut humanae, diuinæq; Philosophiae, splendidius, luculentius, utiliusque aliquid affervi potest. ] Hæc Possevius tanti viri dictum probans atq; commendans, & mox Sed quoniam in Scholasticis intelligentis altior est putens, quam vt inde omnes hauriant. Ad omnium autem captiuis sunt ista scripsisse hoc seculo, quod patria lingua suos bac de re labores ediderunt, idcirco sciant rudiores, uberm fructum percepturos ex ijs quos diximus, Ludouico Granata, & Io. Aula, quorum ille in introductione sua in symbolum, hic vero suis spiritualibus Epistolis de evidentia credibilitatis fidei ( vt loquar cum Schola ) appositissime egerunt. Vt certe valde essent commendandi, qui eam suscipierent curam, vt ex illorum operibus hi duo libelli exempli vidarentur, atq; ijs qui in Gentes, atq; ad Indos commeniant, subinde, cum soluunt e litore tradenterur. ] recte hæc suæsisti Antoni Possevine pientissime, & doctissime Pater, in his n. puram, efficac doctrinam ab Augustino de Ciuitate, & S. Th. contra gentiles, desumptam, & illustratam & in quintam quasi effientiam destillatam contineri inspexisti, & hos libellos veluti methodum Prædictoris Euangelij, vt proficerent, tradi ante nauigationem exoptasti, non diuersas S. Thomæ, & Bonanentoræ doctrinas assumere docuisti, lacerasses potius, si diuersam doctrinam tot egregijs viris contrariam in manus catechistarum reperisses, nihil n. magis fidei officeret ( quod experientia compertum est, ) si operari Christi in elementis Christianæ doctrinæ, vbi nullus discrepat, diuersæ & aduersæ sententiaz inducerentur, & antiqua motiva fidei, vel aliter traderentur, vel de nouo superinducerentur. Proferat Baeza quocunque ca-*

put Gentilitæ superstitionis, & nisi ex Augustino, & Thoma solidius, quam à quocunque posteriori confutatum reperiatur, dicat nos toto ce lo aberrare.

Et vt ad Iaponios errores properemus enarrando, Admittunt Iaponij vnum rerum principium perfectum quidem, sed non intelligens, cum tranquillitate quidem viuens, sed non curans, mortalia. Omnes res vnum, & idem esse cum primo hoc principio, intimum que hominis cor eandem rem esse cum hoc primo principio, quod cum cor hominis intrat, absumi, superesse tamen in eo primum principium, quod vitam prius conferebat: ex hoc interitu, nullam aliam vitam superesse credebat, nec pñnas vel præmia restare. Docent quoque ijdem in hoc seculo hominem per contemplationem huius primi principij ad sum mam illam Dei tranquillitatem posse peruenire, & ante hanc assecutionem continuo motu agitari, & ex uno inferno in aliud subinde transferri, nulla re quietem adeptus. At quibus firmissimis arietibus, nisi ex summa Theologica, & libris contra Gentiles, eos doctissime reuincit Possevius à c. 2. usq; ad quintum? illum consule.

Iudem in altero capite suæ doctrinæ, quam quidem non credunt, sed ad suæ sectæ homines in officio continendos, docent ( vt quoque Gentiles Europæ fabulosam à ciuitate Theol. diffugiebant ex Marco Varrone ex Aug. lib. 6. de Ciuit. c. 6. ) fingunt leges latas à C A M I, & FOTOQVE quibus cultum, & venerationem intendunt. Per hos salutem, & felicitatem obtineri in alio seculo, consistentem in sensibili bus, & carnalibus oblectamentis, interim donec homines illam felicitatem assequantur, dari dicebant Metempsychosim, hoc est animarum transmigrationem, vt secundum variorum statuum vitas, fiat transmigratio ex uno in aliud corpus, vt modo homines fiant, modo Dæmones, modo bellæ iuxta demeritorum, & peccatorum rationem. At c. 5. idem Possevius, singulis penè verbis, & doctrina S. Thomæ eosdem reuincit, nec n. alias rationes adducit, nisi quas ad horum dogmatum confutationem, tanto antè S. Doctor tanquam firmissima, & ineuctabilia tela præpararat. In undecimo libro deinceps de preceptis decalogi, Saluatoris Oeconomia, eiusq; Sacramentis, & premijs, & supplicijs edisserit, quæ omnia etiam verba ex S. Aug. & Th. doctrina præcipue sunt deprompta. Similiter lib. 9. c. 25. Patris Rogerij profert catechismum editum pro Sinensibus, & eadem capita continet, quæ omnes catechismi, & nullū est quin Aug. & Th. doctrina illustrari queat, & fortissimis rationibus communiri. Quæ ergo tela diuersa profert Baeza habuisse Societatem in Indorum conuersione præcipue Iaponensem? quid est hoc dicere quam, fomitem æmulis, & & exteris à religione Christianæ submiristrare calumniandi, vel alijs capitibus Euangelizasse Patres Societatis, vel alium Deum induxisse, vel Christum, nam si capita nostra fidei sunt, quod nus Deus sit in essentia, trinus in personis, &

Christus Dominus natus sit, passus sit &c. si diuersa, vt ait Baeza induixerunt, illud absurdissimum sequeretur, quod nec Trinitatem illis prædicarint, nec Christum Crucifixum, & quod nouum Deum protulerint, quasi eos veteris Europæ puduerit. non est hoc Baeza inclitos nostros commilitones, & operarios laudare, sed deijcere; nec gratias agent de hoc Baeza elogio quod non elogium, sed contumelia esset, non n. in gloriam eorum cedit noua, & diuersa diuinatis professio. Nunquam talis nouitas à tot insignibus commilitonibus, nobis eodem fidei Sacramento, fide, sanguine, confessari inducta, qui simul circa, flammis cum nostris expositi, quid valeat fidei unitas, charitatis vinculum, fraternalitatis fœdus (etiam si diabolus Tetrarchias Iaponicas elaborarit introducere in tam vastissimo Regno pro dissoluenda concordia) spectante, ecclœ, mundo, Erebì portis, non tantum voce quam opere demonstratum est, scilicet non esse nisi unum Christum, unam fidem, unum baptisma, unam eandemq; doctrinæ Christianæ catechesim. Hæsisti Baeza velut inter illos duos Bosphori scopulos symplegadas, dum veterem catechismum negare non potes, id est nostrum Pij Quinti, & vestrum simul, & quem probare non potes, nempe tuum, quem diuersum asseruisti: in medio hæsisti, vtrinq; te inuoluunt fluctus veritatis. Quis diuersus, & nouus à Romano catechismo, qui est ipsissima Augustini, & S. Thomæ doctrina? diuersitas substantiam doctrinæ ex rigore verborum insinuat: nouitas initium testificatur, nec alia elabendi remanet rimula, nisi ad improprietatem vocis confugiendo si dicatur quod ea voce significetur alius, & alius docendi modus: sed hæc loquendi formula rudes animas percutiens, ipsamque vetustatis grauitatem offendens; non eleuat modulum nuperum, super antiquos procedendi modos, & præferre nouum veteri inflationis spiritum subministrat; sed bene scripsit Tertull. primo contra Marcionem c.7. quod instantur pueri nouis calceis, sed à veteri pædagogo calceati, mox vanam gloriam vapulabunt.

Sed circa Æthiopiam quid sit dicendum accipe. Iam pridem Sedes Apostolica fratribus Prædicatoribus commiserat, vt patet ex Innocentio IV. in breui quod incipit *cum sit hora undecima*, vt ne dum Æthiopis, sed Bulgaris, Cumanis, Syris Georgianis, Armenis, Iudæis, Tartaris, & alijs nationibus Orientalibus Euangelium prædicarent, quod idem præstiterunt iussu Nicolai IV. & Io. 22. prævenerat Æthiopia dans manus Deo, ante quam operarij nouissimi, ad eadem loca destinarentur. Quia doctrina Idololatria primum debellata, luci succensi, aræ Dæmonū demoliti, schismatici reconciliati, nisi Ecclesiæ Patrum, Augustini, & Thomæ præsertim rationibus, & argumentis? si illa catechesis antiqua à nouissima diuersa asseritur, difficile noua forma sigillari ponit antiquitus permanente veteri: & vtraq permanenti integra, vel in unum coalesce re potuit, vna alteram tanquam æmulam superrante, & absorbente, at nescitur à qua parte stet

victoria, vel unaquaq; in se principatum tenente, nulla cessit alteri, & tunc cum melior ex sua via constet, tanquam de singularitate præstabilitate suæ, illa principatum obtinebit, at quis in pari concertationis gradu de principatu isto liceat dirimet? Quod si deleta ex tractu temporis vetus forma asseratur, & non officere, vt noua superinducatur, saltem nouæ istæ catecheses cum veteribus comparentur, & si non concordat, veteri noua cedat; certe si pares sūt, in nullo differunt in quo pares, an ut desperatas quis recipiet? Certe cultura fidei euanida esset, & verendu ne ex diuersa abundantia officij, nostra Sacramenta, fides ab Ethniciis, Iudæis, Hæreticis, superstitionis iudicetur, quæ religio extinetur. Ineluctabilis est iste complexus in hoc opponente costringens, vt non sit diuersa noua à veteri, & hæc antiquæ communicet, & ob solam præcedentiam temporis, in substantia tamè unicam, Aug & Th, ant quorum Ecclesiæ Doctorum, explicatione, methodo, agnoscat illustratam. Si gladios fulgentes suorum miratur Baeza, recte miratur, quia prælantur bella Domini: admiretur, & discipulos Aug. & Th. in luce sagittarū cutes, in similitudinem fulgorantis hastæ spiritus Apostolici. Si quod nullum uulnus letale per integrum seculum, nullus eorum acceperit gloriatur, si gloriatur in Domino gloriatur (qui etiam contritos sanat, & alalligat contritiones nostras, etiam occultas, etiam si uulnera quis abscondat, nec sit qui designet, & pharmaca ostentet) A Cyro discat apud Xenophontem, quem numquam scribit, ex uictoriis factum esse elatiorem: nunquam se effusè latatum. Res secundæ dicebat reddiderunt me timidiorem, & metus me non passus est unquam fieri insolentiorum, aut unquam effusè latari. ] amplius vix dicebat quidam sunt moderati in rebus secundis, vix ulli rebus secundis moderatè utuntur, pauci qui non sunt insolentiores. Effuso esset si supra cæteros commilitones gloriari vellet, & in strenuitate præstantiore se existimare, & sibi maiora præstisse supra cæteros, vel præstuturos. Non parua tentatio est, à cacozelia *xançylia* descendens, est autem cacozelia affectata imitatio. Est certè duplex uirtus, quædam hæroica, quædam communis, seu mediocris, illa rara, est paucorum quos admirari decet, sicut gemmas præiosas, qualis est sapientia S. Thomæ: hæc communior, sed tunc laudabilior cum ad hominibus conscientiæ suæ tenuitatis, & mensuræ donorum Dei, non extendentibus se super seipso, sed uidentibus res aliorum heroicas, potius heroica aliorum admirabilia, quam imitabilia pronunciantur: unde recte dicebat Polybius, quod qui non posunt imitari εργα magnorum uirorum, imitentur rantum uelut simia παρηγα. Crassus ex Cic. de Oratione heroicis, & uehemens fait in dicendo, solitus pedibus excitare strenuitum quendam, sed quidam ineptè eum modum imitari uolentes, risum excitarunt. Themistocles in conuentu Olympiaco laudatur, quod eius consilio Persæ uicti in pugna Calaminia,

minia, patria seruata. Sed cum Themistoclem veller imitari Demosthenes volens se Themistocli comparare, res confecta non est, nedum ex eo capite, quia persona heroicæ se putauit assimilat, sed etiam (ut illi obiecit Demades orator, & eius collega) quia Themistocles habuit integrum nauem dicebant, tu vero fradlam nauim, ruderam, & fractæ nauis tabulas congerens. Cicerro quoque infatuatus oppressione coniurationis Catilinariæ, similes sperans successus, Antonium lacescebat, eadem facilitate Antonium oppressum putabat, exitus contrarium declarauit. Ad nostra pergamus. Sede chias à prioribus Regibus defensum esse templum agnoscebat, suam interponere defensionem sperans, quam Ieremias quoq; dissuadebat, nihil perfecit. Machabæi fortissimè pro templo dimicabant, sed cum cacozelia extimarentur Ioseph, & Azarias i. Mach. 6. vt supra dictum est, infeliciter corruerunt. Vnde Nazianz. in tract. de diuersis beatitud. vijs sit ait. *Quod multi virtutem suam ad excellentissimorum hominum normam non exigentes, indiscreto fausto se se uō nunquam extollunt.* Atque sèpe numero in modico quodam animi seruore, non secus, ac præferundi quidam equulei, procul à curriculo præcipites feruntur. proinde vel pennis omnino leuibus in altum tende, vel ut periculi expers tibi cursus sit, inferiori loco mane: ne aliqui pondere suo penna deprimantr, tuq; altus quam par erat elatus, misérimo tandem casu corrucas.

Pro fide ergo pugnare, fortiter in acie stare, gloriosum, tamen inanis æmulatione cauenda, veteriores exercitus, & heroes fortissimos Augustinum, & Thomam admirari debemus, & pro nostro modulo imitari, non inaniter æmulari, & ubi aliqua parta sit victoria, ne illico efferramus, sed primas heroibus demus, præsertim cum eorum armis utimur, alioquin vt dicebat Plutarchus de cacozelitis, erimus sicut pueri, qui induentes cothurnos, galeas, & thoraces parentum, vel grandium hominum, risum excitant theatram. Cauëda ergo saltem suspicio, vel umbra latantia in vulneris exemptione, quæ in alijs asseritur; cum melius adaptari possit Thomæ, & Augustino illud sagitta Ionathæ nunquam alij retrosum. & nedum hi Sancti inuulnerati, sed vulnerantes apparent, vt quot articuli, & capita, tot sagittæ sint, quæ penetrarunt corda inimicorum Regis. Certè hoc dicendi genus Bæzae sapientissimis Patribus displicere percepi, à quo manum temperare debebat.

Ad VIII. non propter armorum diuersitatē quidam Parisenses DD. excludere voluerunt à Doctorum albo religiosos, sed propter statum quem, vt illis videbatur, incompatibilem existimabant, collegio, vel Academiæ aggregari, & propterea S. Tho. in eos inuehitur, dicens, non repugnare quin sub eodem exercitu militent, qui est societas ordinata ad pugnandum. Sed quos repulit Academia Salmantina, ne lauream magisterij acciperent, vel eidem vniuersitati incorporarentur? quia tamen velut exercitus ordinata, voluit omnes militantes, militaria præcepta, & statuta ab incorporatis Academiæ seruari,

inter præcepta militaria, illud vnum satis à Politiis decatatum, imitata est: Ne sint dissentientes Duces, & Ductores exercitus (quorum discordia plerumque nascitur, vel ex diuerso ingenio, temperatura, diuerso modo pugnandi etc.) ex dissensione enim vel exercitus in contrarias scinduntur, vt nisi separantur, vel vniuantur, contentio, & implacabilis sequatur rixa, rei bellicæ maxima iactura immineat. sic accidit ex Thucydite lib. 8. Pædarico, & Astaco ducibus Lacedæmonijs dissentientibus. Cum duo consules dissimiles, & discordes essent Æmilius vñ. & Varro, an manus essent conserendæ cum hoste: ea die vici Romani ab Hannibale ex Polyb. lib. 3. Leotius, Megoleas, & Aratus in exercitu Philippi dissentientes res bellicas Philippi turbarunt, ex eodem lib. 5. & priuata contentiones Megabates, & Aritagoræ publicas Darij defensiones destruxerunt. Si ergo societas, & conspiratio doctorum exercitus Ciuitatis terrenæ tantum prodest, vt illa posita, victoria in promptu sit, illa sublata pericitetur exercitus Ciuitatis terrenæ, quanto rationabiliter Academia Salmanticensis operosiori vnitate suos Doctores voluit copulare, vt candidatos, ex ducum vniione, redideret fortiores, & in congressu cum hostibus Ecclesiæ securior esset victoria? exiguaratis (dicebat Nazianz. in tract. de varijs vijs Beat.) densissimis clavis compacta onus grauus gestat, quam ut amplissima nauis, quæ quidem reueltas compages habeat: alieno periculo eruditæ prestat, quād alios nostros, ex eodem Nazian. in plagan grādinis expedita virtus veritatis, pauca amat, ad ambages struendas multa necessaria.

Ad IX. S. Gregorius loquitur nō de diuersitate doctrinæ, sed diuersorum institutorum, quæ tamquam semitæ ad eundem terminum perducunt, & clarus percipitur eius mens, non solù ex antecedentibus, & consequentibus, sed etiam ex tract. attulato diuersorum generum beatitudines, vbi cum de varijs statibus differuerisset, secularis, & cælibatus; sic tandem concludit. *Angusta quidem diuinæ portæ est via: ceterum semitæ ad unam eam dicunt. Quo circa ad quod quisq; viæ genus natura sua procliitor est, hoc sanè suscipiat; modo hoc omnibus curæ sit, et angustam capessant.* Vt n. non omnibus idem cibigenus arridet, ita nec Christianis omnibus vnum, idemq; viæ institutum conuenit & ad strictius in illa via exequendum, mox adhortatur. sic in proposito, variæ viæ cognoscendi mysteria fidelibus suppeditantur, quibusdam sola simplicitas sufficit, nihil enim infelicius esset fide nostra dicit idē Sanctus alibi si tantū in eruditos caderet, de Moder. alijs plenior datur cognitio, strictius tamen in unaquaq; viâ eligendum, vt sicut in fine captiuamus omnes intellectum Christo, & eius Vicario, ita in doctrina, quod est strictius, Doctoribus, & talibus Doctoribus iudiciū captiuemus. Ceterum in via doctrinæ tanto securior illa est, quæ longè est à conflicationibus, & contentionibus docentium, ijs namq; vt dicit Greg. Nazianz. oratione ad 150. Episcopos: nautis dissidentibus, & configentibus, quomodo fieri

potesT, vt non deprimatur nauis, fluctibus obruat? Quomodo hor; subdit, aduersis thronis cathedris insidentes, atq; aduersos in pascendo grege partes fouentes connectam, atque in unum adūcam, populumq; simul cum ipsis abruptum, studijsq; contrarijs distractum (quemadmodum in ijs hiatibus, qui ex terræ motibus accident, vicinæ, & propinquæ partes moueri solent, aut in pestiferis morbis famuli, & domestici simul abripuntur, morbo nimirum ab alijs ad alios facile permeante:) Ac ne hoc quidem solum, sed etiæ orbis terræ segmenta, eodem cum dissidentibus effectu coismotæ, ita ut iam in duas partes contrarias Oriens, & Occidēs secreti, atq; diuisi sint, nec iam minus animorum, & voluntatum, quam finium segmenta esse videantur. Quousq; enim hæc audiuntur, meus, & tuus, antiquus, et nouus, fæcundior aut spiritualior, nobilior aut obscurior populi numero copiosor, aut tenacior &c. ijde m quoque homines hodiè nobiscum throni fideiq; sententiae sunt, si ita nos Duces, & Antistites nostræ tulerunt cras contrarie Sedis, & sententiae, si spiritus r. fluerit; odiani atq; amicitiam nomina comitantur, nec quod grauissimum est apud eosdem auditores, contraria loqui erubescimus, nec nobis ipsis constamus, subinde nos immutante contentione dicas euripos quosdam esse nunc exundantes, nunc reciproco fluctu subsidentes. I quomodo vir S. Gregorius non summam vnitatem amabat? quomodo non omnibus viribus sategebant, vt contentiones saporentur, non solum quas excitat hæretici, sed etiam quæ inter Ecclesiæ filios oriebantur? at quæ aptior via quam vt sub vnitate communium Doctorum orbis, id ipsum ab omnibus Academicis Salmanticensibus diceretur?

Ad X. illi proprie veritatem sibi appropriat, (vt dicebat Alex. Alexand. apud Theodoreum) qui etiam neminem volunt ex antiquis PP. sibi comparari, neq; illis, quibus nos ab ineunte ætate usum sumus præceptoribus, se pares existimati sint. Imo verò ac nullum collegarum nostrorum, vel ad mediocrem sapientiam peruenisse censem, sed se solos sapientes, solos egestatem voluntar am se stantes, solos dogmatum inueterores & sibi solis, & ea doctrinæ patefacta esse mysteria, que in nullius unquam sub sole cognitionem, mentemq; venerint. Nonne gloriatus est ille de sua quadam inuentione, quam S. Aug. non aduerterat (sic dicebat) in Pelagianis illis tenebris cimmerijs? Itaq; dum quidam dicunt, mea est hæc sententia, & Salmantenses, non est hæc mea sententia, sed Aug. & Thomæ, potius gratiosa afferunt manera, qui non sua.

Ad XI. Quicquid sit de Senatus placito, vel facto, dicimus suisse specialem Dei prouidentiam, ne suas interponeret auxiliares copias, ad tollendas inanes causationes, quod ex Senatus auxilio S. Aug. & Thomæ doctrina obtinuerit authoritatem. Simile quid accidit, & maius, Tiberij tempore, cum n. tractaretur de Christo Domino adsciscendo in Deorum numerum, Senatus non assensit, vt scribit Tertull. in Apologet. ad Gétes: eius ratio à Chrysostomo hom. 66. ad pop. insinuatur tom. 5. ne orbis ad Christum

conuersio, non veritati, sed potentia Senatus tribueretur. Hoc autem, ait, & ipsis nolenibus dispensatum est, ne mortali decreto Christi prædicaretur diuinitas, nec unus de multis putaretur. Non ergo in sinum plaudunt hæc suffragia repudiantium iuramentum, sed potius quia antiquiori doctrinæ patrocinatur, commendabile non reprehensibile iudicatur. Ad normam formam, & regulam certorum probantur incerta. hoc multo certius, vetustatis vias sequendas potius, quam nouas semitas. quod si ad hanc causam quoque incertam, vt dicebat Tertull. 1. contra Marcionem c. 9. etiam argumenta de incertis adhibeantur, series implicabitur questionum &c. & ibitur in illas iam indeterminabiles questiones, quas Apostolus non amat. Ad summum, via antiqua si apud aliquos incerta, notior, & tritior, noua si plausibilior, non tutior cognoscitur, & præscriptione triumphat, vt notior: omnis res anterior, ex eodem ibidem, posteriori normam ministravit. vnde tanto rationabilior, quo antiquitas sulta patrocinio, singularis vero quod nouior, & incertior.

§.

### Difficultati incidentalis occurritur.

V Erum quia semper posset Bæza habere recursum ad eludendum omnia argumenta, nimirum, vt diuersitas sit solum circa accidētalia, & non substantia, ostendendum est, à non nullis catechistis esse diue stirarem circa substantia introductam, vel saltem introduci posse, & propterea renitēdū huic positioni, & ne catechisti licetia nimia permittatur, non esse usurpandam illâ locutionē, dico, quando experientia cōpertum est à quibusdam in diuersitate substantia abieratum, vt nec accidentalia varientur, vt illæa substantia conseruentur.

Sc. endum ergo est ex Matthæo Galenio cathech. 3. varijs modis catechesim factam catechumenis, quidam breuiter per scripturas discurrentes, quæ prophetæ in illis prædicta sunt ostendebat esse impleta, id fecit Theoph. Alex. lib. tribus ad Autolycum. quidam vniuersam legem, & prophetas in Dei dilectione terminari, cui precepsisse erat fidem, quod Deus sit, & remunerator cum ceteris capitibus, vnde & symbolum exponebant, & spem quoq; necessariam adstruebant. Vnde processu temporum compendiariæ catechesis scriptis consignata, quam in diatribis ediscunt pueri, quæ prius catechumenos a sacris liturgiis ediscere opus erat, continentur ergo ibi Symbolum Apostolorum ad fidē, oratio dominica ad spem, decalogus ad charitatem fouendam. In his autem omnibus diuersis formulis fides in Christum tradebatur, & explicabatur &c. tamquam de catechismi substantia.

Nihilominus quidam catechistæ fuerunt in novo orbe qui diuersitatem in catechizando introduxerunt, nedum circa accidētalia, sed ipsa substantia. id refert Nazar. 3. p. q. 46. ar. 4. col. 2. in expositione textus se accepisse à quodā Episcopo Lusitano ordinis Prædicatorum, quod quidam

quidam catechistæ apud Indos Orientales noui orbis, pretermissa predicatione passionis, & mortis Crucis illatae Domino nostro Iesu Christo, eantum eos docent, quæ ad eius decorum, & gloriam declarandam, & auditorum mentibus inserendam in sacris Euangelijs, & alijs noui testamenti litteris sibi videntur accomoda. Id ipsum accepi à P. Prædicatore F. Dominico Pico, qui ex India Orientali, vbi diu versatus, Romam venit, deinde Neapolim, omitti à quibusdam in catechesi articulum crucifixionis, ne exterrerentur Gentiles audiendo Deum passum, mortuus, crucifixum, acceptum etiam, à catechistis quibusdam Indicis præcepta ieunijs Gentilibus, & huiusmodi non publicari esse solitum ne territi illi catechumeni Christo vererentur dare nomē, post baptismum vero solitos eosdem de illis præceptis paulatim informari, quæ praxis ex dictis confutari potest.

Et quantum attinet ad vtrunque, hæc variatio non de accidentalibus est, sed de ipsis fundamentalibus sacre catecheseos.

Si n. loquamur de primo puncto talis predicationis forma, & catecheseos repugnat scripturas, Patribus, recte Theologæ, nullo ergo modo afferenda, vel in proxim deducenda.

Quod repugnet sacris scripturis. Patet 1. cor. 1. vbi dicitur, non n. misit me Dominus baptizare, sed Euangelizare, non in sapientia verbi, ut non euacuetur crux Christi, vbi materiam circa quam prædicationis Euangelicæ, ponit Crucem Christi, non sapientiam mandanam ex D. Tho. lect. 3. quæ verbos facit, in quantu per eam multis vanis rationibus homines vtuntur, hic enim modus loquendi ex eodem S. Doctore destruit, quod est principale in illa materia. principale autem in doctrina fidei Christianæ est salus per Crucem Christi facta vnde propterea dicebat: non iudicau me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum, vnde etiam si aliquibus stulta videbatur predicatione Crucis, vel impossibilis, vt puta, quod Deus mortuus sit, non propterea Paulus ab ista prædicatione abstinebat, vnde dicebat: verbum enim Crucis perenitibus quidem stultitia est &c. nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudeis atq; Græcis Christi sapientiam &c. omnis ergo prædicatio Pauli de Cruce Domini erat principaliter, etiam si illam stultiam reputarent, & si Iudei de eadē scandalizarentur, non propter ea ab eius prædicatione desistebat. Cum ergo catechesis sit prædicatio Euangeli sumaria, principalem doctrinam respiciens nempe Crucis, & mortis Domini, non est sub silentio à catechumeno abscondenda.

Confirmatur. Quia in Cruce, diuina attributa manifestata sunt, vnde Apostolus dicit Ephes. 3. vt possitis comprehendere, & apprehendere, quæ sit latitudo nempe extensio virtutis, & sapientiae diuinæ, & longitudo i. æternitas, & duratio Dei, sublimitas, & profundum i. incomprehensibilitas sapientiae eius. Scire etiam supereminenter scientia charitatem Dei, hæc omnia maximè eluent in mysterio redemptionis

humanæ, præcipue charitas, propter n. nimiam charitatem Deus misit filium suum in mundum, de Spiritu Sancto Incarnatum &c. vbi etiā Trinitatis mysterium elucet, vnde ex diuina dispensatione datum interdum baptisma in nomine Christi, cognoscimus ex actis Apostolorum c. 2. 8. 11. 29. & qui Christum nominat, ait Ambros. de Spiritu S. c. 3. dicit filium, qui unctus est, & Patrem a quo unctus est, & Spiritum S. quo unctus est. quare Oeconomia Saluatoris continet alios articulos tamquam summa, & necessario baptizando proponi demandatum. Vnde dictum est: docete omnes gentes proculdubio tradendo fundamentales articulos, & mox baptizantes eos &c. passio ergo Christi cum pertineat ad fundamentales articulos proponenda est, & quæ virtute ceteros includit, quamvis principales articulos, ut mysterium Trinitatis, ut ex Ambros. dictum est.

Secundo ex praxi Apostolica. Nam quando Philippus Diaconus baptizauit Eunuchum Reginæ Candicis, iam precesserat instructio, & catechizatio, ex occasione enim lectionis Isaia Prophetæ, & interrogationis Eunuchi perconstantis, num illa quæ diceret Isaías de se, vel de alio dicceret, Euangelizauit illi Iesum, & eo instructo, in specie circa passionem, fecit stare currum, & baptizatus est, vt dicitur Act. 8.

Quod si dicas ille spado quem baptizauit Philippus nihil plus dixit. Credo filium Dei esse Christum, & in hac professione continuò baptizatus est.

Respondeat S. Aug. t. 4. de fide, & operibus c. 9. his verbis. Num ergo placet, ut hoc solum homines respondeant, & continuò baptizentur? nihil de Spiritu Santo, nihil de Sancta Ecclesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorum, postremo de ipso Iesu Christo, nihil nisi quia filius Dei est, non de Incarnatione eius ex Virgine, de Passione, de morte Crucis, de sepultura, de tertij diei resurrectione, de Ascensione, de Sede ad dexteram Patris aliquid dicendum est catechizanti, ac profitendum credent? Si enim spado cum respondisset: credo filium Dei esse Iesum Christum, hoc ei sufficere visum est, vt continuò baptizatus abscederet: cur non sequimur atque auferimus cetera, quæ necesse habemus, etiam cu ad baptizandum temporis urget angustia, exprimere, interrogando ut baptizatus ad cuncta respondeat, etiam si ea memoria mandare non valuit? si autem scriptura tacuit atque intelligenda admisit cetera, quæ cum illo spadone baptizando Philippus egit, atq; in eo quod baptizauit eum Philippus intelligi voluit, impleta omnia, quæ licet taceantur in scripturis gratia breuitatis, tamen serie traditionis scimus implenda, pari modo etiam in eo quod scriptum est, Euangelizare Philippum Diaconum Spadoni Dominū, nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse, quæ ad vitam, moresque pertinent eius qui credit in Dominum Iesum, hoc est n. Euangelizare Christum non tantum dicere, quæ sunt credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda ei, qui accedit ad compagem corporis Christi. Ecce ex Aug. catechesim illam inclusisse Euangelizationem

tionem continentem articulos de passione, & morte &c.

Quod etiam noua illa praxis illorum catechistarū repugnet Patribus probatur aperte, precebat n. cathechismus baptismum ex Dionys. c. 2. Eccles. Hierar. Clem. ep. 3. ad vniuersos. Hieronym. 4. commentar. in c. 8. Matth. & pro hac instructione ex can. 45. Concil. Laodic. quadragesimam pro instructione requirebat, decernentes, ut qui post dictas hebdomadas quadragesimæ nomen dare voluerint, quo in Pascha baptizentur, non admittantur: quia non satis supererat ad institutionem, & exercitationē huiusmodi candidatorum, itaque in Pentecosten, vel in alterum tempus baptismū differre cogebantur. Siebant quoque septem scrutinia à die à quo dabat nomina, inter quæ erat exploratio, num post renunciationem Satanæ, sacra fidei verba in eorde fixissent, Amalar. 1. de Eccles. off. Turrecrem can. cum ante viginti. Signabant saepe catechumenos signo crucis Amb. de ijs, qui Sac. init. myst. dicens: credit catechumenus in cruce Domini nostri, qua & ipse signatur, Illis quoque diebus siebat a catechum. fidei professio per publicam symboli confessionem, ex Dionys. Cyrill. Ambros. & ex Concil. Carthagin. 1. c. 1. Cyrill. Alex. 12. in Io. c. 64. Aug. 8. confess. c. 2. de fide, & oper. c. 11. & cum in foribus esset Pascha, seria quinta maioris hebdom. siebat magnum catechumenorum examen, non solum ad explorandum quam rectè crederent, sed quam rectè intelligerent ex Laodic. can. 46. Trullan. 78. &c. licet autem multa ex his in dissuetudinem abierint, adhuc perseverat instructio catechumeni de fidei articulis per symboli traditionem: certum est autem in symbolo tradi articulum crucifixionis.

Quod repugnet sanæ doctrinæ, & fidei talis doctrina probatur Primo. quia adulti sic baptizati non iustificarentur absque explicita cognitione mortis Domini, ergo necessariò ante baptismum eos de hoc mysterio imbuere opus est, antecedens probatur ex Concil. Trid. sess. 6. de iustif. c. 6. vbi fidem inter cetera necessariò procedere docet, credendo scilicet, esse vera, quæ sunt diuinatus reuelata, & promissa sunt, atq; illud in primis a Deo iustificari impium per gratiam eius per redemptions, quæ est in Christo Iesu, & ad hoc inducit illa loca scriptura: patientiam agite, & baptizetur unus quisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti; & euntes docete omnes gentes, baptizantes &c. in doctrina ergo catechetica Concilium includit fidem in Christum redemptorem, & per consequens passum.

II. Quia baptismū pactum dicitur à Patribus, vbi fit professio vniuersæ fidei seruandæ, oportet ergo catechumenum instrui de ijs, quæ seruare, & credere tenetur, vt fit in professione religiosorum, vnde de recipiente olim circuncisionem dicebat Apostolus, quod constituebatur etiam debitor vniuersæ legis seruandæ, seruare autem non potest quis aliquid, nisi prius intemeratur quid seruandum sit ergo &c.

Et confirmatur, quia absque plena instructio ne passionis Christi baptizati, si postquam audierint, vel legerint ignominiam Crucis à fiducia recederent, possent causari se deceptos, & dolos cœptos, & non intimatos omnes articulos, & mysteria difficiliora, quæ si prius exposita fuissent, non dedisset nomen Christianæ religioni, nec initiari passi essent, & maximus daretur apostolandi campus, ergo ad tollenda ista inconuenientia, nedum glorificationem redemptoris, sed eiusdem ignominiam, & mortem aperire debebant catechumenis noui orbis.

Confirmatur. quia inter fidei articulus principialis quoque est resurrectio mortuorum, vbi tota fidei nostræ ratio innitur dicente Apostolo 1. Cor. 15. si Christus non surrexit, in anis est fides nostra, in anis est prædicatio nostra; resurrectio autem Christi mortem eiusdem supponit, & resurrectionis gloria illustrior, ex ignominia mortis, sicut ergo necesse est prædicare resurrectionem, & gloriam, ita ignominiam, & Crucem, hoc est antecedentes passiones, & posteriores glorias, sicut prædictae sunt prophetæ, & Apostoli.

Amplius. cum inter ceteras significaciones baptismus significet, quod consepiemur cum Christo per similitudinem mortis eius, & quod peccata abluantur per sanguinem Christi; omnino opus est, vt accedens ad remissionem peccatorum suscipienda, id per Christi mortem fieri instruatur, ac per cōsequens præcedere debet, non differenda catechesis de Cruce, & passione Domini.

Præterea ad exactiorem subiectionem intellectus nostri diuino intellectui, & ad eiusdem captiuitatem, voluit Deus proponi ad credendum stulta, & infima mundi non in se, sed prout videntur homini animali, & metienti diuina per humanas raciunculas, in quo mirifice cluet diuina sapientia, & potentia: sed nihil stultius est reputatum, quam asserere Deum Crucifixum, ergo non est obticendum catechumenis (cum militari accedunt ad Christi castra) opprobrium crucis, vt maior appareat obedientia hominis, & eluceat virtus Dei. Vnde Tertull. lib. de carne Christi c. 4. Turpe hoc Deo, vt indignum hoc Dei filio, & stultum propterea, qui ita credit. Sit plane stultum, se de nostro sensu iudicemus Deum, sed circumspice Marcion (qui nativitatem, & passionem negabas) stamenon non delesti: stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientiam, quæ nam stulta haec? conuersio hominis ad cultum veri Dei, rejectio erroris disciplina iustitiae, pudicitiae, patientiae, misericordiae, innocentiae, quæ ergo de quibus dixerit, & si te præsumperis inuenisse, non erit iam stultum credere in Deum natum, & sequitur sunt planæ, & alias stulta, quæ pertinent ad passiones Dei, aut prudenter dicunt Deum crucifixum. Aufer hæc Marcion, immò hoc potius, quid Deo indignius quid magis nasci an mori? carnem gestare an crucem? circumcidere an suffrigi? educari an sepeliri? in præsepe deponi, an in monumentum recondi? sapientior eris, si nec ista crederis, sed non eris sapiens, nisi stultus seculo fueris, Dei stulta creden-

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 345

crendo, & postea inuenitur in eundem. Parte  
unicæ spei totius orbis, qui destruis necessarium  
decus fidei. Quodcumque Deo indignum est, mihi  
expedit. Saluus sum si non confundar de Do-  
mino meo. Qui me inquit, confusus fuerit, confu-  
dam ego eum. alias non inuenio materias confu-  
sionis, quæ ne per contemptum ruboris probent,  
benè impudentem, & feliciter stultum. Natus  
est Dei filius: non puden quia pudendum est: &  
moribus est Deus prorsus credibile, quia ineptum  
est, et sepultus resurrexit certum est, quia impos-  
sibile est Ioculus insipientium.

Itaque id quod stultum videtur, quod im-  
possibile, electum est à Deo, ut credatur, quam  
quod sapiens, & prudens à Mundo adiudica-  
tur, & hoc esse necessarium decus fidei, & quod  
Deo indignum, nobis proficuum, & has materias  
confusionis facere Christianos feliciter stultos:  
nec de hac stultitia eosdem non puden, quia pu-  
dendum est, & hoc a Deo remunerari, quod de  
pudenda secundum oculos Gentilium, non pu-  
deat, sed de illa glorientur.

Confirmatur. Nam sequeretur quod Apo-  
stoli neque debebant illico prædicare Crucem  
Christi, ubi aderat scandalum, sed alia mysteria,  
donec procedente tempore, populis uauis sua-  
deri poterant crucifixum adorare: at non sic fe-  
cerunt, quia nihil sine crucifixo proponebant,  
vnde Paulus, non erubesco Euangelium, ergo idē  
in casu nostro. Vnde Hil. aduersus Arianos  
de Synodis, sic dicebat. Nunquid quia ista sa-  
pientes mundi non intelligunt, & his stulta sunt,  
nos cum mundo sapientes erimus, ut hæc stulta  
credamus? & quia hæc impijs cœca sunt, nos  
non lucebimus intellecta veritate doctrina? Ma-  
lè Sancis rebus præiudicatur si quia non San-  
ctæ è quibusdam habentur, esse non debeant. Non  
ergo gloriemur in Cruce Christi quia scandalum  
Mundo est, neque in viuente Deo mortem prædi-  
cemus, ne ab impijs Deus mortis arguatur.

Inanis ergo erat prætextus ne scandalizaren-  
tur Gentiles illi, non prædicare illis articulum  
passionis Christi, imo in hoc laborandum erat, ut  
scandalum auferretur ante baptismum, quod  
erat facilius, quam post suscepsum baptismum, in  
discrimen illud incidere, ut non sublatu scandalu-  
lo, baptisci quoq; péniteret, & ad pristinos er-  
rores anhelarent.


Quantum ad secundum punctum. S. Aug. ex-  
presse lib. de fide, & operibus c. 9. & c. 11. allegat  
locum Pauli. Heb. 6. non rursus iacentes funda-  
mentum, pénitentia à mortuis operibus, & fidei  
doctrinæ &c. Hæc n. igitur omnia pertinere ad  
initia Neophytorum satis aperte scriptura  
testatur. Nempe ut non solum de fide instruan-  
tur, sed & de præceptis morū, & c. 13. per multa  
loca scripturarum ostendit falsam esse sententiā  
eorum qui dicebant, baptizatos tantu admonen-  
dos esse de moribus ad vitam Christianam per-  
tinentibus, baptizandis autem solam insinuandā  
fideim: & vbi multis scripturæ locis talem con-  
futasset sententiam, concludit hæc esse conne-  
xa, quia qui credit Deo debet facere, quod præci-  
pit Deus, & qui propterea facit quia præcipit  
Deus necesse est, ut credat Deus. Cum ergo Deus

præceperit Ecclesiam audiendam etiam præter  
præcepta Dei in Decalogo, Ecclesiæ præcepta  
(etiam si asperum videatur V. G. ieunium)  
sunt ex S. Aug. eisdem intimanda.

S. Ambr. initio lib. de his qui sacris init. myste-  
riis sic dicit. De moralibus quo idianum sermonem  
habuimus. Cum vel Patriarcharum gesta, vel  
proverbiorum legerentur præcepta, ut his infor-  
mati atque instituti assueceretis maiorum ingre-  
di vias, eorumque iter carpere, ac diuinis obedire  
oraculis quo renouati per Baptismum eius vite  
vsum tenereis qui ablutos deceret. De his quoq;  
præceptis ad mōres pertinentes etiam admone-  
di catechumeni, ne ab antiquo Ecclesiæ more in  
scripturis quoq; & ratione fundati, discedere  
videamus.

Satis ergo vtriq; catechiste quicunq; illi sunt,  
à veteri more, & instituto discedentes, in nō pro-  
mu'ganda Christi Domini morte, & non inti-  
mandis præceptis, confutandi sunt, & mu'andi nō  
sunt, in substantia si quidem catechesis aberrat;  
non accidentaliter variando, sed substantialiter,  
cum hæc necesse sit catechumenum addicere,  
ut latè in materia de fide z. z. à Scholasticis trac-  
tatur. Hæc ideo confutata sunt, ut addisceremus  
in tradenda fide varierates etiam accidentales  
resecandas, vt sartatecta catechesis, & illibatè  
res substanciales, conseruentur, idq; tum fiet, si  
quod est omnium caput, in vniuoca traditione  
rerum Theologicarum conueniamus, & orbis  
magistrorum sequendos, ut fecit Academia Salman-  
tina, proponamus.

Certe quando argumenta decessent, sola anti-  
quitas, sola prioritas, quæ est veritatis character  
hunc honorem merito delatum esse à tam in-  
clita vniuersitate demonstrat. Quod si impeta-  
tur Academia tam illustris, quæ leges has con-  
didit, nihil aliud fiet, quam statuta insignis So-  
cietas infirmare, ad quæ tenetur Baeza obser-  
uanda, cum (vt supra diximus) ex constitutionib;  
Societas nō licet doctissimis Patribus sua  
etiam statuta (quibus cauetur ne in rebus Theo-  
logicis à S. Thomâ discedant) infringere, non er-  
go dicat se amore veritatis, vel studio sui insti-  
tuti defendendi infringere Salmantina decreta.  
Quod si Augustino, & Thomæ nuncium remisit  
Baezam non potest infringere particularis, quod  
vniuersalis Societas sancuit, nec defensionis pal-  
lio antiquitatis tuendæ, vel veritatis se amiciat,  
Patribus tam incliti renunciando. Quando hoc  
argumento à simili Tertull. geniles reuincebat;  
quod suarum legum, & antiquitatis se dicebant  
studiosos, & ab antiquitate deuiaabant [Vbi reli-  
gio? vbi veneratio maioribus debita? habitu  
vitæ, instructu, sensu ipso, denique sermon  
proavis renunciasti. Laudatis semper antiqui-  
tatem, & noue de die viuitis. Per quod ostendi-  
tur dum à bonis maiorum institutis deceditis,  
ea vos retinere, & custodire, quæ non debuistis,  
cū quæ debuistis nō custodistis.] Cū ergo Sancta  
Societas Iesu, doctrinam S. Thomæ sequendam  
sibi proposuerit, etiam si Baeza contradicat, non  
potest eius inuentio Societati præiudicare, quæ  
cum eam deprehenderit, dictum suum procu-  
rabit emendare.



## Q V A E S T I O I I . P R I N C I P A L I S .

De sensu Ecclesiæ , quantam habeat autoritatem :



E I N D E considerandum , & discutendum , quis sit Ecclesiæ sensus , & quantam habeat autoritatem . Vocari autem solet à catholicis tractatoribus , animata fides Ecclesiæ : vt enim anima , & sensus viuum corpus efficiunt ; sic membranis mortuis , & characteribus scripturarum , & Patrum , & DD. & Pastorum doctrinæ , Ecclesiæ intelligentia , veluti anima , & sensus copulatur , eosque viuiscat : & sicut absq; illa , littera sola occidit , ita cum spiritu viuiscat . Circa quod sequentes articuli examinabuntur .

Articulus I. An consensus Ecclesiæ sit ipsissimus PP. sensus .

Ar. II. An omnium Doctorum , & Pastorum unus idemq; sensus sit Ecclesiæ sensus .

Ar. III. An fidelium sensus , Ecclesiæ sensus dici possit .

Ar. IV. An Ecclesiæ sensus sit infallibilis , uniformis , & inuariabilis .

Ar. V. An ex hoc solo sensu , possit Ecclesia dogmata definire .

Ar. VI. An ante expressam definitionem , eiusmodi sensus sit adeo infallibilis , vt hæreticum , sit illi refragari .

Ar. VII. Quibus notis cognoscere possumus Ecclesiæ sensum .

Ar. VIII. An cum constat , de Patrum , Pastorum , & DD. & de Ecclesiæ sensu , illico procedendum sit ad propositionum damnabilium qualificationem , & definitionem orthodoxæ veritatis .

Ar. IX. Ultimus de eorundem locorum usu , & praxi .

### A R T I C U L V S I .

An sensus Ecclesiæ sit ipsissimus Patrum sensus .

*Oppositiones pro parte negatiua .*



Idetur quod non , quia sensus tactus , qui est omnia aliorum sensuum fundamentum , est diffusus in toto corpore , non ergo ad solam fidem , & sensu Patrum est restringendus sensus Ecclesiæ : sed alia membra Ecclesiæ debet connotare .

Secundo Patrum sensus est potius index , & signum sensus Ecclesiæ , vnde Augustinus adducens testimonia Patrum dixit , ideo à se adductos , vt appareat , antequam Pelagianum virus erumperet , talem de peccato originali , vel de gratia custoditam fidem 3. de peccat. meritis & remissione c.7. Item docet eosdem , ex notissima regula fidei dogmata pronunciare lib. 1. cōtra Julianum , exemplificans de Nazianz. prior ergo est fides , & sensus Ecclesiæ eorum testificatione .

Tertio sensus magis viget in capite , ergo potius dicendum , Ecclesiæ fidem esse ipsissimum Romanorum Pontificum , quam Patrum sensum &c.

Quarto Ecclesiæ sensus , solet vocari *regula* , vel *analogia* , item *depositum* , & *Apostolica Traditione* , at in sensu formaliter non sunt vere hæc propositiones . Patrum doctrina , est regula , vel analogia ; nec dici potest depositum , & Apostolica traditio , cum regulam Patres applicent , & sint testes , & custodes traditionis , vel depositi .

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 347

## Pro parte opposita.

**S**ed contra est Primo authoritas Summorum Pontificis Sixtus PP. relatus à S. Vinc. Lerinensi c. 49. sic dicit. Ergo quia (sicut ait Apostolus) fides una est, qua evidenter obtinuit, dicenda credamus, & tenenda credamus, & mox. Per spicula maiorum fides, nulla oœni promixtione turbatur] vbi pro eodem fides Orthodoxa, & fides Majorum, accipiuntur ergo.

Hormisda ad Posseforem ep. 69. Vnum est fundamentum extra quod quælibet fabrica se consurgit, infirma est &c. & mox. Errat autem is, qui à via quam Patrum electio monstravit, exorbitat. Fundamentum ergo fidei, & via Patrum pro eodem computantur.

II. Ex Concilijs. in Ephes. Epistola ad Afros dicitur sequentes itaque omnium SS. PP. confessiones &c. profitemur. unde ibidem sic acclamatum. hæc est fides Patrum: ibidemque, pia, & catholica fides à S. Synodo secundum Patrum expositionem declaratur. In sexta Synodo. Sic dicitur act. 12. &c. omnino necesse est, non solum secundum sensum, sequi Patrum dogmata, sed & iisdem vocibus uti cum illis &c. In 7. Synodo. Regiam viam incidentes, & SS. PP. doctrinæ insistentes, & catholicæ Ecclesiæ, in qua spiritus Sanctus habitat, traditiones obseruantes, definimus.] eadem ergo sunt traditio, & fidei Ecclesiæ ac Patrum sensus.

III. ex PP. S. Augustinus 4. de catechizand. rudibus c. 8. docet quod catechumenus aduersus hæreticorum libros præmunendus est, prælata autoritate uniuersalis Ecclesiæ, aliorumque doctissimorum hominum, & disputationibus, & scriptoribus in eius veritate floren. ium.] vbi vides individuo nexus copulatam fidem Ecclesiæ cum doctrina Patrum. Secundo contra Iul. docet quod fides parvulos nasci in peccato Originali, dicens, vera, Christiana est, atq; catholicæ, sicut per scripturas sanctas antiquitus tradita, sic à PP. nostris, & usque in hoc tempus, quo isti eam conuellerent, retenta atq; seruata, & deinceps proprio Deo retinenda, atq; seruanda.

Idem docet S. Cyprianus in apologet. qui extat t. 1. Concil. fol. 1164. vbi dicit quod in Patrum rectitudine dogmatum, non quisque suam recte fidem explorabit. vide nexus sensus PP. & Ecclesiæ, & subdit, quod omnes quibus integrum cor est, illorum sententias sequi, non derelictant: quia & ipsi Apostolica, & Evangelica traditione sua mentem cum impleuerint, & ex sacris scripturis sermonem in fide rectum, ac inculpatum pronunciarint, mundi fuere luminaria, sermonem vite continentia.

IV. rationibus. Prima quia nihil consueuit Ecclesia definire, nec aliquid utriquam definiet, nisi quod in scripturis, vel in traditionibus continetur, ut probauimus late in deposito. Apostolico c. 15. quare, sicut Vualdens de Sæc. Euseb. c. 64. quamvis aliquæ propositiones primo sit declaratae pro fide, semper tamen ante auctoritate fides FP. 11. Confirmation ex eodem, quia quare hoc potius non illud definitur, non assignatur alia fide.

se, nisi, ait, Quia hoc semper vi consuetudinis docere soleat ANIMAT A fides Ecclesiæ à tempore Apostolorum per successionem Pontificum, & plebium usq; ad tempora illa, quamvis non esset expressè definita pro fide.

## CONCLUSIO

Ecclesiæ sensus, ipsissimum Patrum consensus importat.

R Esondeo dicendum ex S. D. ad Philipp. c. 1. lect. 2. quod sensus nihil aliud est, quam vis cognoscitiva circa propria obiecta, & ideo proprium eius est, ut statim iudicet de proprio sensibili recte.] ideo hoc nomen translatum est ad actus nostros rationis: quandoque enim significat intelligentiam, seu actum consideratum vnde Euc. 9. dicitur de Apostolis: ignorabant verbum istud, et erat velatum ante eos, ut non sentirent illud]. i. intelligerent, & Act. 28. Paulus dicitur: rogamus autem à te audire, que gentis, nam de hac secta notum est nobis, quod ubique ei contradicitur. Aliquando significat actum discretuum, vnde dicitur Eccl. 20. de fatuo, quod illud quod habebat, non recte sensu distribuit i. iudicio; inde ait S. Th. quod [sensati dicuntur qui habent rectum iudicium circa agibilia: vtrumque actum consideratum, & discretiuū, considerans. Apostolus Phil. 1. dixit: Charitas vestra magis, ac magis abundet, in omni scientia, & in omni sensu, ut probetis meliora, & trunquam actum commémorás]. Quia vero iudicium discretuum experientiam, & ætatem supponit, ad senes translatum est quoque idem nomen, propter quod i. magis sensati, quam iuuenes dicuntur, vnde Sap. 6. dicitur. Cani sunt sensus hominis, quem locum Hierony. de Constitutione Monachorum ad Paulinum: Canibominis prudenter eius.

In nostro autem proposito fides Ecclesiastica; sensus dicitur per translationem ab Apost. Paolo 1. Cor. 1. qui vbi dissidia, & schismata hereseon consultasset, subdit: sensus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia in ex S. Thos. ibidem sensu quo iudicatur de agendis; scientia quæ de cognoscendis; & infra cum dixisset, quod spiritualis di iudicat omnia, quantum ad discretionem; & præmisisset, quod nullus poterat cognoscere sensum Domini, subdit nos autem Christi sensum habemus i. scientiam Christi, quæ revelata cognoscimur. cum ergo per Ecclesiastica fides, ne dum de cognoscibilibus, sed de agibilibus habeatur sensus, & iudicetur, quæ credenda sint, & quæ non, similiter quæ agenda, vel non agenda sint, meritò Ecclesia fides, sensus nomine (qui sapientiam, & discretuum iudicium includit) explicatur. Sicut autem sensus valde sensati dicuntur ex iudicis prudentiali, & sapientia, diuturnitate comparata, eadem analogia ipse Ecclesiæ sensus, vel fides, ipsissimus est Patrum veterum fides atque sensus: vnde merito scriptum est. Interrogat Patres tuos, & dicent tibi &c. Ne autem ponitur in sensu communis terminus

nus ad quem referuntur omnes apprehensiones sensuum, a quo etiam eorundem intentiones percipiuntur (sicut cum aliquis videt se vide-re) ad quem pertinet discretionis iudicium eorundem, quod est quasi ultimum, & dicitur sensus communis; ita ultimum discretionis iudicium in eadem Ecclesia ponitur, cum sentit se sic sentire, & sensum suum percipiens, definit in Conciliis, vel Pontifex sine Conciliis sic esse sentendum determinans, unde in Concil. Trident. in sess. 5 Sacrosanta Tridentina Synodus Sacra-rum litterarum, SS PP. & probatissimorum Cō-ciliorum testimonia & ipsius Ecclesie iudicium, & consensum sequuta, hac de originali peccato statuit. &c. est autem haec differentia inter pri-mum, & secundum iudicium, quod illud est ve-lut inchoatum, & tacitum, hoc expressum, & consummatum: illud ut regula applicanda se habet, istud ut regula iam per definitionem applicata. illud in corde Ecclesie, hoc etiam (ut dicit Lerinensis) scripturæ chirographo consignatur, ut priori iudicio detrectans erroreus, se-cundo haereticus expressus habeatur, & siue pri-mum, siue secundum respicias, dem sit in sub-stancia cum Patrum sive. Quare Ecclesie fides, vel consensus, vel iudicium, idem prorsus est cum Patrum sensu, & ipsissima fide.

#### Solutiones argumentorum.

**A**d primum respondetur ex Philosopho 2 de anima t. 28. & 94. quod datur quedam species tactus, quæ est in lingua tantum, qui non distinguitur à tactu in genere, sed à tactu quantum ad illas species, quæ per totum corpus dif-funduntur. Ita in proposito quantum ad com-munia credibilia, sensus iste per omnia membra corporis diffunditur. Sed specialiter in lingua Doctorum, & Patrum est sola ista species tactus, ubi sapor est discretius dogmatum, unde eoru Choro illud aptari potest: mel, & lac sub lin-gua tua. Signanter autem in lingua Rom. Ponti-ficis, qui est Pater Patrum, unde dum definit mystice butyrum, & mel comedit, i. opera pasto-rum, & apum, hoc est Patrum, qui fuerunt Epi-scopi, & apum, qui fuerunt Monachi in cellulis mella condentes, ut iudicio discretio sciat reprobare malum, & eligere bonum: particulari ergo ratione merito dictum est, quod sensus Ec-clesie sit sensus Patrum, haric enim doctrinam, quam sentit, & tenet Ecclesia iudicio finali cre-dendam proponit.

Ad II. omnes Patres retrocurrentium seculo-rum, non solum, ut testes recepti sunt, ex Lerinen-si c. ultimo in Conciliis, sed etiam ut consiliarij, & judices ex iudicio discretio magistra-ri, propterea eorum sensus idem habitus est, ac Ecclesia fides, qui confirmatus est in Conciliis a iudicio Ecclesie iudiciale.

Ad III. sensus viginti magis in capite, & prop-terea omnibus his sensibus Papa dijudicat, lin-guis Patrum, odoru &c. & superiori communi-ni sensu, hoc est discretio iudicio, & iudiciale sententia, tantum ergo abest ut sensus Patrum excludatur, ut includatur tanquam iudicium

directium, & regulatum magistraliter Ec-clesistica definitionis.

Ad ultimum. si illæ propositiones conceder-ter, sunt verae. Item in sensu identico, & plenè euacuant argumentum, an autem in sensu for-mali idem sint, posterius dicetur. idem autem sensus Patrum potest habere rationem testis, & magistri secundum diuersas rationes, nam cum testantur Patres quod docent pertinere ad pub-licam fidem, hoc habet rationem testis; prout docent magistraliter sic sentiendum, vel dicen-dum habent rationem magistri, vel consiliarij, & sic in sensu Patrum, sensus totius Ecclesie ex-ponitur.

#### ARTICVLVS II.

V. omnium Patrum, & Doctorum sensus, sit idem, ac Ecclesie sensus, ac proinde in-fallibilis.

#### Oppositiones pro parte negativa.



Idetur quod non quia si omnes Episcopi, & DD. orbis errarent, adhuc Ecclesia sensus in uno Romano Pontifice permane-ret, cuius est fratres corrigeret, & emenda-re, ergo non est prorsus idem horum sensus, ac totius Ecclesie; antecedens patet, nam non minus omnes Episco-pi, & DD. repræsentant Ecclesiam vniuersalem in Conciliis congregati, quam in proprijs locis considentes, ut sup. demonstratum est. Sed pos-sunt in Conciliis congregati omnes errare, & à Pontifice corrigi, ut ex communi DD. sententia in materia de Conciliis patet; ergo & in proprijs locis considentes. Consequentia manifesta.

II. quia infallibilis dogmatis sensus, non est promissus nisi Ecclesie vniuersali includenti caput, vel capituli docenti Ecclesie uniuersum cor-pus, non autem certo statui, vel hominum gra-dui vel Choro. Sed ex doctrina Apostolica gradus, & Chorus Episcoporum, & DD. in cer-to, & determinato loco ponitur. Ephes. 4. primū quidem posuit Apostolos. Secundo Proph. 3. Past. & DD. Major patet quia Ioh. 14. dicitur dabo vobis paraclitum, spiritum veritatis, ut maneat vobis in eternum, quæ verba ad totum cor-pus Ecclesie usque ad finem seculi directa sunt ex communi PP. sententia, & Luc. 22. dicitur. Ro-gauit pro te Petre, ut non deficiat fides tua.

III. prerogativa infallibilitatis data Summo Pastori, & Ecclesie magistro, ne erret in fidei doctrina diuina, diuinatus concessa est propter corpus

corpus Ecclesie, quæ cum sit columna, & firma-  
mentum veritatis errare non potest, errante ve-  
ro per impossibile Pontifice, erraret Ecclesia, quæ  
teneretur iequi Pontificis doctrinam, ad prefer-  
endum ergo Ecclesiam ab errore, infallibilitas  
Summo Pastori, & DD. concessa est. Sed dato,  
quod omnes Episcopi, & DD. errarent, non ne-  
cessario errarent particulares omnes Ecclesiæ  
orbis, possent n. alijs vijs edoceri præsertim à  
Rom. Pontifice: non ergo eisdem propter Ec-  
clesiæ bonum concedenda est talis prærogatiua.

IV. & si non possent omnes conuenire ad vnu  
& idem dogma statuendum fidei, uel sine do-  
ctrinæ contrarium, possent uarij uarios errores  
confingere, & suos populos edocere. ergo &c.

V. etiam si in docendo falso dogmate conue-  
nirent, possent plebes ipsis commissæ resilire, nō  
enim habent potestatem Pastores seorsim dog-  
mata fidei condere, nisi in Concilijs, legitimè  
congregatis. Cum ergo nullum sequatur incon-  
ueniens, possibile est ut errant, possibile n. repu-  
tatur quando nullum sequitur inconueniens.  
Quod si dicas nunquam cuenire posse, ut sic  
conueniant.

Contra, & sit 6. argumentum, saltem possent  
interius errare, ut personæ particulares male  
sentiendo, & si cathedra eorum foris cogeret eos  
vera dicere, ergo sensus eorum tunc non esset  
idem cum Ecclesiæ sensu. Antecedens patet.  
nam Papa vt singularis persona errare potest  
male sentiendo, at non vt Papa, falsa e cathedra  
docendo, ergo non maior prærogatiua conce-  
denda est Episcopis, vt dicamus, nec vt perso-  
nas particulares à fide aberrare posse.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est primo authoritas scripturæ S.  
lai. 65. dicitur super muros tuos Ierusalem  
constitui custodes, tota die, & nocte in perpetuum  
non tacebunt.

A Et. 20. attendite vobis, & uniuerso gregi in  
quo Spiritus S. posuit Episcopos regere Eccle-  
siam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

Ephes. 4. alios quidem dedit Apostolos, alios  
Euangelistas, alios autem prophetas, alios Pa-  
stores, & DD. &c. ut non circumferamur omni-  
vento doctrinæ quibus locis præceptum prædi-  
candi rectam fidem Episcopis impositum est,  
eandemque ob incurisibus defendendi, idcirco  
charisma datum est, ne in fide fluctuare possent,  
nam vacillantibus illis, parvuli quoque multo  
magis fluctuant. Vnde Greg. hom. 14. in Euag.  
cum Pastor per abrupta graditut, necesse est usq; ad  
præcipitum grec sequatur.

Secundo ex authoritate Conciliorum: nam  
Conc. I. Ephes. (quem locum ponderauit Ler-  
icensis c. 42.) sic contra Nestorium dixit. [Inne-  
cti etiam sumus in Nestorij sceleratam præsum-  
ptionem, quod sacram scripturam, se primum, &  
solum intelligere & omnes eos ignorasse iactaret,  
quicunque ante se magisterij munere diuinæ elo-  
qui a tractauissent. uniuersos scilicet Sacerdo-  
tes, uniuersos confessores, & Martyres, quo-  
rum alijs explorassent legem Dei; alijs vero  
explanantibus confessissent, vel credidissent: totam

postremo etiam nunc errare, & semper errasse  
adseueraret Ecclesiam, quæ vt ipsi videbatur  
ignaros, erroneousque doctores, & secuta esset, & se-  
queretur.] In eodem Concil. extat Epistola Sy-  
nodalis ad Nestorium, in qua sic dicitur (ep. 26.  
quæ & Cyril. impress. Romæ) Ceterum mini-  
me sat esse putamus, si reverentia tua Fidei Sym-  
bolum, quod à magna illa Synodo, quæ in Spiritu S. in orbe Nicæa quondam cœnuit, expositum  
est, nobiscum confiteatur &c. Verum præter hoc  
opere præmium quoque fuerit, vt ea omnia scrip-  
tis, & execratis, & anathematizatis, publicèque  
abiures, quæ scelestè, & proferrè, hactenus sensi-  
sti, aliosque docuisti, & ea rursus post has te sen-  
surum, & doctrinæ sanctæ publicare, quæ et nos  
& cæteri omnes quot, vel in Occidente, vel in  
Oriente viuunt. Episcopi Dostores, ac populorum  
Duces, & infra itaque communis omnium senten-  
tia illius quidem dogmata condemnauit, Euani-  
gelice vero Apostolicæque traditionis puritatē,  
ac venustatē demonstrauit, atque ita verita-  
tis vis obtinuit. ex Patrum ergo, & Ecclesiæ  
traditione veritas triumphum reportauit, quæ  
Epistola confirmata est in septima Synodo  
act. II.

Et in Epistola apologet. ad Theodosium 103.  
cur ad damnationē processerit Synodus Ephe-  
sina edisserit, vt n. ait hoc faceremus, illud ma-  
ximi nos impulit; Beati namq; Patres nostri  
cum Sacerdotium à Deo accepissent, hereticorum  
peruersiati suo quisque tempore sese intrepide op-  
posuerunt.

In Concil. Alex. ex Socrate, de Spiritu S. Dei-  
tate, & Christi anima assumpta cum carne, tra-  
statum est, non aliter; nisi sicut antiquis viris  
Ecclesiasticis visum est, non enim nouam aliquā  
religionem excogitare, inq; Ecclesiæ introdu-  
cere, sed quæ ab initio traditio Ecclesiastica præ-  
scriperat, & sapienter Christiani certis ratio-  
nibus inquisierunt.

III. Ex Patribus. Irenæus lib. 4. c. 45. ubi cha-  
rismata Domini posita sunt, ibi oportet discere  
veritatem apud quos est ea, quæ ab Apostolis Ec-  
clesia successio, & id quod est sanum, & irrepro-  
babile sermonis constat. Hi n. fidem nostram  
custodiunt, & scripturas sine periculo nobis ex-  
ponunt, & c. 63. In Apostolorum doctrina, secun-  
dum successiones Episcoporum, & secundum scrip-  
turas exposito legitima, & diligens sine pericu-  
lo, & sine blasphemia est.

Origenes lib. 1. Periarchon docet, se demon-  
stratum illam regulam, & disciplinam, quam  
à Christo traditam sibi, Apostoli per successionem,  
posterioris quoque suis sanctam Ecclesiam docen-  
tibus, tradiderunt.

Athanasius oratione 2. contra Arianos, doctri-  
nam acceptam à successione, vocat sylum Chri-  
stianismi, & phrasim Apostolorum.

Nazianz. 2. de Theol. ad cognoscendum dog-  
matis veritatem, ad tale consugit magisterium  
dicens. Nobis satis est quod nemo ex his, qui di-  
uino numine afflatis sunt, ex Patribus illis, &  
Magistris nostris hanc sententiam hactenus, vel  
pronunciauit, vel pronunciatam approbarit.

Basilius de Spiritu Sancto, hac eadem via Pa-  
storum, & DD. glorificationem Sancti Spiritus  
Gg probat

# 350 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

probatur. Hanc fidem, ait, & Firmiliano fuisse, testantur eius libri quos reliquit, insuper, & Melletum illum admirandum in eadem fuisse sententia, narrant, qui cum illo vixerunt, & postea igitur apud cordatos homines ad purgationem mei, sufficiunt hæc, quæ dicta sunt, quod recipimus vocem adeo grātam, & amicam sanctis, insuper, & tam diutino usu comprobatum, quæ ex quo tempore est antīciatum Evangelium usque ad præsens, demonstratur in Ecclesijs visitata fuisse.

Euseb. 1.b.4. hist.c.22.hic regula vium esse Egypciū ad inuenienda dogmata tradita, decet, inquirendo scilicet quid Episcopi Ecclesiārum, & DD. sentirent atque docerent.

IV. probatur rationibus. Prima quia Dominus idcirco cathedralrum Episcopatū successione seruat, vt ouibus de puro pabulo vere doctrinæ prouideatur: ergo nō est possibile, vt oēs in falso dogmate docendo conspireret. Antecedens p̄, quia sicut nō est homo pp templum, sed tēplum pp homē, ita non est homo pp cathedralē, sed cathedra pp hiem erudiendū. Consequentia fundatur in p̄uid. pri. Past. & Epi animarū n̄farū māditis, & iubentis (ac subinde miris, & veris modis prudenter) vt in pascuis vberrimis, paucantur.

Confirmatur quia in erectione Cathedræ DD. & Past. præceptum adiunctum est. Quæcumq; dixerint vobis, seruate, & facite Matt. 23. ergo vt concludebat Irenæus [obedire oportet ijs, qui Cathedram cum charismatibus acceperunt lib. 4.c.43.] si autē hi omnes decipere, vel decipi possent à Deo deciperentur, qui obedientiæ vinculo sine villa exceptione, Ecclesiārum Propositis aures accommodare præcepit, quod est impium sentire. Vnde Aug. de securitate, & infallibilitate doctrinæ securos faciens fideles sic ait 4. de doctrina Christiana c. 17. Christus autē veritas est, & tamen etiam nō veritate annunciarī veritas potest: id est vt à prauo, & fallaci corde, quæ recta, et vera sunt prædicentur. Sic quippe annunciatur Iesu Christus ab eis, qui sua querunt, non quæ Iesu Christi, sed quoniam boni fideles non quemlibet hominū, sed ipsum Deum reverenter audiunt, qui ait: Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nōn dicunt, & non faciunt, ideo audiuntur viliter, qui etiam viliter non agunt sua. n̄ querere studēt, sed sua docere nō audent, de loco scilicet superiore Sedis Ecclesiastice, quem sana doctrina constituit. Propter quod ipse Dominus priusquā de talibus, quod commemorauit diceret, præmisit super Cathedram Moysi federū; Illa ergo Cathedra non sorum, sed Moysi, cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes. Agebat ergo sua in vita sua: docere autem sua, Cathedra illos non permittebat. A fortiori mandante Christo Domino in lege gratiæ, vt obedientiam, præstamus Ecclesiastis Prelatis, vt eorū doctrinam audiamus, non permettit falli Cathedrā, vt etiā sentirent falsò, falsa doceant e cathedra, quando idē priuilegium datum tunc Moysi Cathedræ, ex verbis, & iussione, & præcepto Christi Domini a perte monstretur.

Confirmatur 2. quia ex eo quod Dominus iusfit Ecclesiæ obtē per andū Matt. 18. Si Ecclesiā nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus, et publicanus, Patres, & DD. colligunt Ecclesiæ infallibilitatem

in dicendo, ergo pari ratione cum plebes, e Cathedris loquētes, & docētes Paſt. Dñs audiri voluit, diuinus de puritate doctrinæ & infallibilitate prouisū, ne omnes Ecclesiārum Præsides, falsa ad credendum proponerent. Discursus est S. Cypriani, qui ep. 69. vbi demonstrasset multis scripturarum auctoritatibus Epis parendum, & ad id Pupianum, ad quem scribebat, exhortatus fuisset, ad infallibilitatem eiusmodi cōfugit, v. 3. facile obtē imperaturum. si (air) maiestatem Dei, qui sacerdotes ordinat cogitaueris. si Christū, qui arbitrio, & nutu, ac præsentia sua, & Præpositos ipsorum, & Ecclesiā cum Præpositis gubernat, aliquando respexeris.]

II. Ratio quia nō alia via ante omnē definitio- nē Cōciliārē hæretici sūt quidā notati, nisi quia Prælati Ecclesiārum aures accommodare renue- runt. Vnde Irenæus 3.adu.hæretes c.3 hanc pra- xim tradidit *Habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesijs, & successores eorum usq; ad nos, qui nihil tale docue- runt, neq; cognoverunt quale ab his deliratur, etenim si recēdita mysteria scissent Apostoli, quæ seor sim (vt fingebant hæretici) his vel maximē tra- derent ea, quibus etiā ipsas Ecclesiā cōmitēbat.*

Vltimo ad hominē, nā sicut administratio Sacramentorū necessariū mediū est ad salutē, & Ecclēsia propagationē, & consistentiā, ita & p̄dicatio recta, quod præstatur per successionē DD. & Past. quamvis. n. Deus suos extra Sacramēta posset homines iustificare, ordinario tā modo id p̄ Sacramenta, vel in ordine ad eadē facere decre- uit: ita & in doctrina factum est. vnde Calvinius 4. instit.lib. 4.c. 1. sect. 5. initio sic dicit. *Videmus ut Deus, qui posset momēto suos perficere, noluit tamē eos adolestere in virile ætate, nisi educatione Ecclēsia. Videmus modum exprimi &c. modus autē est ex puritate doctrinæ Doctorū, & Past. Christi, & Apost. succedētiū, qui innuitur ab Apost. ad Eph. 4. vnde in Ioan. c. 22. cū probasset Christū Dñm à Patre institutū Doct. vt præiret ait religijs ad tempus, mox subdit, qua etiā ratione Paulus dicit Ephes. c. 4. eum dedisse alios Apost. alios Euang. alios Past. qui Ecclesiā usq; ad finem mundi gubernent, Primū itaq; testatur Christus quamvis ipse habuerit temporale docēdi munus, Enaug. ramen prædicationem non exigui esse te- portis, sed eternā fore, deinde, ne minor sit doctrinae autoritas in ore Apost. iubet in eadem, quā à Patre accepit functionē succedere, eandem illis imponit personam, ac idē iuris assignat, idē ergo ius habent Apost. succedētes tanquā à Deo mis- si in puritate prædicationis (ad quam missi sunt) edocenda, ergo &c.*

## CONCLVSIO CATHOLICA

*Sensus omnium Pastorū, & Doctorū  
est ipsem Ecclesiæ Catholica sen-  
sus, ac proinde est in-  
fallibilis.*

R Esp. dicendum, quod ( vt supra dictū est) ex ratione cognoscitua, & iudicatiua, nomē sensus in nostro proposito translatum est ad ani- matam

mata fidem Ecclesiæ significandam, quæ est in corde Ecclesiæ per se primo. Sicut autem sensus humani dati sunt nedum propter cognitionem, tamen sensitivam, quam intellectivam, ad quam ordinantur, sed etiam propter utilitatem totius corporis, ex S. Th. 3. contra Gent. c. 23. (vnde etiam videmus, quod animalia intellectu carentia eatenus delectantur, quatenus per cognitionem sensus consecuntur cibos sibi proportionatos) ita & sensus Ecclesiæ, non solum ad cognitionem ordinatur diuinorum, sed ad utilitatem, ut recta doctrina totum corpus, tanquam cibo congruenti nutriatur. Quia vero rectus ordo rerum cum ordine naturæ conuenit, sicut in ordine naturæ, ex tertio contra Gen. c. 26. videmus, quod res naturales in finem suum, vel operationes absq; errore ordinatur, vnde nec circa propria sensibilia decipiuntur sensus, et in capite in ordine ad directionem certam totius corporis collocantur; eodem modo dicendum est in ordine rerum supernaturaliū, cuius modi est Ecclesiastica Hierarchia, ut ad has operationes, sensus & cognitions doctrinæ Apostolicæ, sine errore, ea membra, quæ principes sunt, & veluti oculi, & nares &c. infallibiliter ordinantur, & sine errore discernant, quid utile, & conueniens est toti corpori mystico. Sunt vero principes isti sine dubio Pastores & doctores. Vnde iisdem tanquam verâ sensationem, vel cognitionem ministrantibus ad nostram utilitatem, velut infallibilibus directribus nostram directionem oportet committere, dicente Irenæo lib. 4. c. 43. quæ propter eis qui in Ecclesia sunt presbyteris obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione, charisma veritatis certum, secundum placitum Patris acceperunt. ] et infra c. 43. quærens, ubi igitur tales nueniat aliquis? responderet. Paulus docens ait. Posuit Deus primo in Ecclesia Apostolos, secundo Prophetas, Tertio Doctores. Vbi igitur charismata Domini posta sunt, ibi discere oportet veritatem, apud quos est ea, quæ est ab Apostolis successio, et id quod est sanum, & irreprobatum conversationis, & inadulteratum, & incorruptibile ] cum ergo ex successione Doctores atq; Pastores, diuinitus adhuc consecrati Apostolorum cathedris successerint, qui proinde charismata sapientiae, & scientie acceperunt, certum est quod quicquid omnes isti Proceres concorditer tradunt, vel sentiunt, siue in fide, siue in conuersationis materia, quod reatum sit, & sanum, & irreprobabile, ac firmum, ut errare nequeant. Ceteros autem absentes à principali ista successione, oportet ex eodem c. 43. suspectos habere, vel quasi hereticos, & male sentientes, vel quasi scindentes, & elatos, & sibi placentes, aut rursus, ut hypocritas, que stus gratia, & vanæ gloria hoc operantes, sensus ergo Pastorum horum ipsissimus Ecclesiæ sensus est, ac proinde infallibilis, & ab illo dissidentes, vel suspecti, vel etiam heretici nota, ab Irenæo qualificati, & huic conclusioni refragari erroneum ad iudicatur.

## Solutio oppositionum.

**A**D I. illa<sup>1</sup> hypothesis non est possibilis, sicut non est possibilis, etiā secluso Sūmo Pont. totum reliquum Ecclesiæ aberrare, quia Christi

Dñi promissio, non tñ facta est capiti, sed etiam corpori, sed capiti primario, corpori secundario. vnde, & pro eis qui credituri erat dñs oravit expressè, vt sanctificaretur in veritate Ioh. 17. quare vt non oēs fideles ēt secluso Pont. errare possunt sic nec oēs Past. & DD. à quibus populos edoceri necesse est. In principio hoc: Eccl. nō pōt errare, vir tualiter includitur ista propositio: Ecclesiæ DD. & Past. oēs sine seorsim, siue coniunctim errare nequeūt nec culpabiliter, nec inculpabiliter alio qui si cecus cecū duceret, ambo in fouē caderēt. Quamuis aut omnibus errantibus Past. de possibili posset Summus Pont. populis veritatem fidei, contra Past. Doctrinam prædicare, hoc esset præter ordinem Ecclesiastice Hierarchie, vbi regulariter infimi à medijs, medijs à Sūmo Hierarcha illuminantur. Quare dato illo casu talis præseruationis per solum Summū Pont. esset ve luti miraculum, quod non est afferendum absq; fundamento, quare suauius dicitur nec omnes DD. & Past. in promulgatione fidei posse aberrare, ne miracula, vel extraordinarium operandi modum nouiter introducamus.

Ad probationem antecedentis respondetur, esse disparem rationem, nam si Patres Concaberrant, mox à legatis contradicuntur, eorumq; doctrina impeditur ne proponatur, & ad subscribendū protinus iux. Pōt. Sūmi prescripta cogūtur. Quare non est periculū seductionis in populis. Ceterū in proprijs sedibus considentes, si continget aberrare oēs, nō ita facilè doctrina falsa, quæ ve luti lues grassaretur, extingui posset, absq; extraordinaria Dei prouidentia, & miraculo, quare non est simile.

Ad II. resp. promissā infallibilitatē capiti pri. & p se, & formaliter. quare Sūmus Pont. est primaria, & infallibilis credendorū regula, Pastorib. quoq; & DD. secundario, & formaliter ēt data sūt charismata, vt docuimus ex Iræno, verū ordine quodā, nā Episc. ex vi cōsecrationis, q. a. Past. primarij quoq; subordinatē ad Sūmum Pōt. sūt populorū DD. simplices vero DD. ipsis Episc. qui sūt, vt in cathedra successores, ita quoq; in doct. Apost. subordinatū, ex diuinitatis lege. Ultimo loco oīb. populis infallibilitas pmissa est ne fluctuat, cū destinati sūt Past. & DD. ne parvuli fluctuant, sed cū differētia, nā Sūmus Pōt. Episc. & DD. oēs nequeūt ēt errare inculpabiliter, cū eis ex officio incubat illibata fide ex Dominico præcepto prædicare, est autē fides illibata, quæ mensurā suā nō excedit, nimirū, vt quæ de fide sunt credat, & extra fidei cancellos posita, nō credat. quare numq; Past. excedent in ista mensura, nec deficiēt. Plebes vero circa subtiliora possunt inculpabiliter errare, ac proinde ab Episc. eruditiri, vnde Aug. ad Orosium contra Priscillianistas c. 11. sic dicit. nō itaq; opus est plus sapere, sed sapere ad temperantiam sicut unicusq; Deus partitus est mensurā fidei. Docebūt te ista fortasse DD. si ad illos afferas discēdi sciētiā, quantam sciendi habes curam, ne incognita pro cognitis opineris, ne non credenda credas, vel credenda non credas &c. & alias eundem locum penderai superius.

Ad III. respondetur, etiam viuente Summo Pontifice, non posse contingere omnes Pastores, vel Doctores posse docere aliquod falsū etiā in-

cul pabiliter cōtra fidem ex dictis supra, cū cathedra, & diuina charismata eos era dicere cogant, ex diuina ordinatione, & assistentia. quare repugnaret statui, & eorū officio, qui positi sūt ut lux alios illuminatura an sal infatuandum? q[uod] se sal euannerit in quo salietur? &c. quāuis autē à solo Pont. edoceri possent, etiam Episcopis, & DD. contraria prædicantibus, id non fieret sine extraordinaria prouidētia, & miraculo, quē multiplicare gratis nec possumus, nec debemus.

Ad IV. Cum veritas sit veluti centrum, quot modis ab illo deuiatur, tot modis peccare contingit ( vnde via veritatis vna, & simplex est, mult plures semper falsitatis ) tam errarent populi decepti, uno & eodem errore ab omnibus imbuti, quām multiplicibus, à singulis etiam, & seorsim decepti, quare, vt præseruatio diuina asseritur, ne omnes vnum eundemq[ue] errorem trahant, ita ne singuli singulos; ne vasta errorū sylva in tota collectiū reperiatur Ecclesia.

Ad V. Non admittitur illa hypothesis, & per impossibile, si nullo resistente aliquod falso credendum esse prædicarent; tunc, dicunt quidam, fideles non tenerentur hoc credere, sed melius est, præseruari tunc omnes PP. ne tales ad credendum proponerent falsitatem.

Ad VI. est duplex dicendi modus. Quidam dicunt posse omnes falsa sentire, quia non iensus Pontificis Summi, sed determinatio est regula credendorum, ergo à fortiori idem dicendum de inferioribus Pastoribus, & DD. Secundo quia infallibilitas in docendo permitta est eorundem officio, nō personæ. Tertio quia si vera doceant, non vera sentiant ( quod videtur supponere S. Augustinus supra allatus lib. de doctrina Christiana ) nullum periculum plebibus afferunt, nec fidei ingenerant præiudicium. Tertio quia hæc disparata, & separata sunt, credulitas in sentiendo, & potestas in docendo. vnde ex mala credulitate, quia est priuata, non inficitur publica doctrina Episcoporum, sequitur obediens plebium recipiendo publicam doctrinam, suā reportant utilitatem populi ne decipientur, etiam si interius male sentirent, denominaretur Ecclesia Sancta, etiam si omnes Episcopi infideles essent, sicut modo Sancta dicitur etiam si omnes essent peccatores, vnde Ecclesiam nō defecatur in fide promissum est, non quod omnes Episcopi deficere non possint. Quarto quia non minus esset tacere, vel negare veritatem cū opus esset, quam interius prava sentire. Sed posset tempore persecutionis contingere primum, potest ergo etiam, & secundum contigere. Confirmatur quia probabile reputatur, vel saltem non est contra fidem, asserere, omnes Apostolos saltem exterius tempore passionis amississe fidem, ergo &c.

Alij tenent quod non, quia inter Episcopales conditiones illa ponitur ab Apostolo ad Titum c. 1. vt sit potens docere in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere hæc autem doctrina, & redargutio maxime fit per gratiam gratis datā, quæ ab eodē Apostolo vocatur fides, dicēte: alijs datur sermo sapientiæ, alijs autem sermo scientiæ. 1. Cor. 12. alijs fides hæc autē fides, vt exponit S. Doctor, ibi em accipitur pro sermone fidei,

prout scilicet homopotes rectè proponere ea quæ fidei sunt: vel pro certitudine fidei, quam aliquis habet excellenter, & 2.2.q. 11.a.4 ad secundum denotari, ait quandam certitudinem supereminētē ex qua homo sit idoneus ad instruendum alios, de his quæ ad fidem pertinent, & in corpore ait, oportet enim quod ille qui debet alium instruere in aliqua scientia, primò quidem, ut principia illius scientiæ sint ei certissima, & quantum ad hoc ponitur fides, quæ est certitudo de rebus inusribiliis, quæ supponuntur, ut principia in catholicâ doctrina, moraliter autē impossibile est, vt magister aliquis etiā in scientiis falsa principia habeat, & vera discipulis proponat, vnuquodq[ue] .n. intendit sibi simile producere secundū formā, & alicuius actū, quæ habet, & qualis quisq[ue] est, talis finis ei videtur dixit Philosophus, & non est possibile, quod diu retēta falsa principia nō eructet, & pariat corda prægnantia, ex abundantia autē cordis os loquitur. Quare, & si metaphysicè, vel Physice loquendo possit accidere, vt omnes falso sentientes, vera doceant, id fortasse accideret pro aliquo brevi tempore, diu ve, ò retinere conceptū sermonē non poterunt. Sicut autem dicimus aliquem in peccatum latale lapsū, nō posse per aliquod tempus notabile permanere, quin suo pondere in aliud relabatur, ta non est possibile, vt quis concepta (male sentiendo) mala credulitate, foras in exteriorē infidelitatē, & doctrinam, procedente tempore, non prorumpat. Quare nonna, & speciali gratia opus esset, & prærogatiua speciali, vt falso sentientes, adhuc vera edocerent, non secus ac interno peccato consentiens, ab exteriori actu præseruatus gratia indiguit, ne peccaminosum illum actū exerceret, vt dicit Concilium. Nec casar. can. 4. s[ic] quis concupitia muliere, etiam si cōcupitus eius desiderium habeat, nō autem fieri secutus effectus, manifestum est hunc per diuinam gratiam fuisse liberatum.

Et hæc opinio suauior est, & probabilior, vnde argumenta in oppositū non obstant. Primum n[on] facilimē soluitur, nam admissa illa sententia, quod Papa possit affici errore personali, specialis est ea prærogatiua, vt contra suam mentē vera definiat, ipse .n. est prima, & singularis petra sup. quam ad fidicij Ecclesiastici altitudo securita cōsurgit. Secundū euanescit, nā seclusa particulari prærogatiua, & speciali dono, nō est possibile, vt priuata doctrina mala interior tandem in exteriorē prædicationē nō erumpat, & opus esset noua gratia præseruatione, vt falso sētiētes interius, reta doceret exterius, & sic dissoluitur tertii motiu: nā Metaphysicè, & per aliquod breve tempus, possent malus sēsus, & publica doctrina separari, at notabili tempore, cōcepta iniustitia pararet iniquitatē, et falsa credulitas publicū errorē, ni Deus noua prærogatiua id nō impediret, quod esset inaniter multiplicare miracula. Quarū euācuatur, data. n. illa hypothesis, esset peccatum contra confessionē fidei, fide remanente, & nullū esset periculū seductionis, quæ ex falso prædicatione doctrinæ prouenit, solū scandalū, & dispersione in ouibus, pastoribus terga vertētibus nasceretur. Ad confirmationē falso est assumptum, quod omnes Apost. fidē perdiderint, vt demon strabitur in tractatu de Ecclesia in secunda parte huius tertij tomī.

## ARTICVLVS III.

An sensus fidelium Ecclesiæ sensus dici possit.

### Positio Hæretorum.



Mpius ille Vvit-cleph. vt Sacrorum DD. & Pastorū ministerium eluderet, sensum lauorum, & communum fidelium voluit pro sensu Ecclesiæ habere in omnibus questio-nibus, vnde in 4. Dia logi c. 5. sic dicit.

*Dcus semper seruat notitiam naturalem in laicis, si semper seruat sensum catholicum in quibusdam, ut in Græcia, vel alibi, vbi placet.] Idem in serm. Domini in monte c.39. ait. Istud quadruplex testimonium triplicatum faceret fideles quiescere in antiqua fide Ecclesiæ, à populo-ribus usque hodie obseruata scilicet, quod prius Sacramentum I cet in natura sua sit panis, est tamen mysticè copius Christi, & postea. in-terroga parentes tuos, dum in ista materia fide-les habueris, & dicent tibi concorditer fidem i-sam. hæc impius apud Vvaldensem tom. 2. c. 43.*

Protestantes & Laicorephali tribuentes laicis potestatē iudicandi de fide ut dicetur in tract. de Ecclesia, contoueris de illegitimis sub e-ctis potestatis Ecclesiæ. à sortiori ex eorundem sensu atque consensu, in omnibus, firmum duci argumentum consequenter dicent, sensus n. iudicium præcedere necesse est.

### Oppositiones.

**A**rguitur primo. quia populorum sensum perinde, ac Ecclesiæ sensum veneratur, & suspicit Augustinus, scribens enim ad Honoratū pe rtutile credendi, certissimum processum, & viam docet esse ad inquirendum, & inueniendum, confessionem populorum, & gentium, opinionem firmissimam, & famam celeberrimā vnde cap. 4 ait. Nullis me video credidisse, nisi populorum. & gentium confirmatae opinioni, ac famæ admodum celeberrimæ: hos autem populos Ecclesiæ Catholice mysteria usquequaque occupasse. Cur non ergo apud eos potissimum diligen-tissime requiram, quæ Christus præcepit, quorum authoritate commotus, Christum aliquid vili præcepisse iam credidi?

II. Idem Augustinus de origine animæ scribens ad Vincentium Victorem, qui tamē laicus erat, liberum illi iudicium emendandi scripta commissa à suo præceptore in rebus difficilli-mis de eadem emendatione, vrget lib. 2. de ani-ma, & eius origine cap. 26. omnia itaque in eisdē libris ad te scriptis, & tibi tradiuis sobrie vigi-lanterque consideras, & plura quam ego inuenies

fortassè culpandam &c. & clarius c. 1. non im-probo humilitatem tuam, imò vero etiam laudo, quod honor asti doctorem tuum, nec hominem, sed ipsam, quæ tibi per illum loqui dignata est, veri-tatem, si tamen potueris demonstrare, quid per il-lum veritatis acceperis, Vellem itaque rescrip-tis tuis quod te docuerit, me doceres abit enim ut erubescam à presbytero discere, si à laico tu non erubisti prædicanda. & imitanda humilitate, vera didicisse. à laicorum ergo consensu myste-ria edisci possunt.

III. quia omnes fideles sunt membra Eccle-siæ, eodem ergo Spiritu vegetantur, & sicut anima nostra est tota in toto, & tota in qual-i-bet parte, ita in quocunque fidei est Spiritus docens & inducens in eam veritatem. Idem ergo sensus est membrorum, ac capitis, & totius corporis mystici.

IV. quia Sancti PP. multa dogmata probarūt ex consensu fidelium, ut patet ex Basil. 1. b. d. Spiritu S.c.29. ex voce populi conglorificat onē Spiritus S. probante Aug. 1. de pecc. meritis, & remiss. 1.b. 1.c.24 ex voce Punica popularium, necessitatem baptismi, & Eucharistie ostendit, & lib. 1. contra Iulianum c.2. peccatum originale demonstrat, quia ait in hoc afferendo, ipsa toto orbe diffusa, à se non discrepat multitudo.

### Pro parte opposita.

**S**ed contra est ergo authoritas in decretis, & habetur d.62. c. docendus, vbi sic dicitur. Docendus est populus non sequendus, nos quoque si nesciunt, eos quid licet, & quid non, commone-re, non eis consensum præbere debemus.

II. ex Patribus. Lactantius V. infit. c 12. à nobis autem abit hæc dementia, ut falsum vero anteponemus an boni nostri qualitas plus ex po-puli pendebit erroribus, quæ ex conscientia no-stra, & iudicio Dei?

S. Hilarius 6 de Trinit. ob malam populis propinatam doctrinam, quam ex consensu illius Ariani suadebant, grandem prouinciam dicit assumpsiſſe dicens Non sum nescius difficultimo, me asperriamoque tempore, hoc aduersum vœsanā impiorum hæresim, Dei filium creaturam esse, affirmantem, aggressum fuisse multis iam per om-nes fermè Romani Imperij promiscuas Eccle-sijs morbo pestiferæ huius predicationis infe-ctis, & velut ad fidem hujus male usurpatam persuasionem longo doctrina vſu & emen-to no-mine vere religiones imbutis. & postea. Granis enim & periculosis est error in plurimis & mul-torum lapsus, etiam si se intelligant tantum exur-gendi pudore autoritatem sibi præsumit, ex nu-mero, habens hoc impudentię, ut quod erret pru-dentiam extimari velit quod cum multis errat, ac intelligentiam esse afferat veritatis, dum vul-nus erroris esse existimatur in multis.

S. Aug. tract. 95. in Ioannem dicit unum eun-demque Christum, & cetera mysteria præposi-ta populis, & parvulis, ac Doctoribus, & sapien-tibus (sed carnalibus parvulis id tantum cre-dendo tenentibus, spiritualibus autem capaciori-bus, id etiam intelligendo cernentibus, & ad hoc

propositum assert illud 1. Cor. 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, ac si diceret: non potuisti quasi spiritales, sed quasi carnales capere, quod loquebar animalis in homo, id est qui secundum hominem sapit, animalis dictus ab anima, carnalis à carne, quia ex anima, & carne constat totus homo, non percipit, quæ sunt Spiritus Dei, id est quid gratie credentibus crux conferat Christi, nec alia subtiliora, unde iudicium discretiū non habent, nam & si laeti alantur, quo credat, bonum à malo non credidot tantum, verum etiam intelligendo, quod pertinet ad solidum cibum, separare non possunt. Non ergo ex eorum sensu fidei intelligentia haberri potest.

IV. Rationibus, quia ( ut dicit Vvald. c. 42. t. 2. contra Vutileph. ) Petre multos, de plebe, & nunquid dicunt Patrem Deum hominem satis antiquum? Spiritum S. esse columbam? quot credis de populo credunt ante Christi adventum non fuisse mundum? innumera exempla subministrantur.

Vltimo ex aduersariorum confessione. Calvinus enim in 7. cap. Ioannis ait. Scimus quantas sit vulgi intēperies, quam deformis confuso mox sequatur necesse est, ubi cuique quoddlibet licet, est igitur ad moderandum Ecclesiæ ordinem, necessarium frenum eorum, qui præsunt authoritas, atq; ita ex lege cautum erat, ut si qua excita ta esset quæstio, vel cōtrouersia, eius cognitio penes Summum Sacerdotem foret. I sensus ergo Ecclesiæ non est fidelium laicorum sensus.

### CONCLVSION

In symbolis artieulis quos populus scire tenetur, fidelium sensus, Ecclesiæ sensum demonstrat: secus in subtilli mysteriorum intelligentia.

R Esondeo dicendum sicut supradictum est) quod sensus cognitionem sui obiecti cum iudicio discretiū importat. Triplex autē cognitio discretiū in Ecclesiæ Dei reperitur, quædam est, quæ simplicem fidei assensū importat etiā questionem, an est, inhærente firmiter ijsque sunt fidei, & communiter omnibus credenda proponuntur; opposita dogmata Gentilium ac hereticorum respondeo; & hic communis sensus, est etiam totius: Ecclesiæ sensus: unde Apostolus ab hoc sensu argumentum in re notissima Eucharistiæ scilicet Sacramenti, quod sub illis speciebus contineatur corpus, & sanguis Domini, quod omnes fideles credere tenentur, docuit, Corinthiorum sensum, & iudicium contra Sacramentarios interpellando 1. Cor. 2. *Vos ipsi indicate, quod dico: calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* Faciens in axiome notissimo iudices simplices quoque Corinthios fideles. Quædam est cognitio discretiua, quæ versatur circa intelligentiam eorum, quæ creduntur, & versatur circa questionem quid, & quomodo: & hic sensus non est omnium fidelium Ecclesiæ, sed paucorum sa-

cientium scilicet, & doctiorum, vnde Origenes in proemio Patriarch. a. 1. quod Apostoli necessaria quidem ad fidem omnes docuerunt, rationem tamen assertionis relinquentes ab his inquirendam qui spiritus dona acceperunt, subdens quod de alijs dixerunt quidem quia sunt ( ut in dogmatibus, quæ omnes fideles scire tenentur) quomodo autem, aut unde sunt, siluerunt, & sapientioribus hæc sunt relicta, & S. Augustin. c. 4. contra epist. fundamenti, a. 1. in Ecclesiæ Dei sincerissima est sapientia, ad cuius cognitionem pauci spirituales perueniunt. Cæterum autem turbam non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit. Quædam tamen est cognitionis discretiua, que ex ministerio Pastoris Ecclesiæ attributa est, & magisterio, vt iudicent ex potestate diuina, de omni falsitate Ethnica, Iudaica, heretica, componatque religionis dissidia, & hoc primo per se est in Summo Pontifice, in Pastoribus autem prout à Summo Pontifice congregantur in Concilijs, vel in proprijs sedibus considentibus, tanquam fides depositarijs doctrinam Orthodoxam testificantibus atque tradentibus, iudicium Romanæ Sedis interpellantibus ad errorum damnationem, & eliminationem. Habent autem se ista tria, vt cōmune, proprium, & propriissimum, vt communis sensus Ecclesiæ sit etiā Laicorum, proprius sit sapientium, propriissimus Pastorum & Doctorum, & inter hos Summi, & primi Pastoris Romani Pontificis, & tertium genus cognitionis secundum, & primum includit, vnde in hec sensu recte docuit Vvaldensis, dicens, quod fides Ecclesiæ laicorum testimonium non excludit, ex ipsorum enim iudicio discretiū, & testimonio in rebus communiter toti Ecclesiæ ad credendum propositis, firmum est quoque Laicorum sensus, & iudicium, seu simplex assensus, vt explicatum est, non ad probandum, & confirmandum dogmata, sed ad indicandum ea dogmata esse indubitabilia, cum etiam per pulchrum cognitionem non effugiant, vt dicebat Augustinus de peccati originali a. 2. contra Julianum. Differunt etiam quod tertia cognitio, non solum est dogmatum testificativa, sed & determinativa. Secunda est consultiva, & testificativa, prima solum testificativa eiusdem fidei Catholicæ: ex communi enim fidelium in toto orbe confessione, unitas, & uniuersitas demonstratur. Sicut autem, quasi à priori, ex prima, & secunda cognitione dogmatum rationem accipimus, ita quali à posteriori, & signo ex acceptatione mulitorum credentium eadem dogmata comprobantur, nō vt in se crescant in substantia, sed vt ex credentium multitudo, hoc quoque argumentum ministretur credibilitatis fidei, ex consensione populorum, & gentium, vt sèpè inculcauit Augustinus de utilitate credendi, & contra Epistolam fundam, est ergo triplex sensus, & cognitio discretiua, autoritatis, & est in proceribus Ecclesiæ, & primo in Summo Pontifice, siue in Concilio, siue ext' a. Secunda est magistralis, & explicativa refellendo errores. Tertia consensionis confessionis, & firmate commendationis, vt loquitur Vvaldensis sup. c. 20. & in hoc sensu, ipsorum sensus sensus Ecclesiæ est. In dis-

facilioribus verò implicitus sensus eorum sensus Ecclesiæ est, cū unusquisque fidelis credat quicquid Ecclesia Catholica sentit, explicitus verò eorum sensus a communi Ecclesiæ aberrare potest; sensus vero Doctorum, & Pastorum sensus idem est, ac Ecclesiæ sensus ( vt dictum est articulo precedentí ) nec enim hi in aliquo dogmate conspirant, quin idem Ecclesia eorum auctoritate mota sentiat, nec contra eorundem sensum aliquid esse de fide pronunciat, vt supra ostensum est.

*Solutio oppositionum.*

**A**D I. confudit Augustinus ad sensum populorum, vt à posteriori contestantē consensum totius corporis Ecclesiæ: sed à priori Pastorum, & DD. sensus præcipue Rom. Ecclesiæ populorum sensum, qui à Pastoribus, & doctoribus, edocet, vnde c. 4. contra Epistolam fundamenti ait. *Vt ergo hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia, que in eius gremio me iustissime tenent tenet consenso populorum atque gentium &c.* Tamen ab ipsa sede Petri Apostoli &c. usque ad præsentem Episcopatum successo Sacerdotum. Vides ergo nedum populi sensum, sed & sapientum, & Doctorum, Pastorum quoque præsertim Summorum Pontificum ab Augustino assertos, iisque tanquam pietatis retinaculis in Catholica se teneri profitentem, sed cum ea diuersitate, quæ in corpore articuli expressa est.

Ad II. sicut extraordinarium Dei donum, rara, vel paucorum scientia laicorum, quæ multorum etiam Episcoporum scientiam superat, præjudicare non potest, nec debet ordini successoris PP. & DD. diuinitus constituto; ita nullum præjudicium ( ex loco allato Augustini ) factum est statui Pastorum, dum laicos à Presbyteris docendos docuit, id n. ad humiliatem referendum, non ad officium. Vel dicendum: non ad quoscunque auditos laicos destinatos Ecclesiasticos, sed doctos, qui subtiliora dogmata noscunt, non ad quosvis de media plebe, nec vt ex officio doceant, sed ex scientia, qua possint, illuminent, quare non est quod obijcitur ad propositum.

Ad III. sicut anima vivificat totum corpus, at non facit, vt membra omnia eundem actum habeant; sic & diuinus Spiritus omnia membra mystica vegetat sed, vt alii sint actus pedum, hoc est inferiorum, alii capitis, Rectorum, et Pastorum Ecclesiæ, quam analogiam queque Apostolus recensens, ait, *alijs datur sermo sapientia alijs sermo scientis &c.*

Ad vltimum. In communibus creditibus plurimum valere sensum fidelium, & populorum concedimus. In subtilioribus verò sensus sapientum Pastorum atque DD. exquirendus est, eisq; obtemperandum.

ARTICVLVS IV.

An Ecclesiæ sensus sit infallibilis uniformis, & invariabilis.

*Hæreticorum positio.*



VTHERVS puritatis Euangelij falsus iactator, ad solam scripturam se restringens, omnem Ecclesiæ sensum, & autoritatem passim respuit, sed p̄cipue in Regem Anglie suę Babylonicae captiuitatis euerforem, sic inuchitur. Christum Ecclesiam suam adificasse non super longitudinem temporum, neq; super multitudinem hominum, neq; super oportet sic esse neque super usum, & dictum Sancti rum neq; super Ioannem Baptistam, neq; super Eliam, nec super Hieremiam, aut unum ex Prophetis, sed super solam, & solidam peiram super Christum filium Dei. ] In summa Regem perstringit, & cum illo Thomistas, quod usum, consuetudinem, & Ecclesiæ sensum allegaret. Calvinus in A&c. 16.num.2. hunc locum fugillat, vt & alios Theologicos Præiudicio, ait, uisuntur, ne causa veniat in disputationem: qualiter, & Papista hodie nobiscum agunt. Hoc in generali Concilio decreatum est: magis recepta opinio est, quam, vt fas sit dubitare Hor diuinus usus approbavit. Hoc plusquam mille seculorum consensu sanctum est.

Calvinus eundem deridet passim sensum, & Ecclesiæ consuetudinem, nullumque habere firmitatis robur tale argumentum, donec scripturis probetur asserit id in 1. Cor. 2. c. 10 & Catholicos fugillans ait. *Atque hoc firmissimum est fundamentum Papistis. Vetus est Fuit olim factum. habeat ergo pondus cœlestis oraculi.*

Idem alius in a&c. 14.num 15. antiquitatem, & consensum Ecclesiæ deridet, vt impertinentes ad religionem. quoniam, ait, da non parvus erant obstacula incredulis, longa temporis anima, & censensus omnium ferè gentium utrumq; hic diruunt Paulus, & Barnabas. Si multis seculis erratum est, inquietunt, & vagatus est mundus, sine ratione, & iudicio, ne ideo vobis minoris sit Dei veritas cum assulget, nam, cum eterna sit nec mutetur, minimè absurdum est. longam annorum præscriptionem illi opponi. Nihil plus patrocinij in hominum numero esse contendunt. Non est, inquietum, quod vos à recta via impediatis totius mundi conspiratio, inualuit omnibus populis, cœcitas &c.] exinde dicitur ad suadendum insinuandi argumentum ab Ecclesiæ antiquitate, & sese &c. Augustinus Marloratus in Acta Apost. c. 10.num.43. sunt mulci qui citaturi testimonium Ecclesiæ, nescio quos mores, aut opiniones in Hispania, Gallia, Italia, inque aliis locis sibi consentientes

senientes commemorant. At hoc nondum est consensus uniuersalis Ecclesiæ, quod Hispani, Galli, & Itali uno ore comprobant, sed quod prophetæ, & Apostoli sentiant.

*Oppositiones corundem.*

**P**rima. Quia si tanti valet sensus, & consuetudo Ecclesiæ, ut sit infallibilis, qua ratione (ait Lutherus) probabimus fidem Turcarum esse erroneam, quæ iam ad millesimum ferè annum durat, ante ortā quam Germania ad fidem couersa est? Impiorum quoque homines errores ex tot gentium sensu, sanam fidem dicere necesse est, cum ab initio mundi illorum superaret multitudo, & diurnitas, & potētia, paucorū paucitatem, & ignobilitatem.] non ergo antiquitas vel sensus, aut Ecclesiæ consensus infallibilis est. Alioquin (subdit idem Lutherus) si hominum dicta valent, articulos fidei condere, cur non & verba mea faciunt articulos fidei? an non sum homo? ] loc.cit.

**I.** quia S. Petrus in concione quadam ad populum annuncians Christum Act. 10. non gentium, & locorum sensum allegavit, sed solummodo testimonium prophetarum, in ipso nāq; (ait Marloratus ex Brentio) Ecclesiæ exordio vix adhuc Iudeæ fines egresso, tam sensum allegare non potuit.

**III.** quia dum Paulus reprehēdit Corinthios, quod in Cœnæ mysterio præsumerent priuatas suas cœnas manducare, satis (ait Caluinus 1. cor. 11.) admonemur, quid valeat sine ratione antiquitas, hoc est quantum habeat autoritatis longa consuetudo, nullo verbi Dei testimonio probata. ]

**IV.** quia non potest esse infallibile, quod variationem recipit. Primo enim circa tempora Augustini, vel Leonis primi sensus erat Ecclesiæ, ut esset in differens accipere Eucharistiæ sub una, vel alia specie, verum ab eodem Leone, ut patet ex serm 4. de quadrages. utrunque speciem necessariam assertam legimus, ait n. hoc signo notari, qui sunt Manichæi, quod ore indigno Christi corpus accipiunt, sanguinem autem redēptionis nostræ haurire omnino declinant. Et sub Gelasio Papa sic statutum est de consecr. d. 2. [Comperimus quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione, à calice sacrati crucis abstineant: qui procul dubio, quoniam nescio qua superstitione docentur, astringi, aut integræ Sacraenta percipient, aut ab integris arceantur.]

Secundum exemplum sit aliorum innumeralium, quæ irrepserunt postea in Ecclesiam contra sensum, & morem Apostolorū, prius n. per immersionem, modo per infusionem, vel aspersionem celebratur baptisma. Prius poterant Christiani à carnibus abstinere, & ieunare die Dominicō, modo esset hæretica suspicio de Manichæismo hæc patrare. Amplius ipso quoq; Apostolorum tempore, abstinebant à sanguine & suffocato, modo abstinere esset signum gentilium. In primitiua Ecclesia in nomine Christi dabatur baptisma; Modo sub hac forma bap-

tizare illicitum est. Ante Eucharistie sumptuosa erat celebris illa ceremonia ablutionis pedum, & sermè Patres, Cyprianus de lotione pedum Ambros. 3. de Sacram c. 1. Bernard. sermone de cœni Domini, sic loqui videntur, ac si ad Sacramentum confessionis, & absolutionis aliquid pertineret, & sicut cetera valeat, quibus quotidiana nobis condonantur delicta: at modo hic usus inoleuit. Circa materiam Eucharistie vetitum erat, ne in azymo pane fieret consecratio, modo ad Græcos fermentatio peruagauit, & Catholici à Græcis Azymite appellantur. Eucharistia post agapen, & coniuncta fraterna sumebatur, modo non nisi à iejunis posse sumi constans est Ecclesiæ sensus, & traditio. Plura sunt huiusmodi exempla, unde ad iustificationē suā, orbi demonstrandam, Protestantes confessionem ediderunt Augustanam, vbi receptarum iam pridem consuetudinum abolitionem, non irrationabiliter factam tuerunt: aiunt n. [Nouos tantum abusus sustulimus, qui contra veteres canones, contra veteris Ecclesiæ exempla sineulla certa authoritate, vitio temporum recepti sunt.] & in fine eiusdem Confessionis dicitur In doctrina, & ceremonijs, apud nos nihil est recepta contra scripturam, vel Ecclesiam Catholicam, quia manifestum est, nos diligentissime canisse ne qua noua, & impia dogmata in nostras Ecclesias serperent.]

Confirmatur ex multis dogmatibus Scholæ, quæ uno tempore communiter recepta erant, postea procedente tempore refutata sunt: exemplificant multi de illa questione formæ cadaueris, quæ uno tempore fuit recepta, & communior existimata, postea profigata est, unde & Articulus Parisiensis eam damnauit, & alia huius modi.

**V.** quia hic sensus Ecclesiæ à Patribus originē sumit, at plerumque aliquod dictum, vel factū, vulgique mores magis receptos, quam probatos, PP. probabant (ait Caluin. in art. Concil. Trident.) insuper (ut dicit Brentius in Apologia confessi. Vvii embergensis) id quod breui tempore ante eorum etatem in usum obrepserat, nimia facilitate, sine ratione, aut iudicio secuti sunt, & (ut dicit Melanchthon in loc. communibus) incommodas opiniones de sacrificio, de precibus, &c. à populo veteres scriptores mutuat: sunt &c. at quid vulgo, & populo inconstantius? ergo infirmus, & inconstans reperitur communis Ecclesiæ sensus &c.

*Pro orthodoxis.*

**S**ed contra est, primo authoritas scripturæ 1. n. Cor. c. 10. qui ubi n. Apostol. resurrectionem probasset ex autoritate magistariorum, & Praepositorum Ecclesiæ, arguit se Christus, ait, non resurrexit, inuenimus falsi testes Dei, q. onia testimoniū diximus aduersus Deum: & iterum. Sive ego, sive illi, sic prædicamus, & sic credidistis) Iterum sumit aliud argumentum a corpore Ecclesiæ, & communī fidelium sensu circa resurrectionis articulū, quem etiam omnes fideles credere tenentur, dicens. Si Christus non resurre-

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 357

resurrexit &c. inanis est fides vestra, quæ sic credere edocta est, & iequitur, & adhuc estis in peccatis vestris, quia sine vera fide non potest esse remissio peccatorum ergo, & qui dormierunt in Christo perierunt, quia in falsa hac fide defūcti sunt. Sed hec omnia absurdissima sunt, veritas ergo sensus, est infallibilis, qui est in toto corpore Ecclesiæ circa articulatum resurrectionis; & similiter verus sensus est, & infallibilis Ecclesiæ circa reliquos articulos symbolicos, alias si falsus esset sensus, defunctos tot seculorum catholicos, vera fide destitutos pro damnatis habere necesse est, & uiuentes nunc delusos, vera fide carentes, ergo si ob grandein energiam, valuit ab Ap. stolo prolatum hoc arguendi genus, valebit quoque à tot iam Christianorum defunctorum myriadibus innumeris, & sexdecim seculis. Vnde Nazianz. contra A pollinaristas sic arguebat Epistola 2. ad Cledonum. *O miram absurditatem. Absconditam post Christum, sapientiam, nobis annunciant. Res lacrymis digna. Si enim 30. bis annis fides originem habuit, cum 400 fere anni ab eo tempore fluxerunt, quo Christus palam conspectus est, inane tanto tempore, fuit Euangelium, inanis etiam fides nostra, & martyres quidem frustra martyrium subierunt, frustra etiam tales tantique antistites populo præfuerunt. ita à simili arguimus ( contra Calvinum 4. instit. c. 1. num. 1. dicentem in Papatu adulterata, quæcumque Deus in salutem ordinaverat, & Lutherum præmonitione ad Germanos, debacchâtem, nullam etiam literulam in Papatu esse, que non abneget, & blasphemet Christum, violetque fidem in ipsum.) cum iam mille, & 600. annis a predicatione Christi, & Apostolorum effluxerint, & idem sensus dogmatum perseveret, idemque sensus ab Apostolicis acceptus usque ad Apostolica tempora referatur, mane tanto tempore fuit Euangelium, inania martyria, inanis prædicatio, inanis Ecclesiastica Hierarchia &c. cum ergo hæc sint absurdæ, infallibilis, ac prouinde immutabilis doctrina, & sensus Ecclesiæ perseverant. Hoc argumēto usus est S. Athan. lib. de Synodis Arimini, qui in Arianos nouam fidem promulgantes contra antiquum sensum Ecclesiæ sic dicit. Quod si secundum ipsos ab ipsis consulibus principiū suum fides accepit, quid faciēt illi, qui ab eis in Christiana religione instituti sunt? & ante consules istos dormierunt? quomodo illos excitabunt, ut quod didicerint oblitteretur? & quod ipsi scribendo inuenierunt in eos inserant? adeo ne crassæ sunt, ut nibil fingere quant. &c.*

Secundo ex eodem Apost. 1. Cor. 10. qui ad sensum Ecclesiæ, consuetudine innotescentem, velut argumentum firmissimum consugit, ubi cetera, quæ adduxerat argumenta contentiosis non sufficerent, at ergo ad contentiosum funē præcidendum, circa velamina capitum mulierum: Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neq; Ecclesiæ Dei.

Respondet aduersarij, quod dicit Apostolus ad contentiosos referri potius coercendos, quam ad ritum velaminis probandi deferri, & conten-

tiosos authoritate Ecclesiæ coercet, non dogma consuetudine sola firmatur, sic Calvinus Vitak, & Musculus in hunc locum Pauli sribentes.

Sed contra, quia nendum Ecclesiæ consuetudinem vrgebat Paulus, sed & suam, hoc est ( S. Th. interpetre ) nendum nos Iudei in Christum credentes, sed nec Ecclesiæ Dei per gentes diffusæ hunc morem habemus, vt mulieres detecto capite orent. Præterea contentionis culpam fatis ex diuino præcepto, & lege charitatis alias Paulus reprehenderat, ipsamque natura, & lex gratiæ, etiæ arguit, vt ad confuctudinem Ecclesiæ confugere non esset necesse. Secundo, quia videatur sigillum eorum, quæ præmisserat A postolus, arguendo ex scriptura, ex ipsa natura, ad probandum velari oportere mulieres, quod si qui essent, vt ne scripturis, nec ratione conuinci se patarentur, saltem ex more, & consuetudine desinerent esse contentiosi, vnde Tertull. lib. de virginibus Virginibus c. 8. ostendit ait contentionem aliquam de ista specie fuisse, ad quam extinguedum, toto compendio ( idest summa, & præ omnibus alijs rationibus, efficaciore, & compendaria via, consuetudine inquam, vel sensu Ecclesiæ) usus est.

II. patet ex Patribus sic enim habet Origenes lib. 1. Periarchon. qui sensum, & prædicationem Ecclesiæ sequendum vigeret his verbis: cum multi sint qui putent se sentire, quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur vero Ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab Apostolis tradita, & usq; ad præsens in Ecclesijs permanens, illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab Ecclesiastica traditione discordat. Priuati ergo, & alieni sensus à sensu Ecclesiæ, qui & prædicatio, & traditio dicuntur, tanquam ab immobili, & irrefragabili doctrina corrigendi.

S. Athanasius Epistola ad Serapionem de Spiritu Sancto ex sensu Ecclesiæ circa formam baptismatis tanquam recta dicendi forma Patrissianos cōsuntat. Hæc est Catholicæ Ecclesiæ fides, & iterum Catholicæ quidem fidei forma hæc est, &c. in fide permanere. Vnde Aug. Ep. 17. loquens de eadem regula dicit, quod est pusillus magnisq; communis, perseveranter in Ecclesia retinenda, (vide etiam invariabilitatem) si ab unitate corporis Christi recedere nolumus.

Secundo norma dicitur sensus Ecclesiæ, norma non solù prout significat gnomonem, hoc est fabrorum instrumentum, sed etiam vt significat formulam, & præscriptionem, vt usurpauit Cic. oratione pro Murena: vitam ad rectæ rationis normam dirigenti de officio meo respondebo. Significat quoque rectam normam loquendi. Vnde Horatius in arte Poetica. Si volet usus, quem penes arbitrium est & ius, & norma loquendi. & ipse quoque A postolus 1. Tim. 6. cum recto sensu, & formula fidei, voluit quoq; loquendi recta formulam contineri. Vnde dixit formam habere sanorum verborum, quæ à me didicisti &c. infallibilis ergo debet esse, & invariabilis in utraq; significatione, nec n. per gnomonem distentum; & formulam aliquam obliquam aliquid dirigi potest. Vnde sic ad Ecclesiasticum sensum, & doctri-

doctrinam idem Apostolus, Rom. 16. voluit contiouerrias, & dissensiones componi, vt si qui eam non paterentur, vt extores ab Ecclesia haberentur. obseruate eos, qui dissensiones, & offendicula, præter doctrinam, quam didicistis faciunt doctrinam inquam traditam à maioribus, posterris consignatam, publica Ecclesiæ fide contestatam, & sensu declaratam, definitione postmodū obsignatam, in quem locum velit nolit Caluinus, sic dicit. Glare demonstrat Paulus, se non quælibet dissidia sine exceptione damnare, sed quæ orthodoxæ fidei consensum dissipant: sed quamvis postea subdolè restringat ad gentilitios, patrios ritus, & mores Romanorum fidei aduersos, tamē aduersatur ei Apostolus, qui de omni doctrina, & sensu Ecclesiæ loquitur, & de omni dissensione tali sensui, & doctrina repugnante, quales sunt hæreticorum pseudologiae, & hæreses.

Tertio vocatur idem sensus *avaloysia* hoc est proportio, à Cicerone appellata, conuenientia. vnde Rom. 12. dicitur, *habentes autem donaciones secundum gratiam, que data est nobis differentes, sive prophetiam secundam rationem fidei, vbi interpetatio scripturæ, innatur secundam hanc analogiam facienda.* vnde Caluinus suo fasciculo iugulans in hunc locum ait. Admonet igitur eos, qui in Ecclesia prophetant, ut suas prophetias ad fidei normam conforment, necubi aberrent à linea. Fidei autem nomine significat prima religionis axiomata, quibus quæcunque doctrina deprehensa fuerit non respondere, falsitatis sic conuincetur. Velit ergo nolit Caluinus fatetur, non priuatu spiritu scripturam esse interpetrandam, sed iuxta prima axiomata tradita, & publica, recepta in Ecclesia. & licet Beza restringet hæc axiomata ad solum symbolum Apostolicum, cuius articulos solos, axiomata autorisa indubitata, & per se nota nuncupat, nihilominus multo latius patet regula, & analogia ista fidei, vt non solum fidei articulos symbolicos amplectatur, sed traditam quoque doctrinam, comprehendentem nō solum articulos symbolicos, sed & Sacramentorum numerum, & alia arcana Patrum sensu, & consensione à primævis Apostolorum temporibus, ad nos perducta; iuxta, quæ Priora Concilia, quæ ipsi Nouatores quoq; recipiunt, Arianos, Sabellianos, Nestorianos, proscriperunt, & nouissimum Tridentinum, contiouerrias excitatas de lege, de peccato, de iustitia, de fide, operibus, cultu, &c. ex eodem sensu, & traditione definiuit atque composuit, indubitatum ergo, & infallibile argumentum sumitur ex ista analogia, seu norma, & consensu fidei.

Vltimo arguitur ad hominem. Nam Caluinus lib. 4. inst. c. 10. num. 31. vbi contra Libertinos (causantes ritus Caluinianos in sua cæna, necnon, et genuflexiones, certos dies, & loca orandi) disputasset, adhuc contra illos proteruiuentes subdit. Quod si quis obstrepat, & plus sapere hic velit, quam oportet, viderit ipse, quam morositatem suā, ratione Domino approbet. Nobis tamē istud Pauli satisfacere debet, nos contendendi morem non habere, neque Ecclesiæ Dei. Tantum ergo possunt Caluinianæ consuetudines, & Ecclesiastice ab Apostolorum temporis-

bus continuatae, non merebuntur autoritatem? præsertim cum hoc firmissimo ariete, secundum suorum temporum seriem vetustissimi Patres, hæreticorum nouitates contra robustissimam fidem, & Ecclesiarum sensum atque consensum validissimè profligarent, vt fecerunt Tertull. contra Hermog. Iren. contra Valentinianos, & alij.

Et exponens illa verba 2. Cor. 8. in captiuitate tem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, ait, [ Nunc de ordinaria præparacione, qua homines ad' obedientiam adducendi sunt, Apostolus loquitur, quamdiu ergo acquiescimus in proprio sensu, & nobis ipsis sapimus, procul absimus ab omni accessu doctrinæ Christi, ergo vt accessum habeamus ad Christi doctrinam, relinquendus proprius sensus, & subiiciendus sensui Ecclesiæ. vnde & idem subdit. Contingenda, & frænanda humani ingenij libertas, nec coerceri potest eius audacia, nisi veluti captiuum tentatur. Hoc autem fit ductus spiritus per Ecclesias, & ministerium loquentis, vt se in ordinem redigi sustineat, et maneat in captiuitate voluntaria. Submissionem ergo proprij sensus, sensui Ecclesiæ, velit nolit, agnoscit Caluinus, nec enim alijs subdendus est, nisi ijs quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam suam, quos etiā Christus sub pena perfidiae audiri voluit Luc. 10. qui vos audit me audit &c. nullis enim alijs nisi à Deo missis, & destinatis magistris, quales sunt Apostoli, & Apostolici, non apostate, & apostatici, obedire tenemur, quibus arma spiritalia ad captiuandum omnem intellectum ex eodem Apostolo tradita sunt.

#### CONCLVSIO ORTHODOXA

*Ad fidem suscipiendam, & eius intellectum affequendum, de certo, & infallibili, uniformi, ac inuariabili sensu Ecclesiæ, diuinitus prouisum est.*

R Espondeo dicendum, quod sicut sensus exterior non potest decipi circa proprium sensibile, stâte optima dispositione organi, obiecto debite approximato, & medio depurato; ita similiter, intellectua cognitio circa proprium obiectum stantibus requisitis decipi non potest, positis namque causis per se sufficientibus, & recte dispositis, infallibilis sequitur effectus. Sicut autem ordo est inter sensus exteriores, & sensum communem, ita inter hos, & ratione ordinis quidam est, quia vis sensitiva deriuatur ab una radice communi sentiendi, quæ diffunditur in organa ad quam terminatur omnes immutaciones singulorum organorum. Similiter quilibet sensus proprius in virtute sensus communis discernit sensibilia contraria, vltimum tamen iudicium in cognitione sensitiva fit in sensu communi, qui ponit differentiam inter sensibiles immutaciones inferiorum sensuum; ita dicendum est, quod respectu rationis horum quoq; subordinatio cernitur, vt perfectio iudicandi ab ipsa

# De præsentium Past. & Doctorum &c. 359

ipſa ratione ſuſcipiatur, vnde & aſtimatiua in homine aliquid de ratione partici pat. Nō diſſimiliter in ſenſu fidei dicendum eſt, quod ſi inſpicatur proprius ſeſuſ, & cognitio fideliſ, in ijs quæ ſcire tenetur, ſtante debita proportione obiecti credibilis, quod nullo modo decipiatur, multò magis cum ſenſum Eccleſiae totius parti cipet, vnde qui libet fideliſ ex nota ſibi regula, potest de fidei contrariis diſcernere. Si vero ſit ſenſus communis totius Eccleſie, infallibilitatem maiorem habet, cum ſit inferiorū diſjudicatiua, vnde in hunc ſenſum dictum eſt: *spiritualis omnia diſiudicat, & ipſe à nemine iudicatur*, quod Summis Paſtoribus competit, vnde iñfallibilis deprehenditur Eccleſia ſenſus, ac proinde in uariabilis.

Accedit quod fides non potest eſſe ſine cognitione, & eſt contra, verum ex Theod. de fide lib. i fides cognitionem p̄cedit, cognitione ſubſequitur, vnde oportet primo addiſentem credere, vt exemplificat idem in arte Grammatica, Geometria &c. vnde credit faciendum eſſe, quod ſibi traditur, nec docenti quicquam repugnat: repugnaret autem ſi falli artifices poſſent: proficiunt autem, quia preceptorum ſenſum putant infallibilem, qui diuitiatae temporis, & experientia, doctrinam ſunt aſſecuti. Cum ergo erudiend. tradamus Eccleſia, oportet accipientibus fidem, & quibus opus eſt, vt doceātur prima elementa, fidē adhibere tempe docentibus Prepoſitūs, & magistris Eccleſiarum, eorundemque ſenſum, vt invariabilem accipiamus. Post vero ſuſceptam fidem cognitione ſequitur, & intellectus, qui eſt merces Fidei, propterea iuxta Eccleſiſtici ſenſus normam (dicit Lerinensis c. 2. cont'a prophanas voc. nouit.) intellectus, & cognitione fideliū dirigi debet. Vnde idem Theodoreetus ſubdit. *idcirco accedētibus ad Christianam religionem diuinarumque rerum mysteria, diſtere cupientibus, p̄ceteris cunctis rebus doctrinam fidet propontus: tūm verò ut imbuti ſide initiatique fuerint, aperimus, quarum rerum ſigna enigmataq; p̄ceſſerint.* vnde etiam Gentiles Diabolico aſtu myſteria noſtra amulantes (dicit idē,) *Sacrorum doctrinam ſecretamque myſteriorum rationem cuncti nequaquam tenēt, ſed numerofa populi mulitudo videi ea dumtaxat, quæ pra oculis ſunt: qui vero Sacerdotes vocantur, cæremoniaſ atque Orgia ritu legitimo exequuntur.* Vnus autem magiſter ſacrorum, atque interpres rationem tenet rerum omnium, quæ ibi ſunt, & celebrantur, ſolique edifferit, quos idoneos approbarit & concludit. Dux itaq; veſtra ſit fides nimirum, & ſcientia conſequetur. Purè ſe quidem ingenuoſe creditibus, ille in quem creditur Deus, cognitionem ſcientiamque concedit fideique adiuncta cognitione perficit ſcientiam eius. Rationabiliter ergo à Deo conſtitutū eſt, vt tam ad fidem accipientam, quam eius perfectionem, nempe cognitionem conſequendam, à magistris, & Eccleſia ſenſu accipiamus, quem subinde infallibilem, & invariabilem faſteri necesse eſt, ne fides falſa ſit, & inanis, & ſcientia Theologica habitus erroneus.

## Solutiones oppositionum.

A D primam, ſatis indoctus is qui iactat ſe ſua dogmata de cœlo habere ex ſola antiquitate, vel conſenſione, ceteris conditionibus, & adminiculis deſtituta. Argumentantur orthodoxi ( ait Roffensis c. 3, defens. contra captiu. Baſil.) ad veritatem catholicam probandam, non ſimpliciter ex conſenſione, ſed etiam quia dini niſus reuelata, miraculis roborata ſunt, & à Prepoſitis, & Pradiſib⁹ eius populi cui lex data eſt, qui & à diuino ſpiritu regitur, conſignata, communib⁹ populi ſuffragijs, & plauſu recepta. Sed melius dicitur, quod Elenchus committitur à Luther⁹. ipſe enim arguit à communī ad determinatum, ab antiquitate, & conſenſione in vniuersali, ad conſenſionem, & antiquitatem in particiari; Cum Catholic⁹ procedant, non ab antiquitate, & conſenſione ſimpliciter, ſed ab antiquitate, & conſenſione in Eccleſia, vt quod doctrina antiquior, eo Apoſtolica deprehenditur, & quod vniuersalior ex conſenſione, eō longior à ſuſpicione nouella, & propriæ fantasie, vnde quia haeretici posteriores in dogmate, et in paucitate demonſtrantur, noui pauci, & turbulenti, non veteres, et catholic⁹ deprehenduntur.

Ad II. Non poterat S. Petrus vti argumento conſenſionis omnium gentium, quando nondum prædicationis ruba per omnem terram inſonuerat, ſatis erat ad Hæbreos, & Gentiles reuincentes illud argumentum ex conſonantia Propheta cum doctrina Apoſtolica. Accedit quod etiam ex Prophetarum teſtimonio in nouo teſtamento argumentum firmum deſumi poſſe doceerunt Apoſtoli, ita Paulus Eph. 4. recensens poſt Apoſtolos Prophetas ( hoc eft Eccleſiſticos tractatores ) Paſtores, & Doctores enumerauit, vt ex eorum conſentiente teſtimonio, certi reddamur, omni fluctuatione ſepoſita.

Ad III. ſatis elumbis argumentatio à tam breui ſtemporis abuſu in Corinthorum Eccleſia, ad multorum ſaculorum, & temporum inueterratam conſuetudinem argumentari. Dato enim quod Corinthi pro recentiſſimo abuſu aduerſus Paulum præcriptionis beneficio ſe tueri nō poquerint, non eft conſequens quin pro dogmatibus, diſciplina, & cultu, aduerſus Nouatores ex longo ſaculorum viu, & conſenſione præſcribere poſſimus. Sed & aduerſus recentiſſimum abuſum Corinthiorum, præſcriptio erat antiquior ſcilicet recti viu, ex quo Apoſtolus Paulus, nouellam conſuetudinem corrigere ſtudauit, ne vltius inuaſeſceret.

Ad IV. quia Manichei, & ante illos Valentiani diſſiſtebantur in calice conineri verū ſanguinem Christi Domini, & ab eodem propterea abſtinebant, in ſignum protestationis fidei, quod in calice quoquelet verus Christi ſanguis, percepcio ſub vtragi ſpecie ab Eccleſia ſuit inculcata. Nestoriani vero quia in Calice purum ſanguinem, à carne Christi ſeiunelum ( vim vei borum, non etiam concomitantia attendentes) conineri dogmatizabant, & propterea vtramque ſpecie expouſtabant, ideo Paſtres Ephesiſi adueſus eos, vničam ſpeciem tanquam totius Christi capacem,

pacem, vehementius comendarunt. Respondeatur etiam secundo Manichæos etiam in ea fuisse heresi, ut vinum nō biberent, & si uas manducarent, quia dicebant vinum esse fel principis tenebrarum, vnde quia poterant in sumptione specierum panis Catholicis communicare, à sumptione vini specierum abstinentendo, & Catholicos existimari, propterea Leo Papa voluit, ex eo Manichæos prodi, si sanguinem in speciebus vi ni contentū, nedum sumerent, sed accipere detrectarent, non ergo Leo ijs verbis improbat cōmunionem sub una specie, vel iubet vtriusq; spe ciei sumptionem, sed permittit, vt ex fuga, & affectata recusatione, eos Manichæos esse deprehenderet, nunquam tam iussione Leonis, vel eo tempore sic erat vtitata communio sub vtraque specie, vt eius omissione simplici Leo deprehēderit Manichæos, sed quia omnino vinum haurire declinabant, hoc est ex proposito, & affectate, cum heretica protestatione. Alij non improbabiliter tenent in odium dictorum hereticorum, nedum cōmendatam, & permissam sumptionem sub vtraque specie, sed etiam præceptam, ea tam moderatione, vt ad euitandum periculū effusionis, Eucharistia sanguine intincta daretur, vt habetur ex Prospero sub Leonis tempore in dīmid.tem.c.6. sed licet fuerit aliquarum Ecclesiarum particularis consuetudo, non fuit generalis, vnde & in Concil.Brachar.3. c. 1. prohibita est.

Gelasium, qui Leoni successit, eundem sensum, & doctrinam habuisse dicendum est, nec enim omnibus decretum promulgavit ad astrigendum sub reatu ad sumendum vtramque speciem, sed Manichæos tantum respexit qui ex superstitione sanguinem recipere recusabant, vnde iubet, aut integra recipere Sacraenta, aut ab integris abstinere, & rationem subdit quia diuisio vnius eiusdemque mysterij s̄ne grandi sacrilegio non potest prouenire. ] non quidem ex simplici omissione, sed ex affectata rectione (vt faciebant Manichæi) qui ipsum mysterium sub specie panis commendabant, sub specie vini fastidiebant, & abominabantur. Nō suit autem Gelasij mens simplicem omissionem calicis damnare, alioquin, absternius, infirmos aliasque e rationabili causa abstinentes, per tot seculorum tractus, hanc consuetudinem sumptionis vnius speciei sequentes, damnasset, & eierasset tanquam sacrilegos, quod est à menti tanti Pontificis alienum. Sed & alijs respondent cum librum contra Eutychetem de duabus naturis, ex quo desumptum est Gelasij testimonij non esse Gelasij Papæ, sed Gelasij Cyzicæni ita Baronius t.6.annalium 496. sed S.Tho.3.p.q.80. ar.12.aliter respondet.

Alij dicunt nullum à Christo Domino præceptum editum de sumenda vtraque specie, quare, & si olim v̄sa esset Ecclesia communione sub vtraque specie, nihilominus dicit Sanctes quod (vt notat S.Bernardus lib. de dispensatione, & præcepto, & ipsi aduersarij confitentur, vt Bucerus in confutatione Antitidag. Coloniens.) nimurum, quod vt habet Ecclesiæ potestatem, & facultatem etiam in rebus à Deo præceptis pro

occurrente necessitate, & conditione dispensandi, multo magis in his circa ea, quæ non à Christo Domino præcepta sunt, sed Ecclesiæ dispositio ni relicta, iuxta illud. *cetera cum venero disponam*, sicut Ecclesia rationabiliter multa instituit, potest & pro temporum varietate mutare, vt in casu argumenti, & sequentium.

Et ad aliud exemplum de immersione, dicit Sanctes vlt.repet.de communione sub vtraque specie c. 4. ex necessitate, esse potestatem in Ecclesia recedendi à formula præcepti diuini: necessitas autem (inquit) est occurrendi heresi, vt propterea multa sint immutanda, quādam deferenda, quēdam retinēda &c Quamdui Praxeani, vel Patripassiani, seu Sabelliani grassati sunt, Ecclesia formam trinæ immersionis retinuit, irruētibus Arianis, sicut personas dūiserūt, sic Ecclesia trinam immersionem a boleuit, vnde in Concil. Tolet. 4.can.5. determinatum est. *Propter vitādum Schismatis scandalum, vel heretici dogmatis usum, simplam teneamus baptisma tis mersionem.* cuiusdē abolitionis meminit Greg. Ep.4i. ad Leandrum, ad Arianorum caudam heresim: Sed non est huius modi dicendi casta, propriaq; locutio. Ecclesia enim non habet potestatem dispensandi in ijs, quæ sunt de iure diuino, quare ea omnia recensita in eo argumento erant de iure positivo, & secundum rationem temporū, & occasionem, contraria statuta sunt, prioribus consuetudinibus abrogatis. Iege apud eundem causas, & motiuā dictarum mutationū, & consuetudinum.

Ad confirmationē, nunquam suit sensus DD. concordis, vt supponit arguens, habuit enim sem persententia S.Th. graues Doctores quos secutus est, damnatio autem facta, quæ asseritur ab Academicis quibusdam Parisiensibus non transiit motes, sicut nec multa alia attentata contra S.Th. vt patet ex reuocatione illorum articulorum. Quam autem rationabili erat S.Tho.3.p.q.50. a.5. asserta sit forma cadaveris in triduo, in Christi Domini corpore examini satis docent discipuli S.Th. legantur Conimbric.1. de gen. & corrupt. c.4. q. 20. S.Doctorem optimè undicantes.

Ad ultimū omnia illa dicta Thrasonica sunt, & ea facilitate, quæ asserentur refutantur. Quomodo poterant Patres opinionem vulgi sequi à cuius consuetudine aborrebat, nec sinebant mysteria illis popularibus proponere ne contaminarentur? adeo ne leues, vel inconstantes erant, vt quibus nostra sacra non committebant, eorum profana haurirent, & in depositum sacrorum dogmatum popularia dogma aggregarent, ita ne lusci erant, vt nescirent discernere inter Prophetas reuelantes, & animas falso semiantes, & plumbeum pro ariente, & pro auro supponerent? cum semper ad normam, & regulam Apostolicam, ipsi Apostolici tanquam, ad lapidem Lydium recurrentes, probum ab adulterino discernerent, & tamquam probati nummularij, pondus, naturam, & alias circumstantias dogmatis dignoscendi, & in thesauro Apostolico reconendi, diligentissime obseruant. Ipsi desertores, relictis sensibus Patrum, & Ec-

& Ecclesia, ad fabulas se conuerterunt, & eius  
stas feces Priscorum hæreticorum, muliercula-  
rum somnia, vulgaria axiomata ad populos elu-  
dendos, hæretica arte fabricarunt.

## ARTICVLVS V.

An ex hoc solo sensu Ecclesia  
possit dogmata definire.

*Hæreticorum vafricies.*



Omninis semper  
fuit astus Hæreti-  
corum ad fundan-  
das nouas doctri-  
nas, solam scriptu-  
ram vrgere, eaque  
dogmata, quæ ab  
Ecclesia (solo eius  
sensu, & consen-  
su) tradita atq; su  
scepta, contemne-  
re, & respuere.

Hoc titulo Ariani cōsubstantialitatē Sabelliani  
innascibilem Patrem, Eunomiani Deum Spīrū  
Sanctū, Nestoriani Deiparam abnegarūt, cau-  
santes non de scriptura, sed de solo Eccl. sensu  
Profecta, etiam Nouatores ijsdē vestigijs inhe-  
rentes, omnem doctrinam Ecclesiasticam, quæ  
scripturæ testimonio non probatur, habent pro  
verbo hominum, non pro Verbo Dei, sic infir-  
mum iudicant medium adducere sensum, &  
consensum Ecclesiæ, ad decidendas fidei con-  
trouersias. Et vt multa eorum dicta afferamus,  
vnū locum tantummodo proferimus Cal. in  
Acta Apost. c. 17. pronunciati. *Nos verò scia-  
mus, ut non alibi fundata esse potest fides, quam  
in verbo Domini, ita in omnibus controuersijs  
non nisi eius testimonio standum esse.* ]

*Oppositiones eorundem.*

Primo ergo arguitur, quia non aliter securi-  
sse possumus de veritate, nisi Deus in ver-  
bo suo scripto, & iam nobis consignato, loqua-  
tur. ergo si aliunde, quam ex hoc verbo con-  
trouersia finiri attentetur, nunquam erimus se-  
curi de definitione. Sensus autem Ecclesiæ,  
non est verbum Dei, sed verbum hominum. ergo &c.

II. quia si aliunde quam ex verbo Dei defini-  
tiones fieri posse profitemur, iam aperietur via  
innumeris portentis, paradoxis effigendis, &  
vt obtrudatur pro fide quicquid homines au-  
thoritate prædicti communiscuntur, vel quod ar-  
ridet Principibus, vel eorundem potentia in-  
troducitur, vel introductum fouetur. Vnde  
Hil. de Arianis scribens contra Cōstantium cō-  
quærebatur, quod questiones poscent, iudicio-  
rum subfelliā desiderant, auctoritatem Regiam  
implorant, & nec perueritatem sceleris sui  
erubescunt, extorquere conniventiam plebium

&c. & sub pretextu nominis nostri Christiani,  
seculari potentia laborabant salsa introduci  
dogmata, multis Episcopis obsequentibus, sub-  
rogatis, qui palatio pottius ( vt dicit lib. contra  
eundem Constantium ) quām Ecclesiæ Episco-  
pi: Filij à Patre dissimilitudinem damnates sub-  
dole, & cum æquiuocatione similitudinem ad-  
mittentes, vt consubstantialitatem negarent.  
Adeoq; inualuit ex potentia falsa ista confes-  
sio, vt publicè ex consensu omnium eorum pro-  
phanissimæ huius similitudinis ratio prædicare-  
tur. Insuper crevit iste consensus cum potentia  
fauentium Episcoporum ex Hil. vt orbem ter-  
rarum pro quo Christus passus est, diabolo condo-  
naret. Quare plangebat Hilarius humana in-  
uenta ab homine pro dogmatibus in Eccle-  
sia edoceri dicens. O miser as aures meas, quæ  
tam funesta vocis sonum audierunt: hæc de Deo  
ab homine dici, & de Christo in Ecclesia prædi-  
cari, inde tot strages. & neces Catholici ab Aria-  
nis per pessi sunt ex hist. Ecclesiastica. ergo simili-  
tia, & maiora ex sensu hominum, adiuxta, prin-  
cipium fauore, prodire possent, & orbem per-  
dere.

III. si ex sensu, & consensu Ecclesiæ, vt ex  
vetustate, veritas dependeret, malè veritati pra-  
iudicaretur, nec enim ex multitudine sentien-  
tum dependet, vel tempore, sed ex diuino  
testimonio, vnde non propterea, quia pars  
populi Iudaici contra Hieremiam sentiret, ve-  
ritatem attigit. Similiter in certamine Aposto-  
lorum cum Iudeo de templo, de cultibus, &  
cærementis Iudaicis, quamquā hi allegarent suc-  
cessionem Pontificum, haberentque maioris mul-  
titudinis suffragia, sensum, & consensum, adhuc  
Apostoli pellebantur, interficiebantur, non fi-  
nita est hæc contiouersia humano iudicio, sed  
diuinitus destruente Deo templum &c. pro  
Apostolis adiudicatum est, ergo similiter cum  
hinc inde certetur de dogmatibus, hic sensus  
multitudinis vigeat, ibi paucitas sit, & minora  
suffragia, non possunt contiouersia humana au-  
toritate terminari, ait Philipp. in postilla p. 3.p.  
412. &c. & contendente multitudine hic istu  
sentientium, ibi paucitate oppositum sustinen-  
tium, videtur esse iniustum indicium, si præiudi-  
cato, litigantibus his partibus, ex multitudi-  
ne, non paucitate, multitudinis sensu quæstiōnes  
de dogmatibus terminarentur.

IV. quia non est difficile, vt inuenta aliqua  
phantasia, adsint, qui illam excolant, exten-  
dant, & paulatim serpat, donec multitudi-  
nem ad se trahat, eaque auctoritatem sibi con-  
ciliat, maximè si vetustas adiungatur, antece-  
dens patet ex phantasia Papir, quæ somnians  
post resurrectionem, mille annis, regnatores  
sanctos in carne cum Christo, & vires tem-  
pore accepit, multos eosque graues habuit se-  
ctatores, vt Irænum, Clem. Alex. &c. Simili-  
ter fabulosa illa narratio, quod Christus do-  
minus idcirco crucifixus est in Caluario, quia  
ibi erat primus parens sepultus, cuius ossa cruo-  
re sacro irrigaret, à Rabbinis introducta est,  
& tantum inualuit apud veteres, quod multi  
Patres eam defendenter, nempe Tertull. 2. con-

tra Marcionem c. 12. Origenes 35. in Matthæum Cyprianus serm. de resurrectione Athanas. ser. de past. & Cruce, Basil. in c. 5. Ep. Epiphani. hæres. 46. Chrysost. hom. 84. in c. 19. Ioan. Aug. ser. 71. de tempore Cyrill. Monach. in vita S. Theodosij. Anastasius Sinaita 8. Hexamer. Ambros. 5. Epist. 19. 10. in Lucam c. 23. & tamē S. Hieronymus, quem sequitur S. Thomas, eam sententiam ( quæ sensus Ecclesiæ ex multitudine sequaciū reputabatur ) vocavit fauorabilem quidem, & mulcentem aures populi, non tamen veram.

V. esto olim ex sensu Ecclesiæ potuerit sumi firmum argumentum, nihilominus ( ait Philippus tom. 3. declam. fol. 33. ) prima ætas pura erat Apostolica, & proxima discipulorum qui doctrinam nondum dilutam Platonicas opinionibus, ac superstitionis ritibus tradebant secunda tamen ætas Origenica defectum passa est, iā caligo diffusa erat in doctrina de fide, & in Ecclesijs latè dominabatur Philosophia Platonica, & superstitionis, & vagabantur eretores in magna parte Ecclesiæ, & si postea Deus emendet ( vt post Origenicam ætatem Augustini voce Ecclesia repurgata est ) In tertia ætate Augustini ad fontes reuocata sunt hominum studia, licet propter bella Gothorum, & Vandalarum dissipatis Ecclesijs successerit ætas quarta, in qua illud mostrum conflatum est garrula philosophia, & cultus idolorum, vnde & maior Ecclesiæ pars in his tenebris obrueretur. In quinta ætate in multis regionibus lux Euangelij rursus accensa, & integra doctrina, & Euangelium prædicatur, & si huic voci Euangelij propter multitudinem aduersentur. Saltē ergo in puritate Euangelij vox, & sensus multitudinis Ecclesiæ pura erat, postea tenebris obruta, ista multitudine, non potest argumentum subministrare in fidei materia.

VI. difficile est reperire subiecta in quibus talis sensus deprehendatur, nam, vel nec est populo, & Prelatis, vel in populo est, & Prelatis, vel in Prelatis non in populo, vel in populo non in Prelatis. si detur primum nullibi erit sensus, vbi nullum est subiectum sentiens, & Idealis, & Platonica introducetur Ecclesia: si in populo, & Prelatis Democratia introducetur, & inconueniens est, populum in Pastorum subcellijs considere: si in Prelatis non in populo, semper erunt querelæ in promptu, quod auctoritate Prelatorum simplices ad fidem astringantur; si in populo non in Prelatis, iam Anarchia etiam Regnis pernicioſa, & exitialis Laicocephalia inducetur, cum ergo difficile agnoscere vbi sit iste sensus, infirmum est ex hoc capite argumentum.

VII. etiam datis legitimis subiectis sensus Ecclesiastici, iam de quacumque re sensus Ecclesiasticus sufficiens argumentum ministraret definitionis at multa sunt, quæ ex communis sensu Ecclesiæ habentur, vt multi exemplificant de Conceptione Virg. quantum ad præseruationē, & tamē adhuc, vt opinio non vt dogma proponitur, & secundum mentem DD. & Pontificum est extra fidei cancellos, ron de ijs dicit Pius V. in Bulla super specula de quibus scrip-

tum est, corde creditur *ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, ergo &c.*

VIII. quia adeò patens est cōsuetudo, & usus, vt ea quæ præsertim à pueritia didicimus, habemus perinde, ac si essent naturaliter nobis nota, unde, & qui dixerunt Deum esse per se notum nobis, in hoc sunt decepti, quod à principio asseruti sunt nomen Dei audire, & inuocare, ut dicit S. Th. 1. contra Gentes c. 11. ergo ex eadem consuetudine, præsertim, quæ ab infanthia audiimus in Ecclesia, etiam si sint res concernentes ad SS. historias, ita firmiter teneri possunt, ac res concernentes dogmata, & difficile erit agnoscere, quid ad fidem, quid ad pietatem pertineat, cum eadem sentiēdi firmitas in utrisq; cernatur.

### Confutatio eorundem.

### Ex orthodoxorum firmamentis.

**S**ed contra est primo auctoritas scripture: Rom. 15. Deus ( inquit ) patientia, det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, vt unanimes uno ore glorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi. ex unitate ergo sensus Ecclesiastici glorificatio sequitur Domini, per ueritatis illustrationem, ubi S. Th. lect. 1. per hoc quod idem sapitis unanimes existentes per fidem, et charitatis consensum, una oris confessione, quæ ex unitate fidei procedit, honorificetis Deum omnium creatorem, quem locū ponderauit etiam Concilium Tridentinum ad dogmata finienda congregatum sessione prima ad nostrum propositum. 1. Cor. 1. obsecro autem vos fratres, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata: satis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, ut ergo communis sensus Ecclesiæ signum est Catholicī dogmatis, illudque demonstrat, ita & sensum eundem distrahentes, heresim insinuant, quod egregie post ponderationem eius loci Lerin. c. 40. subdit. Quod si quis ab eorum sententiæ communione desciuerit, audiet illud eiusdem Apostoli: Non est Deus dissensionis, sed pacis: id est non eius qui a consentienti unitate defecit, sed eorum, qui in consentiendi pace permiserit, sicut in omnibus inquit, Ecclesijs Sanctorum doceo. i. Catholicorum, quæ ideo sanctæ sunt, quia in fidei communione persistunt, & ne quis ( subdit ) forsitan prætermis ceteris se solum audiri sibi soli credi arrogaret, paulo post ait: An a vobis inquit Verbum Dei processet? aut in vos solos deuenit? & ne hoc quasi perfunctione acciperetur, adiecit. Si quis inquit vobis esse proph. aut spiritualis. i. spiritualium rerum magister, summo studio aequalitatis, & unitatis cultor existat, vt se neque opiniones suas ceteris præferat, & ab uniuersorum sensibus non recedat. Cuius rei manda ta, qui ignorat, inquit, i. qui aut nescita disicit, aut scita contemnit, ignorabitur, hoc est indignus habebitur, qui inter unitos fidei, & exequatos humilitate diuinitus respiciatur: quo malo nescio, an quidquā acerbius cogitari queat. Quod tamen verò Apostolicam comminationem Pelagiano illi peruenisse cernimus Juliano, qui

se collegarum sensui; aut incorporare neglexit, aut excorporare præsumpsit. ] en quomodo iuxta Lerinensem, ex communione sensus Ecclesiastici dogma fidei, vel assertor Catholicus agnoscitur, ex dissensione hæreticum, & hæreticus assertor insinuat. & eodem capite præmittit docere, quomodo ex sensu Ecclesiæ, vel Patrum sententijs uniformiter prolatis in praxi sit positum, ut secundum eas ex decreto, atque auctoritate Concilij, Ecclesiasticae fidei regulæ figeretur, quod præstat in c. 42. & 43.

II. ex Concilijs, & Patribus ex præcedenti n. traditione, & sensu priori semper Ecclesia dogmata definiuit, vnde in Concil. Ephesino p. 1. Epistola 22. impress. Rom. quæ est Cyrilli ad Acacium conqueritur S. quod publicè pro contione proposuit, quæ Ecclesiam grauiissimè offendenterat. ] atque etiam, ut subditur, conturbati fideles, ex qua offensione subdit, ferri potuisse in Nestorianos sententiam condemnationis, qui cōtra Christum obloqui, & tam nos ipsos, qui in viuis adhuc degimus, quidam Sanctos Patres, qui iam olim ad Deum commigrarunt, ferire ausi sunt. Ecce quomodo ex sensu fidelium, Nestoriania phantasia, aures offendens, ante definitiōnem habita est, & ex eodem sensu Patrumq; doctrina, à Synodis provincialibus damnari potuit, quod & in Synodo Ephesina præstū est. huius antiquissimæ praxis meminit S. Vincen- tius Lerinensis, elegantissimè c. 32. dicens. Denique quid unquam aliud Conciliarum decretis enīsa est, nisi ut quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur? quod antea lentius predicabatur, hoc idem postea instantius prædicaretur? quod antea securius colebatur, hoc idem postea sollicitius excoleretur? hoc inquam, nec semper, neque quicquam preterea, hæreticorum nouitatibus excitata, Conciliarum suorum decretis, Catholica perfecta Ecclesia, nisi ut quod prius à maioribus sola traditione suscepereat, hoc deinde posteris etiam, per scripturæ chyrographum consignaret. Magnam rerum sumam paucis litteris comprehendendo, & plerumque propter intelligentie lucem, non nouum fideli sensum, nouæ appellationis proprietate signando ] præcessit ergo ante definitionem Ecclesiæ traditio, vel fidei sensus, antequam idem sensus, qui erat in corde, & voce Ecclesiæ litteris consignaretur, exagitata quæstione hæreticorum, & pulsato communi sensu, & animata fide, quam (ad maiorem roborationem) in scriptis conciliaribus Patres descripserunt, iudiciale definitionem adhibendo.

S. Augustinus lib. 7. de baptism. c. 3. Nobis tuum est, in ea non progredi aliqua temeritate sententia, quæ nulla in Catholico regionali Concilio cæpta, nullo plenario Concilio terminata sunt. Id autem sit cura securæ vocis afferere, quod in gubernatione Domini Dei nostri universalis Ecclesiæ confessione roboratum est. Quando ergo non appetet conciliaris definitio, consensus Ecclesiæ interim tenendus, ad quem respicientes Patres, exinde decreta Synodica formarunt, ut in quæstione de baptismo de qua Augustinus loquebatur factum est, nam ex lib. 5. de baptism. c. 25. Stephanus Papa ( qui lo-

cus est apud Cyprianum Epist. ad Pompeium) nihil innonandum, nihil faciendum esse decreuit, nisi quod traditum est, & contrarium sententes ab Ecclesia excommunicandos esse censebat. ] Vide decretum Stephani ex Ecclesiæ confessione emanasse. Etiam, ut scripsit S. Hieronymus dial. aduersus Luciferian. illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos cum Cypriano statuerant, ad antiquam consuetudinem revocati, novum emiserunt decretum. quid facimus? dicebant, ita, & nobis Maiores nostri, & illis sui tradidere Maiores &c.

**CONCLUSIO ORTHODOX.**  
Ex sensu, & prædicatione Ecclesiæ, siquidius per definitiones declarari possunt dogmata Ecclesiastica, hæresesq; proscripti.

R Espondeo dicendum, quod sicut sensus in corporalibus, interdum poscit determinatas sedes, ut patet de visu, odoratu, & gustu &c. interdum sensus per totum corpus diffunditur, sicut, & organum eius, ita & in proposito nostro, interdum sensus, ut in summo Pontifice, vel Episcopis Ecclesiæ sub capite adunatis; interdum in toto Ecclesiæ corpore diffusus certatur: multa enim sunt credibilia, quæ non solù sapientes, sed & plebei credere tenentur, ut peccatorum remissionem, carnis resurrectionem, & alia huiusmodi. Hec autem est differentia inter vtrumque sensum, quod tactus materialior, alij vero sensus elevatores, spiritualius enim recipiunt sua obiecta, quam tactus, ita in cognitione diuinorum, sensus communum fidelium, crassius intelligit mysteria, vnde sub inuolucris, & parabolis eis præponuntur; at sapientes subtilius eadem penetrant mysteria.

Si ergo loquamur de communiter credibilius, hoc est mysterijs omnibus ad credendum propositis, efficax sumitur argumentum ex sensu omnium fidelium totius Ecclesiæ. Cuius ratio accipi potest, quia sicut sensus tactus tunc deprehenditur in aliquo vigere, cum iactiōne resistit (nam immobilitato sensus organo, immobilitatur, & sensus, & per consequens omnes alij sensus, & nedum vñstantum sensus, sed totum animal destruitur, ut dicitur, lib. de somno, & vigilia) ita tunc sensus Ecclesiæ in hac consideratione deprehenditur, cum adueniente contrario corruptiō, resistere conatur, illudque propylare. Item etiam sicut sensus alij vigorem demonstrant, cum excellentiæ obiecti illos immutantis, resistere conantur, exemplum est in oculo qui percussa eius acie à globo solis vim impare sentiens lumini, reluctatur radio corusco: ita & sensum vigente demonstrant Præfules Ecclesiæ, cum quærentibus Nouatoribus immutare aliquid, & excedentibus obiectis suam metam, & regulam, eorum mentes résiliunt atque obliquantur. Vnde Martinus Papa in Concil. Later. secret. 3. de Sergio, & Pyrrho loquens conqueritur, quod confirmarint Ethe- sim (erat hæc professio hæretica) contra Sanctorum Patrum professionem, alios commouen-

tes ad effectum huiusmodi turbulenti studi; licet, subdit, alterius nomine callidè abusi sunt, timore contradictionis fidelium &c. vbi apparet illam contradictionem, & oblationem, quærenti corrumpere, uel immutare sensum Ecclesiasticum, eiudem sensus uigorem attestari, & satis esse ad corruptionem, & immutationem propulsandam per amotionem corruptentium, & immutantium, quod fit per damnationē dogmatum contrariorum, & præseruationem cœlestium dogmatum, & sensus Ecclesiastici. Ex hoc ergo solo sensu contrariorum corruptentium, & immutantium fieri potest damnatio. & hoc est quod dicitur in Epistola Episcoporum Africæ ad Paulum, quæ lecta est in secret. 2. eiusdem Concilij, quod aduersus hæreticam astutiam: sancti & veri Pontifices exquirentes mundam fidei orthodoxæ, & liquidius declarata dogmata, omnes hæreticos prædamnantes, unisonam dixerunt sententiam, facientes, quomodo fidelis populi credulitas obtineret solidata, & radicata &c. & iterū Africani Episcopi ad Theodorum Papam, ut habetur in secret. 2. intrapellantem eum, ut ex sensu, & prædicatione Ecclesia Pyrrhus damnaretur, sic dicunt. prosperè cognoscamus, si memoratus superius frater à nefanda se nouitatis adiuuentione ad integrā reformationerit orthodoxæ fidei prædicationem, quod si dissimulauerit, authoritas alma sedis veræ iux. Patrum sanctiones salubri consilio pertractabit à sano corpore separare vulnus insatum, remotoque morbi sequentis flatu, cautius, quæ sunt syncera, perdurent, & quo est purior, ab hac mali contagione, spiritali vestri culminis fermento purgetur. ex antiquo igitur sensu, & prædicatione Ecclesie, liquidius possunt declarari dogmata, & hæreticis proscribi, & à suo corpore, ut cautius syncera prædicatio, & sensus Ecclesie, imò & firmius perseueret, uulnus insatum, per definitionis medicinale ferrum amputetur. Satis ergo ex sensu Ecclesie ad definitiendum procedi potest.

#### Solutiones oppositionum.

**A**d primam respondetur. Negatur minor, nam sensus, & prædicatio Ecclesie ipsissimum est Dei Verbum, quod est nobis per Apostolos Euangelizatum, quod tanta diligentia (ne effluat, uel adulteretur) ab ipsa custoditur, ut habeat locupletissima promptuaria probatissime ueritatis, ueterum scilicet monumenta, quorum nulla possit esse suspicio de imposturis, uel supposititijs dogmatibus, unde depromat necessaria, siuè ad dogmata statuenda, siuè ad disciplinam seruandam, & cultus synceritatē firmandam. Vnde in secret. 2. Martinus Papa in Conc. Later. retulit, & probauit Epistolam Victoris Chartag. scriptam ad Theodorum Papā, ubi sic dicitur. *Vestrū est, sanctissime, canonica diuītione aduersarijs Catholicæ fidei solitè resistere, nihilq; permitti dici nouiter à quopiam, quod S. autorum Patrum traditio minime definiuit.* ecce quomodo ex prōptuarijs, ubi sensus Ecclesie conseruatur, ad definitiendum hortatur, Pontif. ubi quoq; ne synceritas Dei uerbi cum uerbis, & sensibus hominum, & proprijs placitis

confundatur, maxima cauetur uigilantia, ne unū pro altero uenditetur.

Ad secundam. Omnes illi fructus recensiti in argumento, & radice prodeunt heresis, & proprijs placiti, quod hæreticis, cōe fuit, unde infinita falsitatum potenta produxerunt, unde secunda Synod. Nicæa act. 6. tom. 5. de illis loquens, ait Scriptum, quod Ecclesiastice traditioni cœrue subdere nolentes, sed excæcati in electione conuenientis, & apprehensione veritatis, pietatis traditionem abdicarunt. & quas sententias Patrum attulerunt, quibus præpositam iustitiae co[n]nuntur afferere, omnes peruersè intellexerūt: quæ vero contrariae planè fuerunt, non erant ex spiritu diuino, & infra ex propria sententia loquuntur, & impietatem nudam ob oculos ponunt &c. Concilia ineuntes non per dominum, & fœderantes, non per spiritum eius, etenim tanquam graues lupi in ouile Christi insidias iendunt &c. Hi vero, & ab Ecclesia, & veritate descentes, non solum blasphemia pleni sunt, sed & insania, & imperitia. Debebat n. communem, & non dissonantem vocem eloqui veteremq; traditionem confirmare, quam fidelium multitudine ex traditione A postolorum, & Patriū seruavit haecenus, & confessa est: omnem autem nuperā vaniloquentiam euitare, & consuetudinem, quæ piè hactenus apud nos valuit, nullo modo infringeare & labefactare. Namq; in Ecclesia tradita sunt, neq; additionem, neq; ademptionem sufficiunt: maxima autem eos, qui ita agunt, pœna manet. Maledictus n. inquit Prou. 21. qui transponit horrea Patrum suorum &c. Vide quomodo hæreticus propriā uocē loquitur, orrhodoxus cōmūnē sensu, & traditionē Eccl. exprimit, unde non mirū, si insidias tēdūt in Eccl. Xpi, ut propria placita tueantur Hinc & ipsi ad subsecilia Regū, ueritate destituti, prouocat, ut fecerūt Donatistæ, & non modo linguam, ut dicit Epiph. Eps. tom. 6. a. & 6. initio habent impietate, & peccato imbūtā, sed & manus docuerunt oēm lycophantiā expedire &c. continuam autem crudelitatem, & ipse Principes, duces & falsi Episc. exercuerunt. Sed quæ nam lingua calamitatē istā poterit exprime re? Unde & quomodo hæc narrationem aggrediar non video. Nā quot terrores, persecutions, per oēs Ciuitates custodie, Monachorum flagellationes, carceres, multis his annis extitere. Taceo pedicas, catenis ligatos pedes, sacroru[m] vasorum ablutione, libroru[m] exuſtione, sanctoru[m] templorū prophanationes, sanctoru[m] Monasteriorū prophanaſ in mūdana hospitia, & habitacula translationes, quod s[ic]. in ijs pietatis, & religionis studia si viri habitarent, post raptū substātia, & bonoru[m] trāmigrationes in barbaras nationes, existimantū, se posse A postolicē meliorem vitam inter gentes quam apud suos, ducere, & quod omniū grauiſſimū est, in hunc usq; dīē ista ministeriorum apud quosdam adhuc manet. Et pro sacris hymnis, & voce letitiae in tabernaculis iustorum, cantica, metretricia, et satanicæ melodia audiuntur, et prōgeniculationib[us], saltationes theatrales celebrantur. His adiice pericula, turbationes, vexationes, verbera, pœnas, oculorum extirptiones, narium amputationes, linguarum abscissiones, inhonestas fugas, & exilia piorum, quod

quod per omnes terram dispersi sunt, sanctorum fecerunt adiustiones, barbae vellicationes, adiustionesque virginum, postquam Christo dedicatae fuerant impias, & violentas nupicias, & quod vehementissimum est, malorum cædes. Hi sunt fructus horum hominum qui contra veritatem insurgunt.] tales protulit Arianismus principum potentiae additos, quos deplorat Lerinensis c.6. tales fructus quos Germania, & Gallia in Latharanis, & pseudoreformatis aspergit, ut nouitiam paraturam facerent, quod in orthodoxis non est timendum, nam ex eodem Epiph. omnes Christiani qui in Ecclesia Catholica geniti sumus, traditiones quas acceperimus seruamus, & in his stabilitate sumus, nouamque hanc vaniloquentiam securi, diuinum secuti Apostolum, reiiciimus. Et quæcumque Patribus pro tempore, super fundatum Apostolorum, & Proprietarum adiscere placuit recipimus: quæ vero secus se habent, ut hostilia respuumus.]

Ad tertium. Multitudo, quod pertinet ad consensionem, & vetustas, signa sunt in Ecclesia Catholicæ dogmatis, vtrumque agnatum ab Epiph. in 6. Synodo t.6. initio dicens quantum ad antiquitatem. *Iam autem cognovimus omne, quod antiquitate excellit, venerandum esse.* Quantum ad consensionem, ut dictum est superius: Ecclesia rectam fidem fidei q; prædicationem, quam multitudo ex traditione Apostolorum &c. seruavit, & confessæ est seruat, & custodit. quando ergo in Ecclesia multitudo fidelium cum paucitate (solent enim semper heretici de paucitate gloriari) concordat, potius multitudini seu consensi totius orbis, quam paucitati heretice in uno, vel altero angulo magis deferendum, sic vetustati primas dandum cum nouitate concertanti. Porro Apostoli, & si pauci, cum antiquis Prophetis con�rabant, & veteri Ecclesia circa veterum Sacramentorum abolitionem &c. vnde multo plures habuit Apostolica cōgregatio secum sentientes, quam habuerit synagoga iam sepelienda, habens scribas, & Sacerdotes adfauentes, quare non est mirum si veritas à parte Apostolorum steterit. Accedit promulgationem Euangelij in plures nationes effusam viuentibus Apostolis, quam quod fuerit lex vetus promulgata, finibus Palestinae contenta, & quando modo certat consensus totius orbis cum parte, & scissura heretica, merito pro se causa m adiudicat, nec enim multitudo cum paucitate, sed Ecclesia Dei, cù diaconi synagoga contendit, & multitudinem, & consensionem, ut ueritati testimonium perhibentem, affert, pro se, sicut, & antiquitatem, quæ sunt nota potius, & argumenta, non autem partes in iudicio litigantes, quibus uera Ecclesia à falsa secernitur. Ipsi autem heretici in potentia, astu, nouitate, sua potius stabilire cōtendunt: unde S. Zeno Veronensis serm. de fide. Sic in hereticam fidem inuehitur. O quam misera est fides, quæ verba concinnant. O quam debilis cuius quotidie dissipantur varijs argumentationibus membra. O quam indefensa, que Regum, diuitiæ, aliquoties etiam quod peius est, & genium desiderat per momenta patrocinia. O quam turpis, & labrica de qua ludit aliena sententia. O quam

adultera, quæ non cognoscit quo autore sit nata. O quam ridicula, quæ duobus confligentibus Christianis, ab altero eorum si non transducitur perfida, cum transducta fuerit, fides vocatur; O quam non vera se factionibus pollet. O quam publicana, cuius fabulantur etiam profani secreta. O quam præsumpta, quæ maius magis nouellæ traditio ni sue credit, quam antiquitati. Hæc S. Episcopus pro confessione, & antiquitate Ecclesiæ, nouitatem, & distractionem sententiarum hereticæ synagogæ eleganter describens.

Ad IV. & si id fieri possit in priuata communitate, ne etiam publica communitate Ciuitatis terrenæ, ut patet in sectis Philosophorum, id nūquam factum est in Ciuitate Dei, ut proprii fœtus introducantur, & tandem in dogmata desinant, unde Agatho Papa in Epistola ad 6. Synodum act. 4. ait quod omnes Rom. Pontifices, *Apostolicam confessionem, quam à principio percepérant* (non dicit propria placita ab ipsis, uel alijs inuenta) etiam Synodali præconio prædicarunt, & absque cuiusplam nouitatis errore citra ambiguitatem determinarunt &c. sed noui erroris authores perfectæq; dispensationi qua saluatoris sumus infestii, non solù veræ confessionis aduersarij, sed ut pote à via veritatis errantes, sibi ipsis contraria docuerunt, aliter, & aliter assérentes, & alterutrum dogmata destruenter, quod enim nulla veritate fundatum est, necesse est, ut erroris inconstantia varietur, nam vera fides immutari non poterit, nec aliter nūc, aliter postmodum prædicari, quia sit sermō vester, ut Apostolus docet, *Est est, Non non enim quod plus est, à malo est.*] Ecce quomodo particularia placita fundamentum non habentia substineri non possunt, & si multos ad tempus patronos habere videantur, tandem commenta deleter dies, dogmata vero firmat: talē fuit Papæ fabulosa commentatio de mille annis, suo sensu excogitata carnali modo, traditionem intelligens, cui & si aliquot veterum subscripterunt, ab alijs est contradicū, procedente tempore euanuit, Chiliafis illam phantasiam tuentibus ab Ecclesia proscriptis.

Ad aliud exemplum de sepultura Ad S. Hieronymus quem sequitur Theologorum Cöriphæus S. Tho. 3. p. q. 46. ar. x. ad tertium hanc sententiam vocat mulcentem aures populi; non tamen veram. Maluenda de Parado volupatis c.55. Hieronymum sigillat, quod non ita locutus esset, si tot clarissimos Patres hoc ipsum tradentes attendisset.

Verum quia, ut supra dictum est controuersia p. ar. 4. tunc est Patrum firma traditio, cum constanter, frequenter, tenendo, firmando consignando &c. loquuntur, & non fluctuagè, vel que ab uno, vel altero acceptum est, promulgant, ideo si Patrum citatorum in oppositum verba attendamus, non firmam traditionem, sed ab uno acceptam secuntur, & euulgat. Origenes loco cit. ait. *Venit ad me traditio talis &c. à particuliari ergo fonte descendenter insinuat eam esse traditionem.* Eius sanguine, ait Cyprianus, confpersa creditur Adam Calmaria, qui sub loco quo Crux Domini fixa est, humatus, traditur ab antiquis. Sed vnde processit ista traditio

antiquorum? exprimere videtur Athanasius loco cit. dum dicit. *Neque in alio loco crucifiguntur, quam in Caluaria loco, quem magister Hebreorum dicit sedem esse sepulchri Adæ.* Ad magistrum ergo Hebreorum, non ad Apostolos eiustaditionis fertur initium. Vnde & Basilius no*n* dicit hanc esse traditionem, sed famam obtinuit inquam fama quædam in Ecclesia memoriam conservans, non quidem scripto prodita &c. fama autem à tali magistro Hæbreoru*m* oriri potuit (ab vno. n. potest oriri) & vires accepisse, & S. Ambros. etiam in Hebreos refert eam traditionem in Lucam loco cit. ipse Crucis locus, vel in medio terræ, ut conspicuus omnibus, vel supra Adæ, ut Hebræi disputant, sepulturam, ubi ad Hebreos refertur initium huius traditionis, & S. Ambros. sub disputatione, & fluctu vagè iocutus est, non certo, & constanter. Chrysostomus, non Ecclesiæ, aut Patrum omnium, sed quorundam dicit esse eam sententiam, vbi quidam dicunt Adam, & mortuum, & sepultum, & S. Aug. ad eosdem respexit, dicens, hoc antiquorum relatione refertur. Sic loquuntur Germanus in theoria rerum Ecclesiasticarum, & Ethym. in 27. Matihæi quidam aiunt &c. vel quidam dicunt. Non ergo certus sensus Ecclesiæ, cum non ex vniuersali traditionum fonte descendat, sed ab Hebreis originē id habeat, nec vt certò traditur à Patribus vniuersis, vel ab iisdem citatis, sed referunt quæ ab aliena, eaque Hebraica relatione, vel fama hauserunt. Quare dicendum est cum Heronymo, & S. Thoma, quod sit ea sententia fauorabilis interpretatio, mulcens aures populi, non tamen vera.

Ad V. respondet Philippo, quomodo respondit Epiphanius Gregorio hereticorum partes agenti in act. 6. 7. Synodi initio 6. tom, vocem quæ a Dominus ad Coriphœum Apostolum Petrum Ius est animo debebant intelligere tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt illi. sed ab hac edificatione, & harmonia alienati, digna quæ riuexcipliuntur definiunt, risu certe digna sunt, quæ enim proferunt, dicebat idem Epiphanius act. 6. tom. 6. neque Euangelicè neq; Apostolicè, neq; ex scriptis, aut Patrum testimonij, neque etiam ullis probabilitibus argumentis, ut uno dicam verbo subuerterunt ea, quæ à nobis piè sunt asserta: sed proprio ore loquentes in aciem contra catholicam Ecclesiam sese constituerunt. Certe in aciem se constituunt, dum quæ sensit Ecclesia tot seculorum spacio labefactata dicunt, vt Christianos (vt dicebat Epiphan. loc. cit.) veluti pueros laruatis suis sophismatibus terrent; sed ut dicebat idem act. 6. tom. 2. talia cum dicunt non videntur cognoscere promissiones Catholicæ Ecclesiæ ab eo, qui illam fundauit Christus factas: neque confitentur per liberationem eam, quæ est in Christo Iesu, humanum genus servatum &c. audiant igitur cantica, quæ lepide ad Ecclesiam ex persona Christi canuntur; Tota pulchra, & cognata mea, & reprehenſio non est in te. Iam audierunt illam totam pulchram esse, & cognatam Christi, & absque omni reprehensione, ad quam, & per Isaiam loquitur: in mani-

bus meis descripti te, & muri tui sunt coram me semper. Quo patio autem Ecclesia, cum tales promissiones acceperit ab hostili Dæmonum potestate in prædam rapitur? uel in errores adducitur? & ubi Deus est ipsum caput iuxta Apostolum, quis hanc captiuitatem pessundare poterit? Ipse hæc sibi ipsi sine macula, & ruga addixit, quis autem eam iam inquinabit? Vab. cum ista suspitione, & concludit. Sed conata sunt Ecclesiam in nihilum redigere, & ob id Dominus eos pro nihil habebit. Eruntque apud omnes, qui in Ecclesia eius sunt contemptui, & anathematizati, mansit enim hæc semper prædatione non obnoxia, infra Ha, & inconcussa &c. vnde impiè ab opponendis erroreis in Ecclesia grassatos sine probatione obganiunt, iacent se esse reformatores, & repurgatores orbis, hec enim verba sunt, sine mente sonum edentia, incircumspectas, & aniles fabulas venditantes. Quare superuacua, & inepita est eorum ratiocinatio.

Ad VI. patet solutio ex corpore Articuli: quandoq; enim sunt res quæ nec effugiunt cognitionem popularem (vt dicebat Aug. 2 contra Julianum) ut quod pueruli nascantur in originali peccato, & huiusmodi de quibus exemplificauimus supra controu. 1. q. 1. a. x. & tunc etiam ex fidelium communium, & insimile plebis consensu desumitur, & probatur Ecclesiasticus consensus. Quandoque vero tractatur de subtilitatibus mysteriorum, & tunc ad subtiliores sensus, nempe ad Patres, & Doctores oportet consugere: & plures paucioribus, grauiores minus grauibus præponendi, & in dubio Sedes Apostolica consulenda, de sensu quem sequi debeamus, nihil enim de nouo tradit, sed id (vt dicebat Aug. primo contra Iul. Pelagianū) quod cum ceteris perseveranter tenet Ecclesijs.

Ad VII. non quilibet sensus, vt certus, & dogmaticus habendus, sed qui vt certo traditus ab antiquitate, & sine villa contradictione predicatur ab vniuersa Ecclesia. Vnde usque in hodiernū diē, sententia de immaculata conceptione p̄fissima est, & intra terminos probabilissimæ opinionis, vt patet ex decreto Rom. Pontificum Sixti, Pij, Pauli, Gregorij. Qui vero essent, qui suum particularē sensum dogmaticum existimarent, non praividicaret decretū Ecclesiæ, mox ut modesti Ecclesiæ filij, iisdem conformari teneretur, vnde dato quod in tali ex statuione ex particulari affectu inuincibiliter, vel etiam vincibiliter fallerentur, habendo, vt dogma, quod vt opinio relictū est, ab vniuersali Ecclesiæ intentione corrigi possunt, dum sensum istum particularē, vniuersali Ecclesiæ sensui submitunt. Sensus autem Ecclesiæ iam per decreta elucescit, quod neutra de fide sit definita, corrigi vero part cularem intentionem ab vniuersali videamus in eo qui habet errorē circa aliquod Sacramentum quod ministrat, & tamen intendit facere, quod facit Ecclesia, conficit si quidē Sacramentum, quia particularis intentio, subordinatur intentioni vniuersali Ecclesiæ. vt faciente intendat quicquid facit Ecclesia, vnde hereticus habens intentionem ministrandi Sacramenta verè administrat, habet enim intentionem facien-

saciendi, quod facit Ecclesia quæcunque tandem illa sit, vel quod Christus instituit, quare qui post decreta etiam nouissima dixerunt sententiam præseruationis iam non esse opinionem, sed dogma, cum contra mentem Pontificum Rom. veniant, ipsi videant an hæc dicta cum diplomatis Rom. Pontificum concordent, sibique consulant.

Ad VIII. Respondetur quod sicut ex consuetudine receptas impressiones corrigimus sapientum iudicio, cum ab illis edotti, veritatem addiscimus, ita & in dogmatibus, à sapientibus addiscere oportet quid de fide, quid ex pietate tenendum: vnde Cassianus lib. 6. de Incarnat. Domini c. 5. occurrent excusantibus se esse aliter imbutos à parentibus, & Magistris, quam quod in Ecclesia prædicatur, ait. Nam cum hoc tenebas, quod à parvo accepisti, plus haberet in te emendatio, quod de præsenti errore corrigeret, quam severitas, quod de præterito vindicaret, insinuans priuatum errorē, publica Ecclesiæ doctrina emendarī, à qua etiā errores caudens discimus, & ad credenda, & gradum credendorum erudimur.

## ARTICVLVS VII.

Vtrum ante definitionem expressam, sensus eiusdem Ecclesiæ ita sit irrefragabilis, ut hæreticum sit illi contrarie.

### Positio quorundam Neotericorum.



Virinus in suo tractatu de concept. c. 47. 5. docet quod I. Ecclesiæ Dei vocè portat Concilium generale, vnde Patres non solum sunt consiliarii, sed iudices, ita ut ante approbationem Summi Pontificis, illa suffragia sint infallibilia, ut definitio Pontificis non det illis infallibilitatem, sed solum infallibilem eorum certitudinem declarat, & monstrat, & promulget, ut Ecclesia obligetur ad credendum. I. & iterū dicit I. quod circa inuestigationem, Episcopi habent sententiam diffinitiūam, quatenus Ecclesiæ consensum exprimunt, & renunciant, in quo casu, ait, Summus Pontifex aequali iure suffragium dicere nihil prohibeat, & si definitiūa, & declaratoriam sententiam solus Pontifex dicere habet, infallibilitatem tamen habent, ut Ecclesiæ sensum exprimunt, qui sensus est ultimum complementum definitionis Synodalis, adeo ut, cum illi non possit subesse falsitas, non requiri-

tur alia diligentia à Pontifice, ad definitionem ab eo denunciandam, vnde infert pias opiniones solo Ecclesiæ consensu receptas, absque alijs diligentijs posse definiri &c.

Poza lib. 4. tract. 1. c. 4. dicit quod I. etiam si nunc nec temeraria, nec erronea sit opinio contaminans Virginis conceptum, & illud ipsum frēnum, quod iniecit Greg. XV. vix in Ecclesia Dei nominetur, illam non reddat improbabilem, verum futurum de illo silentium, & communis fidelium propensio tolerata à Sede Apostolica, ipsam temerariam, & erroneam declarabunt. Præsertim cum magis opinioni piæ faueat conceptionis vox, quam præiacte veritati Assumptionis nomenclatura: propterea erit, qui suspicetur, magis futuram esse certam temporum decursu, conceptionem sine macula Deiparæ, quām ipsius post triduum resurrectionem, etiā si nullum addatur decretum Pontificis aut Cōcilij, quia ardenter fidelium affectus in re maioris momenti ad Mariæ gloriam, qualis est immunitas culpa, tenaciorem, & firmorem, & celeriorem consensum generabit, ac proinde faciet ut tenacius, & firmius, & celerius opposita sententia existimetur temeraria, & erronea. Similes probationes, & exempla obvia sunt, quæ promouere possunt hanc suspicionem, pro qua nullam nunc sententiam fero. J. hæc Poza.

### Oppositiones.

A Rguitur Primo, quia ipse consensus Ecclesiæ ipsam Ecclesiastica traditio est, ut patet ex communi notione Theologorum. Sed ex Concil. Trident. qui traditions non scriptas sciens, & prudens contempserit, anathema peccatum se sit. 4. absque alia definitione anathema pariter erit, vel erroneous, qui prudens sensum Ecclesiæ rejicit.

II. ex dictis Lerinensis supra, in definitione Ecclesiastica Conciliorum nihil sit, nisi id quod sola traditione, & consensu Ecclesiæ credebatur, postea fortius, & instantius prædicatur, sed magis, & minus non variant speciem; ergo &c.

III. Non noua infallibilitas tribuitur dogmatibus ex Ecclesiæ definitione, sed id quod erat in se infallibile respectu nostri, per definitionem Ecclesiasticam declaratur esse infallibiliter tenendum, ergo ante Ecclesiasticam definitionem, ex infallibilitate dogmatum tenetur ex fiducia assensum præstare, & per consequens pertinaciter dissentiens hæresis crimen incurret.

IV. Quia ante Nicenij Concilij definitionem V. G. Arius pro hæretico habitus est ex solo Ecclesiæ sensu, atq; consensu, similiter, & Nestorius &c. vi patet intuenti gesta Cōciliorum ergo &c.

V. Quia Cassianus expresse docet lib. 1. contra Nest. c. 6. vbi loquens de confessione Leporij subdit. Hanc ergo eius confessionem i. Catholiconum fidem, & omnes Africani Episcopi, vnde scribēbat, comprobauerunt, neque ullus adhuc omnino extitit, cui fides hæc sine infidelitatis criminis disclipiter: quia professio impietatis est, probatam negare pietatem: sufficere ergo solus nunc ad confutandam hæresim deberet consensus omnium,

nium quia 'indubitate veritatis manifestatio est autoritas uniuersorum, & perfecta ratio est, ubi nemo dissentit; ita ut qui contra hoc sentire niantur, huius prima statim fronte, non tam sit audienda assertio, quam damnada peruersitas. quia priudicium secum damnationis exhibuit, qui iudicium uniuersitatis impugnat, & audience locum non habet, qui à cunctis statuta conuelliit ] hæc ille solus ergo sensus Ecclesiæ prædicium damnationis secum assert.

V. id ipsum dicere possumus de opinionibus non dum definitis ab Ecclesia, sed publico totius Ecclesiæ consensu receptis, quod prædicium damnationis secum afferunt, dum ab uniuersitate, & consensu Ecclesiæ minus pia opinio haberetur, ut non sit opus expressa definitione, si procedente tempore pia præualeat, & oppositus sensus temerarius sit, & erroneus, qui illi contradicat, ut patet de Assumptione B. Virginis, quæ procedente tempore adeò inualuit, ut etiam si aliqui Patres, vt Sophronius, Ildelphonsus, & alij pauci, vel reclamarint, vel dubitarint, ad eum nunc statum deuenit ea sententia, ut absq; definitione Synodali, iam illa sententia de assumptione sit de fide, solo tempore prescribente, & communis fidelium sensu adstipulante.

#### *Pro parte opposita.*

**S**ed contra est, quia sensus Ecclesiæ est vnum è medijs quibus definitio Eccles astica innititur: conclusioni autem, vel dogmati definito contradicens hereticus reputatur. nam de medijs potest esse controværsia, an scilicet constet de traditione, vel sensu Ecclesiæ.

II. quoisque de ipso verbo Dei scripto non certificamur per Ecclesiam, illud nō recipimus, ergo similiter non scriptum non tenemur recipere quoisque pro eandem Ecclesiam tuti, & securi redamur, ergo etiam sensus eius non habebit firmitatem, quoisque Ecclesia super suum sensum se reflectens, cum esse sensum diffinat, ante ergo Ecclesiæ definitionem non habet Ecclesiæ sensus infallibilem authoritatem.

III. Quia multa hodie controværtuntur, distractis diuersis ad suas factiones Ecclesiæ sensum, ut stent pro hac, vel opposita opinione, ergo quoisque non determinetur, quod sensus Ecclesiæ stet pro hac parte vel illa, vel post definitionem colligatur Ecclesiam, iudicium, & sensum suum vetusti esse secutam, non erit inconcussa firmitatis, & authoritatis.

IV. Quia quod firma fide suscipitur, ab omnibus indifferenter suscipiendum est, at multoties contingit à paucis multis contradici alicui sensui, qui communis, & publicus Ecclesiæ reputatur, imo potest contingere, quod apud paucos conseruetur sensus, & traditio, & ex illo opposito antiquus, & prior sensus dirigatur, & quod illi Ecclesia inhæreat, non vero communi placiato quod plausibilius est.

V. in speciali arguitur contra Quirinum, & Primo contra Primum eius dictum: nimur habere infallibilitatem illum consensum Patrum in Conciliis, & solum Pontificem, confirmantem

esse declaratum illius consensus infallibilis: vel enim est sermo de Patribus in Conciliis presentibus legatis habentibus instructionem in speciali, vel in generali. Si in speciali, vel seruant Pontificis instructionem, vel non. Si seruant, Concilium in tantum habet infallibilitatem, in quantum in sententia Rom. Pontificis conuenit per legatos notificata, vnde Leo Epis. 63; ad Theodoreum, [ que, inquit, Dominus nostro prius definierat ministro, uniuersitatis fraternalis irretrahibili firmavit assensu, ut vere a se prodire ostenderet, quod prius a prima omnium Sede firmatum totius Christiani orbis iudicium receperisset, ut in hoc quoque capiti membra concordent ] & ratio suffragatur, nam cum sit primum Papæ suffragium per præsentes legatos, ipse est principalis definiens, & de sensu Ecclesiæ iudicans, an sit fauens decisioni, suum quoque Rom. Ecclesiæ sensum afferens, habet reliquos, ut coniudices subordinatos, & dependentes, & in disceptatione an hic, vel ille sit sensus Ecclesiæ, suum iudicium Papæ subiacebentes. imo & quod suum iudicium PP. iudicio submiserint, & concordarint in Pontificis instructione, non aliunde constat nisi ex eiusdem Pontificis approbatione. Vnde Nicol. PP. ad Imperatorem, litteras suas instructorias sibi transmitti postulauit ad videntum, si cum illis, quæ gesta erant concordarent, ut si concordarent gesta Synodica probarentur, si discordarent improbarentur. deseruit autem ista testificatio, & approbatio, quod gesta Conciliaria rata sint, ut pote facta ab Episcopis consensientibus primo suffragio, & primo Pastori sensum Ecclesiæ Romanae referenti, & Episcoporum consensum præferre omnium aliarum Ecclesiæ sensum, atque consensum cum Ecclesia Romana concordare, ac proinde tota infallibilitas sensus Ecclesiæ ex subordinatione ad Rom. Pontificem oritur, quæ quo ad nos, ex probatione Pontificis talia acta facta conformiter ad instructionem, etiam vim obtinent infallibilem, tunc enim ex tali probatione certi reddimur, cū cernimus omnium Ecclesiæ sensus cum Ecclesiæ Rom. sensu, inuiduo nexu copulatos. Si vero non seruant, tunc ut factum est in aliquibus Conciliis Ephesino secundo à Papa congregato, à legatis, discrepante, & si enim sensu Ecclesiæ corum Patrum, qui illuc conuenerant, exprimere viderentur, tamen ex defectu istius subordinationis reiectum est, quia ait Nicol. Papa Epis. ad Patriarchas, & Metropolitas, in contrarium verterunt omnia, quæ sibi fuerunt imperata. Sic exemplificari potest de Conciliabulo Basileensi, quod etiam si ex sensu Prelatorum exprimere prætenderent totius orbis consensum definiendo controværsiam de Conceptione B. Marie, quia tamen non fuit dependens à Pontifice, imo & contra Papæ authoritatē definitum, Concilium esse supra Papam, pro Conciliabulo est habitum ab Ecclesia Catholica.

Quando vero ut factum creditur in Concilio Tridentino mandatur, ut tractent causas controværsias in generali, tunc obtinet infallibilitatem inchoatiæ, perfectiæ vero cum confirmatur. Accedit, quod cum Pontif. admonet PP. ut tractent de

de dogmatibus in generali virtualiter quoque admonet, ut in grauioribus consulatur Sedes Apostolica, ut non semel fecit dictum Concil. & tunc ante confirmationem Pontificis, non est hereticum refragari, quia tamen illi PP. sensum Ecclesiæ, & traditionis Ecclesiastice referunt (sunt enim nedum iudices, sed & testes traditionis) tantam habent autoritatem ea decreta ex sensu Patrum firmata, ut si non sit hereticum, erro- neum, vel heresi proximum adjudicetur. Non ergo ante approbationem Pontificis ille consensus Patrum in dogmate, habet infallibilitatem quousque cum Rom. Ecclesiæ sensu adiungitur; nec quo ad nos habebit infallibilitatem, quousque confirmetur, tunc enim elucet iste sensus Ecclesiæ, cum sensu Rom. Eccles. æ conspirare, & non est sola declaratio illius infallibilitatis, vel nuda promulgatio, sed iudicialis diffinitio.

Præter arguitur contra alterum dictum Quirini, dum dicit Episcopos in inuestigatione veritatis habere sententiam diffinitiūam, quatenus Ecclesiæ sensum renificant: nam ipsimet Episcopi, ut exprimunt consensum Ecclesiæ habent rationem testis, sed cum diffiniunt habent rationem iudicis, vnde adhibitos Patres Concilij Ephes. ait Lerinensis, c. ultimo nedum tamquam testes, sed tamquam iudices, ipseque Quirinus fatetu: nedum habere suffragium cōsultuum, sed etiam decisuum. Amplius dum eodem loco Papam in inuestigatione veritatis æquale suffragium dicit habere cum Episcopis, quantum ad exprimentem sensum Ecclesiæ, non bene dicit, nam vt testis exprimit consensum Romanæ Ecclesiæ, & in ipso, consensum explicat pariter totius orbis, vnde August. primo contra Iul. c. 2. loquens de Innocentio, ait. *Quid enim aliud potuit vir ille sanctus Africanus respondere Concilijs, nisi quod antiquitus Apostolica Sedes, & Romana cum ceteris tenet Ecclesiæ?* Patres vero exprimunt sensum ceterarum particularium Ecclesiæ, at maius testimonium est sensus Pontificis, quam totius corporis Ecclesiæ de eiusdem Ecclesiæ sensu, ergo &c.

Quantum vero attinet ad votum decisum, non est æquale, nam vel Concilium definiens, id præstat per infallibilem autoritatem, & eandem Pontificis potestatem (quæ illos conuocavit) vel per diuersam: non per eandem, quia illa est incommunicabilis: si per diuersam, ergo duæ es- sent ex æquo supremæ infallibilis potestates, aliundè ergo metienda est infallibilitas Concilij, nempe ex suffragio primo Summi Pontificis, cui obtemperans fraternitas vniuersa, tamquam coniudex, & administra, quæ, quoniam à Pontificis infallibilitate non seiungitur, non ponit in numerum cum illa, sicut instrumentum non ponit in numerum cum principali agente, & eadem subordinatur, non de æqualitate contendens. Quomodo ergo Quirinus docere poterit æquali iure cum Episcopis habere diffinitiūam sententiam in inuestigatione veritatis? Deinde si æquali iure Pontifex sententiam profert, quantum ad veritatis indagationem: si Patres ex una parte, Pontifex ex altera, constituantur, tunc vel erunt duæ supremæ potestates, vel una alte-

ri subordinata. Si una subordinata alteri, ergo non æquali iure, sed supremo, & primo iure suffragium, renunciat Pontifex Rom. Si duæ sunt potestates summe, & supremæ, quælibet esset suprema, & nulla suprema, nam ex Tertull. i. in Marcionem c. 4. propterea aliquod supremū dicitur, vel summum, quia par non habet.

V. in speciali arguitur contra Pozam. Quia vel decreta Summorum Pontificum in materia dogmatica respiciunt tantum unam determinatam partem temporis, vel omnem differentiam temporis. Si unam, non esset doctrina catholica, vel dogmatica, & ad sanam doctrinam pertinens, & esset potius temporum dicenda fides, quam orthodoxorum, quod est impossibile assertare, cum hoc proprium signum sit heretica doctrina, quod tempora respiciat, & secundum tempora varietur, ut dicebat Hil. ad Constantium Augustum. Si omnem temporis differentiam secundum formam, quæ proponitur vim habebit, quam, & nunc habet. Sed nunc non ut dogmatica proponitur opinio pia, & opposita, ita quoque prescribitur suis terminis, ut non propterea proscripta sit, & ei nullum sit præiudicium aggeneratum; ergo quoque procedenter tempore, etiam si cresceret maior affectus populorum, & DD. pro pia opinione, non extraherent eam à ratione opinionis, & contrariam non evincent, ut inter errores, vel temerarias propterea adnumeretur, si nihil ab Apostolico thro- no determinetur de novo.

Confirmatur. Nam illa popolorum propensiō tolerata à Summo Pontifice nihil adderet decreto, quam diu non deciditur quæstio retractatione decreti (quod supponit permanere) semper enim obedientiam postulat tale decretum, ne neutra opinio dicatur dogma, & quod affirmatiæ nullum sit præiudicium aggeneratum: ex quacunque igitur longissima prescriptione temporis, ex illa propensione tolerata, numquam ita extraheretur à latitudine opinionis pia sententia, ut in materiam dogmaticam transeat, vel ad fidem pertineat, & fidei doctrinam, absque expressa declaratione Pontificis, cui qualificatio reserata est, vnde in decretis Sixti IV. Pij Greg. dicitur expresse donec fuerit iste Articulus ab Apostolica Sede decisus &c. quæ verba debebant attendi.

Quod si dicas ex illo consensu, qui crescit tolerato, vires amittere posse illam affirmatiā sententiam, ut solo tempore consenserens, sepe liatur, & opposita ad certissimum gradum perueniat, ut sub censura temeritatis, vel erroris, contradici ei non possit.

Contra, quia quando cresceret ille consensus, vel est in ordine ad subjectionem decretorum Ecclesiæ, vel indepedenter ab illa: si primum ja semper clausula Apostolica erunt in viridi obseruantia, nempe, non generari præiudicium, & non esse adhuc ab Apostolica Sede decisam eam quæstionem: si indepedenter, non potest esse consensus ille, vel propensiō commendabilis, cum non nisi subordinatum consensum à filiis suis requirat Ecclesia. Sicut ergo non prescriberent, si procedente tempore inueherentur in negatis

negatiuam, ita (cum oppositorum eadē sit ratio) non possunt affirmatiuam à probabilitate extrahere , & in dogmatibus collocare, si præscriberent censurando, iam ex inobedientia decretis Apostolica Sedis , melioris essent conditionis inobedientes quām obedientes decretis , quod est absurdum.euanidum ergo prognosticum atque prædictio Pozz est, quæ in præiudicium Sedis Apostolica tenderet, si defendetur .

Præterea ad hominem , vt bene arguit Nitela Hibern.pag.186.sicut error est ex Aug.ad Laurentium c. 15. verum putare quod falsum est ; falsum quod verum est, & certum habere pro incerto , & certum pro certo , ita in fidei materia , magis errat, qui incertum, & indecimum pro decisō , & indubitata fidei veritate habet , quomodo ergo poterit iste consensus stante hypothesi , quod Ecclesia non definit ad veritatem dogmaticam pertinere, & intrare eius latitudinem, & saltem censi possit de temeritate, & erroneitate affirmatiua sententia ?

Confirmatur ex eadem Nitela , quia Sixtus Quartus in extraug.damnauit, ut propositiones erroreas à ueritate alienas, quæ opinionem piam de impietate sugillabant, & merito, similiter eosdem damnauit, qui in alienam opp̄ositam obloquebantur , & propriā, ut de fide statuebant diuisis studijs partium, ita procedente tempore si quis obloqueretur , & putaret ex solo tēpore infirmari illam , roborari hanc, esset eorundem decretorum pēnis subiacere , nisi aliud Apostolicus Thronus decerneret.

Confirmatūt præterea, vt notauit Nitela, quia sicut fides lāditur nedum per defectum , sed etiam per excessum, nimirum subtrahendo aliquid a fide, quod de fide est , vel addendo aliquid , quod de fide non est, ita etiam peccatur dicendo, hoc non contineri in fana doctrina , quod verē in illa continetur, & contineri , quod non continetur . Vnde rectē dicit Nitela erroneum esse in fide, quod non est decisum dicere esse definitum , quia contrā sensum Ecclesie id afferens venit, habentem hunc sensum, quod non est tantum mysterium hucusque reuelatum, & vult ad se sensum Ecclesie trahere , non suum sensum Ecclesie sensui subdere, qui est motiuū, vt hoc credatur, vel teneatur, hoc vel illud tamquam ad doctrinam fidei spectans . inania ergo meditatus, & vacinatus est opponens . Hac autem dicta sunt ad compescendas particularium censuras , & audentes Ecclesie iudicium anteuertere, & præuenire.

### CONCLV SIO

*Ecclesia, ex altitudine cognitionis, sentit aliquid esse pertinens ad materiam dogmaticam, & noscit se sentire.*

R Espondeo dieendum, quod sicut supra dictum est, ex analogia sensus corporis nostri de sensu, & intelligentia Ecclesiastica discurrendum est. dictum est autem supra, quod

sensus est vis cognoscitua iudicans de proprio obiecto sensibili , vnde visus videt colorem , & quamvis non cognoscat se videre, quia pertinet ad altiore cognitionem. videt se uidere prout visio terminatur ad sensum communem , sicut & ceteri sensus terminantur ad eundem sensum eique continuantur, tanquam linea ipsi centro , sensus autem communis , qui altior est, nedum cognoscit obiecta particularium sensuum , sed etiam inter illa ponit differentiam, vnde nedum cognoscitius, sed & iudicatius est. Eodem modo dicendum est secundum hanc analogiam , quod particulares hominum status in Ecclesia in rebus reuelatis possunt habere suum sensum noscendo hoc esse de fide , non vt particulares sunt, sed ut communi sensui Ecclesie copulantur tanquam linea centro : ipsa uero Ecclesia ; quæ diuersas sensationes , & actus inferiorum hominum cognoscit, uelut sensus communis , etiam ponit differentiam inter illos , corrigens inferiores: insuper cum sit altioris ordinis, quod non datur inferioribus, habet ut noscat se sentire, & iudicet sic esse sentiendum.

Sicut autem nulla est deceptio in sensu, quod fit quando proprium sensibile quod per se immutat sensum , & continet omnia , quæ per se sentiuntur ab illo sensu , si obiectum sit debite approximatum, & organum bene dispositum, & medium depuratum, in tunc est verum iudicium sensus, quia natus est iudicare per speciem sibi impressam cum circstantijs requisitis; ita tunc est vera sensatio, quando nulla est deceptio in tali sensu, quandoquidē versatur circa id quod pertinet ad fidem , & sub obiecto fidei continetur, & est debita approximatio obiecti ut cum V.G.clare constabat de traditione ante definitionem Ecclesie apud omnes , vel grauires personas Ecclesie de numero canonicorum librorum &c. & est organum bene dispositum, nimirum quod sentiens charismata habeat nempe officij pastoralis dignitatē , & mediū præsto est nempe ratio formalis assumitur quod est diuina reuelatio per manus tradita , vel scripturis consignata, vel quæ euidenter ex illa deducitur, & dicitur reuelatio ; & tunc quia etiam adest propria species obiectum suis circstantijs, verum quoque certum est , & indubitatum iudicium, vt sit manifeste tunc sensus ille pertinēs ad fidem, & contrarium absque expressa definitione, vt hereticum, vel erroneous habeatur . Quando vero vel aliquid non continetur sub obiecto fidei, etiam si sit consensus Ecclesie circa illud V.G. quod planetæ sunt septem , vel etiam si continetur, non cognoscitur an sit sub obiecto, vel alter appareat, quām est , ex diuersitate sententiarum, quia non est debitē approximatum, & quod videtur vni, non videtur alteri, & vnuersaliter (tunc enim datur locus opīnandi ) non erit certus sensus, & iudicium, & est locus inquirendi, an hic, vel ille sit sensus Ecclesie, & per regulas inuestigatur , sicut per regulas multoties, an hoc, vel illud ex traditione habeatur, & tunc non erit firmum argumentum, etiam si aliquid pro sensu Ecclesiastico à priuatis doctoribus venditetur.

Solu-

## Solutiones oppositionum.

## ARTICVLVS VII.

**A**D Primam dicitur, dum Concilium Tridentinum addit illa verba *sciens, & prudens* intellexit de illis traditionibus adeo certis, & indubitate, & receptis ab Ecclesia, ut absque novo decreto hæretici, & refractarij habeantur, qui illis contradicunt, ut potè repugnante animata fide Ecclesiæ. Sic ante canonem librorum canonicorum editum à Pontif. & Concilijs pro hæretico habebatur, qui sacris libris repugnabat: quando vero dubitatio est apud quosdam de traditione, faciendum est, quod in scripturis rimandis (ante Canonem biblicum) monebat Aug. lib. 2. de doctrin. Christ. c. 8. esse faciendū nempe, ut plures paucioribus, grauiores Ecclesiæ minus grauibus anteponant, ut sepius dictum est.

Ad II. illud argumentum probat, quando est dogma certum, & indubitatum, ut ex illa certitudine cognoscatur animata fides Ecclesiæ, tunc non nisi accidentaliter differt à scripta fide in concilijs (ut idem doceat Lerinens. c. 32. dicēs hoc inquam semper, nec quidquam preterea hæreticorum nonitatibus excitata, Conciliorum suorum decretis, perficit Ecclesia, nisi ut quod prius à maioribus sola traditione suscep- rat, hoc deinde posteris etiam per scripturæ chirographum confignaret: magnam rerum summā paucis litteris comprehendendo, & plerumque propter intelligentiæ lucem, non nouum fidei sensum, nouæ appellationis proprietate signando).

Ad III. illud argumentum probat, ea dogmata ante Ecclesiæ definitionem, quando constat de indubitato, certo, communiter recepto sensu Ecclesiæ, tam circa scripturas, quam traditiones, pertinere ad animatam fidem Ecclesiæ, & per consequens contradictores hæreticos habitos.

Et per hæc patet Responsio ad quartum, & ad quintum.

Ad IV. est dispar ratio de alijs opinionibus nondum dissinitis ab Ecclesia, nec enim quilibet sensus ad animatam fidem Ecclesiæ pertinet, sed is qui certò, & indubius habetur ab Ecclesia, ut non relinquat locum opinioni, vnde etiam si in sententiam aliquam piam videat filios suos inclinare, nō propterea habet illud, ut dogma certum, præsertim si opinione, & opinionis nomine contrariam non expoliet, & obloquies de ea animaduertat, & piam quoq; intra latitudinem opinionis relinquat. Vnde non opinio habita est assumptio B. Virginis, sed certa sententia, iam pridem ab antiqua traditione descendens, & ex antiquo tempore, quia vero magis ad traditionem pertinere, & de traditione oriri deprehensa est, ad cum statum deuenit, ut etiam si aliqui paucissimi recensiti in oppositum contradixerint, non extracta sit à limitibus traditionis, ex qua posset definiri de fide: de facto tamen (& si aliqui contrarium dixerint) de fide non est propter illorum Patrum reverentiam, sed proxima fidei, ut nedum temerarium, sed erroneum ei contraire hodie meritò adjudicetur. Quare non est simile.

Quibus notis possimus cognoscere Ecclesiæ sensum, & de regulis Doctorum quibus certo, & infallibiliter Ecclesiæ mentem, vel prædicationem cognoscamus.



Rima Regula. Si aliquid perpetua consuetudine in Sacrosanctis mysterijs celebrandis in Ecclesia constanter obseruatum sit, ex illa, nedum, quæ ad essentiam Sacramentorū, accipere possumus, sed etiam quæ ad eorum effectus pertinent agnosceremus. Hæc Regula accipitur à S. Dionysio lib. de Ecclesiast. Hierarchia quam obseruauit, & explicauit S.D. 3. p.q.72.a. 4. ad 1. consummativas invocationes, & in ipsis à Deo operatas virtutes, non est æquum ad publicum euulgare, sed sacra traditio sine pompa nos edocet. Confirmatur ex Lucio 3.c.ad abolendam, vbi damnantur alter sentientes de Sacramentis Ecclesiæ, præterquam, quod Romana Ecclesia prædicta, & obseruat, itaq; quod oleum, quod aqua &c. adhibentur, & semper adhibita sint quibus non adhibitis non sit perfectum Sacramentum, ex ista praxi, & consuetudine acceptum est, & sensu, & obseruatione Ecclesiæ, quæ est eiusdem ex sua praxi interpres. Confirmatur, quia ex Ecclesiastica consuetudine necessitatem confessio- nis ante sumptionem Eucharistia, habita copia confessoris, Concil. Trid. declarauit sess. 13. c. 7. ijs verbis: Ecclesiastica consuetudo declarat. &c.

Præclare ut per omnia S. Tho. 2.2. q. 10. a. 12. tanti fecit consuetudinem Ecclesiæ, ut dixerit, quod semper sit in omnibus emulanda, quia & ipsa doctrina Catholicorum DD. ab Ecclesia autoritatem habet &c. imò & à non vsu Ecclesiæ tenet argumentum propterea subdit. Hoc autem Ecclesiæ usus nunquam habuit, quod Iudaorum filij in iuris parentibus baptizentur. Vnde ex non consuetudine baptizandi hæreticos, de Donatistis Stephanus triumphauit.

Ex ipsis metu ceremonijs Sacramentorum etiā aliqui effectus declarati, & asserti sunt à Patribus. Præmix exorcizandi puerulos ad ostendendum illos ante baptismum adhuc originali obstrictos, & sub Diaboli potestate retineri, adeo S. Aug. vrgebat contra Pelagianos, ut illa conten deret ostendi originale peccatum, quæ tanti pöderis est, ut & cetera Ecclesiastica obseruationes habitæ sunt, ut ipsi Pelagiani ex Aug. ep. 105. non auderet dicere hæc in Ecclesia medaci ter geri, & lib. 3. de pecc. merit. & remiss. c. 13. sic ait.

ait. ipsa Ecclesia Sacraenta, que tam priscæ traditionis autoritate concelebrat, ut ea isti nō audeant aperta improbatione respuere, satis indicant parulos per gratiam Christi de Diaboli seruitute liberari. Vocat quoque 2. de nuptijs, & concupiscentia, antiquissimam Ecclesiæ traditionem, qua exorcizantur ( vt dixi ) & exufiantur paruuli, vt in regnum Christi, à potestate tenebrarum, hoc est Diaboli, & Angelorum eius eruti, transferantur. Epis. 107. ait hoc antiquissimo tradito, & retento firmo Ecclesiæ ritu parulos, & cum exorcizantur, & cum ei pereos à quibus gestantur, renunciare respondent, à Diaboli dominione liberari, & 6. contra Iul. c. 2. dicit, id antiquitus veraci fide Catholicæ prædicatur, & creditur per Ecclesiam totam.

Eosdem recte gestantium corde credere, & aliena fide baptizari ex eadem consuetudine docet apertissimis verbis Aug. serm. 10. de verbis Apostoli, vt quoniam quod ægri sunt alio peccante prægrauantur, sic cum hi sani sunt, alio pro illis confidente soluantur, & subdit. Nemo ergo vobie susurret doctrinas alienas. Hoc Ecclesia semper habuit, semper tenuit, hoc à maiorū fide percepit, hoc usque in finem perseveranter custo dit. Inter fideles, baptizatos parulos locandos, ex eodem sensu, & consuetudine demonstrat Aug. serm. 14. de verbis Apostoli, ubi ponis parulos baptizatos? profectò in numero credentium. Nam ideo, & consuetudine canonica, fundatissima, paruuli baptizati fideles vocantur. Oppositum verò sentientes sic confutat p. de peccat. ment. & remiss. c. 20. Non hoc iudicat Ecclesiastica regula. Similiter omnes illæ ceremoniæ, quæ tam antecedenter ad baptismū, quam concomitanter, vel etiam subsequenter se habent ex praxi Ecclesiæ perpetua, vt Apostolica semper habitæ sunt, & vt effectuum mirabilium significatiæ, ac proinde habitas tanquam Apostolicas, & Evangelicas. docet Gregorius Nazian. in oratione ultima de baptismate, cū n. multa de baptizandi institutione dixisset, de cereo, quod in baptizandi manibus traditur tractat, qui eam cærimoniam vocat Euangeliū, dicens, Debeo præterea vobis hæc Euangelizare. de hoc argumento consulendi Ambrosius lib. de Sacram. & ijs qui sacris initiantur myst. Amalarius, Rupertus &c. & nouissimi Galenius Cathech. 14. 115. Stephanus Durante de ritibus Eccles. Hinc collige maximi roboris esse argumenta, quæ ex ritualibus, & Sacramentatio S. Greg. & huiusm. desumuntur, & maximi ponderis fuisse tempore vñionis in Concil. Florentino, quando inspectis vtriusque nationis libellis circa naturam, usum, & administrationem Sacramentorum, eorundem credendorum formula tradita est in litteris vñionis.

Secunda Regula. Ex cultu, in orationibus, & obsecrationibus, quæ fiunt in Ecclesia, & hu iusmodi, sensum Ecclesia percipimus. patet ex S. Aug. ep. 599. qui sensum illorum verborū Apostoli 1. Tim. 2. de obsecrationibus, orationibus postulationibus, & gratiarum actionibus sciendis pro Regibus, ex praxi in Ecclesia obseruata in incruento sacrificio, exponit dicens

multa hinc dici possent, quæ improbanda nō sunt, sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis, per orbem frequentat Ecclesia, ut precationes accipiamus dictas, quas facimus in celebrazione Sacramentorum, antequam illud, quod est in Domini mensa incipiatur benedici: orationes cū benesicutur, & sanctificatur, & ad distribendum comminuntur, quam totam petitionem ferè omnis Ecclesia dominica oratione concludit.

Similiter multa dogmata, quæ ab hereticis in dubium reuocabantur, ex sensu Ecclesiæ eiusdemque praxi ab impiorum incurso propugnata sunt: talia sunt, quæ ante expressas definitiones Ecclesiæ, circa Dei gratuitam vocationem, & prædestinationem, donum perseuerantiae, & virtutes obtinendas, ex sola praxi magis innotuerunt, vt etiam si essent scripturæ, ex sensu Ecclesiæ intelligerentur planius, vt extorqueri non possent. Hoc clypeo frequentissime usus est S. Aug. ad eludenda Pelagianorum tela, non enim tām ad scripturas, quas extorquebant Pelagiani, quam ad praxim Ecclesiæ recurrebat. De bono perseuerantiae lib. 2. c. 22. & 23. ad orationes, & preces, quæ in Ecclesia celebrari solent, merito confugit, vt sensum Ecclesiæ hauiret, & illo tanquam regula fidei veteretur, dicens. Atque utinam tardī corde, & infirmi, qui non possunt, vel nondum possunt scripturas, veleorum expositiones intelligere sic audiarent, vel non audirent in hac quæfione disputationes nostras, vt magis intuerentur orationes suas, quas semper habuit, & habebit ( Ecclesia ) ab exordijs suis donec finiatur hoc sæculum. De hac enim re, quam nunc aduersus novos hereticos, non commemorare tantum, sed plane iuiri, & defensare compellimur, nunquam tacuit in preceptibus suis, & si aliquando in sermonibus exercendam, nullo urgente aduersario putauit. Satis ergo firmum argumentum Augustino subministratum est, ex orationum, & deprecationum formulis, quæ fiunt in Ecclesia, vt constat ex eaurundem antiquissima praxi, tantamque vim habuisse existimauit Aug. vt veluti tacitam definitionem habuerit, eiusdem Ecclesiæ sensum tali praxi expositam, sufficere namque putabat Ecclesia, in actu exercito, vel in exercitio, sensu eius exprimere, quam in actu signato in propositiones, vel decreta illum sensum redigere, cum ad id faciendum nullo tunc aduersario urgenteretur, superfluum enim videbatur dogma in pullicas tabulas redigi, quod satis præs. & consuetudo explicabat.

Quid verò illis formulis orationis peteretur subiungit Aug. ad propositum demonstrandū. Quando enim non oratum est in Ecclesia pro infidelibus atque inimicis suis, vt crederent? quando fidelis quisquam amicum, proximum, coniuge habuit infidem, & non ei petiuit a Domino mentem obedientem in Christianam fidem? quis autem sibi unquam non oravit, vt in Domino permaneret? Aut quis Sacerdotem super fideles Dominum inuocantem, si quando dixit, da illis domine in te perseverare usque in finem, non solum voce ausus est, sed saltē cogitatione reprehendere, ac non potius super eius talem benedictionē, & corde

*In corde credete, & in ore consciente respondit Amē? sicut ergo in his orationibus ita et in hac fide nata est, et erexit, et crevit Ecclesia; qua fide creditur gratiam Dei non secundum merita accipientem dari, quandoquidem non oraret Ecclesia. In ore ergo Ecclesiæ orantis, fides eius deprehenditur, eiusdemque sensus in tali praxi, & formulis orandi dignoscitur.*

Sed & idem S. Aug. Vitalem Pelagiana fuligine respersum, ex iisdem Ecclesiæ orationibus recuinct, docuerat. n. Vitalis consequenter ad suam heresim, non orandum pro incredulis, sed illis tantum doctrinam impartiendam, ait ergo Augustinus. Exerce contra orationes Ecclesiæ disputationes tuas, & quando audis Sacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei, orare pro incredulis, ut eos Deus conuertat ad fidem, et pro catechumenis, ut eis desiderium regenerationis inspiret, & pro fidelibus, ut in eo, quod esse cœperunt, eius muovere perseuerent subsanna pias voces, & dic, te non facere, quod hortatur, id est Deum pro infidelibus, ut eos fideles faciat non rogare, eō quod non sint ista dictio miserationis beneficia, sed humanæ officia voluntatis &c. & infra. Si tantummodo prædicandum esse dicas; iussioni Domini, et orationibus Ecclesiæ contradicis.

In lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 20. sic dicitur. Obsecrationum quoque Sacerdotium Sacraenta respiciamus, que ab Apostolis tradita, in toto mundo, atque in omni Catholicæ Ecclesiæ uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi, cum enim sanctarum plebium Presules mandata sebimet legatione fungantur apud diuinam clementiam, humani generis agunt causam, et tota secum Ecclesia congregiente postulant, & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idolatriæ ab impietatis sua liberentur erroribus, ut Iudeis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut heretici Catholicæ fidei perceptione resplicant, ut schismatici spiritum rediuinae charitatis accipiunt, ut lapsi paenitentia remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis Sacramenta perductis, cœlestis misericordiae aula reservetur. Hec autem non perfundorū, neque inaniter à Domino peti, rerum ipsarum mōstrat effectus, quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutor de potestate tenebrarum transferat in regnum filij charitatis sue, et ex vasis iræ faciat vasa misericordiae. Vide ergo ex his authoritatibus dogmata in materia diuinæ, & gratuitæ prædestinationis, & gratiæ &c. ex orationibus Ecclesiæ, praxi, vel formulis orandi, manifestè doceri, ut nefas sit eis contradicere, cum lex credendi, statuat legem supplicandi, ex fide enim oratio, oritur, nullus n. quis petere potest à Deo, quod non credit ab eodem præstari.

Aduentum tamen est, quod tunc ex orationibus Ecclesiæ de fide sumitur argumentum, & tunc lex credendi statuit legem supplicandi, quando absolute, & simpliciter sine aliqua in oppositum sensus sui declaratione, orat & petit. Si n. exprimit sensum suum Ecclesia

nolle definire aliquam controuersiam, & vtrāq; partem contradictionis, vt opinionem probabilem admitteret, iudiciumq; definitionis suspenderet ( vt in materia Conceptionis Beatissimæ Virginis) tūc etiam si pro opiniōne pia officium laudabiliter ( vt fecit Sixtus 4) approbaret, nō propter hoc lex ista supplicandi, supponeret definitionem Ecclesiæ legemq; credendi. Vnde contra mentem Sixti 4 venerunt, qui ex approbato officio iam probatum dogma deducunt, nec n. officium vt declaratum dogmatis controuersi à Sixto indictum est, nam in eadē extrauaganti, vbi officium probat, opinionem oppositam non improbat, quin & improbabiles ferit, non ergo ex lege credendi statuit legem supplicandi, sed vt dicit Bellarmius respondēs hereticorum subsannationib. & argutijs, conātum probare, cultum dogmati contradicere, respondetur, nullā esse cōtrarietatem, nam intentio Ecclesiæ fertur in præcipuum fundamentū, hoc est primo & per se in Sanctitatem Virginis, secundario vero respicit opinionem piam, quā Sixtus 4 officio, Indulgētijs, & huius modi donis cumulauit, & optima est Responsio doctissimi huius Card. Oppilans calumniosa hereticorū ora, & apparentem nunquā existentem contradictionem dissoluens, & quod optima responsio Bellarm. sit & abunde difficultibus hostiū Eccl. satisfaciāt sequentibus considerationibus demonstro.

Primo nam vt dicebat Lactantius 4. lib. diuin insit. c. 4. Non potest religio, aut à sapientia separari, nec sapientia à religione secerri, quia idem Deus, et qui intelligi debet, quod est sapientia, & honorari, quod est religionis. Sed sapientia præcedit, religio subsequitur, quia prius est Deum scire, consequens colere. Itaq; in duobus nominibus una vis est, quamvis diuersa videatur, alterum n. possum est in sensu, alterum in actu. Sed tantum similia sunt duobus riuis uno fonte manantibus, fons autem sapientie, & religionis Deus est, à quo si duo riui aberrauerint, arescant necesse est, quem qui nesciunt, nec sapientes esse possunt, nec religiosi. Hoc, tanquam maiori propositione, præmisso, sic minor subsumitur, sed nihil Sixtus 4. Pius V. & Paulus V. & Greg. XV. statuerūt ( vt patet ex eorundem Bullis) de fide credendum, quod pertinet ad sapientiam fidei, ergo nec de fide aliiquid in lege supplicandi, quantum attinet ad id quod est intra latitudinem opinionis primo & per se, vt dicebat Bellarm. quod pertinet ad religionem, & cultum, alias duo incompossibilia sunt proposita Ecclesiæ, quod nullus dicere potest orthodoxus.

Confirmatur ex S. P. 2. 2. q. 8. art. 5. & si virtus religionis, sit distincta à virtutibus Theologicis, eius tamen actus ad miniculum requirit fidei dirigentis. Prius enim requiritur actus quo cognoscamus, quid colendum, quod pertinet ad virtutem fidei, quām quod exhibetur actus colendi, quod pertinet ad religionem, quā etiā à fide dirigitur: vnde vera est ista causalis. quia hæc est cognitio falsa V. G. Iudorum, hereticorum, Gentilium, falsus eorum cultus est, & e contrario, quia verissima, & sanctissima est orthodoxorum fides, atq; sapientia, verissimus atq;

religiosissimus cultus est. si autem dubia cognitio esset apud hæsitantes, vel per impossibile apud nos, dubius quoq; cultus in dubia cognitione fundatas, & non tam dubius, quam superstitionis unde Paulus in Actis cap. 17. Athenienses incertum Deum coientes, sub illa inscriptione altare erigentes. [Ignoto Deo], tanquam superstitionis reprehendit Apostolus timentes ait Chrysost. in eum locum, ne forsitan alius esset, quem ignoraret, ipse tamen non dum cognitus, qui tamen alibi coleretur, & propter maiorem securitatem etiam altare illi erexerunt. & Christus Dominus ob falsam dubiamq; cognitionem, Samaritanam de superstitionis cultu conuicit, dicens. [Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quem scimus] Io. c. 4. idest ex Gloss. Nor Iudei non omnes, sed electi adoramus, quod scimus, quia nobis cognitio Dei, testamentū prophetia promissa recta ergo cognitione, quæ per fidem veram habetur, veri cultus est directi, ut falsus, & superstitionis cultus ille manifestè deprehendatur, qui in falsa, & dubia cognitione fundatur. Cum ergo verissima sit orthodoxa fides, & intra fidei cancellos, non adhuc decisionē alterius partis proponendo, pia sntiam restrinxerit Eccles. Cathol. non absolutū, & præcium cultum statuit, ut docuit Bellarm. sed in supereminentē gratiam, & sanctitatem Virginis oculos direxit, tanquam (ait Card.) præcipuum fundamentū festivitatis, secundario insinuans per concessionem officij cū Indulg. elargitione ad opinionē piam, respectū habitu esse. Vnde quia non est præcipuum fundamentū festivitatis, non infertur ex lege credēdi lex supplicandi, nam fides quia adhuc decisa questio non est, non prescripsit piam opinionem esse absolutum, & præcipuum obiectum cultus, & sic omnia consonant.

Secundo non est possibile in Eccles. Cathol. vt altare Cathed. contradicat. Sed ex Cathedra neutra de fide pronunciatur sntia, ergo in altari lex orandi, vel supplicandi non habetur, vt declaratiua sntie pia, cum ex lege credēdi oriatur lex supplandi. Antecedens patet ex elegantissimo discurso S. Aug. 6. de Civit. c. 5. 6. & 7. cū. n. Gentiles irriserent, quod louem, Venerem, adulteros colerent, & ab argumento relabi tanquam anguillæ siculnea deprehensem conarentur, ex M. Varro triplicem distinxerunt Theologiam, Fabulosam, civilem, & Theatralem, & obiecta crimina Deorum dicebant ad fabulosam, & Theatralem pertinere Theologiam. Sed iterum Aug. sic eosdem perstrinxit. Non esse possibile Theologias istas diuersas coalescere posse, vt vnu idēque colatur in altari, & derideatur in Theatro, Nū quid barbatum Iouem, & imberbum Mercuriū Poete habent, Pont. non habet? an aliter stat adorandus in tēplis, qui procedit ridēndus in theatro? multo minus in vera religionē contingere potest, vt aliter aliquid statuatur in templo calendū, quam quod statuatur ex Cathedra, ergo lex supplicandi, ex lege credendi dirigenda est; & quousq; ex lege credendi non constat, ex lege supplicandi non statuitur aliquid, vt declaratiuum dogmatis, sed vt devotionis promotiuū (supposito præcipuo obiecto cultus.) Alia via occurrit hæreticis Suar. 3. p. q. 27. disput. 3. sect.

5. (cui Vasquez subscriptbit loc. cit. n. 71.) qui hæc habet [vt hoc festum concederetur fidelibus satis fuit existimare hæc opinionem probabiliorem, & magis pia esse, nihil. n. danini multum vero utilitatis fidelibus ex celebratione huius festi etiam si in sola opinione sanctitatis illius posita esset, provenire posse, iure existimarentur.] & q. 83. sect. 1. quocirca sic etiam occurrit iisdē dicendo quod quæ ab Eccl. proponuntur, quadam accipiuntur [stantum ut humana fide certa, aut probabilitiora, & sunt historie Sanctorum, & alia similia quæ tantum proponit Eccl. vi pia, & probabiliter credita, qualis est V. G. immaculata Conceptio B. Virg. aut in Epiph. ait, tribus Christi apparitionibus siue miraculis illum diem ornatum esse, et si quid aliud est simile. Et in his nullus est error, quia non sunt res, quæ per se pertinent ad Cath. doctrinā, neq; huiusmodi proponuntur. Vnde licet contingere esse falsum id quod Eccles. vt pium, et probabile proponit, non esset propria deceptio, quia ipsomet Eccl. hoc non proponit, vt certa, sed tantum ut pia, & probabilia pro ut re vera sunt. Aliud vero est loqui de rebus, quæ pertinent ad certam indubitatamq; doctrinam fidei, in his .n. fieri non potest, ut universalis Ecclesia decipiatur, & ideo neq; in eis officijs, & orationibus, quæ ab uni ersali Ecclesia recipiuntur miseri potest aliquid huic doctrinæ contrarium, quamq; aliquid fortasse possit interdum esse obscurum, quod aliqua interpretatione indigeat.

Idem Suarez, vbi supra multa exempla assert ad suam responsionē, quā Vasquez securus est, fouendam sup. sect. 5. Multæ n. ait festivitates celebrantur in Eccles. occasione alicuius oraculi, quæ tamē non ex divina revelatione omnino infallibili, sed certitudine humana, & historia habentur. exempli gratia dedicationis S. Michaelis ob miraculum eiusdem factum in monte Gargano, Festum dedic. S. Mariae ad Nives propriæ miraculum illud est, quod contigit, ex elapsa nive in mēs. Aug. in exequijs. vbi Basilica erecta est. Itē dedicat Eccl. S. Salvatoris ob saginam miracularem, qui effluxit ac imagine S. Salvatoris sit. Inventionis S. Crucis, quæ omnia cum in historia fundata sint, & sic certa certitudine moralis, non sunt tamē certa certitudine fidei, cui nequaquam possit subesse falsum, & nihilominus si contingere per impossibile subesse falsum tali certitudini moralis, nec essent in se certa, sed dubia Historiae, nunquā Eccl. cultus erit incertus, qui præcipue attenditur ad fundamentū celebritatis, sic ex exempli gratia (vt docet idē Suar. 1. de relig. c. 2. de diebus festis c. 7.) in inventione Crucis n. 7. in festo inventionis S. Crucis, tota religio principaliter fertur in veneracionem Crucis, quæ licet etiam fieret in die Parasceues, occasione inventionis noua festivitas in eiusdem specie cultū instituta est, vnde subdit: parū refert historiā esse certam aut dubiā, vt ab illa ritē, & Sæctè sumatur occasio honestissimi, et religiosissimi cultus, sepe n. manet in tali festo practica certitudo de conuenientia talis festi, & infallibilis veritatis de sanctitate Crucis, tali festi, et veneracione dignissimū, ex qua etiam doctrina occurritur hæreticis, dicendo cum his DD. ex eiusdem Ecclesiæ sensu, ferri,

secundum culum in officio Conceptionis immaculatae in substantiam sanctitatis certissima fide, in circunstantiam præseruationis, ut piè creditam &c. ex eodem sensu Ecclesiæ haberi, quando lex supplicandi de fide est, nimurum, quando ex lege credendi originatur, quem sensum nullus melius percipit, quam ipsa Ecclesia (nemo enim melius nouit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in illo, ut dicit A postolus) Quare sicut quando non tacet in precibus his, ex Augustino de bono perseu. loc. sup. cit. etiam si in sermonibus, & edictis non statuat quia nullo aduersario vrgetur, desumitur argumentum iniustum, ita ab opposito, cum urgente questione edita constituit declarando mentem suam, quod neutra sit ab Apostolica Sede decisa, etiam si loquatur in precibus suis, lex supplicandi, non vrget, ut ex cultu arguatur decisio questionis, cum individuo nexus sapientia cum religione coniuncta sit, & cultus in altari, ex sapientia, & cathedra dirigatur, ut explicatum est.

*Dubij incidentalis resolutio.*

**S**ed ex dictis non levius queſt. emergit, an sit afferendum in diuinis officijs haberi quædā, vt incerta, & dubia, vel Apochrypha, pro parte n. affirmativa militant, quæ de Quirico, & Iulita, de Georgio, & Catharina martyre, deque vndecim mille virginibus referuntur. Historia Tho. A post. fabulosa, & commentitia habita est ab Aug. 22. contra Faust. c. 79. & à Gelas. 15. dist. c. S. Romana: similiter quod Magdalena fuerit soror Lazari, cōmuniter à PP. Gracis reiſcitur, & quod hæreditaria forte Magdalene Magdalū, Marthe Bethania contigerit, falsum est, repugnante textu S. Io. dicentis. Bethaniam Marthæq. fuisse.

Amplius in martyrologio Romano, quod in Eccl. legitur in vig. Natiu. Dominicæ sic dicitur Anno à creatione mundi quinques millesimo cōteſimo decimo nono. A diluvio vero anno bis millesimo nonagesimo quinquagesimo ſepimo, & quidē ab anno creationis varia est ſupputatio, etiā quārum ad ſeriem annorum. A diluvio vero ex recta ſupputatione, non in ſi anni 1656. nam ex uulgata decurrunt ab Adam viq; ad Noe 600. anni, licet apud 70. decurrerint 556. & Ecc. dum approbat vulgatam, vulgatam lectionem ſequi debet &c.

In hac diffiſtate Perez in tractatu de Eccl. dub. 24. refert ſententiam Bartholomei de Ledesma in 2. p. 4. ſent. q. 16. a. 13. ad argumenta in contrarium dicentis, non oportere omnia quæ recitantur in officijs diuinis, omnimoda pollere certitudine, quoniam aliquando apochryph. recitari ſolent tanquam uera in Sanctorū historijs. Sed hanc ſententiam ſic impugnat Perez. Si ſolutio hæc intelligenda eſt de his quæ vniuersalis Eccl. tanquam vera recipit, & approbat, grauiori cenſura digna eſt, quia ſi vniuersalis Eccl. falli non potest, conſequens eſt, vt afferere, & recitare non valeat incerta, & dubia pro certis. Si autē intelligatur de aliqib. Eccl. particularib. immunis eſt ab omni diuini nota, ſed tamen non eſt ad rem praesentis instituti: quia hic tantum fit ſermo de vniuersali Ecclesia. J hæc ille.

Sed Melchior Canus libro 11. de locis c.

5. in resp. ad 13. arg. vbi deplorasset multorum, abuſu in immutatione diuini officij, vt antiqua religionis forma in quotidianis precib. v. x reliqua videtur, vnde & ſapiēter à Trid. Conc. reformatio Breu. indicta eſt, quæ & poſtea pfecta, ſubdit. [ſed eſto quædā in publicis Eccl. precib. habeantur ambigua, quædā eſt falsa, num idcirco historijs Eccl. in omnib. fidem abrogare perges, quod nōnullæ eorum ſunt vulgo iactare, & creditæ, in quib. pſertim quoties de miraculis incident ſermo, ſic reperies, fortasse plura, quæ iure, ac merito reprobētur? M hi pfectō illud Gelasij cōſil. placet, vt cū huius generis historias Catholici legerint, B. Pauli ſaintia præcedat 1. Thess. v. omnia probate, quod bonū eſt tenete: atq; irridere Episc. de Theol. Scholæ Iuderc, in Monachorum imperitiā iufultare, quasi fabulas huiusmodi vē tris gratia rudi vulgo inferat, & intrudat, hæc nō puto equidē hominis ingenui eſſe, qui ad bonitatē fuerit à natura cōpositus, ne dū eius quæra Christus simplicē ſicut columbā ad legē Euāg. formauerit. Quod ſi ex quibusdā fictis, falsoſq; narrationib. historias gentiū aſtinemus, nulla omnino erit, quæ nō ſimiliter illuſtamus. id ſe hominū imprudentium, atq; adeo ſtultorū eſt, maneat, Diuorum geſta, quæ in Eccl. legi ſolent despici nulo modo oportere: quamquā nōnulla ex his incerta ſunt, apochrypha, leui a ſalsa nam, et pleraq; credibilia, & vera ſunt, quædam etiam certa. J hæc ille Ledesme ſententia concordans.

Pro resolutione ſciendū ergo eſt, quod in officijs Eccles. multa ſunt, quæ in Eccl. lecititiantur, quædā, quæ ad vitā, & res gestas Sāctorū attinent, & ad miracula, q̄ à grauib. viris deſcriptæ, vel ab ipsa Eccl. diligēti informatione fuſcepta, vt fit in processib. in Canonizatione, & in lectiones redactæ leguntur ad edificationem plebis, & morū informationē. & in his rursus quædam ſunt, quæ ad ſubtantia ſacræ Apotheosis faciūt, vt q̄ ſide, charitate iſte ſit præditus, & dono pſeueraſtiz, & quod in Dño obdormierit: quædā, quæ quædam actus virtutū, & miracula concernunt. Quædam vero ſunt quæ in precib. & orationib. ha- bentur. Si loquamur de gestis Sanctorū, quæ ſa- ciunt ad ſubtantia Canonizationis, vt quod hic aut ille Santos cum pietate dormierit, & hu- iuſmodi, vel quod pro Christo martyr occubue- rit, neceſſario dicendū eſt, cū Eccl. in cultu San- torū errare nequeat, quod ea quæ narrantur, ve- riſſima quoq; ſint, nec n. aliter declarari potuerunt eſſe in celo, quā quod certificata fit Eccl. de finali perfeuerantia, maxime per iſtinctum Spū ſ. De reliquis autē cōſtantib. vt de modo mortis, & huuſmodi, vel eſt de miraculis, ſive in vita, ſive eſt post mortem, ſimiliter de visionib. Prophetiis & alijs gratis datis Sanctorum, tunc oportet infipere ad authores, qui vt teſtes eius rei afferantur, ſi n. doctores graues, Sācti, & huuſmodi graues historici adducuntur, tantā au- thoritatē tribuunt, Eccl. quantum iſ ſ. & hiſto- ricī Eccl. merentur, ſi vero ex ipſis met actis Ca- nonizationis eiusmodi collecta ſunt, in maiorem au- thoritatē eleuantur, ex iudicio definitio Ec- cl. circa ſāctitatem alicuius, ad quā miracula, vir- tutum multarū actiones particulares, dona pre- rogatiuæ motiuæ ſubministrarūt ad Sacram Apo-

theosim perficiendam, vt si non eleuant ad eam certitudinem, qua aliquis Sanctus proponitur in gratia deceſſisse, eleuant ad tantam certitudinem, vt prudentialem assensum necessario requirat ex prudentia infusa, cum quadam graduatione, secundum, quod magis, vel minus sanctitas probatur, vt ea detrectas capitosus, imprudens merito taxari possit, imo vt temerarius, non assentiens ijs, quæ tanta cum maturitate recepta sunt, & A postolica sedes tanta cum maturitate decoxit. Accedit quod cum nonnisi diligent examinatione facta, & ex fidei relatione nunquam proponat Ecclesia nisi id quod pro comperto habuerit, satis audax est, qui post tam diligentem trutinam, examinatoris examinatorem per emendationem, vel apparentem ratiunculam, se demontrat. Quia vero cautela eiusmodi historiarum quæ legi solita sunt in Ecclesia, iam pridem à Gelasio Papa testata est d. 15. c. S. Rom. haud proposito dissonum est tanti Pontificis lectu dignissima verba adducere. *Gesta ait Sandorum Martyrum* (erat enim tunc frequentiores, quam Confessorum) qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiat, quis ita esse Catholicorum dubitet & maiora eas in agonibus esse perppersos, nec suis viribus, sed Dei gratia, & adulorio uniuersa tolerasse? sed ideo secundum authoritatem antiquam, vel consuetudinem singulari cautela in S. Romana Ecclesia non leguntur, quia eorum qui scripsere nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut dicta superflue, aut minus apte, quam rei ordo fuerit scripta esse putantur, sicut scilicet Qui-rici, & Iulite matris eius, sicut Georgij aliorūq; passiones huiusmodi, quæ ab hereticis probantur conscriptæ: propter quod (vt dictum est) ne vel leuius subsannandi oriretur occasio, in S. Rom. Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum predicta Ecclesia omnes Martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis, quā hominibus noti sunt, cum omni deuotione veneramur. Item vitas Patrum Antonij, Pauli, Hilarionis, et omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scriptit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. Item actus B. Sylvestri Apostolice Sedis præfulis, licet eius, qui scripsit nomine ignoremus, a multis tamen in Urbe Roma Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiae. Item scripta de inuentione sanæ Crucis Dominicæ, & alia scripta, de inuentione capitis B. Ioannis Baptista, nouellæ quidem revelationes sunt, & nonnullæ eas Catholici legunt, sed cum hoc ad Catholicæ manus peruenient, B. Pauli Apostoli sententia precedat: omnia probate, quod bonum est tenete. Vide quāta cautela circumspetione, examinatione legendas vult Ecclesia Sanctorum vitas, & audebit sciolas, audax, liberius licentius immoderatus, vt fecerint Erasmus, & huiusmodi farinæ homines, in legendas SS. irruere?

Si autem sit sermo de orationibus similiter distinguendum est, nam vel substantiam sanctitatis concernit, vel miracula, & huiusmodi. primo modo, transfeunt in altiore ordinem, & calumniam apochryphi, vel falsi pati non possunt,

sub pena acerbæ notæ. Secundo modo si miracula illa probata sint ab Ecclesia, vel à DD. gravibus scriptæ, & propterea securè ab Ecclesia recepta, promulgantur, vt orationis fundatum, tunc pariter non possunt sine audacia, & effræni licentia atq; temeritate negari. Vnde si quis illam orationem: *Deus qui B. Raymundum insignem sacramenti pœnitentia ministrū elegisti, & per maris undas mirabiliter deduxisti: concede, vt eius intercessione dignos pœnitentie fructus facere, & ad salutis portum peruenire valeamus*] si quis inquam infringere vellet negando illam historiam, & miraculum, audax erit, & temerarius cum ab A post. Sede receptū, & probatum sit. In ceteris autem, quæ ad substantiam eiusmodi non faciunt, vel non sunt ab Ecclesia tanta approbatione suscepta, & si aliqua à parte rei supposititia, dubia, vel apochrypha immisercentur, nullus ex hoc alijs rebus præjudicatur, nec enim omnia ab Ecclesia æqua liter, & eadem graduatione probantur. Quare cauendum est aliud extremum, ne omnia, & singula sic recipienda putemus, vt tanquam pro religionis dogmate decertandum sit, aliter namque quæ de fide sunt, præponuntur; aliter quæ ex prudentia infusa assensum oportet adhibere, ne capitosos iudicent Heretici nos esse, sed prudentes, & graues, vt talis fides rebus adhibeatur, qualis vel natura patitur, & Ecclesia præscribit præbendam esse sic via regia incidentes, nec omnia recipiemus eodem certitudinis gradu, nec passim temerari levitate abiiciemus recipienda, sed & solum quæ vult Ecclesia recipien da præscribit, accipiemus.

Ad argumēta in oppositum. Ad I. Respond. Si quæ dubia, & apochrypha progressu temporis reperta sunt, examine Ecclesiæ sunt repurgata, vt patet ex Gelasio, & si quæ post Gelasium irrepsere, emendata pariter sunt, vnde, & propter similia, reformatio Breuiarij facta est à Pio V. & multa officia expuncta. Ea autem, quæ irrepserant in officijs Ecclesiasticis, & si dubia, vel Apochrypha, nihil cultui offererunt, nec n. rei substantiam attingerunt. V. G. historia, vel legenda de S. Georgio, & huiusmodi, salua n. martyrii substantia, remansit in sua veritate eiusdem martyrium, & per hæc patet solutio ad similia. Ad II. quod obiectur de Magdalena, q; non fuerit soror Lazar, communis est latinorum sententia, quam proinde rationabiliter Ecclesia fecuta est.

Ad Tertium, Martyrologium, Eusebij Chronicum secutum est in temporum suppuratione, qui & septuaginta interpetres secutus est, & licet post vulgatam, quæ sola præ ceteris suscipienda, non sit illa suppuratione tenenda iuxta versionem, quæ in ea parte à tempore, vel sciolis depravata est, vt in multis alijs similibus, vt patet ex Aug. lib. 15. De Civitate Dei c. 13. nihilominus, quia ea lectio consenuit in auribus Ecclesiæ, toleratur, ne puerilli ex mutatione offendantur, quæ, cum Ecclesiæ videbuntur, emendari potest, vnde etiam, & multa post correctionem Sixi in ipsa vulgata emaculanda supersunt, & per Ecclesiæ, cum ei visum fuerit emendari possunt, vt diximus 2. tomo cum de vulgata tractaremus.

Tertia

Tertia Regula. Ex exercitio, & vsu potestatis Ecclesiastice colligi potest, sensus Ecclesiæ, qui in traditione fundatur. fundamentum, nam cum cognoscat Ecclesia potestatem sibi datam esse non in destructionem, sed ædificationem, agnouit quoque qui sint limites eius, & ad quæ potest se extendere, cœiendo ne excedat mandati fines, quos sponsus Iesus Christus præscripsit; quare sicut non amittit sua, ita nec usurpat aliena, vnde ex vsu, & praxi indulgentiarū concedendarum, meritò potestas illa tributa. Ecclesiæ à Christo cognoscitur; similiter, & facultas dispensandi in votis, & iuramentis. quare etiam si expressè veteres Patres non facerent mentionem de eiusmodi vsu, & exercitio, adhuc ex illo potestas evidenter agnoscitur, & cum illa sensus eiusdem potestatis, nec enim sibi usurpat, quod concedere non potuisse, tanta fidelium satisfacientium iactura, & deceptione.

Quarta Regula. Si in ijs, quæ de iure diuino constituta sunt, aliqua dispensatio fieri cernitur, tunc ex illam dispensatione sensum Ecclesiæ argumentamur, ex quo edocemur fieri posse, ac proinde licitam, & ex Apostolica traditione descendere. Exemplum est in matrimonio ratio non consummato, quod per solemnum Religionis professionem dissolui posse definitur in sac. Canonibus, & Concilio Tridentino, cuius Canonis veritas ex animata fide Ecclesiæ collecta est, in canonibus postea descripta c. ex publico de coniugij, & alijs c. ex demum adiuncto anathemate in perduelles confirmata in Tridentina Synodo. Conati sunt multi traditionem hanc Ecclesiæ exemplis SS. roborare, nam S. Ioannes à Hieronymo p. contra Iouinian. (cui Beda, & Simon Metaphrastes subscribunt) post ductam vxorem à Christo reuocatum, à nuptijs docuit, sed reluctatur Epiphanius hæref. 51. & 78. erat. n. Ioannes adeò adolescens, vt de vxore cogitare non potuerit, erat enim statutum tempus in Hebræorum consuetudine, vxoris ducendæ. Praterquam quod eum qui supra peccatum Domini recumbere debebat, & matris futurus custos, & filius, dedecebat post saltem imaginatos Hymenæos, ad tantam protrahi dignitatem. Teclam à nuptijs à Paulo absolutam tradidit idem Epiph. 78. Alexij notissima historia, quam citat Mag. 4. d. 17. quam etiam scripsit Metaphrastes, & Romana monumenta, & Breuiarium testantur, quod inito matrimonio prima nocte aufugerit. Macharius ex libro Vitas Patrum ab alijs adducitur, c. nuptijs ad vitam eremiticam conuolasse, sed liber ille fictius est, & Palladius utrique Machario familiaris longè alia refert. Vnde in his non debemus tantum præsidium collocare, cum aduersus hæreses decertamus. Melius ergo est definitionem Tridentinam tueri aduersus Erasmus, & argutulos quosdam alios Theologos, dicendo hanc definitionem fundatam in traditione, & sensu Ecclesiæ, cum enim ante Euangelicam legem, matrimonij scđus, nisi per mortem, indissolubile sit, omnem potestatem humanam excludit ne dirimatur, quare cum dirimi cernatur, omnino dicerendum, Ecclesiæ eum sensum

habuisse, quod id fieri possit in lege Euangeliæ, vbi ad meliorem frugem, intacta sponsa, cōuolandi dantur induciæ, idque ex Apostolica traditione suscepisse, nec enim quod ad ius naturæ pertinet, tanta libertate usurpasset, nisi à cōditore naturæ, & authore gratiæ, & perfectionis suatore, mediante Apostolica doctrina didicisset, in præjudicium enim iuris naturalis id redundasset, nisi e superiori potestate id concedente, & dispensante, agnouisset; grauisq; error fuisset concedere, quod naturæ iuribus repugnat, quod de columna, & firmamento veritatis non nisi hæreticè dici potest. Et si cui consuetudo Ecclesiæ eiusque sensus cum definitione Tridentina non sufficit, nec exempla, quæ aliquam exceptionem pati possent à contentiosis, & liberæ fidei hominibus, sufficient. Multo minus pro fundamento, nisi pro congruentia, assumi potest, quod communiter assertur, nempe quod cum matrimonium istud sit spirituale in animorum consensu consistens, per aliud spirituale connubium dirimi potest, non enim defensent artes, & molitiones, quibus infringi curaretur. Quare melius est, antiquissimam Ecclesiæ præximam assumere, vt hæreticorum ora opplemus, quam non solidis exemplis, nec demonstrationibus Theologicis armati, velimus, incertis, & dubijs rebus, vel conjecturis ad prælium descendere. Ex sensu ergo Ecclesiæ satis superque rationaliter Concilium Tridentinum definit posse dissolui matrimonium ratum non consummatum per religionis professionem, & illusor probatur Erasmus, qui Catholicos traducit, per mutationem pallioli, iure connubiali vxores priuari, cum de mutando palliolo suo Apostałia, & perfidiæ confugiendo ad casta rebellium, cogitare debuisset, & reuerti ad Catholicorum tentoria.

ARTICVLVS VIII.  
An cum constat de his locis, nempe Patrum, præsentium Pastorum, & DD. & ipsius Ecclesiæ sensu, illicè sit procedendum ad proscribendas propositiones dānabiles, an vero definitiones differendæ.



Væstio ista usum & præxim concer nit, quid fieri debeat, cum manife stè falsa doctrina veluti lues perni ciosa Ecclesiæ cor pus inuadens gra fatur, vel pericu lum est, ne conta glio locus detur, & præsto sunt, & expedita eiusmodi loca quibus inuri potest, an

I. 2 illicè

illicò proscribi possit atque damnari , an vero differenda sint diffinitiones . Si autem non sunt certa , & expedita huiusmodi loca , an saltem in eo casu diffinitiones differri possunt , & quibus remedijs occurrentur , & si silentium indicetur utriusque parti vel saltem vni , an ex illo silentio determinatio aliqua colligatur .

## DV BIT ATIO I.

*An cum constat de his locis Theologicis, definitiones illicò interponendae.*

*Fraus hostium Ecclesiae.*

**V**ARIJ fuerunt prætextus hæreticorum in retardandis Ecclesiasticis definitionibus , ne tanquam lupi detecti , ab Ecclesiæ ouiliarentur .

Quidam definitiones retardabant , quod propriae bellum suscipere , & pro Ecclesia decerpere simulabant , eamque præ viribus defendere gloriabantur . Sic scribit Basil. Epist. 74. *Iam ad defensionem mutui belli , & dissidiij excogitatus est , quibusdam hic prætextus , ut simulent se orthodoxiam uicti , & quod proprius contingat inimicitias pietatis se gratia hostes nobis factos videri volunt . alii vero quod caueant ne de erroribus , & comeatis hisce turpissimis argui possint , plebem ad mutuam contentionem instigant , vasanaque reddant , & publicis malis sua ipsorum delicta obscurant , quocirca , & inconciliaabile hoc bellum , propter quod qui male egerunt , veram pacem , & suspectam habent , ac metuant , ut quæ turpitudinis ipsorum abscondita in lucē producturas . Interea vident nos infideles , nuntiant qui modicæ sunt fidei , fides ipsa in ambiguū vocatur , ignorantia offenditur mentibus , propterea quod formæ ac speciem veritatis prætexunt , qui sermonem versuè adulterant . Silent enim pie docentium ora , resoluta est quævis blasphemæ lingua . ] Quare ad hæc componenda ad Episcopum Romanum scribendū ceteris Episcopis Orientalibus suadebat .*

Alij quæstionū fidei decisions retardabant , quod dicerent quæstiones , quæ mouebantur non pertinere ad fidem , vt deprehensi non criminauerit , sed ciuiliter errasse viderentur . hæc fuit fraus Pelagianorum apud Augustinum lib . 2 . contra duas Epist . Pelag . lib . 3 . c . 10 . contra quos inuehitur Aug . lib . 2 . c . 22 . ostendendo alias esse quæstiones , quæ fidem concernunt , alias in quibus salua pace Catholica , tractatores orthodoxi possunt adiuicem dissentire . Pelagium seuti sūt Nouatores , dicendo quæst . inter orthodoxos , & ipsos esse non de capitalibus , & fundamentaliibus articulis , sed de indifferentibus , seu adiutoriis , quibus aiunt , fides Catholica nullo modo conuellitur . Per has semitas incessit M . Antonius de Dominis sic dicens in Consilio prof . p . 29 . *paratus sum communicare cum omnibus , quamdiu in essentialibus nostræ fidei articulis , & Symbolis antiquæ Christi Ecclesiæ cōuenimus . si tamē nouos articulos , siue sacrae script*

*turæ apertè contrarios , siue à Symbolis prædictis alienos simus omnes detestemur .*

Alij definitiones retardabant , quod diceret , Ecclesiam non se debere intromittere in difficultioribus , & subtilioribus questionibus , quæ magis videntur ex contentione , & emulatione oriundi , quæ ex studio veritatis tales fuerunt Ariani , qui id Constantino suggesserunt , vt patet ex Epistola ad Alex . Alexandrinum , vide Euseb . lib . 2 . de vita Constatini .

Alij definitiones , vel publications definitio- nes retardabant , quod dicerent , eiusmodi defini- tiones orbem turbare . tales fuerunt Eutychiani politica hac via conantes , ne decreta Synodi Chalcedonensis publicarentur , quorum suasio Basiliscum , & Magnum Imperatores attraxit , vt datis litteris earundem hæresim obni- xè fouerent .

Alij tandem , vt patet ex Epistola Sergij ad Honorium in 6 . Synod . act . 12 . retardabant defi- nitiones , quia multos alios Patres ex sua parte stare mentebantur , & adhoc proferebant autho- ritatem Sophronij , qui dicebat multa esse ali- quorum PP . testimonia pro vna asserenda in Christo Domino , operatione , idque Patres di- xisse , vt lucarentur , ait plurimam animarum salutem , dum ita emergent capitula . Deo pla- citis dispensationibus , ac placiis usi fuisse videtur , nihil de subtilitate rectorum Ecclesiæ dog- matum exagitantes , & dicentes , quod oporteat , utique etiam in præsenti , dum tantorum milliū populum salus , præ manibus ponitur , nihil de- hoc per contentionem altercari , idcirco quod ( di- cillum est . ) à quibusdam sacris Patribus , vox hu- iusmodi dicta est , nihilque de hoc lœdatur rectæ fidei ratio , memoratus Deo amabilis Sophronius talem disputationem nullatenus accepto tulit &c . hæc subdolus hæreticus , qui sub prætextu pacis , & confictis Patrum auctoritatibus pro sua assertione decidi nolebat controuersa , vt li- berius sua venena spargerentur .

*Oppositiones eorundem .*

**A**RQUITUR primo , quia cum vigeret error Quartadecimanorum , nempe eorum , qui dicebant Pascha celebrandum esse 14 . Luna Martii in quemcumque hebdomadæ diem incidisset , & Victor Papa sa accingeret ad definiendum oppositum sententiam interposuit se S . Irenæus ad rogandum Victorem , ne tot Asiaticos à cor- pore Ecclesiæ ( definiendo , eam controuersiam ) eliminaret , multi enim erant , qui eorum patro- cinium suscepserant , vt Polycarpus , Tharseas , Sagatis , Melito , & alij S . Io . Euangelistæ auditores , quos recentet Polycrates Ephesus Episco- pus Epistola ad Victorem rationem assignabat Irenæus , quia licet esset mos diuersus ceterarū Ecclesiæ à consuetudine Asiatica , tamē pacē atque concordiam inter seruit inuerunt , ac nun- quam propter istum varium illius festi obser- uandi modum , fuere ulli aliquod ab Ecclesia eiecti . Accedit quod super hac quæstione Po- lycarpus Io . Euangelistæ discipulus ad Anice- tum Papam perrexit [ cumque de alijs rebus de

de quibus inter se discrepabant, pauca contulissent, confessim pax fuit inter eos conciliata. neque tantum *Anicetus* *Polycarpo* poterat persuadere, ut suū obseruandi morem (quippe qui cum *Ioanne* discipulo Domini nostri, & cum reliquis Apostolis, quibus cum multum versatus fuisset, eundem semper ad illum modum obseruasset) deponebat. neque contra *Polycarpus* *Anicetus* persuasit vt consu etudinem *Asiaticam* (quippe qui monrem *Præsbyterorum*, qui illum erant antegressi, debere sedulò retinere affereret). Vlo. modo obseruaret. Quæcum ita essent constituta, communicabant inter se mutuè &c. & placida pace, & tranquilla Ecclesiæ fruebantur. Hæ erant rationes Irnei retardantis Victorem, ne eam definiret contouersiam. Extant apud Euseb. S. Hist. c. 24.

II. arguitur, quia etiam si pertinaces sint, contradictionem mouentes, possunt ad meliorem fragem conuerti. Vnde *Sergius Episcopus Cypri* scribens ad *Theodorum Papam*, quæ Epistola lecta est in Concil. Later. sub Martin. 1. secretario 2. scribit dilationem proscriptionis hereticorum fuisse spem aliquam conuersionis. Vsq; ad hanc igitur diem dispensationem aliquam querentes, tacuimus eis, arbitrantes ad meliora immutare eos proprias doctrinas. Si ergo tali spes concipitur, definitio retardari potest. & secretario eodem lectæ sunt littera *Victoris Carthag.* ad *Theodo. Papam*, vbi sic dicitur. Ecce enim Ecclesiæ Dei non leviter perturbantur, Christianorum voces, ac gemitus Episcoporum non supportamus querentium, & clamantium nouitates, & concinnationum figmenta à *Paulo Venerabili* confacerdote nostro, vt dicitur, contra fidem veracissimam approbata, debere repellere. Nos autem temperamenti causis innéctentes, expedire putauimus prædictorum beatissimorum, confacerdotum nostrorum, licet iustissimos quæstus, equanimiter supportare, & ad auditus, venerandos fraternitatis vestræ hoc ipsum per uigili cura deducere, equanimiter ergo supportari possunt eo temperamento, vt resipiscant.

III. quia multoties eiusmodi definitiones nondum sunt turbatiq; Ecclesiastiq; pacis, sed et Politic; etiam subuersiæ, ad cædes, tumultus, & sanguinem terminantur: at scandalorum radices præcidendæ ergo &c.

IV. quia cum Synodus Chalcedonensis damnasset tria capitula, & *Vigilius Papa* idem decreuisset, orta est ex hac definitione non leue disfidium inter Occidentales, & Orientales, nolentibus enim eadem damnare Occidentalibus, *Vigilius* sententiam mutauit V. Synodo subscribendo, sed veritus ex hac mutatione, ne Orientalis Ecclesia ab Occidentali se separaret, iterum damnationi consensit eorundem trium capitulorum, vnde ex hac determinatione *Vigilius* præceps, & inconstans etiam est adiudicatus.

V. quia quod in Christo Domino sint duæ voluntates apertæ ex scripturis colligebatur, & ex Patribus afferebatur expresse, & nihilominus *Honorius* ad consilium *Cyri Patriarchæ Ale-*

*xandrini* suudentis omnes *Egyptios* hereticos, nostris Catholicis facile posse coiungi, si questio ista de duab. voluntatibus, & operationibus non decideretur; sed duarum voluntatum, & operationem voces supprimeretur, & Dei virilis voluntas, & operatio diceretur; statuit silentio indictio utriusque parti, vt nec una, nec duæ operationis dicerentur, vt patet ex Epistolis Honori ad *Sergium*.

VI. quia interdum imo & sepissimè inter ipsos Catholicos questio versatur, & quæcumque pars pro pietate bellum suscipere videtur. absurdum autem videtur, vt qui inuincibiliter prius errabant, ex definitione postea, si contrarium sentirent, in eas angustias redigantur, vt ab Ecclesia extorres habeantur, qui paulo antè condebantur tanquam filij intra sacraria veritatis.

VII. quia interdum questiones non sunt de capitalibus, & fundamentalibus articulis, sed de subtilitatibus, & sinuosis, & difficillimis rebus, quæ magis videntur exoriri ex ingeniorum luxuria, quam ex cupiditate indagandæ veritatis, vnde aduersus eas questiones declamauit Constantinus apud Euseb. I.b. 2. de vita Constantini dicendo, quod tales questiones, qualis nullæ lex, canonu Ecclesiasticus necessariò prescribit, sed inanis dissoluti otij certatio propanit, licet ad exercendi ingenij acumen instituantur, tamen interiore mentis cogitatione continere debemus, & neque in publicos populi conuentus temere efferre, neque vulgi auribus inconsulto concredere.

Accedit, & *Zozimus Papa*, qui ad Episcopos Africanos scribens (apud Baron. anno 4. 7. nu. 22.) putabat questiones Cœlestij esse potius subtilitates quasdam Metaphysicas, quam quod ad fidem attinerent, vnde dicebat ipsum quoque sanæ Cœlestium, & quæcumque qui eo tempore regionibus aderat sacerdotes admonui, has tenditculas questioneum, & inepta certamina, quæ non edificant, sed magis destruunt, ex ill'acuriositatis contagione profluere, dum unusquisq; ingenio suo, & intemperati eloquentia supra scripta abutitur, cum in hoc etiam magnorum viorum nonnunquam cum ipsis autoribus scripta periclitantur, post per multam temporis miseriā interpetratus arbitrio. ] & postea commoneo, & iam ingenia vestra, sanctarum omnium scripturarum, quæ secundam traditionem PP. & Majorum præcepta sunt, prescriptis observationibus custodiore. ]

Ipse quoque Cœlestinus de iisdem questionebus loquens dicebat. Profundiores vero, difficilioresque partes incurrentium questionum quas latius pertractarunt, qui hereticis resistierunt, non neceſſe habemus astruere, quia ad confitendum gratiam Dei, eius operis dignis nihil penitus substrahendum est, satis sufficere credimus quicquid secundum dictas regulas Apostolica scripta nos docuerunt, vt proſsus non opinemur Catholicum, quod apparuerit præfixis sententijs esse contrarium, habetur in p. tom. Chrysostomi sub nomine eius homil. de Adam, & Eva, quæ tamen est foetus Cœlestini; nō ergo similis

## 380 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

miles questio[n]es expedite diffinire.

Vltimo quia causa 11.q.3.c.graue sic dicitur.  
graue satis est, & indecens, vt in re dubia, certa  
detur sententia, non ergo certa sententia dari  
debet, præsertim in fidei questionibus, & cau-  
sis, quæ omnes alias præ sua grauitate excellunt.  
Confirmatur quia multoties pro parte, quæ  
damnatur multi sunt Patres, non ergo æquum  
est contra illos definire nec oportet, maximè si  
pax effet scindenda.

### Pro parte opposita.

**S**ed conta est primo authoritas Rom. Pon-  
tificum, qui ex officio pastorali necessitatem  
decisionum eiusmodi controversiarum colle-  
gerunt.

Erasistrus Epistola ad omnes orthodoxos sic  
dicit. Cogitantibus nobis metum diuini iudicij  
(fratres carissimi) & post vitam hanc unum-  
quemque prout gesserit recepturum, quid versat  
in querelam tacere non licuit, sed nobis, vobis lo-  
qui necessitas imperavit, dicente Propheta, exal-  
ta, vt tuba vocem tuam, & cui Ecclesiarum  
commissa est cura, si dissimulem, audiam Domi-  
no dicente, reteciſtis mandatum Domini, ut sta-  
tuatis traditiones vestras.

Soether ep. 2.sui quoque muneri necessitatem  
in respondendo consultationibus, & qq. fide-  
lium agnouit, dicens. Diuinis præceptis, & Apo-  
stolicis monitis informamur, ut pro omnium Ec-  
clesiarum statu, impigro vigilemus affectu, &  
quod usque reprehensioni inuenitur obnoxium,  
cœlesti sollicitudine, ab ignorantia imperitia, &  
præsumptionis usurpatione reuocemus.

Fabianus consultationibus ijsdem respōdēs,  
Orientalibus Episcopis, idem fassus est. dicens.  
Exigit dilectio vestra Sedis Apostolicæ consul-  
ta, quæ vobis denegare non possumus. Hoc au-  
tem, et prædecessores nostros multarum regionum  
Episcopis egisse liquet, & nos qui in eadem Sede  
Domino largente, collocati sumus, agere debere  
paterna charitas, & obedientie debitum dicere  
compellit.

Anastasius consultus de rebus fidei à Ger-  
mania, & Burgundia Episcopis, hæc respon-  
dit. Exigit dilectio vestra, vt ex authoritate Se-  
dis Apostolicæ, cœminibus debeamus respondere  
consultis, & quamvis succinctè hoc agere festina-  
remus, denū tamen ob has, vel illas necessita-  
tes, quasi ad caput mittere non dubitatis, idem  
quoque ab Africanis Episcopis consultus quid  
agendum esset in causa Donatistarum, nihil in-  
eo negotio dissimulandum esse, respondit, cuius  
oraculi fidem his verbis ijsdem Episcopi his ver-  
bis testati sunt. Recitatis litteris Reuerendissimi  
fratris, & Confacerdotis nostri Anastasi Romanae  
Ecclæ Episcopi quibus nos paternæ, ac fra-  
terne sollicitudine charitatis, et syncretitate adhor-  
tatus est, vt de hæreticorum, & Schismaticorum  
Donatistarum insidijs, & improbitatibus, qui-  
bus Africanam Ecclæ Catholicam grauiter  
vexant, nullo modo dissimulemus. Gratias agi-  
mus Domino nostro quod illi optimo, ac Sancto  
Antistiti suo, tam piè curam pro membris Chri-

sti, quamvis in diuersitate terrarum, sed in vna  
compage corporis, inspirare dignatus est.]

Cœlestinum interpellauit Cyrilus in causa  
Nestorij, vt contra illum definiret dicendo. Di-  
gneris proinde quid hic sentias aperire quo li-  
quid nobis constet, communicare ne nos cum illo  
oporeat, an verò liberè eidem denunciare, nemini-  
nem cum eo communicare, qui eiusmodi erronea  
doctrinam facit, ac prædicat. Cui respondens  
Cœlestinus professus est hoc esse sui muneri,  
vt fideles in unitate fidei persistant subdens. In-  
terim nostrarum partium est, vt illum (Nestorij)  
in præcipito proximè adductum, vel in ip-  
so præcipito, unde cum prolabi necesse est, iam  
constitutum, si qua ratione poterimus à lapsu pro-  
hibeamus, ne si opem non tulerimus ipsi ad casum  
impulisse videamus. admonendo ni respiccat  
et si pertinaciter in sua falsa doctrina perseuera-  
ret, à liminibus Ecclesiæ arceretur.

Agathoni ab Imperatore supplicatum est, vt  
patet ex Epistola ad Imperatorem scripta, quæ  
in 6.Synodo recitata est, vt definitio A postoli-  
cæ Sedis manifestaretur aduersus hæreses. Porri-  
gere dignemini dexteram Apostolicæ doctrine,  
quam cooperator piorum laborum vestrorum  
B.Petrus Apostolus tradidit, non vt sub modio  
condatur, sed tuba clarius in toto orbe prædicen-  
tur, quia eius vera confessio à Patre de cœlis est  
reuelata &c. cutus adnitente præsidio, hæc Apo-  
stolica eius Ecclesia, nunquam à via veritatis  
in qualibet erroris parte deflexa est.] Sed quid  
eidem Imperatori Constantino Pogonato rescrip-  
serit Agatho attendamus [Consideret etiam ve-  
stra tranquilla clementia, quoniam Dominus  
& Saluator omnium, cuius fides est, qui fidem  
Petri non defecuram præmisit, confirmare eum  
fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices  
meæ exiguitatis predecessoris confidenter fer-  
cisse cunctis semper est cognitum. Quorum & pu-  
fillitas mea licet impar, & minima, pro suscep-  
tamen diuina dignatione ministerio, pedissequa-  
cupit existere. Væ enim erit mihi, si veritatem  
Dominii mei quam illi syncretiter prædicarunt,  
prædicare neglexerō.

Gelasius PP. ad Anastasium Imperatorem  
scribens dicebat. Dispositione enim diuini ser-  
monis mihi iniuncta. Væ mihi erit, si non Eu-  
angeliz auero, quod cum Paulus vas electionis for-  
midet, & clamet, multò magis metuendum est, se  
diuinitus inspiratum, & paternè transmissum  
subtraxero. Et Epistola 4 ad Honorium lo-  
quens de Pelagianis controversijs nouè pulu-  
lantibus ait. Non putauimus ullatenus differen-  
dum. &c. estimantes melius nos videri im-  
patientius talia vestigare voluisse, quam crescer-  
dissimulando perniciem, neque enim vel silentio  
premere causas huiusmodi, vel differendo ferre  
debemus, & allegans exemplum Apostoli 1.Cor.  
13. qui ubi Corinthiorum dissensiones agnouit  
confessim scribere non omittit, vt vel nascentibus  
iuriis prius medicator occurreret, vel de eorum  
comperta mox, incolomit aie gauderet: Quod nos  
quoque litteris, quæ super hac re directæ suni, iu-  
dicasse reminiscimur, vt scilicet, aut repertinis  
obsisteremus insaniis, aut si nihil horum penitus  
acci-

Et dijjet, de Catholicæ veritatis integritate læzrensur.

Hormidas Epistola 13. ad Episcopos Orientis Non amat fides Christiana secretum, quam quisque in argumenta effudit, abscondit. Per universas Gentes verbi prædicatio mandatur Apostolis. & quād excusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commiss? Quid prodest culibet paternarum reverentiam seruare regularum, si concuti hæc ab alijs, si sine honore tractari patienter accipiat? infirmum ostendit affectum, qui quod diligit non tuerit. incursantur passim sancta à perfidis constituta, & rediniua subinde de compressis, & excessibus resurgit improbitas, quemadmodum ergo pietatem in Deum probat, qui tam nefanda dissimulat? &c. T'acet qui scit sibi esse mandatum; Exalta vocem tuam, qui Euangelizas Hierusalem, exalta, noli timere: Nonne ante oculos habens discipulum, ita gentium docto instituit, ut opportunè importunè Euangelizare non cesseret, admonens: Attende tibi, & doctrinæ, insta in illis &c. ergo vel propheticis stimulis excitati, vel normis Apostolica eruditionis instruti, curam salutaris prædicationis assumite. Diligite & vindicate sententias probatas pijs, infidelibus inimicas, & ad petram supra quam est fundata Ecclesia reverentes, apud illorum etiam vos Patrum spiritus, quorum veneranda constituta improbè labefactantur, absoluite &c.

Ioannes Papa primus ep. 2. Quapropter fratres hortor vos, & moneo contra Arianam perfidiam, quæ olim non semel, sed sèpe damnata est, & modo in quibusdam reuiniscit, armari gladio Spiritus S. ut eam (ita adminiculante diuina gratia) opprimere, & extirpare valeamus, ut nec radix eius in posterum inueniatur.

Vigilius interpellatus, vt de tribus illis Capitulis ageretur, sic respondit Ep. 8. Poposcit fraternitas vestra, vt nob's præsidentibus de tribus capitulis ex quibus, quo nata est, sub tranquillitate, & Sacerdotali mansuetudine sanctis propositis Euangelijs conferatur, et finis questionis ipsi Deo placitus, & conueniens ijs, quæ à memoratis sanctis quatuor Conciliis definita sunt, imponatur, ita omni de medio dissensione sublata, quæ ab eisdem quatuor sanctis Synodis definita sunt, inconcussa serventur, earundem Synodorum reverentia in omnibus custodita &c. Unde diuinæ clementie supplicamus, vt omnes nos in hac confessione, & in paternis traditionibus permanentes, nostro digni reperiamur officio: & in die diuinæ iudicij nulli prævaricationi paternarum constitutionum inueniantur obnoxij.

Pelagius Papa I. de fide deitatis Patris, & Filij consultus, respondit Ep. 1. concludens infra, memor sum me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorifica ta confessio, & cuius fides omnes quidem hereses destruit, sed maximè impietatem præsentis erroris expugnat, negantium filium non esse eiusdem naturæ cum Patre, & intelligo aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei cause, in qua uniuersalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam.

Synodus Ephesina in Nestorium diffinitio-

nem non distulit, vt patet ex act. 1. parte 2. in tentia depositionis, dicendo Reprehendentes itaque partim ex litteris commentarijsque ipsius hic publicè lectis, partim ex sermonibus quos nuperrimè in hac Ephesorum Metropoli habuit, quique testimonij illum impiè sentire, & prædicare coacti per sacros Canones, & Epistolam S. P. N. & communis Cœlestini Romane Ecclesiæ Episcopi, lacrymis subnde perfusi, ad lugubrem hanc contra eum sententiam necessario venimus.

In Synodo Constantinopolit. act. 1. ad Agapetum Papa scribut Orientales, vt opem ferret, prauas doctrinas hæreticorum Acephalorum eliminando. Si enim qui hæc sapiunt, & faciunt simul nobiscum omni tempore, & modo degere permittuntur, considerate Beatissime, quod nobis non occurribus his quæ illi sentiunt, neq; istorum ebrietate avacuè vno diminuta, ipsos accipere potestatem congregandi, aut ipsos permittere talia andere, nihil aliud est, quād veriores putare quam dogma nostrum, & iniquiores, ac violentiores efficere contra nos. Si enim illi tanquam pie sapientes, docere sicut sentiunt, & prædicare cum fiducia dogma suum permittuntur, manifestum est, quod reprehensa est Ecclesiæ ratio, cum apud eos sit veritas, nam duas contrarias rationes, veras esse de eadem re natura non habet, ut ait magnus Gregorius, concludens mox. vigilante iusto iudicio canonum, à vobis benè custidorum, paulum refrigeretur Dei Ecclesia, ab istis liberata, & infra Purgate Dei Ecclesiam, et à Lupis liberata, immunitentes ipsis non pastoralem, sed disciplinariam virgam vestram &c. hec illi munus, & necessitatem prædicationis virginates, & ad memoriam reducentes.

In Synodo Lateranensi sub Martino 1. secret. idem Pontifex voluit, vt in Concil. legeretur Epistola Victoris ad Theodorum Papam transmissa, in qua sic dicitur. Nos enim humiles corde quæ recta sunt adiuvore Domino sapientes, uno vinculo charitati, vobis sumus confititi, veram fidem, ac Religionem Catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosus itaque à Catholicis improbis probè resistere imminentem est: nè torpore desidie oppressi, culpæ taciturnitatibus teneamur obnoxii, & quasi fauorem impudentes iudicemur, dum aduersa Catholicæ fidei propulsare negligimus; à B. namque Felice Apostolico vestre sanctitatis prædecessore dictum est: negligere quippe, cum possis, deturbare peruersos, nihil est aliud quād souere: nec caret scrupulo societatis occulta, qui manifesto facinori desinit obuiare, quæ dicta probans, & repetens in eodem Concil. idem S. Martinus subiunxit. Itaq; oportet Catholicos improbis probè resistere, ne torpore desidie oppressi, taciturnitatibus teneamur obnoxii &c. & postea. Non nos oportet de cetero negligere, & differre, ne quod abfit, memoratis criminibus submittamur, irrationabiliter postponentes, & expectantes eos, qui nolunt ad Domum conuerti.

Secundum caput argumentorum desumitur ex parte ipsius Ecclesiæ, vt sciat, quod sequi, quid fugere debeat, ex discrezione veri à falso. Vnde Victor Chartaginensis scribens contra Mono-

Monothelitas ad Papam Theodorum sic dicebat. *Vestrum est frater sanctissime canonica discretione, sollicitate contrarijs Catholicæ fidei obuiare. Adeundem Pontificem scribebant Africani Episcopi dicentes. In honorem Beatissimi Petri, Patrum decreta (Pontifici) omnem decreuere reverentiam in Dei rebus, quæ omnino, & sollicitate debent, maximè verò ab ipso Præsulū examinari vertice Apostolico, cuius vetusta solitudo est, tam mala damnare, quam probare laudanda. Tunc autem maximè est necessaria ista discretio, quando sub specie boni falsum dogma proponitur. Vnde S. Ambrosius lib. 1. de fide c. 1. contra Arianos, & sunt ipsissima verba Nazianzeni tract. de fide. Multas (ait) quidem & graues hæreses nouimus à plurimis ebullire, & veneri vice ad intimum pectus cancri sui virus infundere, sed vinci, vel facile possunt, vel facile vitari, quarum prima propositione omne consilium pectoris proditur: at verò hi quibus multa nobiscum paria sunt, facile possunt innocias mentes, & soli Deo debitas fraudulenta societate percutere, dum malorum suorum virus per bona nostra defendunt. Nihil enim periculus his hæreticis esse potest, qui cum integrè per omnia decurrant, uno tamen verbo, ac si venientia gutta, veram illam, ac simplicem fidem Dominicam, & exinde Apostolicæ traditionis insciunt. Vnde vehementer vobis caendum, ne se vel sensibus, vel auribus nostris huismodi latenter insinuet. Quia nihil tale cogit in moriem, quam sub obtenu fidei integritatem eiusdem fidei violare, ut enim gypsum aqua permixtum lactis colorem mentitur, ita hic per verisimilem confessionem traditio inimica suggeritur. Qua de re non similitudo confessionis, sed sensus mentis est ponderandus, quia confessio ipsa firmatur.*

Amplius ut detegantur, & discernantur pietatis cultores ab impijs orthodoxiam simulabrus, vnde Basilius exhortatur Athanasium, vt scribat pro hæreticis detegendis atque damnandis & infideli, itaq; ne occasionem habeant, qui occasionem, quæ aiunt, ex eo quod Sanctitati tuæ coniunguntur, qui fidei sanci sunt, manifestandi sunt omnibus, qui ad veram fidem claudicant, & post hoc cognoscamus consenserentes, & non perinde atque in nocturna pugna inter amicos, & inimicos sine discrimine versentur. Porro ex ista mixtione illud incommode sequitur, quod ethnici propter immixtos, qui latent sub colorata pietate, hæreticos auersantur, & traducunt orthodoxos, vt scripsit Epiphan. heres. 27. contra Carpocratianos: *indiderunt sibi ipsi cognomen Christianorum, ad hoc ut gentes per ipsas offendantur, & sanctæ Ecclesiæ utilitatem, & veram prædicationem propter illorum nefaria facta, & incomparabilem improbitatem auersantur, & ut gentes ipsorum assidue opera considerantes, putant enim Sanctas Dei Ecclesias tales esse, & auerstant, veluti dixi, aures à Dei, ac veritatis doctrina, vel ubi vident, saltem aliquos similiter blasphemias proferre, & hac de causa plures ex gentibus, ubique viderint tales, ne accedunt quidem ad nos ob communionem accipiendæ doctrinæ, aut audiendi verbi diuini,*

*& neque aures admouent, improbis scelerum illorum factis consternati. Ne ergo ex ista immixtione male audia: nomen Christianorum in gentibus, expedit ex parte Ecclesiæ, ex definitio inter nosci pos ab impijs.*

Præterea ne ipsi hostes hæretici videntes doctrinam suorum ducum tolerari, magis in suo errore firmentur, vnde Nazianzenus loquens oratione 46. ad Nectarium de Apollinaristis, qui iam à quibusdam tolerari cuperant, sic dicit. *Si illis, ut piè sentientibus, & quæ sentiunt docere, liberèq; promulgare permittitur, quis non videt Ecclesiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? neque enim fert duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse. Quomodo igitur excelsus, & præstans animus tuus ad tanii mali correctionem consuetalibetate non ut sustinuit?*

Adhuc ex parte Ecclesiæ necessaria definitio, est, ne ipsimet fideles fluctuant, nescientes, quid esset amplectendum in rebus ad salutem necessarijs, si viderent per impossibile errores tolerari. Hinc ad eiusmodi nebulas dissoluendas scribebat Sergius Cyri Episcopus ad Theodorum Papam. *Tu prophanarum hæresum depositor existis, tu Princeps, et Doctor Orthodoxæ & immaculatæ fidei. Igitur ne despicias Patrum tuorum, scilicet antiquorum Ponificum Pater fidem astuantem, & ab aliquibus hæreticis ventis violentiam, nec non periclitatem, resolute nebulam insipientium, lumine sapientiae tuae, & sanctissime absconde blasphemias. & Marianus Archimandrita ad Agapetum Papam dicebat. Non possunt duo contraria simul vera esse. Si hæreticis facultas datur hæresis prædicandi, istud ipsum fateri est apud ipsos veritatem esse, à nobis autem illam penitus defecisse. Si autem, eam apud nos esse iure firmamus, illas ab ea deficere, & ut mendaciorum textores, Deo & omnibus execrabilis esse abiciendos, dicere necesse est, cum presertim in eo statu res modo posita essent, ut tolerare ista, & si non iubere, patiq; saltem ipsum Principem sub pacatissimo, & florentissimo Imperio, cum ubique terrori esset, etiam longè positis Barbaris, indecens esset, atque propemodum eidem consentire, ac patrocinio ipsos fouere suo.*

Sed nedum nebulæ dubietatis effugiant, ex definitionibus, e mentibus hominum, sed & de veritate inuenta plurimum exulant fideles: sic Lateranensis Synodus Hadriani II. Papæ rescriptum voluit in suis Canonicis retinéri. *Dignum est dicebat, & à ratione non discordat, quod ea, quæ inter se dubietatis scrupulum videntur continere, ad Apostolicæ Sedis iudicium referantur, ut inde Christi fideles in dubijs certitudinem se gaudent inuenire, vnde noscuntur magisterium fidei suscipere.*

Adhuc est necessaria eiusmodi definitio, & definitionis promulgatio, vel promulgationis executio, ne hæreticorum doctrina tanquam pestis sanam partem iuuadat, neue, vt cancer amplius serpat, sic hortabatur ad depellendos Bononiacos Innocentius ep. 12. ad Laurentium, ne ulterius debachandi habeant facultatem &c. tuum est frater charissime, quæ præcepta sunt

non sègnius agere, ne plebem tibi creditam dissimulatione perdas, et incipias Deo de perdiis redere rationem, & ad Concil. Carthag. ep. 31. *S*annam est telerius, ne longius execrandis animis morbus inserpat, auellendi sunt longius, & ab Ecclesia procul remouendi, & Petrus Damia Nicolaum 2. Papam instigat ad malos mores excedendos his verbis. *T*u autem Domine mi venerabilis Rex, qui Christi vice fungeris, qui Summo Pastori in Apostolica Sede succidis, noli pestem hanc per ignauiam ad incrementa producere, noli connuendo, & dissimulando graffani luxurie fræna laxare [quāto magis id necessariam ad explodēdam falsam doctrinam?]. Serpit hic morbus, ut cancer, ut virtus a propago ad infinita porrigitur; nisi Euangelica falce, quod male pullulat, amputetur. Absit igitur, ut sanctū cor vestrum sègnis Heli torpor emolliat, sed potius ad sceleris, ultiorem ingenuus Phinees zebus accendat. Sed clarius ad propositum Possefor Episcopus ad Hormisdam. Decet ait & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate membrorum. Quis enim maiorem circa subiectos solicitudinem gerit aut à quo magis nutantis fidei stabilitas expectanda, quam ab eius Sedis Præside cuius primus a Christo rector audiuit: Tu es Petrus &c. arbitror vestram beatitudinem non latere quantis in Constantinopolitana urbe, Ecclesia laboret insidiis, & ad morem veteris morbi in sanie vulnus iterum querat erumpere, quod obductum fuerat cicatrice, insanabilis post error increbat. Si enim diu fuerint in hac impuritate versati, necesse est mulios in hanc suæ prautatem mentis inducant, decipiuntque innocentes, vel potius imprudentes, qui fidem Catholicam non sequuntur. Putabunt enim eos rectè sentire, quos adhuc viderint in Ecclesia perdurare. Separetur ergo a sano co pote vulnus in sanum, remotoque morbi sanguinis afflatus, cautius, que sunt sincera perdurent, & gressus purior ab haec mali pecoris contagione purgetur.

Etiam necessaria est definitio, ut unitas custodiatur fidei & scissura tollantur. sic ex definitione Stephani Papæ, circa anabaptismum dissensiones sòpiti: cuius rei testimonium extat apertissimum Dionysij ad Stephanum apud Baronium 258. t. 3. *I*am scitis, frater, omnes Ecclesiarum Presides, qui ubiq; locorum sunt summo animorum consensu conspirare, et ob hanc pacem omnium expectationem, constitutum, incredibili letitia affici, Demetrianum dico Antiochiae Episcopum, Theodist. Cæsa eæ, Marabanum Eliæ, Maximum Tyri &c. Firmilianum etiam, & totam Cappadociam &c. omnes ubique gaudio exultant, & uno animorum consensu, ac fraterna charitate Deo gloriam impertiunt. Adeò autem necessariū id indicauit Constantinus Pogonatus Imperator, ut Donum Papam ad definitionem stimularet, ne ex dissidijs nostris Pagani, & alij infideles Catholice unitati insultarent. Acerba quædam nouitatis intromissa sunt: aliquibus vero incongrue scrutantibus incomprehensibilia opera Dei, & quia ex quo haec moueri cœperunt, & usque hactenus utraque se-

des inter se minimè conuenerunt, ut inquirente sibi met satisfaciunt pro veritate. Propter viles igitur inquisitiones non sit infinita contentio, ne nobis insultent Pagani, & Heretici, neque in nobis usquequa locum accipient semina adversarij. Hoc etiam nomine Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus Nicolaum Papam I. commendauit, quod ex definitione pax, & tranquillitas redditia sit. Fluctus, qui hic inerant, dissipasti, & tranquillitatem Ecclesijs contulisti.

Tertium caput necessitatis definitionum, desumitur ex parte mouentium questiones, & litigia, & definitiones retardantium.

Primo, vt ab ipsis tollatur falsa existimatio, quod ipsi rectè sentiant, & sint orbis Deucaliones. Hoc motu accensus est Hormisda Papa ad definiendum contra Monachos quosdam Schytiæ scribens ad Iustinum Imperatorem quin Tri sagio, sub specie recti addere non formidarunt illam particulam, qui crucifixus es pro nobis, quorum ingenia elegantissimi verbis descripsit, dicens, eorum una pertinacis cura propositi, rationi velle imperare, non credere, contempentes auctoritatem veterum, nonarum cupidi quæstionum solum putantes scientiæ rectam viam quilibet concepta facilitate sentientiam, eiusq; tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusq; orbis putent inclinandum esse iudicium: nec in numero fidelium deputantes sequates traditionis paternæ, si suæ viderint cedere nolle sententia: docti crimina serere, obtrectationum venena compone-re, integrum Ecclesiæ corpus edisse, seditiones instruere, inuidiam concitare, et pro obedientia quæ in cœnobij principatum regularis obtinei disciplin, obstinationem pertinacis amare superbiae, & iterum. Cauenda est subtilium magna circumspetione calliditas, qui ingerunt difficultia, dum nituntur labefactare & composta. Quare ijs fratum imponendum esse per Ecclesiasticam definitionem, iudicauit idem Papa, ne amplius quamlibet curiosus scrutator inquirat; aut opere, & institutione perfectus, nisi forte maluerit quisquæ dubitare, quam credere, certare quam nosse, sequi dubia, quam seruare decreta.

Secundo, vt detegatur eorum malitia versipellis, qui sub virtutum, & estimationis pallio, vel eloquentiæ splendore, plus alij sapere plus virtutis habere præ catenis sibi, & alijs suadent, & quantum attinet ad virtutum velamenta egre-gie S. Basilius ep. 74. scripsit, quod hæresis manifestè ab Ecclesiæ corpore diuulsa, proprio immoratur errori, parum que nos lœdit: propterea quod illius impietas omnibus nota est: qui vero ouinæ pellam induit, mansuetudinem, ac placiditatem externe quidem simulant, internè vero gregem Christi crudeliter lacerant, et hoc nomine, quod ex nostro gremio progrediuntur, simpliciores facile lœdunt, ijs sunt perniciosi illi, & qui non ita facile caueri possunt, quos per vestram diligenti am, omnibus Ecclesijs Orientis publicari, & manifester petimus. Tales quoque erant quidam presbyteri Gallicani, qui contra doctrinam S. Aug. contra prædestinationem, & gratiam, multos autore Prospero 1. lib. contra Collatorem, disseminabant errores. Quorum dicebat Sancus,

intus instrepens domestica malignitas non minus spernenda esset, quam foris loquens haeretica loquacitas, nisi electis extra ouile Dominicanum lupis sub nomine ouium suffragarentur, essentque huiusmodi, ut nec ordo eorum in Ecclesia neq; ingenia despicienda videantur. Si quidem habentes speciem pietatis in studio, cuius virtutem diffundentur in sensu, trahunt ad se multos ineruditos, & non habentia spiritum discretionis corda conturbant, atque in eum statum deducere causā Ecclesiæ moliuntur, vi dum nostros affirmant, non veraciter progratia locutos, inimicos gratia persuadeant iniustè esse damnatos. I. & ad accelerandam contra Semipelagianos eosdem Ecclesiasticam definitionem subiungit. Non ergo negligendum est hoc malū quod ab occultis prauisque seminibus augetur quotidie, & ab ortu suo longiusque distenditur, sed suadendum esse, in quantum dominus adiuuat, ut fallaciam calumniatorum hypocritis detegatur, qui ex iniuriæ magnitudine, quam IN VNO, nempe Augustino, quem lacerabant, cunctis, & præcipue Apostolicæ Sedis Pontificibus intulerunt, ab indoctis, & parum cauti excellentiis scientie iudicantur, & misero peruersoq; successu facilem mendacio consensum eliciunt, quia reverentiam sibi præsumptione pepererunt: & de iisdem quoq; subdit. Eorundem dum adhuc non sunt à fraterna societate diuisi, tolerāda magis intentio est, quam desperanda correctio, donec dominus per Ecclesiæ Principes, & legitimos iudiciorum suorum ministros, hec, quæ per paucorum superbiam, & quorundam imperitiam sunt turbata, componat, & in spem citæ definitionis asurgens, idem Sanctus. concludit. Confidimus. Domini protectione præstandum, ut quod operatus est in Innocentio, Zozimo, Bonifacio, Cælestino, operetur, & in Christo, & in custodia Dominicæ gregis hæc sit pars gloria huic reservata Pastori, ut sicut illi Lupos abiecere manifestos, ita & hic depellat occulos, hæc S. Prosper S. Augustini discipulus, & acerimus gratia Propugnator.

Quantum vero attinet ad eloquentiam, quæ sua quoque impietatis dogmata abscondunt, ut simplices inescant, Methodij iudicium de Origenistis apud Epiphanius. hæres. 64. audiamus. Nihil in ipsis dicebat, nempe Origenistis, sanū est, ac firmum, sed imaginatio solum deore verborum ad stupesciendum auditores, & persuasione instructa, non veritatis neque utilitatis gratia, sed ut coram præsentibus orationem sapientem ostentent. Hinc itaque orationes aliquando verisimiles ad pulchritudinem, & voluptatem variegata præstantiores putatur his, quæ ad syncretam veritatem expensa sunt, dum illarum doctores, neque ad bonitatem, ac pietatem contendunt, sed ad hoc, ut placeant, & successum habeant, quem admodum Sophistæ, qui mercedem ex orationibus exigunt, sapientie laudibus, vili precio coempti. & sequitur. An iquitus igitur valde pauci expositores erant, cum hi qui tunc erant conarentur, non delectare, sed iuuare præsentes, ex quo autem deinceps ad levitatem res deuenit, ut omnibus licet interpretari scripturas, & omnes ad faciendum quidem bonum habetati sint, op-

nione referri. Circa ratiocinandum vero profectum fecerunt iactantes se, velut qui omnia cognoscere possint, doceri quidem sibi opus esse, consideri erubescentes, cōtendere vero posse, ac prostire, velut Doctores, assueti, & postea, sunt hi qui verborum prætextibus, & agico more conati sunt velut mulieres, quæ forinsecus de industria ad fraudem ornantur, nisi quis cautele & sobrietate fidem respiciat in his, qui adhuc sunt iuniores. Quare caudendum est, ut tolem sermonem in cor admittamus, antequam exactè consideremus, præoccupant n. seps impostores, veros Doctores, quemadmodum etiam Syrenes vocis iocunditate, odium erga homines procul occultant, & fugientes ipsas alliciunt, & veluti pictores, qui nauium fructores, & nauigia imitari conantur fabricare naues, & gubernare nescientes, quare opere premium est, quod deradentes colores, persuadeamus pueris eiusmodi picturas admiratiibus, quod neq; nauis est nauis neque gubernator, sed paries forinsecus ad delectationem coloribus, ac picturis exornatus, & quod imitatores simulacri nauis, ac gubernatoris sunt tales, qui à coloribus, & non nauis hæc expresserunt &c. Verba enim diuinitus inspiraturum scripturarum, quibus hi gloriam suam ad fraudem colorantes, depingunt, iustitia, & veritatem contumaciter nominantes, & iustitiam non scientes si quis auferat, quantum ipsos talibus nominibus denudatos subsannandos esse putas? Detegendi sunt ergo per Ecclesiasticas definitiones, questiones, & lites contra fidem mouentes, ut denudati versipelles, & indocti appareant.

Eodem motu instigati Archimandrita, & Monachi scripsierunt ad Agapetum pro acceleratione definitionis. Quoniam, dicebā, ex hac causa in multis domo eorum, qui in excellentiā sunt intrant, & indecentia faciunt, captivantes mulierculas quæsdam peccatis operatas, quæ veris ducuntur disiderijs, & semper addiscunt, & nunquam ad cognitionem veritatis venire possunt, verum etiam in ipsis proprijs domibus, & suburbis altaria, & baptisteria erigunt, in oppositum veri altaris, & sancti fontis. & omnia simul contempserunt, propter attributum eis patrocinium ab his, qui in domo Domini, & aliquando potentes sunt: nolite pati (Beatisime) non viti solita fiducia ad refranandum, tantum malum, sed sicut prius contra Anthimum insurrexit, & lupum qui conabatur per pelle ouis etiā transcendere ostium Ecclesiasticorum ordinum, sanctionum, & canonum, & qui latrocinanter mandram ouium transcederat, pelle denudatis, & ipsummet demonstratis, & procul à mandra expulitis (ut inquit diuinus Gregorius) studiō reliquo suo circa Ecclesias, si tale malum in destructionem Sacrae fidei per ipsorum fiduciam præualebit, & permittantur adhuc isti ad corruptionem Ecclesiæ nidificare in dominibus Dominorum & in proprijs, et iniqua in ipsis facere. Hæc quidem dumtaxat portamus, licet incredibilia, & à diris doloribus incurvati, spem habentes, ad clementissimum Deum, qui in tempore opportuno vestrum aduentum nobis ostendet. Quod sicut Petrum magnum Apostolorum principem his, qui erant

erant Romæ in depositione Simonis Samari-  
iani misit sic & vos misit in depositionem Seue-  
ri, Petri, & Ioannis, & eorum qui similia eis sa-  
piant, et qui omnigenis honoribus circumfouentur  
ad in honoratione Dei, blasphemiasq; ac hereses,  
habit, vobis potestate, cooptulâte vobis p̄ijssimo,  
et à Dō custodito Imper. nostro, illos expellere de  
omni Ecclesia tanquā insidiatores, et violatores  
non solum Sanctissimarum Ecclesiarum, sed et  
POLITIÆ ipsius: nam cum hos ad suam mali-  
stam conuenientia organa insidiator boni dia-  
bolus inuenisset, totum orbem terrarum commo-  
dum fecit, et SS. sanguine terram contamina-  
uit, et Ciuitates ingulationibus, et tumultibus  
turbavit. Merito ergo ad hęc omnia præiden-  
do, definitiones Ecclesiæ expostulata atq; inter-  
positæ.

Vltimo. nam (vt etiam aduersarij nostri No-  
vatores non diffitentur) sicutæ dogmatum  
Conciliaciones Ecclesijs extiterunt perniciose  
ita Strigelius in 2. Reg. c. 2. exemplificat idem cū  
Philippo de pseudosynodo Syrmensi cum  
enim Symbolum edidisset loco consubstantia-  
lis ponendo particulam [similem] quod vtraq;  
pars Filium fateretur similem patri, veluti co-  
thurnum vtrique pedi aptum, omissa particula  
é pueris maius incēdium exortum. Ariani enim  
non sanabantur, p̄ij premebantur, imbecilles, &  
inducti perturbabantur, ita Philipp. lib. 3. Chro.  
sol. 210. Quæ mala ex Interim, secuta non sunt?  
in plures enim factiones Lutherani diuisi dicēte  
eodem Strigel. 2. sam. 16. quod multo plures  
suerunt, qui rempori magis, quam Deo seruie-  
runt, & in P. Eth pag. 494. scribit refugisse  
quendam magnatem illis se adiungere, offendit  
dissidijs, dicendo si me inquit adiungo vo-  
bis, tunc damnor ab aliis, si me alijs adiungo à  
vobis condemnor, quod faciam video, sed quid  
sequar non habeo. Ne ergo hęc inconvenien-  
tia sequantur in Ecclesia, nō dissimulat, nec ta-  
cet Ecclesia, probando laudanda, & damnando  
damnanda.

## CONCLV SIO.

*Definitionum Ecclesiasticarum (cum per-  
uersa inducuntur dogmata contra sen-  
sum, & doctrinam Ecclesia) necessitas,  
et expedientia demonstratur, tam ex  
parte capitilis et ipsius Ecclesiæ, quā,  
ex parte mouentium contra fi-  
dem temerarias que-  
stiones.*

R Epondeo dicendum necessitatem defini-  
tionis Ecclesiasticae, cum sit ipissima Apo-  
stolorum prædicatio, ex ipsius prædicationis  
Apostolicae notione desumendam esse. Prædi-  
catio autem Apostolica sub præcepto deman-  
data est Apostolis Matt. 10. ante enim passionem  
suam Apostolis dictum est. Quod dico vobis in  
tenebris, dicite in lumine, et quod in aure auditis

prædicate super recta] & post resurrectionem  
prædicate Euangelium omni creatura, & Act. 1.  
eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Is-  
raela usque ad ultimum terræ, ut nullo metu,  
aut verecundia omitterent, quod illis fuerat de-  
mandatum, & quod in aure audierant, felicissi-  
mè per totam terram resonarent. Huic præcep-  
to obstrictum Paulus se agnoscebat dicens. Vae  
mibi si non Euangeliz auero, & sub intermitta-  
tione diuini iudicij Timotheum vrgebat 2.  
Tim. 4. prædicta verba opportune importare,  
argue, obsecra, & iterum attende libet, et doctrina  
1. Tim. 4. & ad Titum 2. loquere quæ docent sanā  
doctrinam. Nec poterant ab hoc præcepto resi-  
stire, ne ab obedientia Christi discederent, vnde  
sicut non poterat ab illis excidere à memoria  
prædicatio iniuncta, saluis Christi præcessioni-  
bus, ita fieri non poterat, vt iuxta occurrentias  
non manifestaretur, dicente Petro inhibentibus  
prædicationem non enim possumus, quæ vidi-  
mus, et audiimus non loqui Act. 4. vnde Tert-  
ull. de prescript. c. 26. ipse præceperat, si quid in  
tenebris, & in abscondito audissent, in luce, & in  
tectis prædicarent. Ipse per similitudinem præ-  
figurauerat, ne unam manam i. unum verbum  
eius sine fructu in abdito reservarent. Ipse doce-  
bat lucernam non sub modo abstini solere, sed  
in candelabrum constitui ut luceat omnibus, qui  
in domo sunt. Hęc Apostoli, aut neglexerunt, aut  
minime intellexerunt, si non adimpluerent ab-  
scendentes aliquid de lumine, id est de Dei verbo,  
& Christi Sacramento, neminem, quod scio ve-  
rebantur non Iudeorum vim, non Ethnicorum,  
quo magis, utique in Ecclesia liberè prædicabāt,  
qui in Synagogis, & in locis publicis non tace-  
bant &c. eodem modo dicendum de Aposto-  
licis, qui Apostolis in Cathedris successerunt, &  
in doctrina nostris religionis Christianæ Duci-  
bus, seu Ecclesia in iisdem representata, vel solo  
Papa, quod habet præceptum eiusdem prædi-  
cationis annunciat, & ex potestate, quam ac-  
cepit à Christo inhabendi ne aliter prædicetur,  
præter id quod acceptum est, quod est deter-  
minare hoc, non illud esse credendum, & con-  
trouersa determinando, solidet & firmet, que  
iam inchoata, & antiquitus informata erant, &  
que iam confirmata erat, confimet & roborat  
vt dicit Lerenensis c. 32. vnde Cælestinus ep. ad  
Syn. Ephesinam t. 2. c. 14. cum demandata præ-  
dicationis cura propugnandæque, ac propagan-  
da veritatis solicitudi, quasi ereditatio quodā  
iure ad nos transmissa ad omnes, periueat: quin-  
nes enim, vbius per uniuersum terrarum orbem  
illorum uice nomen Domini prædicamus, hac cu-  
ra constricti tenemur; etenim dum illis dicitur:  
Ite docete omnes gentes, non aliquod particularē,  
sed generale mandatum proponitur. Si quidem  
ministerium, quod Apostolis in communione man-  
dauit, hoc nos omnes explere voluit &c.

Verum sicuti modus in prædicatione seruan-  
dus est cum alijs circunstantijs, ita in definendo.  
Vt n. idem Tertull. egregie loco citato, dato  
predicandi præcepto, consequens erat, vt cui  
demandabat Euangelij administrationem, non  
passim, nec in considerate administrandam adi-  
geret,

ceret secundum Dominicam vocem ne margaritam porcis, & sanctum canibus iactaret, hoc est ut exponit Aug. duobus generibus personarum, quarum una infestat per odium, ut canis, alianeglit per contemptum, unde porcos pro contemptoribus, canes ait idem Aug. 2. de serm. Domini c. 52. pro impugnatoribus veritatis non incongrue accipimus, nam ex Chrysost. 24. in Matt. disputationibus suis rumpunt prædicatores veritatis. Sciendum tamen est ex S. Doct. 3. P. q. 42. a. 2. quod quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, tunc etiam si in rabiem veluti canes vertantur, non est timenda eorum offensio a Prædicatore, vel Doctore ad hoc quod multitudinis saluti prouideat, unde Christus Dominus ex eodem S. Doct. nō obstante Iudeorum offensione, publicè veritatem docebat, quam illi odibant, & ratio assignatur, quia sua malitia plurimum impediabant populi salutem: tum quia repugnabant Christi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus, unde dicentibus eius discipulis Christo Domino Matt. 15. scis quia Iudei auditio hoc verbo scandalizati sunt, respondit: S inite illos: cæci sunt, ducesque cæcorum &c. & in hoc casu etiam seruatur Dominicum præceptum: nolite sanctum dare canibus &c. nā ex eodem Augustino loc. cit. Christus Dominus Quædam dixisse inuenitur, quæ multi, qui aderant, vel resistendo, vel contemnendo non acceperunt, non putandus est sanctum dedisse canibus, aut margaritas missæ ante parcos, non enim deti eis, qui capere non poterant, et simul aderant: quos propter aliorum immundiciam negligi non oportebat, & cum eum tentatores interrogabant, respondebatq; illis, ita, vt quod contradicerent, nō haberent, quamvis venenis suis contabescerent potius, quam illius cibo saturarentur, alii tamen quod poterant capere, ex illorum occasione multa vilitate audiebant. Similiter in definiendo, & præscribendo prædicationem Euangelij idem modus adhibetur, vt non passim, nec inconsideratè procedatur. Quandoq; n. canes ad sunt mali operari, qui Ecclesiam Dei discerpere conantur: & populum peruersis dogmatibus seducunt, etiam in ijs in quibus populus scire tenetur quandoque vero in subtilioribus heretici ministri sanæ doctrinæ aduersantur, populo spe crante, nec quæstiones intelligent, vt periculum seductionis non sit, nisi forte scandali, vel etiam schismatis, si ab Ecclesia electi adducerent discipulos post se.

Quando ergo est periculum seductionis, sicuti prædicatione, ita & definitione occurendū est, malos operarios anathematizando, ne salus multitudinis periclitetur. Quādo autem non est periculum seductionis, nec scādali, nec schismatis, similiter proscribendi sunt, sermo n. hæreticorum, vt cancer serpit, & illicō occurrendū est, vt sana pars quæ perseverat in sua incolumente seruetur, ea n. prædicatio, & definitio preferuat filios Ecclesiæ, vel infirmos. Qui nouit (ait Aug.) quid respondeat, debet respōdere, vel propter alios quib; desperatio suboritur, si propositam quæstionem solū non posse crediderint: & hoc de reb. vitiis, q; ad instructionem salutis pertinentib; mul-

ta n. sunt quæ inquirebant ab ociosis possunt super-  
nacna, & inania, & plerumque noxia, de quibus  
aperiendum, & explicandum, cur inquiret talia non  
oporteat. Ita & definiens in tali casu, proprius  
alios definire debet (in controversijs vilibus  
pertinentib; ad salutem his. n. sermo est.) Quan-  
do vero cum magistris, populi ab illis suasi, &  
allicti conspirarent, vt contra Pontificis decreta  
insurgerent, tunc quia peior esset scissura, si dif-  
finiretur, propter populorum salutem, differen-  
da ad tempus videtur determinatio. Sicut n. ex  
S. D. quodlib. 12. a. 29. quando inhibetur prædi-  
catione à tyranno, si sint de multitudine, qui  
velint prædicationem audire, non est dimitten-  
da prædicatione, quamvis moderanda sit secundū  
loca, & tempora, ne à tyranno impediatur; Quan-  
do vero à tyranno, & populo inhibetur prædi-  
catione, quia omnes sunt mali, & indurati, dimit-  
tenda est, ita in proposito, cum soli magistri er-  
roris resistunt, illis occurrentum, vt ceteris sub-  
uenientur, si vero totius etiam multitudinis esset  
conspiratio, quia sequeretur peior iactura, in op-  
portuniora tempora diffinitio differenda, ne  
eradicado zizania eradicetur simul, & triticum.  
interim dum diffinitio differtur, alijs vijs dog-  
matizantib; & nouarum doctrinarum satorib;  
occurri potest, libros vetando, similiter, & præ-  
dicationem inhibendo, & huiusmodi. In ceteris  
vero casib; quā primum Pont. definitiones adhi-  
bere solitos ostendit vetustissima praxis, quam  
necessitatem (totum nostrum discursum com-  
pletebant) ostendit Bernard. Epistola ad Guido-  
nem Card. qui postea Papa Cœlestinus, sollici-  
tans Apostolicam Sedem ad definiendum con-  
tra Abailardum, ad tria capita eandem neces-  
sitatem redicens dicendo, expedit vobis quibus  
potestas data est a Domino: expedit Ecclesiæ  
Christi: expedit illi etiā homini, vt ei silentium  
imponatur.

#### Solutiones oppositionum.

**A**D primam respondetur. Asianorum con-  
suerudinem illā celebrandi Pascha die 14.  
quam in Ioannem authorem refundebant, suis  
se ab ipso quoque Io. toleratam, non præcep-  
tam, cum in Asia essent multi ex circuncisione  
fideles, sicut annotauit Beda 3. Hist. c. 25. unde  
etiam cum sepietudo esset Synagoga cum ho-  
nore, toleratos etiam legimus ritus quosdam Iu-  
daicos, & ne viderentur omnino legem repro-  
bare, vt pater Galat. 1. vbi mentio fit de Petro  
tolerante legalia, ipseque Paulus circuncidit Ti-  
motheum, purificauit quoque se in templo &c.  
& quod fuerit Ioannis tolerantia ex Apocalyp-  
si c. 1. colligitur, ubi fit mentio diei Dominicæ,  
quæ & in memoriam resurrectionis Dominicæ  
consecrata. Verum cum de observatione tran-  
sist in peruersum dogma (fuit n. Blasius qui  
dogmatizauit necessario celebrandam istam fe-  
stiuitatem die 14.) cernens Victor ex Euseb. l. b.  
5 c. 25. observationem illam non esse diuersitatem  
soli observationis, sed afferre secum  
heresim, in dō Iudaismum, mature occurrit Vi-  
ctor per suam definitionem, quam secuti  
sunt

sunt Patres Nicæni ex eodem lib. 3. de vita Constant. c. 17. 18. & pertinaciter reluctantem definitioni heretici habitu sunt, & Quartadecimani appellati, ex Epiph. hæres. 50. Aug. hæres. 19. Damasc. hæres. 50. &c. Ante vero pertinaciam Asiaticorum, tolerabatur illa consuetudo, que non transierat in heresim, propterea Victor se interposuit rogando Pontificem, ut differret definitionem, nunquam tamen, (ut falso scribit Caluin. 4. inst. c. 6. 5. 7.) Iræneus Victorem grauiter corripuit, quod temerè ob rem nibil pernicioſo diffidio turbaret Ecclesiæ, cum scribat Euseb. S. Hist. c. 24. quod appositi, & conuenienter, Victorem admouit aliud autem est obiurgare, aliud quod significat παρεπαγένειν id est admonere. Occurrentum tamen Pontifex putauit, non obstante Irænei supplicatione, super veniente Quartadecimanorum pertinacia.

Ad secundam. Aliud est loqui de definiendo dogmate, aliud est de coactione per sententiam declaratoriam aduersus rebellis latam, compellendi ad definitionem amplectendum. Primo modo dilatandum non est ex rationibus adductis. Secundo modo, si pertinaces sint ex tollerâria, & dilatione sententia, & in peius proficiant, tunc facilior quoq; erit conuersio, si adhuc pertinace, post definitionem, remanente heretico, ab Ecclesiæ limitibus pellatur, vnde Greg. in 1. Reg. c. 13. l. b. 5. de Saule separato à Samuele loquens ait, *Idem tamen Rex in ministerio relinquuntur, ut ipsa Propheta separatione corrigatur;* quia plerumque quos prædicatoris verba non corrigit, diuidi à prædicatorum familiaritate, vel à Sancta Ecclesiæ unitate perimescunt. iuxta prædictores duri sunt, sed separati respicunt &c. Verum est, quod si expediatur, sperando conversionem, quod decretis parebunt, potest diffiri ad tempus sententia promulgatio. Vnde Greg. lib. 4. reg. c. x. exponens illud de Saule de specio à filiis Belial, quod *I dissimulabat se audire, ait subditorum quidem prauitatem audit, qui noscit, sed audit, & non respondet, imo se audire dissimulat, quia plerumque causa exigente, nota subditorum superbia incorrupta deferitur, ut oportuniore tempore quasi cognita feriatur.* Quam profectò Ecclesiastica censuræ discretionem bene in hoc ipso Israelis regem agnominus, se regni tempora, & acta diuersè videamus. Nam rufus adhuc, & nouiter ordinatus, dissimulare se audire despiciunt verba dicitur, sed confirmato Regno super Israel ad dexteram, & sinistram pugnare, & quocunq; se vertebat superare prohibetur. Culpa ergo quæ seriri digna severitate non potest, dissimulanda, non exponenda est, quia audacius à subiectis delinquitur, se Prelatorum infirmitas agnoscatur. Item differri potest sententia eiusmodi pro bono pacis, si ex promulgatione maius scandalum oriretur, vnde Algerus 4. de Sacram. c. 1. ex doctrina S. Augustini scribentis contra Emeritum Donatistæ id probat tom. 6. Biblioth. Patrum luculenter: ob hanc causam distulerunt publicationem illi Episcopi, aduersus hereticos illos, propterea interpellabant Summum Pontificem, ut anathemate secundum

ntorem Romanæ Eccl. (ut habetur ex Innocentio Epistola ad Concil. Mileuit. quæ est 83. inter Epistolas Augustini) ab Eccl. liminibus arecerentur, aliud ergo est loqui de tolerantia retardando definitiones, quod non concedimus, aliud de mora in non publicandis hereticis toleratis. Sicut à simili dicebat Augustinus q. 61. super Genes. tom. 4. aliud est quod docemus, aliud quod sustinemus. aliud quod precipere iubemur, aliud, quod emendare præcipimur, & donec emendemus, tolerare compelli-mur. Vel dicendum curas te eisdem Patres per gesta provincialia, vel litteras Episcopales, ut monerent eosdem ad fidem nientem reuocare, sed cum nihil proficerent, definitionem Apostolicæ Sedis necessariam iudicarūt, vnde ad Thronum Apostolicum meritæ configuerunt, tanquam hæresis p̄cidendæ efficax, & p̄sentaneū remediu.

Ad III. illa obiectio fuit iub his verbis proposita est ab Euthychianis ad Basilicū, & Marcum Imper. vt supra in principio articuli dictū est, sub his verbis conantibus retardari publicationem definitionis Synodi Chalcedonensis. Nolite dicebant alia de cœta contra litteras Vestrarum generatim scriptas decernere, pro certo persuasi, mundum si id feceritis, seditionibus euersū iri, et mala à Concilio Chalcedonensi orta, ob quæ quidem infinitæ cœdes factæ. sanguisq; orthodoxorū iniuste, & iniquè fusus est, exigua admodū videri. quæ obiectio Basilicum ita attraxit, ut datis litteris Euthychianos souiceret. Verum dñino Spiritu illustratus, easdem postea reuocauit cogitans, quod non Ecclesiastica definitio, sed hæresis potius est turbativa. Vnde Gelasius ad Anastasium Imperatorem dicebat. Nunquid nam cum ab aliquibus infestata religio est, quantacunque potuit nouitate superari? & non magis hoc iniuncta permanit, quo existimata est posse succumbere? desinat ergo, quæ so te temporibus tuis, quedam per occasionem turbationis Ecclesiastice, præcipitanter ambire, quæ nō licet. Etiam Stephanus Cœnobita, cū ei turbatio ab illo obijceretur Iconomacho Theodosio Ephesino, eleganter repressit. Dicebat Iconomachus. Quonam tandem modo homo Dei animum induxisti, nos omnes in hereticorum numero reponere? teque supra Imperatorem, supra Patriarchas, supra Episcopos, ac cœteros Christianos sapere iudicasti? an nos omnes id molimur, ut nostrarum ipsimet animalium iacturam faciamus? cur omnem Ecclesiam conturbasti. Cui Stephanus respōdit. Aduerie quid de Elia Propheta scriptura prodiderit, nimis quemadmodum ad Achab dixerit. Non conturbo Israel, inquit, sed tu, & domus Paris tui. Neq; n. ego sum qui conturbo, verum hi qui contempta veterum, Patrum traditione, nouum quidem dogma in Ecclesia inuixerunt. Nam si quicquid antiquitate præstat veneratione dignum est (vt Basilius dicit) recentia utique, h. c., & affectu, vehementer absurdâ atque imbecilla sunt, vt quæ perspicue adulterini Ecclesia fetus facti sint, ac proinde non intempestive Propheetum illud mihi dicere in mente venit, Reges terræ, & Principes cum mercennarijs

*Pastoribus, ac Regis preditoribus conuenerunt in unum, aduersus Christi Oeconomiam inania menditati sunt.*

Ad IV. magna ista difficultas de tribus capitulis, multa torsi ingenia, sed facillime dissolvitur, si ad regulam illam generalem attendamus à PP. & DD. traditam semper obseruatam; quod alia est quæst. de personis, alia de fide. Scidum ergo est in Concil. Chalcedon. damnata fuisse scripta Theodori Mopsuesteni, Theodoreti Episcopi Cyri contra Cyrilum, & Epist. Ib. Verum Vigilius cernens Occidentales noluit se eadem damnare capitula, quantum attinebat ad personas, veri, ne ostium aperiretur, ut passim anathema quibusvis diceretur ex falsa heresist criminacione post mortem, à damnatione earundem personarum manum temperauit, at Iustinianus præsumptuose sibi arrogans, quod non licet, Synodum Constantinopolitanam (quæ & V. dicta est) congregauit, vt rursus de trium capitulorum damnatione ageretur. Noluit Vigilius ab initio probare quid illegitima Synodus determinarat, verum propter veritatem pacis eandem Synodum, probante Pontifice Vigilio, simul, & semel, ne peior ac maior fieret scisura in Oriente, capitula eadē damnauit. Nullum autem fuit præiudicium fidei allatum ex dilatatione damnationis, & mutatione Pontificis damnantis ea capitula quæ prius noluit damnare, nō enim ad decreta fidei, sed ad personas Pontifex respexit, & iuxta temporum conditionem, quantum attinebat ad personas, variari oportebat constitutio Pótificis. Ne autem causentur aduersarii præsertim Mornæus in suo Myst. opp. 18. pag. 99. Pontificem de inconsistia, vel hanc distinctionem e cerebro Scholasticorum profectā D. Greg. 3. Ep. ep. 37. huius distinctionis authorem proferimus: dicit ergo Deilla tamen Synodo, quæ Constantinopoli facta est, quæ à multis Quinta nominatur, scire vos volo, quia nihil contra quatuor Synodos constituerit, vel senserit, quippe qui, in ea de personis tātummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis, de quibus in Chalcedonensi Concilio nihil continetur, sed post expressas Synodos seu Canones factæ est contenitio, et extrema actio de personis ventilata est. & 2 epist. 10. indict. 11. ad Sætinum Subdiaconum sic dicitur. De personis, de quibus post terminum Synodi aliquid actū fuerat, eiusdem pia memorie Iustiniani temporibus, & ventilatum, ita tamen, ut nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis, aliquid aliud agearetur, quam apud eandem Sanctam Chalcedonensem Synodum fuerat constitutum.

Ad V. argumentum respondetur primo, fortasse (ex familiari stylo hereticorum) illæ Epistolæ Honorii ad Sergium suppositas, & insertas à Græculis, gestis Conciliorum; nam & in 6. Synodo actione 12. & 14. factæ Epistolæ Vigilius ad Menam Patriarcham Constantinopolitanum deprehensæ sunt. Vel dicendum ex eadem Epistola colligi intentum Honorij, dicitur in actione 12. sextæ Synodi. Et nos quidem secundum sanctiones diuinorum eloquiorum oportet sapere, vel sperare, illa videlicet refu-

tantes, quæ quidem nouæ voces noscuntur sanctis Dei Ecclesijs scandala generare, ne aut duarum operationum vocabulo offensi, sectantes Nestorianos, nos vñsana sapere arbitrentur; scilicet eo quod illi duas ponerent in Christo personas. De vnius vero opinione tacendum, ne videretur cum Eutychianis vnam assertentibus in Christo naturam, ex vnius operationis assertione fateri, vnde subditur. Aut certè si rursus vnam operationem Domini Nostri Iesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eutychianorum attonitis auribus dementiā fateri putemur. Tanquam ergo Orthodoxus Pastor agebat Honorius, & proudus, vt ob bonum pacis de vtraque taceretur sententia, quæ ex tēporum circumstantijs scandalum generare vtrinque potuisse. Vnde reticendo de vocibus rem ipsam professus est, & profiteri voluit, vnde subdit: *Auferentes scandalum nouellæ adiunctionis, non nos oportet vnam, vel duas operationes definientes prædicare: sed pro vna ( quam quidam dicunt ) operatione, oportet nos vnum operatorem Christum Dominum in utrisque naturis ueridicè confiteri: & pro duabus operationibus ablato geminæ operationis vocabulo, ipsas potius duas naturas idest diuinitatis, & carnis assumptæ in una persona Vnigeniti Dei Patris inconsuè, indissimè, atque inconuertibiliter nobiscum prædicare propria operantes.* Quæ doctrina, vt pia, & Catholica est, ita & pro illis temporibus ad cauanda illa offendicula accommodata. In eo enim quod loco vnius operationis, dicendum voluit unum operantem, Catholicam tradidit doctrinam, nempe non conuenire personæ vnitatem operationis, sed operantis, unde Damascenus eodem modo loquitur 3. de fide Orthod. c. 14. non posse dici ratione vnius personæ vnam voluntatem, sed vnum volentem, scit nec vnam operationem, sed vnum operantem in duabus scilicet naturis &c. Hoc autem prudentissime factum manifesto exemplo S. Basilij comprobatur, cum enim iu suspicionem heresis à calumniatoribus vocaretur, quod aperte Spiritus S. doctrinam non tradidisset, sic cum defendit S. Gregorius oratione in funere Basilij dicens elegantissime. Ceterum sermones cum iudicio dispensare de Davidis consilio, & sententia, necessarium esse iudicabat, atque aliquantis perbeli tempus, & hereticorum principatum tolerare, quoad libertatis tempus tranquillitasque successisset, linguaeque libertatem, & licentiam attulisset. Illi enim nudam, atq; aper tam vocem, quæ Spiritui Sancto diuinitatem tribueret arripiuerere cupiebant ( quod quidem tametsi verum erat, impium tamen illis, ac nefario impietatis antistiti videbatur ) ut eorum summa Theologica lingua, Civitate pulso, Ecclesiam ipsi occuparent, eamq; sceleris sui propugnaculum prædiunque facerent, vnde postea velut ex arte quadam, omnia que reliqua erant poplarentur, atq; incursionibus peruastarent. Quæ eorum infidias, ut eluderet Basilius ex aliis quidem vocibus è scriptura petiri, necessarijsque argumentis aduersarios ita cōpribebat

mebat, ut nullo modo regnare atque in contrarium niti possent, sed quæ maxima disputationis, & ingenij vis est, propriis vocibus constringerentur: quem admodum is liber, quem de hoc arguento edidit, perspicue ostendit, in quo calamus quæ ex Spiritus pixide mouet. Sed tamen propriam, & apertam uocem interim usurpare differebat, cum ab ipso Spiritu, tum ab aliis etiæ sinceras gratias petens, ac rogans, ne hoc suo consilio offenderentur, nec committerent, ut dum una vocalam mordicus retinere conarentur, propter inexplicabilem cupiditatem, omnia perderent, concusa nimirum T' V R B V L E N T I S S I M O T E M P O R E, ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi et detrimenti accepturos, si dictiones paulum immutentur, modo aliis verbis eadem doceantur (neque enim salutem nostram in sermone magis quam in rebus consistere quippe cum ne Iudei quidem reiciendi sunt, se ad aliquod tempus pro Christo vobis em V N C T I sibi concedi postulantes, religioni nostræ assentiri vellet. &c. hæc ille, quam sermonum dispensationem etiam Honorius secutus est laudabiliter ad tollenda offendicula. Vel tandem dicendum est ex Maximo Honorij Secretario, & mentis eiusdem interpetre; Quod Honorius non negauit duas voluntates in Christo, ut fecerunt Monothelites, sed duas voluntates pugnantes atque contrarias in eadem natura, quas in nobis ex peccato deprehendimus, quod in Christo non fuit. Verba Maximi sunt. Is igitur, ipse nempe Honorius, cum ad D. Constantimum Imperatorem ex persona rursus S. Papa Ioannis de hac Epistola scriberet, dixit. Vnam voluntatem diximus in Domino, non diuinitatis eius, & humanitatis, sed humanitatis solum. Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicebant, diximus Christum non duas voluntates contrarias habuisse, carnis in quam, & Spiritus, sicut nos habemus post peccatum, sed unam tantum, quæ naturaliter humanitatem eius signabat.

Ad VI. respondetur tunc locum habere id quod dicit Aug. 2. contra Donat. c. 4. Sanitas pacis hoc facit, ut cum diutius aliqua obscura queruntur, & propter inueniendi difficultatem diuerfas pariant infraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perueniatur, vinculum permaneat unitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris. Quare nullum præiudicium affertur modestis Ecclesiæ filiis, nec ullum subest periculum, cum contra id quod sentiebant, declaratum esse cognoscunt; humiliter enim parent definitionibus Ecclesiæ.

Ad VII. illæ erant technæ Arianorum suadere ijs questionibus, quas moverant contra consubstantialitatem filii Dei, non conuelli fidem, vnde facilissime potuit decipi Constantinus, qui cum esset Laicus non poterat cognoscere de dogmatibus, & fortasse tunc non erat detectum venenum Arianum, quod vbi patefactum est, omnem operam adhibuit ad illud extingendum. Idem dicendum est de Zozimo Pontifice, non n. erant detectæ Pelagianorum fallacia, erant enim adeo versipelles Pelagiani,

vt sub Catholicis verbis etiam heresim occultaret vnde & idem Zozimus Cælestij confessionem probauit Catholicam speciem tenus, virus tamen occultantem, & damnationem eiusdem diffusit. Sic enim ait Aug. 2. contra duas epist. Pelag. c. 3. libellus Cælestij Catholicus dictus est, quia Catholicæ metis est, si quæ forte aliter sapit, quam veritas exigit, non ea certissimè definire, sed detecta, & demonstrata despicer, vnde ex odem, voluntatis emendationis, Cælestij, non falsitas dogmatis approbata est. Quare ex eodem Augustino, quicquid interea lenius actum est cum Cælestio, seruata dumtaxat antiquissime, & robustissimæ fidei firmitate, correctionis fuit clementissima sua fatio, non approbatio exitiatissimæ prauitatis Detecta vero fraude ab eodem Sacerdote Zozimo postea Cælestius, & Pelagius repetita autoritate damnati sunt, cuncta sententia Innocentij, paululum intermissæ iam necessarij præferenda ratio severitatis fuit, non prævaricatio prius cognitæ, vel noua cognitio veritatis.

Ad authoritatem Cælestini respondetur, ex doctrina S. Gregorij Nazianz. de pace oratione 3 quasdam esse questiones, quæ à nobis percipi, & comprehendendi possunt, quasdam quæ facultatem nostram exuperant, & iterum quidam esse, quæ sunt huius temporis, ac terrene perturbationis, & confusionis, quasdam futuri seculi, & cælestis libertatis, & iterum distinguenda esse, quæ ne querenda quidem omnino sunt, quædam mediocriter iudicanda, quædam contentiosiss, & rixandi libidine flagrantiibns concedenda, ac permitienda quoque modo se habeant, ut pote doctrinam nostram nullo modo conuellerent: quædam vero soli fidei donanda, quædam vero, quæ rationibus, & argumentis absoluenda, vi pro ijs fortiter strenueq; decertandum sit, rationibus tamen, non armis. Locutus est Cælestinus de ijs questionibus, quæ permitti possunt, & doctrinam nullo modo orthodoxam conuellunt: tales autem non erant questiones Pelagianæ, & Semipelagianæ, & si subdolè ad fidem non pertinere iidem communiscerentur, vt supra dictum est.

Ad ultimam respondetur ex glossa ibidem, id non intelligi, vbi est dubium iuris, nam tunc bene super tali dubio fertur sententia d. 33. c. ultimo, sed de dubio facti, ne fertur sententia in præiudicium alterius, tunc enim non sunt aliqua iudicanda, quam certis demonstrantur iudiciis. quando ergo questiones emergunt circa ius diuinum, vel articulos fidei, ad Apostolicam Sedem præcipue consugiendum est, vt docuit Innocentius ep. 26. ad Concil. Mileuit. & habetur c. quoties 24. q. 1. quæ non temere, sed certis documentis, & fundamentis ad definiendum procedit 35. q. 9. c. Apostolica.

Ad confirmationem, etiamsi pro una parte essent aliqui Patres, satis est, vt Ecclesia ad definitionem procedat, vt saltē plures uno veluti consensente sibi magisterio, aliquid tradant, idq; tāquam firmum ratumque ab Ecclesia habeatur, vt demonstravit Lerinensis c. 39.

## DV BIT AT IO II.

*An cum controuertitur de Ecclesiæ sensu, & concordi Patrum doctrina, procedendum sit ad expressam definitiōnem.*

**M**ultæ sunt quæstiones in Ecclesia indecisiæ reliæ, ut aduertit Dominicus de Dominicis, Episcopus Torcellanus in suo tractatu de sanguine Christi editi iussu Pij 2. pro informatione eiusdem quæstionis, de quibus quæritur an sit expediens, ut in Ecclesia definitiantur.

*Pro parte negatiua.*

**V**identur quod non, quia Sedes Apostolica non debet facere determinationem, vbi materia est dubia, vt non possit factis disputationibus decidere, cui nam contradictionis parti adfaueat Ecclesiæ sensus, vel PP. doctrina: fides enim dubium non habet, & si dubium per impossibile haberet, fides non esset. At in prædicta controuersia de sanguine Christi effuso an fuerit unitus hypotheticæ Verbo (vt & in alijs similibus) utrinque argumentis agitur, quæ probabilitatem faciunt pro sua parte, & quæ dissolui possunt, non ergo procedendum in his qq. vbi controuertitur pro qua parte stet Ecclesiæ sensus, vel concordis Patrum sensus ad definitiōnem.

**II.** quia cum non constet de sensu Ecclesiæ, vel Patrum doctrina, locus datur opinionibus, nam tunc tales controuersie videntur, attinere ad illud quæstionum genus, quæ ad fidem non pertinent. Stante autem tali genere, stat & veritas fidei illibata, ut absque lassione eius quælibet pars contradictionis defendi possit; si vero hoc genus quæstionum definitum esse, oportet innumerabiles quæstiones, quæ inter Catholicos tractatores versantur, decidendi, & nullus esset ob multitudinem decidendi finis.

**III.** quia periculosa esset in huiusmodi, talis determinatio, vbi tanta est disceptatio. Ecclesia autem omnia scandala fugere debet, de regulis juris. *Nihil cum periculo.* Periculum vero demonstratur aperte, nam & si acceptaretur initio determinatio, suggestæ dæmonis afflatus, latenter, vel manifestè ad vineam Domini læden-dam conspirarent, ut factum est tempore Ioannis XXII. quando facta est determinatio circa articulum de paupertate Christi, & Apostolorum, pertinaces enim non acquiescentes determinationi, in Summum Pontificem sunt debachati, ut patet in extrauag. *ad conditorem,* & cum inter nonnullos, de verborum significatione.

*Pro parte negatiua.*

**S**ed contra est, quia auferenda sunt scandala à populo Christiano, dicente domino per Esai [auserte offendicula de via populi mei.] Sed eiusmodi controuersiaz, ex disputationibus, di-

uersorum ordinum, & statuum factiōibus, maximum generant scandalum, & offendiculum, ergo per determinationem penitus tollendæ sunt. Minor patet, quia iam prædicatis diuersis doctrinis ad materias supra dictas attinetibus, & vnaquaque parte ex indecisione, in sua sententiæ, quod sibi placet, potestate relictæ, nedum simultatum somenta ministrantur, inter dictos disputatores, sed populi quoque scinderentur, aut in eo scandalizarentur, arguendo, quod aut de rebus ad salutem necessarijs, quæ credenda essent, decertetur, aut si necessaria non sunt, tanquam pro aris, & focis decertetur: maxime si viderent contradictores, suas partes munire velle, & ad suas factiones inducere, etiam vi, potentia, & humanis artibus, propter, quæ fides Catholica in mentibus simplicium nutaret, & Prædicatoribus, & DD. eiusmodi fides non adhiberetur, ergo ad hæc sedanda, necessaria esset decisio.

**Secundo.** Honor Sedi Apostolice maximè curandus est, & estimandus, & permittendū potius lædi priuatas personas, quā quod Sedi Apostolice honor lædatur c. *nisi specialis* de officio legati. Læderetur autem Apostolice Sedi honor, si non determinarentur eiusmodi quæstiones, maxime si discussæ, vel examinatae essent ab eadem Sede, non enim honor esset, aut post examinationem nō determinare, quia ignorantiam, timiditatem, peruersam affectionem, & huiusmodi à fide extorres obijcerent, aut non examinandam, pro examinatione ad iudicium fuisse auocatam, disputationes factas, censuras exaratas &c.

**Tertio,** quia scriptum est. *Interroga Patres tuos, & dicent tibi maiores tuos, & annunciatib⁹ tibi.* Deut. 30. Si officiū autē Sacerdotis est, cum interrogatur, de lege respondere, vt dicit Hieronymus ad Paulinum. Summus autem Pontifex est Summus Sacerdos, omnia autem, quæ sunt in facta scriptura aliquomodo de lege sunt secundum illud dictum, ut impleatur sermo, qui in eorum lege scriptus est, quia odio habuerunt me gratis, qui tamen erat scriptus in psalmo. Præcipimus ergo interrogare de intelligentia scripturarum, quam nescimus, & ipsius officium est respondere.

**CONCLVSION**

*In ijs quæstionibus, pro quarum terminatio-ne aperta testimonia præsto sunt, non retardatur ab Ecclesia, definitio, concur-rentibus alijs circumstantijs: secus, vbi testimonia clara non suppetunt.*

**R**espondeo dicendum ex doctrina S. Irænei lib. 2. adu. hæres. c. 47. quod habetis regulā ipsam veritatem, & in apertum de Deo testimoniū, non debemus per quæstionum declinantes in alias atque alias solutiones eiicere formā, & veram de Deo scientiam, magis autem absorptionem

lationem questionum in hunc characterem dirigenes, exerceri quidem conuenit per inquisitionem mysterij, & dispositionis existentis Dei. I quod est dicere, cum clara sunt, & aperta testimonia de diuinis mysterijs, non oportet in contrarias abire sententias, & resolutiones siue absolutiones, sed exerceri per inquisitionem ad eam veritatem terminandam, & contradicentiis opponi. In ijs autem de quibus non sunt aperta testimonia, non temere oportet ad absolutiones huiusmodi procedere, sed potius in suspenso relinquere. Cuius ratio est ex eodem Iran. quia etiam quæ & conteruntur, alias correctantur a nobis, & videntur, & sunt nobiscum, multa fugerunt nostram cognitionem, & Deo hac ipsa committimus, & exemplificat de consensu Nili, de Oceani accessu, & recessu, de pluvijs, fulgetris, nubibus, ventorum emissionibus, thesauris niuium, & grandinis, defectu, & accretione Lunæ, metallorum generatione, in quibus omnibus, ait: nos quidem loquaces erimus, requirentes causas eorum: qui autem ea facit solus Deus veridicus est. multò magis, quæ effugunt captum nostrum in diuinis mysterijs, vbi non sunt veridici Dei revelationes, ab absoluta determinatione abstinentiam est. Si ergo (subdit) & in rebus creaturæ, quedam quidem eorum Deo adiacent, quedam autem, & in nostram venerunt scientiam, quid mali est. si & eorum, quæ in scripturis requiruntur, uniuersis scripturis spiritualibus existentibus, quedam quidem absoluimus secundum gratiam Dei, quedam autem commendemus Deo, & non solum in hoc seculo sed & in futuro: vt semper quidem Deus doceat, homo autem semper discat, quæ sunt a Deo: tunc enim vt ib dem idem subdit, cuin indeterminabilium harum questionum absolutio nem, Deo commiserimus, & fidem nostram seruabimus, & sine periculo perseverabimus. Idem dicendum quando de eiusdem generis dogmatibus, nec sunt aperta Patrum testimonia, nec apertius sensus Ecclesiæ.

Verum quia aliquid potest esse apertum, & manifestum secundum se, non quod nos, interdum secundum se, & quoad nos. Cum aliquid est manifestum in se, & quoad nos, interponitur ab Ecclesia questionis absolutio, & decisio, dirigendo inquisitionem ad characterem Apostolicum, nempe ad scripturas, vel si ex scripturis non constat, ad Patrum doctrinam, & Ecclesiæ sensum confugiendo, vt dictum est supra, & ad definitionem procedi solet. Quando vero in se quidem aliud est pertinens ad fidem, non tamen est exploratum quoad nos, tunc pondrantur, & hinc inde loca Theologica, in quam partem potius propendeant, & secundum aptiorem traditionem, vel manifestiora Patrum monumenta iudicium dirigitur. Quia tamen summa maturitate, & prudentia Romanorum Pontificum definitiones fiunt, & prudens nedum finem, sed & alias circumstantias considerat, eius quoque Romanæ Sedis prudentia sicut, & sapientie substantia definitionis tribuitur, ita & circumstantiæ loci, temporis, personarum, utilitatis, prosectorum, damni &c. diligentissimè appen-

duntur dilatando, vel accelerando definitionem. Si enim circumstantiæ accelerationem postulabunt, non omittentur, nam & in Politica quoque gubernatione à paruis initij ortæ dissensiones, cum inualuerint vix sanari possunt, de lite scripsit Homerus 9. Iliade.

*Parua metu primo, mox sese attollit in auras*

*Ingreedi, urque solo, & caput inter nubila condit.*

& parua scintilla sæpe magnam syluam comburit, dicebat Pindarus: sed Spiritus S. per Salomonem elegantius [à scintilla augetur ignis], & iterum Prou. 17. qui dimittit aquam, caput est iurgiorum; litis enim initium perinde est; ac si aluum ruperit aqua, quæ postea nulla vi cohiberi potest. vnde & initio Arius suam heresim occultas, & pallias verosimilia antequam ab Ecclesia pelleretur sentire videbatur, vt patet ex Epistola Constantini ad Alex. Id emet (vt dicit Hierony. ad Galat. 5. & habetur 23. q. 3. c. resecæde sunt) una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est. Si uero circumstantiæ supra dictæ, retardationem postulant, id quoque præstabitur ab Apostolico throno, nam si quando Roma terrena, terreni Imperii iura moderabatur, tanta grauitate expeditiones bellicas, & Politicas tractabat, vt celebre esse illud à Varrone dictum: ROMANOS sedendo vincere i. venerabilem illum Patrum cætum, confidentem in Senatu, ea cura, ac prouidentia de rebus consueuisse deliberare, vt nullius unquam cæpti eos peniteret; multo magis totius vniuersi à Christo Domino sibi curam commissam gerens Romanæ Ecclesiæ Summus Hierarcha, non præcipitanter, sed summa maturitate, & prudentia, quoties fidei causa, quæ omnium causarum causa est, ventilabitur, ad definienda procedet, vt nec acceleratio temporis intempestiuam festinationem, vel eiusdem retardatio segnitiem posset ostendere: nam vt dicitur in c. A postolice d. 35. q. 9. Apostolica Sedis sententia, tanta semper Consiliij moderatione concipitur, tanta patientia maturitate decoquitur, tantaque deliberationis grauitate profertur, vt sicut de eius sumus certi sapientia infallibili, assentiendo, ei id quod definitur, ita & in modo procedendi de prudentia sumus securi, vt cum expedire iudicauerit, retardet, cum vero aliter, definitiones acceleret, secundum circumstantias ponderatas.

#### Solutiones oppositionum,

#### Et primo ad partem affirmatiuam.

A D primam respondet. Quando res dubia est, & utrinque afferuntur testimonia scripturarum, Patrum monumenta, verisimiles rationes, non colligitur conclusio definienda ex principijs fidei evidenter, vel saltem ualde probabiliter, tunc opinionibus datur locus, in quibus tunc locum habet dictum Apostoli: *unusquisque in suo sensu abundet.* Si uero consecutiones valde probabiliter deduci appareret ex

ex princi pijs fidei, tunc saltem potest ab Ecclesia determinari, quod hæc propositio sua contraria sit probabilior, vt factum est in Conc. Vienensi, probabilior enim sententia afferens in baptismo infundi parvulis habitus insulos gratia, & virtutum definita. Similiter iuxta graduationem connexionis, varie qualificationes adhiberi possent, vt quod hæc vel illa magis sit consona Patrum authoritatibus, & huiusmodi. Non consuevit autem vñquam Ecclesia, nec fiet vñquam, vt si connexio certa non sit, ad definitionem finalē procedat. hoc enim curat in Concilijs, hoc unum studet, vt vetera fideliter sapienterque tractando, si qua sunt illa antiquitatem informata, & inchoata accuret, & poliat, si qua iam expressa, & enucleata consolidet, firmet &c ait Lérin. c. 32. si ergo nihil videt in aliqua controversia, inchoatum, nihil enucleatum, non se accinget ad diffinitionem.

Ad II. similiter res pondetur, quando ex Patribus, seu principijs fidei non potest certa connexione aliquid deduci, ad definitionem non proceditur, maximē cum Patres hinc inde, & doctores allegantur. Verum est quod vbi plures, vel pauci essent pro vna sententia, grauior, & communior pars pro altera, sicut pauciores non prejudicant plurimis, ita minus robur presentant ad definiendum, nō enim pro paucioribus contra plures, & communicem PP. sententiam Ecclesia determinaret. Vnde Augustinus, vbi communiorem sententiā contra paucos Patres, diligentiori consideratione retinendam docet expresse). Qui (plures Patres ait 3. contra Donat. c. 4. nullo modo videri potuerunt frustra noluisse istam sententiam, non quia fieri non potuit, vt in obscurissima quæstione verius pluribus unus paucique sentirent: sed quia non facile pro uno, vel pro paucis aduersus innumerabiles eiusdem religionis, & unitatis viros, & magno ingenio, & uberi doctrina præditos, nisi prætractatis atque perspectis rebus ferenda sententia est, imo nedum facile, & temere, sed nullo proflus modo, & conditione vniuersitas PP. seu consensio Ecclesiæ paucioribus postponenda, vnde idem c. 22. 5 lib. contra Donat. ait. Illa quæ ad Quintum scribit Cyprianus, & illa quæ cum collegis suis, Liberali, Caldonio, Iunio, & ceteris ad Saturninum, & Maximum, & aliorum bene considerata, nullo modo præferenda sunt, aduersus totius Ecclesiæ Catholice definitionem & tandem eos contendisse, subdit, absque pertinacia, donec aliquando in Domini voluntate per plenarium Concilium, licet post multos annos, quid esset rectius eluceret, non aliqua NOVITATE instituta, sed antiquitate roborta. quare non curiosas quæstiones eas, quæ innumerabiles essent, sed eas solas terminabit Ecclesia, quæ solutiones in antiquitate continebuntur, & in animata fide Ecclesiæ, & adiecta determinatione nihil nouum determinabitur, & instituetur, sed prius institutum roborabitur.

Ad III. resp. sicut dicebat Aug. 2. contra Donat. c. 4. Sanitas pacis hoc facit, ut cum diuinis aliqua obscuriora queruntur, & propter inueniendi difficultatem, diuersas pariant in frater-

na disceptatione sententias, donec ad verum H. quidem perueniatur, vinculum permaneat unitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris. Exemplum est in quæst. de ana-baptismo hereticorum tempore Cypriani, ex eodem lib. 3. c. 2. vbi licet Cyprianus, & college aliter quam cæteri saperent, nibilominus cum eis ipsiſ à quibus diuersa senserunt, in eadem unitatis communione manserunt: Donatistæ vero propter nomen traditorum, quos in Africa infamauerunt, & in transmarino iudicio non conuicerunt, se ab orbis terrarum communione separauerunt, vnde vt ibi modestia in re nondum eliquata cum humilitate commendatur, hic pertinacæ, quod post definitionem Eccl. non acquiescant, detestabilis est, & propterea scandalum discedendi ab Ecclesia passuum est, & Pharisaicum deprehenditur, de scelerata perfidia, & superbo tumore non cedendi, descendens, quod si contigit, vt olim etiam in sectarijs Fratricellis accidit, qui in Papam Ioannem XXII. insurrexerunt (quod & alijs exemplis ostenditur) nihil audacie impiorum suffragabitur, quominus ad decidendas, contra trebelles, fidei quæst. procedatur, est enim ueluti ventilabrum definitio Pontificis, per quam folida frumenta in area Ecclesiæ permanent, superbi, & tumidi tanquam paleæ de Ecclesia auolant: nam vt dicit Aug. 3. contra Donat. c. 19. eiusmodi homines inuentis occasionibus foras exeunt, sicut scriptum est: occasiones querit, qui vult discedere ab amico Pro. 18 sed etiam si occasiones desint, cum intus videntur, ab illa inuisibili charitatis compage separati sunt. Vnde Ioannes dicit, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, manserent viiq; nobiscum: non ait, quod exiendo alieni facti sunt, sed quod alieni erant, propter hoc eos exiisse declarauit.

#### Ad argumenta pro parte opposita.

Ad I. respondetur, quando non oportet, nec expedit fieri definitiones, offendiculis, & scadalis, alijs remedij occurri potest, quod pertinent ad optimam gubernationem, inhibendo ne vnu alterum censurare habeat, nec præueniat iudicium Apostoli. Sedis, donec altera pars fuerit ab Apostolica Sede decisa, vt factum est ab Apostolica Sede à Pio II. in Bulla, quæ incipit: Satore diabolo. c. graue nimis de reliquijs, & veneratione Sanctorum à Sixto IV.

Ad II. tunc magnus est honor Apostolice Sedis, quando tales qq. definire non expedit, quod sua authoritate alia remedia apponat, quibus modestos Ecclesiæ filios in unitatis compage retineat, quæ si transgredi contingat, merito transgressores de audacia, & temeritate amandat.

Ad III. præcipimus in dubijs Sedem Apostolicam interrogare, sed non est nostrum, summo Hierarchæ præfigere definitionis tempora, vel quod fiat ipsa definitio, nam sicut nostrorum est ab Apostolico throno petere, vt dicit Cyrill. in librothesauri, quid credere debemus, ita de tempore, & alijs circstantijs non est

est nostrum præfigere, sed humiliter Summi Pastoris imperio, & voluntati parere sicut enim morositas, ita acceleratio definiendi, ex diuino instinctu reguntur, etenim in rebus arduis, Deus principum, & Regum voluntates gubernat, vt relictis his consilijs interdum, aliorum consilia sequatur accomodata ijsad quæ Deus dirigit, & instigat, & interdum in consiliorum ipsorum incertitudine (incertæ enim sunt providentia nostræ) instinctu reguntur Dei, sicut scriptum est Propterea. *sicut diuines aquarum (quæ hac, vel illac dilitrahi possunt), ita cor Regis in manu Domini, & quocunque voluerit vertet illud, vnde Ioas diuino instinctu tribus vicibus terram ferit, & quamvis Propheta humano more regem videretur reprehendere, quod plures terram non percussisset, instinctu Dei id factum est, vt certus ille esset numerus victoriarum aduersus Syriam, quem Deus absolutè volebat; multo magis Summum Hierarchiam super quem tota sustentatur Eccl. diuinis impulsibus, prout eum diuinitas mouerit regi, necessariò dicendum est.*

## DIGRESSIO

*Quomodo rationabiliter ubi Pontifex iudicat suspendere, vel differre definitio-  
nem varijs expedientibus prouidet populo Christiano.*

**P**lerumque solent res esse adeo perplexæ, & sinuose, vt hinc inde sint rationum, & autoritatum firma argumenta, vt vel res non expedi possint, quin in longa differantur tempora, vel si sint vnde definiri possit non sit expediens ad definiendum procedere ob rationes superius adductas, ita factum est (vt ante me obseruauit doctissimus Chronista M. Abraham Brouius in Pontifice Rom. c. 22. pag. 235.) in controvërsijs de auxilijs, de sanguine Christi, vt de momento in quo animæ Deiparae gratia infusa est, an post infusionem animæ, vel simul, quæ indecise hucusque relictæ sunt, nam ne de questionibus de auxilijs scriberetur prouisum absq; licentia Sedis Apostolicae, & circa sanguinem inhibita est utrinque censura priuata, & circa Deiparam sententia suæ sententiæ emaculationem, silentium indicatum a Paulo, & Greg. XV. etiam ad priuata colloquia, exceptis Dominicanis quibus postea motu proprio indulxit, vt patet ex eiusdem Breui quod incipit *eximijs atq; singulares fru-  
ctus die 28. Iulij 1622.* vt inter, ipsos non cum alijs nec coram alijs loquerentur, & collationes haberent &c.

He autem prouisiones etiam seruandæ sunt ab Ecclesiæ filiis cum omni reverentia, & ab ea tandem præscripto ne latum ynguem discedendum est.

Pro quo notandum est ex Fr. Antonio Perez in suo Pentateucho tract. de Ecclesia dub. 23. n. 75. quod in Ecclesia est duplex potestas, alia definitionis alia iurisdictionis, & quod illa versatur circa res fidei definiendo eas, hæc verò circa ipsos fideles regendo, & gubernando illos

ex quo sequitur, inquit, quod quando res, quæ decernitur non est fidei, vt potè, quæ aut non est reuelata à Deo, aut non decernitur, vt reuelata, tunc non erit materia fidei, nec definitionis fidei, sed potius regiminis, ac bonæ gubernationis, & proinde quod cum probabilitas rei nunquam sit opus diuinæ reuelationis, vt potè non dependens ab illa, sed potius à coniecturis humanis, & placitis hominum, nihil, quod decernitur tanquam probabile, decernitur vt dogma fidei, sed tantum vt opus regiminis, ac bonæ gubernationis ] & subdit.

[ Sane si vel ad evitanda scandala, vel ob maius bonum fidelium Ecclesia definiret, quod omnes fideles tenerentur sequi, & sustinere opinionem aliquam probabilem intra limites bonæ philosophiæ; tunc non propterea talis dissinatio eleuaret ad materiam fidei, talem opinionem, nec redderet illam dogma fidei, sed tantum es- set canon correspondens gubernationi Ecclesiæ, pro bono utili fidelium suorum. Ita ergo dicendum est quando id decernit Ecclesia in materia Theologica iuxta opinionem probabilem.] & postea.

[ Adde etiam, quod si Summus Pontifex co- geret vniuersos fideles, vt iurarent in verba D. Thomæ, non fecus, ac Dominicani iurant, non propterea D. Thomæ dogmata redderentur dogmata fidei, sed tantum canones prudentis gubernationis: vt potè quod non proponuntur à Pontifice Ecclesiæ tanquam diuinitus reuelata, sed vt proponuntur à moderatoribus Dominicana familia, tanquam dogmata maximè coherentia cum Euangelica veritate, & vt appri- mè conducibilia ad hoc, vt alumni eius non circumferantur omni vento doctrinæ. Vnde ad nostrum propositum dico, quod quia dum definit Ecclesia res alias tanquam probabiles, non vult diffinire eas tanquam diuinitus reuelatas, neque innuere nobis, quod sunt diuinitus reuelatae à Deo, & ideo ad materiam fidei nullatenus pertinent, sed tantum ad regiminis opus] ex quo, sequitur, subd. t. num. 79. quod [ qui] talem probabilitatem negaret, adhuc post decre- tum Pontificis heresim non incurrit, et benè rat- men ingentem temeritatem omni animaduer- sione dignam.] h. ac Perez.

Ergo à fortiori nec heresim incurrit, qui sententiam à Pontifice quidem probatam, vel non improbatam, non tamen vlo titulo qualifi- catam, quod sit probabilis, vel probabilior, vt non probabilem recipere, aut ut improbabili- lem rejeceret, sed temeritatis notam subiret. Sic etiam decernente Pontifice ex decreto prouisio- nio silentii nullum fieri ex illa prouisione præ- iudicium huic, vel illi sententiæ, pendente defi- nitione, non potest quis sententia illi cui præ- iudicium nullum inferri à Pontifice asseritur, im- probabilitatis notam affigere. id .n. esset agere contra canones gubernationis. Quia verò id non sunt veriti quidam asserere diligenter hoc pun- ctum pertractandum est.

## DV BIT AT IO II.

V. indicente silentium Ecclesia, ne afferatur aliqua opinio, cui nullatenus prædicare intendit, ex silentio illo censurari possit eadem opinio à priuatis Doctoribus.

## Positio quorundam.

**A**ffirmat Petrus Ayllon in Conc. de Conceptione, & de factoid contigisse in sententia S. Th. circa emanationem B. Virg. à primigenia labe, subinserens illud esse signum doctrinæ veridicæ, quæ publicè prædicatur, suspecta vero, quæ in lateribus, & angulis docetur.

Quirinus Salazar de Concept. c. 43. s. 2. pag. 444 per hoc silentium imperatum, ait, non parum sententia S. Th. derogatum, ut sermè iam ex illo sit præiudicata.]

Poza lib. 4. Elucidarij tract. 1. c. 5. eo decreto Pauli, ait, de sententia S. Th. [ exulat, à Scholis &c. & relegata est in insulam mentalem ] Tripli- cem vero ex iure ciuii relegationis exempla desumit ex Martiano. exiliū ff. de interdictis, primum cum est certorum locorum interdictio. Secundum cum omnium locorum liber campus datur, uno certo excepto. Tertium est insula vinculum, quæ & deportatio. Primum genus ( ait Poza ) experta est sententia S. Th. ante decretum Pauli, quæ graues conflictus, & commune odium sustinebat. Secundum ex decreto Pauli V. quæ à certis locis, communibus sibi, actibus &c. interdicebatur. Tertium tempore Gregorij XV. quæ nec inter suos loqui, & degere permitta est, sed deportata in insulam mentalem, & solitariam intellectus, iure omni Ciuitatis, & agnitionis adempto l. 6. ff. de eo lib. 4. ff. de gradibus, imo ( subdit ) eandem sententiam carceri attineri, & abscondi, non enim, ait, lucem aut hominum commercium videt. S. Diadochus ( ait idem ) de perfectione spirituali c. 70. vocale ostium vocavit oris instrumenta. Hoc ostium grauissimarum pœnarum vectibus occluditur, ne vbi delituerit sensus Conceptionis Virginis minus pius, foras vagari concedat. Nullius aquæ tenebrosus, & mestus carcer, quam qui interna solum mente concluditur. Hanc dumtaxat sedem habet sententia expugnatrix immaculatæ Conceptionis : nunc rea non est, quæ vel erroneæ, vel hereticæ labem acceperit, quod supremus iudex declaravit. Verum omni serè populo Christiano inuisa, propediem plectenda, tenebris silentij ad dicta, intra solam mentem intruditur. Carcer, subdit, partim est vindicta eorum, quæ occasione huius opinionis minus piæ nullam nanc censuram notamue merentis, patrata sunt, partim est ad custodiā, donec ab Apostolica sede vincita illa sententia capitalē suum accipiat.]

Idem vero autor timens Ecclesiam ferulam, ( dicitur n. in decretis, Pauli, & Gregorij, quod aliam opinionem non impugnant, nec de ea aliquo modo, agant seu tractent. ) dicit, quod

propterea muniens sententiam immaculatæ nihil curans de aduersaria, vel eam ita resellens indirecte, vt non videatur concertare ( vt volunt plurimi ) liber est à censuris, nec incurrit, qui suppresso aduersariorum nomine obiecta dissoluat, licet tutius dicat abstinendum ab huiusmodi, vnde habemas laxans c. 4. dicit progressu temporis, absque declaratione Sedis Apostolice, futurum de illa silentium cum communi propensione fidelium tolerata ab Apostolica Sede, ipsam temerariam, & erroneam declarabunt. [ Nunc ex nouissimo decreto ( ait c. 6. ) in minus felici statu positam, esseq; eam opinionem, tanquam fermentatam, expulsa à fidelium cœtu, & non secus, ac in fermentato conficeret sacrificium in Ecclesia Latina, & cum peiori conditione, nam & si contrarium placitum, quod non consecratum sit à Christo in fermentato, Ecclesia recipiat, tamen plurima concedit Gregorij, quæ non tolerat in sectoribus minus piæ de conceptione Deiparæ, ] Concludit ergo feliciter factam piam opinionem, de Conceptione Deiparæ, quam quæ affirms Christum in azymo celebrasse ] & c. 7. imo ad eum statum deuenisse, ait [ ad quem deuenit beatificatio, vel canonizatio alicuius Sancti ] & obijciens sibi ipsi, ex hoc statu felici manuscitè sequi præiudicium opinioni contraria, nam si erroneum, vel hereticum est &c. negare Santos ab Ecclesia Canonizatos non esse in Cœlo, & erroneum dicere Christū non consecrasse in azymo, sequitur cuiusdenter oppositam de erroneitate saltem damnandam, quod est contra, decretum Gregorij XV. & Pauli ] respondet [ satis esse quoad externum cultum æquiparari statum opinionis piæ, cum statu Canonizati, & internum assensum, vel dissensum non esse de substantia Canonizationis ex voluntate Sedis Apostolica, cuius benéplacito abesse interdum possit : si tamen quod hic sit, expressè declaretur. ] & prosequens similitudinem Canonizationis, quantum ad apparatum externum subdit [ consulto factum est ut Canonizatio opinionis piæ, & immaculatæ Conceptionis, quæ tot flagia martyriaq; subierat ab aduersariis, tandem Martyrum ritu in Ecclesiæ fasti, & cultus inducerentur. ] sed timens propter hæc dictoria, & scommatata, ferula castigandum, subdit [ omnia vt inuestigentur, & ad examen subducantur retuli, nullum omnino ferens iudicium, & sententiam. ] Sed non oportet singula expédere, & reprobare, cum semel à se Sede Apostolica, quæ semel ( vt sponsus ) loquitur, & id ipsum non repetit, fuerit hic liber, in indice librorum prohibitorum repositus, quod volui annotare, vt si aliquis indicem non legerit, & librum habuerit, caueat legendo, vel retinendo, & multo magis ne concionando hæc, & similia, decreta Sedis Apostolice, quod absit, transgrediatur.

## Oppositiones,

**A**rguirur primo, quia interrogante Pontifice Anna Christum Dominum de discipulis eius, & de doctrina eius, respondit, ut dicitur Ioan.

Iogn.6.18.ego palam locutus sum mundo. Ego semper doctus in templo, in quo omnes Iudei conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. ueræ erat ergo doctrinæ signum, quod publicè prædictetur, falsæ, quod in angulis mullitet.

Confirmatur, quia propterea falsa est heretorum doctrina, quia secreta est, & in angulis domorum prædicatur.

Secundo, quia Summi Pastoris est pascere ques suis salutaribus pascuis, ut scriptum est Ezech.34.in pascuis uberrimis pascam eam. Ergo dum vetatur ne doctrina de Conceptione emaculata proponatur, bonum pabulum non est, quod ouibus proponi inhibetur.

Tertio, si veritatem contineret ea sententia, que taceri prohibetur, nunquam prohibita esset ab Apostolica Sede, propter quodcunque scandalum pusillorum, nam ex doctrina Sanctorum, & Ecclesia: Vtius scandalum nasci permittitur, quam quod veritas relinquatur, ut habetur in 5.decr.de reg. iuris.c.3, & scandalum permitte potest, salua tripli veritate vita, iustitia, & doctrina. Vel ergo non recte prohibita est prædictio talis sententiae, vel recta non est. Primum dici non potest, verum ergo secundum est.

Quarto, quia alias esset error intollerabilis. tolerabilem sententiam non tolerare. At Ecclesia ( ut dicit Aug. Ep. 119.ad Ianuarium, eius modi nec approbat, nec tacet, nec facit, & merito, error enim cui non resistitur approbatur, ut veritas, ut dicitur d. 83. Quæ omnia de Ecclesia prohibente, dici non possunt, unde, & merito silentium illi sententiae indictum est, & ex tali silentio non parum derogatum.

Quinto, ex occasione eiusdem sententiae, multa scanda exorta sunt, merito ergo silentium est indicatum &c.

#### Argumenta in oppositum.

**S**ed contra est Apostolice Sedis authoritas sic dicentis in breui Pau. V. & Greg. XV. Per hoc tamen non intendimus reprobare hanc opinionem, nec ei ullam prorsus præiudicium inferre, eam relinquentes, in statu, & terminis, in quibus tunc reperiatur, propterquam quo ad supra disposita. Vbi notanda est Sedis Apostolica exigua prudentia, & iustitia, quia enim nullum definitum decretum, & sententiam, decisionemque interposuit, sed in suspenso relinquit decisionem, per ea verba: donec articulus huiusmodi à Sede Apostolica sede decisis, aut per nos, & Secundum Apostolicam fuerit aliter ordinatum, propterea subinsert, nullum ex decreto eodē, quod est prouisuum, & pertinens ad rectam gubernationem, præiudicium illatum; subinsertur ibidem ijs verbis, nec ei prorsus præiudicium inferre. Quod si in litibus alijs, ut instruebat Apostolus Timotheum, ut habetur in prima ad eundem Epist. c.5. mandabatur, ut hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando, id magis seruat Apostolica fides in dogmatum definitione, nullum præiudicium inferens. est autem sine præiudicio iudicare, idē

ac sine temeritate ( ut exponunt Patres Græci ( quos etiam Erasmus secutus est ) vel ( ex commentario Ambrosij, & ex Caetano ) sine præiudicio idem est, ac sine præcedente iudicio ( quod esset imprudentia ), & mox subditur, in alteram partem declinando, ut inter litigantes medius iudex existat, non inclinando in eam partem, in qua maius pondus favoris, patrocinij extat, quod esset contraria iustitiam. Vtrumque autem semper seruat Apostolica Sedes in dogmatum definitione, quando enim hereses proscribit, præcedenti examine, res definiendas discutit, & non respiciens ad alicuius faciem de fidei regulis pronunciat, errores eliminando contrarios. Ergo in hac eadem materia, dum nullū præiudicium illatum testatur Ecclesia, utrumque insinuatur, & de iudicio prudentiali in decreto prouisuo, & quod non declinavit, in alteram partem tamquam de fide, vel pertinente ad fidem, contrariam eliminando, & proscribendo. Cui dum opponentes refragantur, quod si illatum præiudicium ( qualitercunque ab ijsdem modicetur) è diametro decretis Apostolicis contradicentes, ipsi videant, & sibi consulant.

Confirmatur ex eodem diplomate Greg.XV. vbi dicitur omnibus, & singulis dicti ordinis Predicatorum fratribus, ut de cetero in quibuscunque priuatis eorum colloquijs, seu conferentijs inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum alijs de materia eiusdem Conceptionis B. Mariae Virginis differere, & tractare, absq; ullo penarum in dictis decretis contentarum incursum libere, & licite possint, & valeant, Apostolica, auctoritate, tenore præsentium liceniam concedimus, & imparsum, habetur in Breui Apostolico, quod incepit Eximij &c. expedito die 28.Iulij 1622. Audebit ne dicere Aylton, non duci has oves ad pascua uberrima sed acconitis, & cœcta pasci, non verendo sedis Apostolicæ intentionem, & mandata?

Secundo, quia opposentes, figuram dictioonis fallaciam se etantur, dum ex communi, & inde terminato, colligunt determinatum, ut si dicatur video venientem, ergo est Franciscus. Multiplex potest esse causa silentij, primo ne mysteria euulgantur, ita eleganter Dionysius ad Timotheum. Ne passim ea rudi bus tradas, sed sanctis solis sanctorum rerum intelligentiarum sacrae pandens. S. Ignatius ad Trallianos sic scribit [ An nolle abstrusiora vobis scribere? at ne parvulis vobis obſcum metuo ( Id mihi ignoscite ) ne vim mysteriorum minime capientes strangulemini ]. S. Basilii de Spiritu S. altis quod dogmata silentur, edita vero publicantur, & iterum. Hi qui ab initio res Ecclesiasticas faciuerunt Apostoli, & PP. in occulto silentio mysterijs autoritatem conseruarunt. S. Greg. Nazianz. oratione de Theol. In illud saltē uno consensu incumbamus, ut secretæ, quæ sunt, & à vulgi conspectu semota, secrete quoque trademus, & quæ sancta sancte, nec in prophanas aures, quæ silentio sunt adoranda, prosciiciamus. Similia docent Chrysost. hom. 40. in 1. ad Corint. & hō. 18. in 2. Cor. Innocentius ad Decentium Eugubinum, Epiphan. in Ancorat. Ambros. de ijs, quæ sacrif

# 396 Catholicarum Præscriptionum.Lib.IV.

sacris initiantur mysterijs. Isichius in lib. 1. in 4. cap. Leuitici. Aug. concion. 2. in psal. 2. Theodo- retus in comment. c. 8. ad Hebre.

Amplius silentij causa etiam potest esse falsitas doctrinæ, sic contra Petrum A bailardum dicebat Bernardus Epistola ad Guidonem Cardinalem (qui postea fuit Papa Celestinus) expedit illi etiam homini, ut ei silentium imponatur cui Innocētius II. tale silentium per eius damnationem indixit. Multas etiam causas silendi assignat Aug. lib. de bono perseverant et dicendo. Causas verum taceō longum est omnes querere, vel inservere, quarum tamen est, ut hæc una ne peiores faciamus eos, qui non intelligunt, dum volumus eos, qui intelligunt facere doctores, qui nobis aliquid tale tacentibus doctores non sunt, sed nec peiores sunt. Ergo cum multe sint causæ silentij, arguere ab universaliter ad determinatum, nisi rei id circunstantia patiatur, puerile sophisma est.

III. Quia mysteria diuina incapibus occultanda, ne publice prædicanda, nisi in casu, ubi est seductionis periculum, est doctrina S. Aug. lib. de bono persever. c. 16. Facili ait est immo, & utile, ut taceatur aliquod propter incapaces, quoniam sicut is, qui infantibus suppeditaret eosdem, & eodem modo conditos cibos, quibus uesci solent, non præberet eis alimentum, sed valetudinis nocumentum afferret. Ita si Christiani nudes atque imperiti admittantur ad difficiles questiones de profundissimis fidei nostra mysterijs, nullo modo illis proderit ad salutem, sed oberrit. ] cui doctrinæ subscribens. Sac. Trid. Concilium sess. 2. in decreto de purgatorio, ubi fidem Catholicam, & sanam de purgatorio, & susfragijs tradidisset, quam diligenter prædicandā inculcat, mox subdit. Apud rudem vero plebem difficiliores, ac subtiliores questiones quæq; ad adificationem non faciunt, & ex quibus plerūq; nulla sit pietatis accessio, à popularibus concionibus secludantur. Idem dicendum de qq. de præscientia, prædestinatione, Trinitate, quod non sunt proponenda rudi plebecula.

Cisternam operiendam mandatam legimus Exod. 21. ne aliquod animal in eam cadat, quod est dicere, ex Greg. 17. moral. c. 14. quod quisquis ad alta scientia fluenta perueniens, cum hac apud bruta audientium corda non contexerit, penae reus addicitur, se per verba eius in scandalum suis mundis seu mens munda capiatur. vide gloss. in c. 21. Exod.

Operire arcam iubentur sacerdotes, & ea quæ portare debebāt Caadithæ; quod erat dictum (ex Origene hom. 4. in Num.) non reuelent. Sacerdotes populi ea, quæ nocere possunt, De quo argumento vide Philonem de veste Sacerdotali & 2. allegoria in Exo. & Num. Basil. initio Prologue. Nazianz. supra.

Quando vero est periculum, ea prædicada docuit Aug. unde loc. cit. subdit: dicitur ergo verum, maximè, ubi aliqua quæstio impellit, et ut datur impellit, & capiant qui possint, ne forte cum taceatur propter eos, qui capere non possunt, non solum veritate nudentur, verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere, quo caueat ut falsitas, possint.

Multo vero magis subtilia, quæ non sunt necessaria ad salutem, & difficultatem ingerunt, reticenda sunt.

Vnde sic arguitur. subtiliora in rebus fidei, & multo magis in rebus non pertinentibus ad fidem reticenda sunt rationabiliter, apud populos maximè, ubi est periculum discordiarum, & similiū, & indicatio eiusdem silentii non derogat doctrinæ, ut non nisi temerè argui possit erroris sententia, quæ sileti mandatur, sed quæstio de Conceptione, ut patet ex diplomate Pii V. non est de rebus necessariis ad salutem, ut patet ex Bulla super specula. ergo silentium indicium affirmatiæ parti, non arguit illam, ut opponentes obuiebant, de falsitate doctrinæ.

## CONCLVSI O

Silentij indicatio eiusmodi, non arguit errorum, sed magis ex obedientia eos commendabiles facit.

R Espondeo dicendum ex doctrina S. Thos. 2. 2. q. 43. a. 7. quod circa doctrinam duo consideranda sunt. Substantia seq veritas doctrinæ, & actus docendi. Circa primum est de necessitate salutis, ut contrarium veritati non doceatur. Circa secundum, ille cui incumbit docendi officium, veritatem secundum congruentiam temporis, & personarum propone-re debet. Doctrinæ autem veritas, dupliciter quoque considerari potest, vel enim ad orthodoxiam pertinet, vel ad adiaphora, & quæ salua fidei doctrina sustineri possunt. Circumstantie vero temporis, & personarum considerantur, nam irum si tempus opportunum, vel importunum, ut scandalum oriri, vel non oriri, possit: si personæ sunt simplices, vel doctæ, si ex ignorantia, vel malitia procedunt. Si enim inopportunum sit tempus, propter scandalum, & huiusmodi, tacenda non est veritas, quæ est necessaria ad salutem, unde non obstante scandalio Crucis non omiserunt prædicare Apostoli Christum Crucifixum, & tunc regula illa locum habet in decreto. supra de reg. iuris: utilius scandalum nasci permittitur, quam quod veritas relinquatur, nam & si sint, qui illam impugnant, non desunt qui illam recipiant, si vero scandalum sit Pharisaicum, & ex malitia oriatur, etiam inijs, quæ adiaphora sunt, & conentur impugnare, vel peruerrere veritatem, tunc ex eodem, S. Doct. nec veritas propter tale scandalum relinquenda est: quando vero solum scandalum procedit ex ignorantia, vel infirmitate, quia tunc est scandalum pusillorum, occultari, taceri, & dissimilari possunt, & differri huiusmodi (sicut etiam mysteria subtiliora) unde, & Petrus feruauit legalia, quæ eo tempore non erant neces-saria ad salutem, ne pusilli scandalizarentur: similiter Paulus circumcidit Timotheum, ciboru similiter delectus seruabatur, & tolerabatur ab Ecclesia, ne idolotytha comederentur, ne propter escam destrueretur infirma, & pusilla fratri conscientia, imo, & Christus Dominus, ne scandala-

datizaret pusillos tributum , cui subiectus non erat , soluit , vt perbelle explicat Greg. hom. 7. in Ezech. Rursus in ijsdē adiaphoris , vel subtilioribus etiam mysterijs , & si cum res ita se habet , vt fiat peior nobis loquentibus , qui capere non potest , nobis autem tacentibus , ille , qui potest capere fiat peior , potius sit dicendum verò , quam tacendum , vt demonstrat Aug. loc. cit. nisi aliter à Summis Pastoribus ordinetur , tamen quando tam qui capere non possunt , quam qui possunt , & nolunt , vnde maiora sequerentur scandalia V. G. schismatis , seditionis , & humandi , tunc differenda silentio locutio est , quia n. ( vt dicit Aug. exponens illum versiculum in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra ) nullum fractum iuuemus vnde incipiamus , auertimus ab ipsis faciem , & dicimus . Adhuc ipsis non sapiunt , non capiunt , quia quicquid illis dixerimus sinistrum , & aduersum habebunt , ergo differendo circa eos scripturas , suspendimus organa nostra in salicibus , non enim dignos habemus qui organa nostra portent . Non ergo eis organa inferendo alligamus , sed differendo suspendimus , & tunc verificatur quod scriptum est , quæ p. recipit Solt. & non oritur , & stellas claudit , quasi sub signaculo Iob. c. 9. exponente Greg. 9. moral. c. 3. quod repudiantibus prædications lumen , & ab eo faciem auertentibus [ quasi sub signaculo stellas claudit , qui dū prædicatores per silentium intra semelipsos retinuit , cæcis iniquorum mentibus cælesti lumen abscondit ] . Si ergo rationabilis est Prædicatorum inferorum silentij obseruatio iuxta prædictas regulas , qua nullum infert præiudicium , multo magis primi , & Summi Prædicatoris Pastoris , & Doctoris , rationabilis est silentij indictio in casu proposito , quæ proinde , vt non dannabiles facit , vel monstrat silentes , ita ijsdem materia obedientiam ministrando ex raciturnitate fideles , vt canes tacentes , & latrantes ad iustum Domini , demonstrat , vt acceptabilis sit Sedi Apostolice obediens taciturnitas , vt è contrario inuisa sit non obtemperantium , silentibus insultans indiscreta loquacitas .

### Solutiones oppositionum .

**A**D Primam. S. Aug. tract. 113. in Ioannē sic explicat illum locum. *Ipsum autem palam modo quodam erat palam , modo autem quodam non erat palam , quia non intelligebant , & quod seorsim discipulis loquebatur , non in oculo loquebatur , quis namque in oculo loquitur , qui coram tot hominibus loquitur , sicut scriptum sit. In ore duorum , vel trium habit omne verbum , præsertim si hoc loquitur paucis , quod per eos vult innotescere , & multis , sicut ipse Dominus ait , illis quos adhuc paucos habebat . Quod dico vobis in tenebris dñe in lumine , & quod in aure auditis , predicate super tecta . Ergo & hoc ipsū , quod ab ipso dici videbatur occulte , non dicebatur in occulto , quod non ita dicebatur , ut eis quibus dictum fuerat , taceretur , sed ut usquequaq; prædicaretur ] in ista tame prædicata-*

tione noluit Christus Dominus eundem modū seruari , nām noluit subtilitates mysteriorum fideli proponendas simplicib; s , sed abscondendas , quod , & P. Apostolici obseruarunt , non projiciendo margaritas ante porcos , nec sanctuando canibus ex præscripta norma Salvatoris , vnde idem Aug. dixit . *Facilem enim est , imo & utile , ut taceatur aliquod verum propter incapaces . Nam vnde etiam illud Domini adhuc multa habeo urbis dicere , sed non potestis illa portare modo , & illud Apostoli : Non potui vobis quasi spiritualibus , sed quasi carnalibus , quasi parvulis in Christo lac vobis potum dedi , non escam ; non dum enim poteratis ; sed nec adhuc quidem potestis . Vnde secundum hanc doctrinam , recte à Prædicatoribus silentium pro tempore , & alijs circumstantijs seruatur , vel à Pastoribus indicitur . Porro diues est finis occultandæ veritatis , in hereticis , & in Catholicis ; illi occultant ne deprehendatur mendacium , isti ne proximis , vel subditis offendiculum præbeant , nolentes infirmorum conscientiam percutere , pro quibus Christus mortuus est . Illi sic predicant in occulto , vt alii simulent Euangelium in publico : alium in hospitio Christum , alium in Ecclesia prædicantes , vt dicebatur Tertull. de præscription. cap. 26. Hi eundem Christum eiademeque mysteria prædicant , ea tamen habitatione , vt sapientiæ loquantur inter perfectos , simplicibus vero lac præbeant , quibus etiam & si communia , & quæ eorum captui accommodata sunt , tradant , difficillima mysteria , & subtilitates mysteriorum ab ijsdem sub silentij velamine ascendant . & per hæc patet responsio ad confirmationem .*

Ad II. respondetur . Non verat Ecclesia talē sententiam tanquam acconita , & mala grama , vt opponens ( decreta sedis Apostolice infringens ) obmurmurat , sed cōsulens ēt saluti infirmorum , quorum palatum ex subtilitate dogmatum plerumque solent etiam amarescere herba melliflua .

Ad III. propter scandalia pusillorum in his , & similibus indistum silentium , cum non sint eiusmodi necessaria ad salutem , & eorundem doctrina pro loco , & tempore , & personis intermitte potest . Quando autem scandalum transiret in offendiculum Pharisaeum , Spiritus S. qui dat donum consilij , & intellectus , alias prouisiones Ecclesiæ inspiraret , vnde in ipsō et decreto id insinuat , dum porta aperta relinqitur , ad alia expedientia ijs verbis in decreto Pauli V. & Greg. XV. contenta [ vi in posterum donec articulus huiusmodi à S. Sede Apostolica fuerit definitus , vel per Sanctitatem suam , & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum ] non audeant &c.

Ad IV. non est error ea quæ ad fidem non attinent , pro rerum exigentia , loci , & temporis opportunitate pertransire , imo , & infirmis descendere , maxima prudentia est , quod patet exemplo Petri de quo defensor Rom. Ecclesiæ disputans cum aduocato Regis apud Petrum Damianum , & Baronium tomo 11. anno 1662. num. 38. & seq. in disputatione Synodali in fa-

et connuentia, seu condescendentia Petri in seruacione legalium, hæc habet. [ sic ut Christus apparuit in forma carnis peccati, ut a peccatis hominem liberaret, & cum legem Moysi, non ambigeret abolendam, consulens tam adhuc rudibus, et infirmis fratribus tenuit ad tempus umbram legis, ut eos quoq; proueheret ad perfectè noscendam plenitudinem veritatis. In hoc ergo B. Petrus discretionis nobis regulam dedit, quatenus aliquando simile imitemur, ut consilere valeamus infirmis.] & de S. Paulo loquens ostendit pariter per condescensionem seruasse legalia, & libidit [ cur itaque Paulus iuxta ceremonias Iudeorum caput rasi, nudipedalia exercevit, sacrificia, oblatu, et legem destruens legis præcepta seruavit, (ut hæc omnia) nisus ut his, qui ex Iudeis fideles extiterant scandalum tolleretur? formam suscepit agititudinis, ut morbos auferret egrotis, seruavit ceremonias legis, de quibus iam in Epist. dicit, quæ mihi fuerunt sacra facta sunt detimenta &c. ] & postea [ ergo ipse Principes mundi, quorum legibus parent non modo regna terrarum, sed ipsa etiam celstudo calorum, non dubitauere pro paucis, qui tunc erant hominibus, in tam periculo negotio condescendere. Cur nobis itaque parvulis, & infra eorum vestigia longe iacentibus non licuit innumerabili Vrbis multititudini subuenire? tot populis imperfectis, & sua umbra scandalizari, & terrefaciri? Sed quid Apostolos loquimur scandalum canisse debilium, & nouiter conuersorum, cum & ipse illorum Magister, & Dominus cuius nimis omnia secula substernuntur, in tempore, ad nostræ imitationis exemplum scandalum præcauerit Iudeorum in solutione tributi. Ad mollendum ergo rigorem resitutinæ, ad tuendam veritatem discretionis, si tibi Petrus non sufficit ad exemplum, iunge, & Paulus. Quod si proacti contumacia nequeunt vterque sufficere, pudeat te ultra Iesum per dicacitatis inepitiam profili. Finis enim legis Christus ad infinitam omni credenti. ] hæc ex Petro Damiano sub persona defensoris Romanæ Ecclesiæ, condescendentiam in simili alia causa in Romano Pontifice egregie commendante.

Ad ultimum respondetur cum Hilario libro de Syn. ubi sic dicit [ uobis fratres dico, qui iã non lacte alimini, sed firmo cibo valetis. Nunquid quia ista sapientes non intelligent, & his stulti sunt, nos cum mundo sapientes erimus? Et hæc stulta esse credamus? Quia hæc impijs cœca sunt nos non lucebimus intellectu veritate doctrina? Malè sanctis rebus præiudicatur, si quia non sanctæ à quib[us]dam habentur, esse non debeant. Non ergo gloriemur in Cruce Christi, quia a scandalum mundo est, neque in uiuente Deo mortem prædicemus, ne ab impijs Deus mortis arguatur] Quod dictum veritatem habet in ijs, quæ sunt ad credendum de necessitate salutis. In ceteris vero subtilioribus etiam si ad fidem pertineant, silentium quoque seruandum interdum, si simplices offendentur, satis dictum est supra, multò magis in ijs, quæ ad fidem nullo modo pertinent silentium imperatur, ut in casu argumenti. Hoc autem quam in subiecta materia à

nostris seruatum sit, res ipsa loquitur munus n[on] exquiritur suum ( ut dictum est ) mysticus causacendo, & latrando tacendo, ad imperium Domini N. Summi Pastoris, latrando aduersus transgressores, qui si adhuc de huiusmodi taciturnitate, nobis illidunt, nostrorum quoq; est etiam tacere, vel illud modestè cum Greg. Nazianz. ad Celestium respondere, & id quod lepide Apologeticus introducit, de cygnis, & hirundinibus. cum enim h[ab]itatis illuderentur, quod sibi solis Cygni canerent, bene respondsum est, quod modum in canendo tenerent, foreq; tempus, tunc Cygnos cantaturos, cum graculi tacuerint, hoc est: cum de vanâ garrulitate, non obtemperando decretis, iisdem insultantibus, ne insultet silentium imponetur, ut tandem, vel sero ad dicant obedire Apostolicæ Sedis decretis, quæ nunquam dixit hoc silentium esse præjudiciale, quod ipsi tanto præjudicio impugnant.

### ARTICVLVS VLTIMVS.

De horum locorum, nempe PP. & Doctorum, & Ecclesiæ sensu, vsu, & praxi in congressu hæreticorum, & in propositionum qualificatione.

#### Praxis.



Vo sunt principia fundamenta nostra probandi, hæreticos exercendi, scriptura atq; traditio, vt docuit Dionys. in c. i Ecclesiast. Hierarch. & Lerinensis, dicens c. i. se quis ait velit exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, laqueo/q; vitare et in fide sana sanus atq; integer permanere, duplice modo munire fidem suam, domino adiuuante, deberet Primo s. diuinæ legis autoritate: secundo Ecclesiæ Catholice traditione, quam S. Petrus apud Clem. i. traditione, clavem esse verbi Dei c. 10, precognitionū vocavit, quia n. pro more suo ad diuersas interpretationes, iuxta propria placita scripturam distractū atq; inflectū hæretici, non satis est ad eos euincendos solæ scriptura ad tot errorum anfractus euertendos, nisi (vt idem Lerinensis docuit) Propheticæ atq; Apostolicæ interpretationis linea, secundum Ecclesiastici, & Catholici sensus normam dirizatur.

Hinc versipelles, quia ex intelligentia scripturæ, & traditione Ecclesiæ, de exorsione euincuntur, ad solum nudum scriptum verbum se restrinxerunt, sensum verbi execrantes, eam solam scripturam, vt normam per se sufficientissimam conclamant recipiendam, cetera oia esse verba hominū atq; cōmenta, proinde, vt additi-

additio, digna esse anathemate Apocalyptic.

Verum cum ante omnem scripturam Euangelicam, prædicatio A postolica per multas gentes insonuit, & ab ipsa successione Pontificum, & Ecclesiaz traditione, scriptura canon sit consignatus; ex hoc argumento vrgeri possunt Hæretici ad traditionem suscipiendam, vt scripturas fundamento rationabili recipere se quoque demonstrent. neque enim qui libri canonici sunt, vt multæ alia controuersiaz, ex sola scriptura decidi possunt, vnde egregie Terzulli de præscript. c. 19. dicebat [ non ad scripturas provocandum est, nec in ipsis consistendum certamen, in quibus, aut nulla, aut incerta ueritas est, aut parum certa ] unde illud solum subdit disputandum [ quibus competit fides ipsa, cuius sunt scripture, à quo, & per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina qua fuerit Christiani, ubi enim apparuerit esse ueritatem disciplina, & fidei Christianæ, illic erit ueritas scripturarum, & expositionum Christianarum.] & concludit, quod cum veritas omnis Apostolis sit consignata, qui eam tum scripto, tum verbo nationibus promulgarunt, ad Apostolicos præsules, vel Apostolicas Ecclesiæ ab Apostolis, Apostolicis fundatas, recurrere oportet, firmiter tenendo [ omnem doctrinam que cum illis Ecclesijs Apostolicis matribus, & originalibus fidei consipret, ueritatem deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesiaz ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus & Deo suscepit: reliquam uero omnem doctrinam de mendacio preiudicandam, que sapiat contra ueritatem Ecclesiarum, Apostolorum, & Christi, & Dei ] Hoc canone ad cognoscendas, & recipiendas scripturas Aug. vius est tom. 6 lib. contra Epistolam Fundamenti, dicens. Ego uero Euangeliu non crederem, nisi Catholice Ecclesiaz me commoueret autoritas. Hunc eundem recipere, à veritate coacti sunt nouatores recurrendo ad Ecclesiaz traditionem, nam Gulielmus Vitakerus contra Stapletonum pag. 298. Non nego traditionem Ecclesiasticam esse argumentum, quo argui, & conuinci possunt, qui libri canonici sunt, qui canonici non sunt, & author quidam lib. de authoritate Ecclesiaz, & scriptura Angliae impreßi 1579. & à Bullingerio in Præfatione apprimè laudatus scriptis. Non possemus Euangeliu credere, nisi Ecclesia nos doceret, & testificaretur hanc doctrinam ab Apostolis fuisse traditam c. 15. pag. 72. 16. pag. 74. 75. in hac veritate cōueniunt et cum Kemnit. Cenmirum Ecclesiaz traditione, & autoritate prius cognita, innotescere verbum Dei, & Euangelium. ) vide exam. p. p. pag. 69. Tanch. de sac. script. pag 61. Fulconem ad pseudocatholicum pag. 5. Iuellum defensione A polog. 201. Lubertum de principijs Christiani dogmatis lib. 1. c. 4. pag. 18. Petrum martyrem in loc. commun. Anglicè p. p. pag. 8. 42.

5.

Traditione admissa, consequens est Patres, & Pastores Ecclesiaz, & succedentes Doctores, atq; præsules populorum recipiendos, apud quos tanquam in depositorio diuite conseruata est, &

in Ecclesiaz corde reposita, retulata doctrina: ut de semper, & hī tā quam testes traditionis adhibiti, & quicquid uno sensu concorditer tenenda tradendo docuerant atq; firmarunt, semper in Ecclesiaz habitum est, vt sacrosanctum dogma de Apostoli traditione descendens.

Erum pente igitur nouitate, contra antiquitus receptam fidem, vt quid traditum, quid suppositum esset addisceretur, ad Patres, pastores atq; DD. succedentium atatum, ipsumq; sensum, & consensum Ecclesiaz confugere soliti sunt Pont. & Concilia, vt ab ipsis tanquam nationibus nobis ad diuinam revelationem à Deo factam fieret resolutio: nempe: Si in visu, vel praxi, vel consuetudine Eccl. constat q; aliquid recipitur, & prædicatur, aut cōi Doctorum sententia receptum est, aut veteri consentiente sibi Patrum magisterio, aliquid traditur, & edocetur, illico id ad A postolica doctrinæ, & successionis normam dirigatur, & tanquam riui in canalem, & fontalem originem retrocedatur.

Et quantum attinet ad Patres, expeditissimum remedium est, erumpentes uel etiam ieiunatas hæreses prolatis ueterum sententijs propagare atque prosternere, potius quam contentionibus, uel disputationibus ē confidere. Exemplis id demonstratur. Cum Theodosius aduersus hereticorum multitudinem grassantem, ut refert Socrates lib. 7. c. 10 proficere studeret, Sy nodum omnium hæresum congregati fecit; futurum ratus, ut si Episcopi inter se coram conferrent, una apud omnes, & concors sententia obtineret. accersuit Nectarium Episcopum, consilatque cum illo, qua nam ratione fieri possit, vt Christianismus inter se nō dissenseret sed Ecclesia uniuersit. dicitque illi necessarium fore, ut quaestio Ecclesias separans explicet, & sublati e medio dissidijs concordia Ecclesiaz restituatur. Hoc audio Nectarius anxius erat, & accersit ad se Novatianorum Episcopum Agelium tanquam in fide uaninem, de mente Imperatoris certum reddit. Ille autem ceterum quidem religiosus, verbis vero de dogmatis certare non volebat designat igitur lectorum quandam quem sub se habebat nomine Sisinium, qui manus disserendi subiret. Erat autem Sisinius vir eloquens, & rerum experius, sacrarumque literarū expositiones exacte tenens, sicut, & Philosophia, dogmata. Considerabat hic quod disputationibus schismata nō modo non uirentur, sed et cōtentiosæ magis redderentur hæreses; eamque ob causam tale Nectario consilium suggestit. Quoniam sciebat veteres initium essentia Filio Dei dare noluisse, eo quod intellexerint eum coeterū esse patrī, consulit refugiendas esse Dialecticas disceptationes, & testes aduocandos præscorum expositiones interrogandos ab Imperatore hærestarchas, quo nani loco eis doctores habent, qui ante istam diuisionem fuerunt, an eos ad Ecclesiam perinere putent, vel tanquam alienos à Christianismo repellant. Quod si illos reprobent, audeant igitur eos anathemate damnare. Si hoc facere non dubitabunt, à multitudine profiperibuntur. Quo facto conspicua erit ueritatis uictoria. Si vero veteres Doctores non repellent, nor-

Strum erit libros veterum proferre, quorum testimoniū doctrina nostra confirmetur. His à Sisnio auditis, Nestorius, festinanter ad cūlam properat, & quid consilij acceperit Imperatori significat. Ille consilium hoc cupidè arripit, & causam ipsam prudenter aggreditur, tacito enim animi sui proposito, hoc solum hæresiarchas interrogat, an aliquam rationem eorum Ecclesiæ Doctorum habeant, qui hæsim ipsorum præcesserunt, illosque probent. Illis, eos non abnegantibus, sed quid eos tanquam præceptores in honore habeant, respondentibus, rursus Imperator interrogat, an eos tanquam fide dignos Christiani dogmatis testes complecti velint. Cum hoc religionum antistites, & dialectici quos quisque illorum apud se habebat audissent, erat enim apud eos multi ad certamen instruti, non habebant quod facerent. Oriebatur n. singulatum inter eos dissidium, alijs Imperatoris propositum bonum esse dicentibus, alijs non esse illud scopo ipsorum accommodum afferentibus. Erant enim alij aliter erga veterum libros animati, eaque in re ipsis non conueniebat, dissidebantque iam non modo ab alijs regionibus, sed etiam a se ipsis, qui hactenus in unam hæsim conspirauerant. Concors itaq; malitia, sicut veterum olim gigantum lingua diuisa iam erat, ac subuersa malitia eorum turris. Tunc ( ut scribit Sozomenus lib. 7 c. 22. nam quæ sequitur Socrates in nonnullis tanquam Nouatianus Nouationis fauet ) animaduertit Imperator, quod nudis priuatarum opinionum altercationibus nixi, definitū aliquid pronunciare detrectarent. Quamobrem damnata hac illorum peruvacia, iussit ut unacunq; se & a doctrinæ suis libellum ipse porr geret. Cum itaque huic negotio confiendo præstitutus dies adesset, conuenerunt in Palatium præijs, qui consubstantialem Trinitatem profitebantur, Nestorius, & Agelius pro Ariana hæresi, Demophilus eius Antistes, pro Eunomianis ipse Eunomius, Eleusius autem Cyzici Episcopus præijs, qui vocantur Macedoniani. Acceptis veri singulorum libellis solos eos approbavit, qui consubstantialem Trinitatem asserabant: reliquos vero ut absurdos dirupit. Ac Nouatianis quidem hinc præter sententiam nihil accidit: si quidem conformem cum Ecclesia Catolica opinionem de Deo habent. Cæteri vero suis Sacerdotibus indignabantur, quod coram Imperatore sibi ipsis iniuste fuissent aduersati: multiq; cæteris damnatis ad sententiam approbatam conuerſi sunt. Felix rei euentus, ob partam uictoriā breui compendio, quæ si disputationum præijs commissa fuisset, ob uersipelle aduersariorū calidatē, uel in longum fatigatis disputatoriis, res esset protelata, uel ob ineusantium, & cœlumiantium uaſriciem, in discrimen adduci poterat, aduersariis in pertinacia, mediis in dubietate & perplexitate relictis.

Simile aliud habetur in Theophane, qui in oratione in Sanctum Nicephorum Patriarcham apud Baronium anno 842. n. 12. hæc habet. Post quā defuncto Theophilo Imperium ad eius uxorem Theodoram, & filium eorum Michaelem admodum adolescentem delatum est, in pietatis

studium curamque maximè incubuit, fæmina verè Dei munere ( ut nomeneius indicat ) data, ex omnibus præclaris, & magnis facinoribus quibus Principes probari solent, nullum præstatutus existimans, quod tutius sibi Imperium confirmaret, aut virilem in fæminea persona fortitudinem exerceret, quam si pietatis & religionis cultu Deum sibi propitium redderet, id autem nullo facto facilius, aut commodius posse contingere, quam se perturbationem in Ecclesia iam diu excitatam sedaret, & partem in illo morbo laborantem reduceret ad sanitatem, & qui inter se animi essent alienati consiliarentur, atq; idem omnino sentirent. Sic igitur fore, ut cum una esset omnium sententia aq; idem sensus, vera, sinceraq; Fides Apostolorum, Patrumq; institutis tanquam solidis fundamentis iustissens, firma atque immobilis conseruaretur, & sibi deinceps Imperij gubernatio facilis, & tolerabilis permaneret.

Hæc igitur cumilla verè animo excellens, & mente fortis Regina ingenio suo excogitasset, & prouidentia considerasset, re cum illis, qui erant in magistratu, & dignitate constituti communicaata, accepit cum ipsis eos, qui inter monachos præstabant, & de imaginum insiuratione quætionem proponit. Cumque idem omnes consentientes comperissent, diurnoque eius rei desiderio teneri, atque animo excruciarí proprie religionis in ea re mutationem postulauit, ut etiam Patriū auctoritatibus ad veritatem confirmarent, quos in variis libris inueniissent. Mandauitq; quo in loco Palatij præfinitio cætus Ecclesiasticus uniuersus cogeretur, & ad populum ea de re quæ apertissimè verba faceret: tanta autem multitudo confluxit, ut numero comprehendendi non posset, conuenerunt enim non solum illi, qui mentem sanam impietatis temporibus conseruarunt, verum etiam quam plures ex ijs, qui cum pietatis hostibus conseruant, quig; Sacerdotes, & Ecclesijs regendis ab ipsis electi fuerant, & vestigioque mutata sententia, eos qui Sanctas imagines oppugnerat anathemati subiecerunt. Sed qui effectus subsecuti sunt, ex hac optima prouisione, audiamus. Iohannes hereticus Patriarcha qui tunc impie munus Pontificium administrabat, stupore, & mentis caligine captus, parum abfuit, quin ipse sibi manus inferret, mortemque consiceret. Hic enim sceleris caput, & summa fuerat, qui cum impie sentiret, & apud Imperatores autoritate posset ante plurimum eos mendacijs, & dolis imprudenter, inconsiderateq; cœfetis, ad impietatis barathru impellebat; eo igitur propter flagitia, quæ in Deum admiserat, uno omnium consensu, et cunctis tam magnorum Imperatorum tum uniuersi cætus Ecclesiastici suffragijs, à Sacra Sede cum ignominia electo, Methodius vir, & vita, & doctrina validus probatus, & qui pro veritate, & religione multa certamina, & longum exilium pertulerat, atque inde plagiis, & carcere diu cruciatus redierat, omnibus in dignitate constitutis approbantibus, electus est, qui Sacram Reginæ urbium Civitatis Sedem obtineret.

Tunc Nicae secundum diuinitus electu Sanctum

rum Oecumenicum Concilium, quod Irene Imperatricis Verum ab ipsa pace nomen habentis, et Tharasi maximi beatissimum Patriarchae studio celebratum est, merito firmam obtinuit auctoritatem ac robur, cum omnes que, Deo spirante in ipso decreta fuerant, comprobarent. Tunc omnes Ecclesia suum ubique decus receperunt, et venerabilium imaginum splendore fuerunt illustratae: electisq; illis qui eas nefariè insectabantur, Sacerdotes in eis, ac duces recti dogmatis sunt instituti. Vides ergo auctoritate Patrum imaginum cultum instauratum, aduersarios electos, Ecclesiam sublimatam, hereticos confusos, ut in similibus euentibus hoc simili pugnandi genere prudentique stratagemmata, abique eo quod captiosis disputationibus, colloquijs committamus, e solis Patrum testimonij triumphum reportemus.

Accedit quod & ipsi Protestantes ad hoc cōpendium consugerunt ad alios sectarios reprehendos. Ioannes enim Vitigistus Anglocalvinista aduersus Cartuuinghtum, & alios Puritanos in sua aduersus eosdem disputatione dīcep tans pag. 353. quum videret, aduersus Patres indigna proferri easdemq; quisquiliae, & sordes despue, quas olim Julianus in veteres expuit, ex S. Aug. testimonia confarcinās, sic declamauit. *Vique adeò permiscuit imis summa longus dies, usque adeò tenebrae lux, & lux tenebrae esse dicuntur, ut videant Pelagius Cœlestius, Julianus, & cæci sint Hilarius, Cyprianus, Ambrosius, & in hæc verba concludit.* Evidem non video cur non eadem verba in nostri temporis homines, qui Juliani illius Pelagiani vestigijs infestunt, rectissimè accomodem, ut eorum insignis arrogancia magis elucescat. Hactenus nunquam viri in Ecclesia docti extiterunt priusquam disciplina Genevensis axiomata à vobis, & Puritanis, prodita sunt, ante vos exortos sapientia omnis extincta iacuit? Rectius vos quid Apostolorum tempore creditum, aut factum fuerit intelligitis, quam Patres illi Apostolorum successores? Veteres illi, & antiquissimi Patres maxima salutis nostræ mysteria aduersus tot pestilentissimas primorum sæculorum hereses, tueri ac propagare potuerunt, & externam politiam interim ignorabant? distinctionem trium personarum in beatissima Trinitate tenuerunt, & distinctionem inter Episcopum, & Presbyterum, quam in Ecclesia sua continuandam Christus posuerit, assequi nescierunt? an tenebrae quas superbia generat, ita in lucem versæ sunt, & lux quæ in veteribus Patribus eruditione, & sanctitate conspicuis toto orbe resplenduit, sic in tenebras conuersa est, ut videant Cartuuringhtus Tranensis, Fennecus, et alij huiusmodi Puritani [dicastu] Caluinus Beza Lutherus in suo seruo arbitrio, imputativa iustitia, cæna canalistica, & huiusmodi innumeris portentosis paradoxis] qui vix umbram eruditionis habent, Ireneus autem, Tertullianus Cyprian. Ambros. Hieronymus, Augustinus, & reliqui sanctissimi illi viri cæci iudicentur? Mortaliū stolidissimum esse debet, qui ita iudicat. Concludam ergo hoc caput cum alia D. Augustini saluberrima-

sententia aduersus Nouatores quales vos estis oportet, ut populi Christiani antiquos illos Patres vestris nouitatibus anteponant, eiusq; potius adhæreant, quam vobis. ]

Quod si nec à suis symmictis conuinci ad hominem patiantur, saltem ijs probationibus, in in eo negotio, quod æternam salutem concernit qualis est religio, suaderi permittant, nimurum quod sicut in litis forensibus dirimendis, ii incorrupti testes, aut etiam iudices habentur, qui ante exortas nouitias lites, in simili causa antequam noui litigatores nascerentur, tanquam alieni ab omni studio partium, olim pronunciarunt, id quoque faciant in materia religionis sic & in Julianum arguit Aug. 2. contra eundē, *Certe (ait) dixisti, quod omnes iudices ab odio amicitia, inimicitia, ira vacuos esse deceat paucitales potuerunt inueniri, sed Ambrosum aliosq; collegas eius, quos cum illo commemorauit, tales fuisse credendum est. Veruntamen & se tales non fuerunt in his causis, quas ad se delatas, & inter partes cognitas, cum hic viuerent suo iudicio definerunt, ad hanc tamen causam tales erant, quando di illa sententias protulerunt, nullas vobiscum, aut nobiscum amicitias, vel attenderunt, vel inimicitias exercuerunt. Neque nobis, neque vobis irati sunt, neq; nos, neq; vos miserati sunt. Quod inuenierunt in Ecclesia tenuerunt: quod dicerunt docuerunt: quod à Patribus acceperunt hoc filijs tradiderunt. Nondum vobiscum apud iudices aliquid agebamus, & apud eos alta est causa nostra. Nec nos, nec vos eis nisi fueramus, & eorum pro nobis latas contra vos sententias recitamus, nondum vobiscum certabamus, & eis pronunciantibus vicimus, & postea. Dicis me si sub potestate iudicium premerer, quales tibi ipsa componis, non habiturum fuisse quid facerem, cum tuis argumentationibus, unde occurrerem reperire non possem. Ego planè haberè, quod facerem, haberem quod configerem: à Pelagianis enim tenebris ad hæc tam clara Catholica lumina prouocarem, quod & nunc faciam. Tu ergo responde, quid facias, dic quod fugias. Ego à Pelag. ad istos, tu ab ipsis ad quos? & paulo post & dicas, quod quidem ego verum esse consentio, ad aliquod inueniendum, multitudinem nihil prodesse cæcorum. etiam istos cæcos dicere audebis? & usque adeò permiscuit ima summis longus dies, usq; adeò tenebrae, & lux, & lux tenebrae esse dicuntur, ut videant Pelagius, Cœlestius, Julianus, & cæci sint Hil. Greg. Ambros. sed qualisq; homo sis, tamen quia homo es videri mihi videor verecundiam tuam, si tamen non in te spes est omnis emortua sanitatis, & quodammodo audio vocem tuam, respondes; Absit, ut audeam cæcos istos viros, vel cogitare, vel dicere. Eorum ergo appende sententias. Nolo esse plures, ut eas te pidgeat numerare. Sed non sunt leues, ut eas dedigneris appendere, immo sunt tam graues, ut te videam sub earum onere laborare. Vbi uides hanc, quam docuimus proxim in forensi quoque ratione fundatam, expresse in Augustino contineri: nam si in litibus de prædiorum, & fundi possessione, plurimum valent antiqua, & sine suspicione instrumenta, maxi-*

mēq; si pro similibus causis à iudicibus sit pronunciatum , cui prædia debeat, nulla enim suspicio amicitia, & inimicitia, potest prætendi, qui ante exortas lites pro veritate pronunciarunt, rationabiliter Sanctorum Patrum testimoniūm , atque iudicium in antiquis monumentis eorundem exaratum, in litibus posteriorū , magnam vim habebunt, cum ante exortos litigantes , iam dudum ijde pronunciarunt , alieni ab omni studio partium, & apud eosdem aucta causa est ; litigans vim inferens ab his pressus, quo confugiat, si conuinatur, non habeat, & vim patiens repellit non possit, cum non nisi ad veteres eosque velut incorruptissimos iudices, meritò interpellari nec aliud asylum quo confugiant vieti, heretici causari possunt more malorum litigantium, nisi dicere, iam antiquitus eos pronunciantes iudices cœcos fuisse, quod cum eos tantum referre, id pudeat, eorum sententias, & si paucas, quia graues appendere necesse est, vt videant pro qua parte inclinent, & in eam sententiam tandem propendeant, vbi in æquali lance appositis sententijs, sicut sanctuarij hoc est Patrum doctrina vnam præ alia facit pondere.

## §.

Quantum vero attinet ad præsentes pastores atque Doctores etiam si Synodus generalis Episcoporum non congregaretur, in propriis sedibus consistentes per uniformes sententias satis sunt ad nouella germina eradicanda. hinc Aug. lib. 4. contra duas Epistolas Pelagianorum. Quid est ergo dicebat contra Pelagianos, quod de simplicibus Episcopis, sine congregatione Synodi in locis suis sedentibus, ex torta subscriptio est? nunquid beatissimi, & in fide Catholica Excel- lentiissimi viri Cypriano et Ambroso, inter ipsis, aduersus ipsis extioria subscriptio est, qua eorum impia dogmata, tanta manifestatione subvertunt, ut quæ contra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possemus? Aut vero congregatio Synodi opus erat, vt aperta pernicies damnaretur? quasi nulla heresis aliquando nisi Synodi congregatione, damnata sit. Cum potius rarissime inveniatur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multique sint, ac incomparabiliter plures, quæ vbi extiterunt, illic improbari, damnarique meruerunt. ] ex solo ergo Pastorum, & Episcoporum sensu, innumeræ hereses damnatae: vt ad apertos, & manifestos errores explodendos, Synodi congregatione opus non fuerit.

Similiter ex consensu omnium Presulum adstringebat Cyrilus Nestorium, vt iure iurando fateretur se sequi, quæ præsides populi rōrum sentirent atque docerent, vt supra sepius ostensum est.

Quantum vero attinet ad Doctores, qui Patribus successerunt, optimè ex illis potest concludere orthodoxus, si occurrit cum aduersariis decertare; à diuina enim prouidentia, ne dum Apostoli, Prophetæ, sed & Pastores, & DD. usque in finem seculi destinati sunt, vt aperte

ex Paulo colligitur ad Ephes. 4. donec occurramus omnes in virum perfectum: & non circumferamur omni venio doctrinæ &c. Quare sicut usque ad meissim crescere opus est Dominicam agriculturam, non deerit ex alto pluvia, & caelis imber, nec deerunt rigatores, & cultores cælestium dogmatum vnde scriptum est, vt notat Hierony. 10c. 34. Ezechiel. Tunc dabit imbre in tempore suo, nec opprobrijs gentium subiacebunt, vi dicant, vbi est Deus eorum? nam scient post hac omnia, quod non solum ipse fit Dominus, quod, & supra dixerat, sed cum additamento, quod dominus omnium propriè Deus eorum sit cum eis: qui dicit in Euangeliō ad Apostolos. Ecce ego vobis sum vñctis diebus usq; ad consummationem seculi ] quod in persona Apostolorum ad Apostolicos quoque dictum ponderauit Aug. Ep. 80. vnde idem Hierony. docet, quod ad eosdem successores Apostolicos in Cathedris, & doctrina, de verbi Dei, sana doctrina, & Sacramentorum integritate, infallibilis ista promissio facta est, hæc Hieron. Ibidem in ea verba dabo cor carneum &c. ita vt ambulent in præcepitis meis &c & habitent in terra, quam dederam patribus eorum, magistris videlicet atque Doctoribus, ad quam successionem ex patre diuino firmatam suspiciens idem Sanctus explicans illud: feriam eis pactum sempiternū, ait, quod non de Iudaico populo, sed Christiano accipiendum est. vt ait in Hierem. c. 32. & bene fui, & es, & erit non solum ipse, sed & filii eorum post eos: nobiscum enim pepigit pactū sempiternū, nec desinet nobis ultra benefacere, in summa, vt idem dicit in c. 28. Matt. clarissime, qui usque ad consummationem seculi, cum discipulis se futurum esse promittit, & illos ostendit semper esse viucturos, & se nunquam à credentibus recessurum. ] non viuunt in se Apostoli, viuunt in Apostolicis, Pastoribus atque Doctoribus, sicut ergo non recedet Dominus à ceteris fidelibus, sic nec à fidelis populi cultoribus, qui sunt Præsules Ecclesiarum, & Academiarum magistri.

Adeò hæc præclara sunt testimonia, tam prophetica, quam Euangelica, vt nec Nouatores diffiteri potuerint. Vnum breuitatis causa adduco recentem Vvitakerum in responsione ad Vuilielm. Reinoldum in prefat. pag. 35. & contra Duræum lib. 7 pag. 472. vbi hanc maximam statut. Quicquid de Ecclesiæ propagacione, ampliudine gloria, veteres prophetæ predixerunt, id perfectum esse historia luculentissime testatur, ita Vaticinijs prophetarum Ecclesiasticam historiam suffragari, nulla controversia est. Sed in Esia de Pastoribus, & Doctoribus sub metaphora custodum dicitur cap. 62. quod non tacebunt &c. vt est etiam videre Periochem, vel notas marginales Bibliorum Anglicorum illius capititis, ergo &c. Et fatetur aduersarij sñm Apostolicam doctrinam, quod sint perpetuò futuri Pastores, & DD. in consummationem Sanctorū &c. nam illud verbum in consummationem exponunt aduersarij in æternum, ita Caluin. in institutione Genevens. 1550 c. 8. de fide sect. 37. 38. Melanthon in loc. communibus edit. 1561. c. de Ecclesia.

Ecclesia. Fulco ad Ephes. 4. sect. 4. fol. 335. contra testamentum Rhemense. Vnde Spärkus Protestans in responsione ad Ioannem de Albines pag. 11. propè finem ait, *semper Ecclesia Christi habuit, & in finem usque habitura est, perpetua serie sibi per omnes ætates succedentes aliquos, qui veritatem alijs plenè annunciant, quique in diebus suis, sicut lucerna super candelabrum posta, lucebunt.* Ergo præter Apostolos, & Apostolicos viros, habet Ecclesia præsentes Pastores, & DD. & semper habebit, qui eandem docturi sunt, ac proinde publicam doctrinam eorum recipere necesse est, ne eum, à quo positi sunt præsules, & Magistri populum, rejicere videamur.

§.

Quod si tanquam anguilla aduersarij conentur effugere, ut Patres audire nolint. Præsumum, & Doctorum Cathedras, & subiectionis respuant, ad illud vniuersalius, notius, principium confusare necesse est, nempe ad Ecclesiæ sensum, publicamque doctrinam, quæ est diues credendorū depositum ex Iræneo, uberrimus fons omnis doctrinæ sanæ. Ad hunc sensum ex Praxi Patrū semper Catholici confugerunt, & hæretici veteres contradicere formidarunt.

Nam exempli gratia, quod hic, vel ille liber sit facer, & canonicus, non aliunde, quam ab animata fide Ecclesiæ, antequam canon. biblicus à Concilijs ederetur, creditus est, vnde Hieronymus i. 6. in proemio ad Epistolam Philemonis, illum librum germanæ autoritatis esse pronunciavit, qui à cunctis Ecclesiis orbis suscipiatur. sic probat canoniam Epistolam Philemonis, quia: *qui germanæ autoritatis eam esse defendunt, dicunt, nunquam in toto orbe à CVNCTIS Ecclesijs fuisse suscepia, nisi Pauli Apostoli esse crederetur.*

In editionibus probandi sensum & iudicium Ecclesiæ tanquam probandarum, vel improbandarum normam sibi, & omnibus præscripsit idem Hieronymus, vnde tom. 2. lib. 2. aduers. Ruff. c. 9. Quodsi, ait, in isto libro editionem dixi multum à veritate distare, & recte Ecclesiæ rum Christi iudiciorum non est mea culpa, qui dixi, sed eorum, qui legunt. In promptu sunt quatuor editiones, Aquilæ, Symmachij, Septuaginta & Theodotionis, Ecclesiæ iuxta Theodotionem legunt Daniëlem. Ego quid peccavi, si Ecclesiæ iudicium fecutus sum? I. rectum ergo iudicium Ecclesiæ sequendum in editionibus admonuit Hieronymus, vt quod illa probat recipiendum, quod reprobatur sit repudiandum.

Ad intelligentiam scripturarum hauriendā, ad eādem confugere oportere docuit idē Hieronymus, aduers. Ruffinum in fine, & ut ad Ecclesiam transeam, ubi NORMA EST VERITATIS, multa, & Genesis, & Prophetarū libri, ac Ecclesiastes, nobis de huincmodi questionibus suggerunt, in difficultatibus ergo qq. & interpretationum Ecclesiæ iudicium, & sensum, vt normam habuit scripturarum.

In questionibus, & controversijs fidei, id solum nobis placere debet, quod in Ecclesia publicè docetur, idem eleganter ad struit Ep. 150. ad Hedibiam q. 10. sic dicens. Nobis autem nihil placet, nisi quod ECCLESIA STICVM est, & publicè in Ecclesia dicere non timemus: ne iuxta Pythagoram, & Platonem, & discipulos eorum, qui sub nomine Christiano introducunt dogmata Gentilium, dicamus animas lapsas de celo, & pro diuersitate meritorum in his, vel in ipsis corporibus, pœnas antiquorum lueye peccatorum. Multoq melius est, simpliciter imperitiam confiteri, & inter c. quæ nescimus, etiam huius loci obscuritatem refugere, quam dum volumus Dei probare institutum, Basilidis, & Manichei hæresim defendere, & Hiberas nenia, Ägyptiaque portenta settari. Dicamus igitur, ut possimus, & Apostolica voluntatis sequentes vestigia, ne punctum quidem, ut dicitur, atque vnguem transuersum ab illius sententiis redamus. Et è contra in iisdem questionibus, & controversijs, quod Ecclesiæ displicet, minime contra sensum Ecclesiæ est defendendum. vnde idem ad Pammachium Ep. 62. c. 2. *Quis te hoc tempore arguit Arianum? quæ tibi nunc Photini, Manichæique crimen impingit? olim ista emendata sunt atque concussa.* Non erat tam stultus, ut defenderes hæresim, quam sciebas Ecclesiæ displices. Noueras te, si hoc fecisses, statim loco monendum, & soli tuī delicias suspirabas, sic sentientiam temperasti, ut nec simplicibus displices, nec tuos offenderes. Similiter quod Ecclesiæ Christi prædicant, vel nosse fatentur, non est dicendum non reuelatum, vel ad reuelationes diuinæ non pertinere, aut non esse nobis cognitum, & patesfactum vnde Hieronymus 2. aduers. Ruff. cap. 2. Non solum de animarum statu dubitas, sed de auctiorum sententiis putas, & tamen aliquid interest. De animabus aperte autem nescis, & inscitiam confiteris: de auctoribus sic nosse te dicas, ut putas potius, quam præsumas. In solo Origene non ambigis, dicas quippe. Hoc sentit Origenes. Interrogabo te: bene sentit, an male. nescio inquis, & ne forte non credam imperitiae tuæ, & arbitrer, ie callidè reticere, quod nosti: iuras, Deo teste quod usque ad præsens certi, & definiti aliquid de hac questione non teneas: & Deo relinquas scire, quid quod sit in vero, & si cui ipse reuelare dignabitur. Per tanta secula tibi nullus videtur dignus fuisse, cui de hac questione Dominus non reuelarit? non Patriarcha, non Propheta, non Apostolus? non martyr? ne tibi quidem, quando in carceribus, & exiliis morabar, huiusmodi Sacramenta non patuerunt? Dominus in Euangelio. Pater inquit reuelauit nomen tuum hominibus. Qui Patrem reuelauit, de animarum statu tacuit, & miraris, si contra te fratrum scandala concitentur, tum id nescire te iures, quod Christi Ecclesiæ se nosse fateantur. 2. aduersus Ruff. c. 2. Conuictus ergo Ruffinus à Hieronymo, quod iuraret se nescire, quod ad publicam reuelationem Ecclesiæ factam, spectabat.

Et horum omnium, nempe quæ sit scriptura, quæ interpretatione, & editio, & vniuersaliter in sacra

Sacramentis ceterisque diuinis mysterijs fidei quid credendum, quid respuendum, quid reuelatum, vel reuelatum non sit, necesse sit ad Ecclesiæ normam confugere. Inde dependet, quod iudicium, & fides Ecclesiæ infallibilis sit, ex diuina directione, & promissione: vnde ad Epiphanium ep. 67. sic idem Hierony. scripsit. Dominus qui locutus est ad Prophetam, ecce constitui te hodie super gentes, & regna radicare, & suffodere, & disperdere: & rursus edificare, & plantare, singulis temporibus eandem Ecclesiæ suæ largitur gratiam, ut integrum corpus conservetur, ET IN NVLLO hereticorum dogmatum venena præualeant. Quod quidem nunc videmus expletum, nam Ecclesia Christi, quæ non habet maculam, neque rugam, aut aliquid eiusmodi, egredientes de cœnbris suis, Origenis colubros Euangelico ense truncavit, & secundum Nitriæ monachorum agmen contagione pestiferaliberauit, & in c. 59. in fine exponens illud Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo &c. ait idem. Hoc est pactum Euangelii sempiternum, ut spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, per quam ventura prædices, non de ore tuo discedant, nec defiliorum tuorum, ac nepotum, & seminis seminis eius, ut omnis per seriem generatio, demonstretur: quod s. gratia prophetarum in Apostolos veniat, & in eos, qui de Israel per Apostolos credituri sunt &c. id autem ex perpetua assistentia procedit, Dominus enim virtutum nobiscum (ait Dauid) semper n. exponit Hierony. in ps. 45. cum credentibus dignanter inhabitat: sicut Apostolis post resurrectionem polliceri dignatus est, dicens: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.

Sed & Petrus Venerabilis uno discursu hanc proxim præ oculis ponit in quoq; dogmate, ab exteris nostræ religionis controuerso, imitatione dignam, quam propterea per extensum transcribere opus fuit, ne nostra tradere videamus.

Hic ergo Venerabilis Pater aduersus Petrusianorum insanias retundendas se accingens, in Epistola contra eosdē, in confutatione I. propositionis §. 3. inuehitur; cum enim Epistolis Pauli parum hi deferrent hæretici, ad Ecclesiæ indicum confugit, quo sicut Euangelia recipiunt, ad Epistolas Pauli recipiendas eosdem astringeret. sic ergo ad hominem exorditur.

*Euan*gelium ut supra dixi vos suscipere, fama constans est: alias canonis diuini scriptuaris, vos aut renuere, aut dubias dicere certum est. Sed interrogo vos. Epistolas Apostoli Pauli, & aliorum Apostolorum, ut interim de alijs diuinis libris taceam, cur non suscipitis?

Respondetis, quia non adeo certa est nobis eaurum authoritas, ut fidem dare velimus. Sed hāc responsionem, seu potius fugam hac præcludit instantia.

Contra, & non videtur vobis certa eaurum authoritas, cum Apostolicæ dicantur, & ab eis scriptæ credantur?

Refert corum responsionem, & hic dicitis, si constaret certa autoritate, vel ratione, eas Apo-

stolicas esse, nobis suscipere esset necesse. Aduersus quam responsionem, iterum instat Petrus.

Contra. Sed si dicuntur, vel creduntur Apostolicæ esse, & non sunt, à nobis suscipienda non sunt, quod si à talibus dicuntur, & creduntur Apostolicæ, quibus sicut Apostolis credi debeat, quid? quid in quam? nonne à vobis hoc probato suscipienda erunt?

Respondebant aduersi. Ita planè. Sed ubi inuenietur (dicebant aduersarij), cui sicut ipsis Apostolis credere debeamus?

Contra dicebat Venerabilis, Inuenietur planè, & ne vos suspendam, Ecclesiam dico, cui sicut ipsis Apostolis, vos prorsus credere debere affirmo. & in persona eorum aliam petitionem format responsionem exposcentem.

Dicebant ergo. Item fortasse dicitis, & quæ est ista, quam dicas, Ecclesia?

Contra Venerabilis. Quid vos inquam ignorare hoc nomen dicitis, cum id nobis olim nimiumque notum fuerit, cum eius corporalem fabricam destrueretis? tunc enim uocem dicebatis, idcirco Ecclesiæ non structura parietum, sed congregationem fidelium signaret. Quid si aut oblitii estis, aut scire uos dissimulatis, breuiter exponam. Dicitur Ecclesia, ut ipsi dixistis, congregatio, sed non avium, non pecorum, sed hominum. Nec omnium hominum, sed fidelium, bonorum, iustorum. Quod si aliqui inter bonos mali, inter iustos iniusti, aut latent, aut patent, non idcirco minus Ecclesia dicitur.

Explicata autem Ecclesiæ ethymologia, & natura eius cum Patribus exposita, ad proprietates descendens, enumerat eius vniuersalitatem locorum, & temporum, subdens.

Hæc est illa, quæ innumerabili multitudine, per totum orbem Christi Domini sui præcepto diffusa, usque ad nos peruenit, nec minus, quam olim totum mundum, ut cernitis replet. Explicata autem hac vniuersalitate cum Ecclesiæ natura, & dotibus, & prærogatiis ei concessis, subinfert Venerabilis, Ecclesia iudicio esse acquiescendum atq; credendum.

Huic sicut dixi, verè ut ipsis Apostolis credere debitis: cui Christus ipse, quantum ad hoc spectat, non minorem contulit autoritatem. Nec dico, ut Apostolico labore satam, & auctam Ecclesiam Apostolis æquem, sed dico, quod eius testimoniis sicut Apostolicis absq; illa contradictione acquiescendum est, & ne ex propria opinione vel gratis istud pronunciatum posuisse videatur, id authoritatibus scripturarum ostendit, dicens.

Quod si & hinc Euangelicam auctoritatem vultis, audite Christum dicentem, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Sed usque ad consummationem seculi Apostoli in seculo non manserunt. De Ecclesia ergo intelligendum est, quæ usq; ad consummationem seculi, in seculo futura est. Nec hoc priuim venerabilis Pater id protulit, sed multò ante Hieronymus, & Aug. qui à præcedentibus Patribus eandem expositionem accepérunt, idem docuerunt. Sed & alijs authoritatibus Venerabi-

nerabilis discursus corroborat, aliud enim assertum scripturæ testimonium.

*IItem Ioa.14.ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis in eternum, non utique cum solis Apostolis, sed cū Ecclesia ventura, cui, regatu filii Dei à Pater Deo, datus est Spiritus Dei: ut maneat cum ea in eternum, in hac vita consolando, in futura glorificando, & ad præcludendam calumniam, quod hæc expositio sit voluntaria, candem rursus ex scripturis corroborat.*

*Sed ne forte dicatis hanc meam expositionem, non Christi intellectum esse: audite eum in alio Euangelista: Non pro his, inquit, rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, & mundus credat, quia tu me misisti, & ego claritatem quam dedisti mihi, dedi sis, ut sint unum sicut, & nos sumus. Videlicet Dei Filium non pro Apostolis tantummodo Patrem rogare, sed & pro eis, qui adhuc quando haec loquebatur, credituri erant per verbum Apostolorum in eum, & qui sunt illi? nonne haec quæ vocatur Ecclesia, hoc est in Christum credentium congregatio? quos omnes non propter varia tempora diuidit, non propter diuersa loca separat: sed omnes præcedentes s. & sequentes unum esse vult, nec aliter, sed tam sollemni erunt Pater in ipso, & ipse in Pater est, quos non paucos, sed innumerabiles esse ostendit, quando subdit, ut mundus credat, quia tu me misisti. Quibus suppositis promissionibus Christi Domini ore prolatis, de diuina assistentia, & Spiritus directione, haec insert.*

*Non debet credi testimonij Ecclesiæ, cui indubitate Christus cohabit, usque ad consummationem seculi? Non debet credi testimonij Ecclesiæ, cum qua Spiritus Sancti inseparabiliter permanet, non hic tantum, sed in eternum? Non debet credi testimonij Ecclesiæ, quæ unum cum Patre, & Filio est, non per identitatem naturæ (sed per gratiosam coniunctionem) sicut Pater in Filio, & Filius in Patre (per identitatem naturæ) cui eam claritatem Filius Dei dedit, quam accepit à Patre? Non debet credi testimonij Ecclesiæ, de qua, hoc est de electis, & prædestinatis, dicitur: Pater quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me à constitutione mundi. Quomodo ergo potuit, non dico tanto, sed saltē parvo tempore, quomodo in qua potuit tantum errorem tanto tempore sequi? quomodo potuit plusquam mille annos (hoc tempore vituebat Venerabilis: dicamus & nos, mille, & sexcentum) & fallit, & fallere Ecclesia, cum qua verax Pater, cum qua caritas Filius, cum qua ueritatis Spiritus perpetuo manet? sed cum hoc omnino impossibile sit, colligitur, quod eius traditionibus omnibus, sicut Apostolicis, omnimodè ab omnibus fidelibus fidès exhiberi debeat. Ineluctabiliter ergo concludit omnem Ecclesiasticam doctrinam recipiendam, quia impossibile est Ecclesiæ errare, firmissimumque esse eiusdem testimonium, ex assistentia, & promissione diuina.*

\* Aliam addit rationem, cur doctrina, & traditio Ecclesiastica suscipienda sit, nimur quia ipsa traditio, & doctrina Ecclesiæ est ipsissima Apostolorum doctrina: sicut ergo illa recipienda, & ista vnde ait.

*Si enim doctrina, vel traditio Ecclesiæ ab Apostolis suscepta est: si eadem à Christo in Apostolos derivata est: constat quia verax, & à veritatis filii suscipienda est. Debet igitur credere testimonij Ecclesiæ, si non vult's permanere hostes Christi, & Ecclesiæ. Antecedens ex superioribus per se notum relinquitur, cum enim Ecclesia errare non possit, non potest obtrudere verbum Dei pro verbo hominum, & humanas Deuteroses, pro diuinis, & Apostolicis traditionibus, sed eandem identitatem fidei, quam ab Apostolis, diuinaque mysteria suscepit, & hæc Christo, retinet, & consignat, ut late Tertullianus de prescriptionibus c. 21. & nos totò ferè integrō lib. o de sacro deposito nuper edito, & infra tract. de tradit. t. i. præscript. ostendimus. Consequentia manifesta.*

*Ex hoc autem principio: recipienda est omnem doctrinam Ecclesiæ, subinfert, hy hypothesis probationem contra Petrusianos, subdens.*

*Hac autem Ecclesiæ attestatur Epistolas, de quibus agitur, Apostolicas esse, idque sibi à præcedentibus Patribus, & ipsis viris Apostolicis traditum, se fixe, et immobilitate retinere ergo etc. idem argumentum recurrit in omni contouersia hereticorū, nimur: sed Ecclesia profitetur transubstantiationem, venerationem Sanctorum, septenarium numerum Sacramentorum, cum suis matecijs, formis, effectibus &c. idque à Patribus præcedentibus sibi traditum attestatur, ergo recipienda sunt. Vide totum fundatum probandi traditiones Apostolicas, esse quia sic à Patribus edocta est. vide etiam totam probationis robur in probanda doctrinam Ecclesiæ in eo sitam esse, quod id à Patribus accepit, sic Concilium Tridentinum dogmata ex sensu, & traditione Ecclesiæ accepta proponit, & in fine in acclimationibus doctrinam Ecclesiæ quam definiuit, vocauit fidem Apostolorum, & mox, hæc est fides Patrum, ut immediatum principium assumens, Patrum traditionem, eo namq; probato, sequitur Patrum doctrinam ad Apostolicā tempora canalem dirigere.*

*Cuidam obiectio aduersariorum, mox occurrit, quod Ecclesiæ credendum non sit, cum non sit, dicebant, testis de visu, nec auritus, nec enim Christum dominum vidit, & mysteria ex eius ore percepit, solum aliorum afferens testimonium auditus de auctoritate ergo.*

*Sed respondetis, testimonij quidem Euangelicis resistere non possumus, non n. audebant dicere Ecclesiam errare posse, vel destitutam promissionibus Christi, sed hoc nos dubios reddit, quod nullum nec in toto de qua sermo est Ecclesia, more testium, testimonium afferentium inuenire valeamus. Testibus enim non testimonij credendum esse, lex ipsa seculi iubet. Testium vero officium est auditio, vel visa, non ab aliis sibi narrata referre. Ecclesia vero cui inniteris, & ad*

Et ad cuius dignitatis eminentiam comprobandum, tot, & tanta testimonia affers, non vice testimium, sed testimoniorum utitur, quia non visa, vel audita, sed ab aliis sibi tradita narrat, & liberis ( dogmatibus aliis ) de quibus agitur, non quod sciat, sed quia credit, canonicam autoritatem dat.

Contra quam obiectionem egregie insurgit Venerabilis, & ad hominem argumetur, quod ea obiectione admissa, nec Euangelium, & ceteri art. fidei recipiendū essent, quia nullus nostrum hēc audiuit à Christo, vel uidit, & sic amissio Euangeliō Christianum amittere quare ait. Ecce ecce nunc tandem faciem vobis fodis, in quam statim precipitandi estis: vincula fabricatis quibus alligandi estis: laqueum tenendis, quo primi capienda estis. Si enim hoc verum est, quod attulisti, non tantum libros, quos nos defendimus, sed et ipsum Euangellum, quod suscepisti perdidisti. Nam si non nisi visis, & auditis assentiendum est, non solum librois aliis, sed nec ipse Euangeliō credendum est. Dicite enim vos primi quod tantum supereft vobis, agite, utrum aliqua, que in Euangeliō legit̄, aut de Euangeliō, creditis, oculis videritis, auribus audieritis? Ut n. innumeris om̄is, h̄c breviter obiectam, in quibus tota Euangeliū summa consistit: Audistis, vel vidistis Archangelum Gabrielm Filii Dei conceptum, Spiritus Sancti aduentum matris Virginis nunciantem? Vidistis vel audistis Christum natum, pastores inuisentes, Magos adorantes, vidistis, vel audistis Christum baptizatum, prædicantem, solemnia illa miracula facientem, eandem prædicationem discipulis iniungentem, eandem mirandorum operum potentiam eisdem conferentem? & quid multa? Vidistis, vel audistis passum, crucifixum, mortuum, sepulchrum, resurgentem, ascendentem? vidistis, vel audistis, quod nondum factum est, sed futurū est. & liquet in Euangeliō cui creditis, nescio tamen si creditis, omnes mundi mortuos resurgentes Christum iudicatē, infernum biantem, cælum reservatum, impiorum combustionem æternam, prius in vitam æternam intrantes? & ubi est quod tenebatis? Euangeliū habebatis, sed eo iam perditō, Christum amissisti. Nam si Euangeliū non habebitis, nec Christum habebitis. Si Christum non habebitis, Christiani non es. Ecce vincula, ecce laqueus, que iam ad vestram perniciem iam præparasse dixeram. Dato vero illo absurdo sublationis Christi cum Euangeliō, que sequuntur inconvenientia ostendit Venerabilis, dicens.

Hoc modo Euangeliō cum Christo sublatō, etiā omnes Prophetæ, omnes Apostoli de medio facti sunt, eorumq; uniuersa opera, uniuersa scriptura, cum ipsis deleta sunt. Sequitur consequentia ex dictis aduersariis, nullus enim nostrū vidit, vel audiuit Apostolos, vel Prophetas, vel vidit scribentes, prædicantes &c. ergo necessarium sequitur, ne tam absurdā concedantur, vel abiijcere h̄c omnia, vel omnia recipere, si abiijcienda dicant, iam non pertinebunt ad Christianism, si vero recipienda, non est vera responsio, quod tantum visis, & auditis fidē adhibere oporteat, sed quod etiam ab ijs, qui non-

viderunt Christum, vīris Apostolicis assentientur, qui ab Apostolis acceperunt, qui cum assentient ministri sermonis, viderunt, & audierunt, & vt dicunt Theologi habuerunt fidem in attestate, & sic decens erat ait S. Thomas 3. contra Gen. c. 40. ut tandem fides nostra resolueretur in illos, nam & testes de auditū, ad testes de visu tādem terminantur. C. cludit. Necesse igitur iam vobis erit, aut liberis, quos proponimus abiectis, Euangeliū, ut dixi, Christum, Christianum fidem specie salutis, & vita ēterna abijcere: aut liberis nostris susceptis, Euangeliū, & Christum atque enumerata omnia conservare. Cum enim non ex visis, neque auditis SED EX E C L E S I A E, ET P A T R U M T R A D I T I O N E, Euangeliū teneatis, quod nullo modo negare potestis, inuita ratione cogentie, aut quod simul absque aliqua exceptione ab eadem Ecclesia nobis pariter, & vobis traditum est, suscipietis, & Euangeliū cum Epistolis Apostolorum, & liberis omnibus, quos negabatis, retinebitis: aut liberis nostris abiectis, Euangeliū pariter, quod solum vobis remanserat, amitteris. Quo amissio, non iam nobis, ut Christiani Heretici, sed sicut Ethnici, & publicani eritis.

Totius ergo discussus summa, h̄c est, in proxim deducta, & syllogisticam formam redacta.

Quicquid tradit, & præscribit Ecclesia, ad credendum recipiendum est: Euangelia, Epistole Apostolice, ut & alia dogmata præscribit ad credendum, ergo h̄c omnia suscipienda, & credenda.

Minor patet occulariter. Major patet. Ecclesiam errare impossibile est: ergo quicquid tradit ad credendum amplectendum est. Consequentia manifesta. Antecedens patet ex diuinis testimonij, & promissionibus, de diuina assistentia, & promissione, & exhibitione diuini spiritus.

Secundo. omnibus doctrinis, que ab Apostolis suscepere sunt, fides adhibenda est, sed Ecclesiastica doctrina atq; traditio ab Apostolis suscep̄ta est, ergo credenda est.

Minor patet, quod à Patribus Apostolicis susceptum est, ab Apostolis dimanauit, sed quicquid dogmaticē prædicat, & tradit Ecclesia ab Apostolicis Patribus accepit, ergo.

Maior patet, & satis probata est à nobis in tractu controv. tract. de traditionibus, & in lib. de sacro deposito per multa capita.

Minor ostensiua, & occulari demonstratione ostensum est, præsertim ab ipsis hostibus Centuriatoribus supra. Consequentia manifesta.

Tertio. si testimonium Ecclesia rei credendum esset, ea ratione esset, quia non vidit, nec audiuit, quae ad credendum tradit, nec Euangeliū, nec alij articuli recipiendi essent, nec ipsi Apostoli, vel Prophetæ, vel eorum opera: sed nullus dicet, nec Euangeliū, nec alios articulos &c. non esse recipiendos, quia nullus vidit, ergo nec Ecclesiæ testimonium. Sequela patet ex paritate rationis.

Minor

Minor patet, nam qui id dicret, perdito Evangelio, Christum perderet, & eo perdito, nedum ad Hæreticorū castra pertineret, sed etiā Ethnorum, & publicanorum, ergo ne in barathrum incidat, Euangelium recipere necesse est, vt & cetera dogmata Ecclesiæ, etiam si non sit ex usis, cum satis sit Ecclesiæ testimonium infallibile, vt probatum est, quia à Patribus accepit Apostolicis viris, qui & ipsi ab Apostolis, qui audierunt, & perceperunt, ipsiisque consignarunt, qui & bona fide posteris tradiderunt. Hæc est comprehendiosissima praxis Venerabilis Petri Clunianensis, qua sola tanquam comprehendiosissima aduersus omnes errores vti possumus: cuius quoq; robur in Patrum traditione fundatur, cum enim Ecclesia præsens, nec viderit, nec audierit Apostolos, omnem doctrinam ad Apostolicos Patres refundere necesse est, propterea tanquam ad immediatum principium recurrat, ad Patrum Apostolicorum doctrinam, vt de Apostolica prædicatione, & doctrina certi reddamus.

Si hæc non sufficiant, ipsorum quoq; Protestantium confessio eosdem reuincent. Quod enim infallibilis sit veritatis Ecclesia à veritate uicti tandem confitentur, nam ppter multa testimonia Caluini, Lutheri alias a nobis adducta in sacra analysi t.p. præscriptionum c. 3. adest moderni cuiusdam Nouatoris illustre testimonium de Ecclesia, sic enim dicit, rem totā, vt facimus, ad proximū reducendo. Is est Fieldus de Ecclesiæ in initio lib. sui, quem dicauit Nouatori Superintendenti Cantuariensi. Cum funestas Christiani orbis discordias, & infinitas propè de religione dissidentium, & nescientium, quid certi statuant, aut cui parti adhærent, disceptationes perpendo &c. in illam planè sententiam impellor, ut nullam Theologiae partem magis necessariam existimem, quam illam, quæ de vera Ecclesiæ dignoscenda tractat. Quum enim tot, ac tam inexplicabiles sint hoc tempore de religione controværia, vt pauci tempus, pauciores scientiam habeant, illas omnes penitus examinando, quid aliud veritatis studiosis superest, quædam sedulo, & sedulo indagare, quænam tandem sit illa in terris Sanctorum hominum societas, illa sponsa Christi, illa Dei viuentis Ecclesia, quæ est columna, et firmamentum veritatis, vt illa semel inuenta communionem eius amplectantur, consilium sequantur, eius denique **IV DICIO** acquiescant.] Firma ergo maxima est, quam nec disfidentur Nouatores, nempe quia Ecclesia est sponsa Christi, Ecclesia est columnæ, & firmamentum veritatis, illam amplecti necesse est, eius iudicio ad quiescendum. Eandem confessionem reperies in notis marg. Bibliorum Anglican. 1576: in c. 60. Et v. ultimo in Matt. 13, 31. Marci 4, 31. Daniel. 2. v. 45. vbi multa de fidei Ecclesiæ indefectibilitate.

Tota ergo versutia Protestantica est, in Minore neganda, quod Romana non sit vera Ecclesia, sed Protestantica. Hoc argumento breuissime reuincuntur. Inter proprietates Ecclesiæ est, quod sit visibilis dicente Domino: non potest euictas abscondi supra mentem posta, at com-

muniter Protestantes dicunt suam Ecclesiam intusibilem, Catholici quos vocat Papistas, dicunt eam esse visibilem, non ergo ipsorum, sed nostrorum est vera Ecclesia, vnde Aug. lib. 1. qq. Euangel. q. 38. vbi visibilatatem, & diffusio nem Ecclesiæ per totum orbem, multis scripturæ testimonijs ostendisset, subdit. Constituta ergo auctoritate Ecclesiæ, per orbem, terrarum clara, & manifesta, consequenter discipulos admonet, atque omnes fideles, & qui in eum credere voluerunt, ne schismaticis, & hæreticis credant. Vnumquodq; enim schisma & unaueq; hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarum partem aliquam tenens, aut obscuris, atq; occultis conuenticulis curiositatem hominum decipit, ad quod pertinet quod ait, Marci 13. Si quis vobis dixerit, Eccle hic est Christus: aut illic, quod significat terrarum partes, et Provinciarū. Aut in penetralibus, aut in deserto &c. vt modo fingunt Lutherani, & Caluinolæ latitantem Ecclesiam in deserto, quod significat obscura, & occulta conuenticula hæreticorum. Quod ergo dixit ab Oriente in Occidentem per venturum aduentum suum, contra illos, quod per terrarum particulas nominantur, & dicunt apud se esse Christum. Quod autem ait, sicut fulgor, cōtra illos valeat qui occulte congregant tanquam in deserto, ad manifestationem quippe claritatisque pertinet Ecclesia fulguris nomen, significans etiā noctem, vel nubila seculi huius, tunc enim fulgoris candor appareat.] uidit Calvinus manifesta testimonia, quibus Ecclesia demonstrabatur ex scripturis, visibilis atque perspicua ab Oriente in Occidente, & pudicetus de his suis penetralibus lib. 4. instit. c. 1. sect. 4. visibilitatem Ecclesiæ fassus est. Verum nunc quia de visibili Ecclesia differere præpositum est, discimus, vel uno matris elogio, quam utilis sit nobis etius cognitio, immo necessaria quando non alius est nobis in vitam ingressus, nisi nos ipsa concipiatur iterum, nisi pariat &c. denique sub custodia, & gubernatione sua nos tueatur &c. quæ omnia visibilem Ecclesiam demonstrant. Eadem subscrabit Humilius p. 2. Jesuitismi art. 3. pag. 20. 241. 244. 281. vbi cum multa de visibilitate docuisset, sic concludit. Oportere Ecclesiam esse conspicuam, conclusa est clarissima. sic ergo formatur discursus sylllogisticus.

Vera Ecclesia cui parendum, & acquiescendum, & est columna veritatis, est visibilis, sed Ecclesia Catholica est visibilis, synagoga Protestantum non est visibilis,

Catholica ergo, non Protestantica acquiescendum est.

Verum quia semper vrgent cauillis, & quæ sit uera Ecclesia contendunt aduersarij propterea integrum tractatum in parte sequenti huius operis instituimus, ubi de natura Ecclesiæ, proprietatibus, dotibus, & cui nam competunt differemus, ut nutantes, inventa uera Ecclesia, tandem fatigati eius disciplinam, & fidem amplectantur, & corpori Christi iungantur, qui est Deus benedictus in secula die 8. Sept. 1627.


## PERORATIO

Ad Christum Dominum.

*Ex  
Hil. 8.  
de Tri-  
nit.*



*Ex  
Hil. cō-  
tra cō-  
stant.  
Aug.  
laceſſunt,  
Ex Ba-  
ſili. Ep.  
70.  
Hil.  
1. de  
Trin.  
Aug.  
4. Con-  
ſeſſo.* AEc in obsequium diuinæ Maiestatis tuz, & sponsæ Eccleſie, quam acquisisti ſanguine tuo, in qua poſuisti primo Apostolos, in quibus eſt verbum ſapienſie, ſecundo Prophetas in quibus eſt donum ſcientie, Tertio Magistros, in quibus eſt doctrina fidei, ad conſummatiōnem Sanctorum in opus ministerij ne circumferamur omni vento doctrinæ. Sed eò nunc pertingit impietas, ut Apoſtolicā prædicationē inuertat, dum medios Apoſtolicos Patres, & Eccleſiarum Magistros euerit. Ceteri quidem mortales, ſemper cum viuis bella geffere, dum homini ad hominem ultra mortem nihil cauſæ eſt, his vero inimicitarum nullus eſt finis, receptos enim iam in æternam requiem Patres laceſſunt, & in decreta eorum peruersi irrumpunt. Apoſtolus communicate nos Sanctorum memorijs docet, hi ut dannemus eosdem luadent, ſed dum tentant, ut Patrum, Doctorum, & Eccleſie dannemus publicum ſenſum, iam monſtrant ſe eſſe diuinę religionis hostes, inimici sanctorum memorie, & paternæ pietatis heredes rebelles. Non impugnamur Domine propter pecunias, non propter glorię ſplendorem, ſed propter communem theſaurum, propter hereditatem paternam, propter ſanam fidem in acie, & certamine ſtampt. Age ergo Domine, & fac, ut quod nobis traditum eſt, inviolabili fide custodiamus, & religioſa conſcientia conſeruemus. In conſortium Apoſtoliſi ſpiritus aduoca, ut uicta Apoſtolicorum virorum, non alio, quam ipſi loquuti ſunt ſenſu, apprehendamus verborumq; proprieτates iſdem terum ſignificationibus exequamur. Tribue ergo cum eorum ſcripta lego, verborum ſignificationem, intelligentiæ lumen, dictorum honorem, veritatis fidem, & prelta, ut quod credo intrepide loquar. Tuum eſt piissime Deus, & oratum tribuere, & queſitum adere, & patere pulſatum, ut te, & tua mysteria per Eccleſiam intelligendo in ea tanquam in nido cūtus plumescam, & alijs charitatis, alimento ſanę fidei nutrias, quibus volitem ſub umbra alarum tuarum, ſperans ad patriam claritatis eterne. Qui cum Pate, & Spiritu ſinomen poſſides gloriosum in ſecula. Amcn.



# Synopsis totius operis, PER THESES

LXIV. distributa, quæ in tota hac prima parte tomij tertij edocentur, defenduntur, & illustrantur, singulis articulis, & titulis operis correspondentes.

Thesis I.



Atrum authoritas in dogmate consentiens, tantam obtinet firmitatem, ut irrefragabile testimonium, in fidei controversijs dirimendis subministret. pag. 10.

In ceteris autem adiaphoris, & minutis diuinæ legis quæsiunculis, quas sine salutis discrimine ignorare contingit, & ad pietatis doctrinam non pertinent, non ita firmum est argumentum, ut contrarium sentire non licet. pag. 19.

Non omnium vero æqualis authoritas, si quidem eorum Patrum autoritas, maximè spectabilis est, qui recta docentes, in nullo à S.R.E. consortio deuiarunt: ij vero qui ab eadem communione extores, à fide discesserunt, in quo discesserunt nullam sibi vendicant autoritatem. pag. 25.

IV. Tunc verò ineluctabile est eorum argumentum, quando non unus, vel alter, sed plures, omnes, vel ferè omnes, velut consensente quodam magisterio, non priuatum, sed publicum sensum exprimendo, constanter, perseueranter, firmiter, tradendo, tenendo, firmando loquuntur. pag. 39.

V. Quare sensus priuatus unus, vel alterius, aut plurium contra grauiores, vel communem concordemq; aliorum sententiam, eis præjudicare non potest, ut etiam si à fide unus, vel alter, aut illi pauciores exorbitarent, nullum ex illa reluctance communi, & publicæ Ecclesiæ doctrine, ut nec sibi ipsis (absente pertinacia) inferre valeant præiudicium. pag. 37.

VI. Extrema impudentia est aliquot lapsus Patrum (ut faciunt hæretici Cham imitantes) propalare, ac proinde ne illis vlla habeatur fides exemplare. Etiam negare multa esse in scriptis aliquorum Patrum minus Ecclesiæ doctrinæ consona, sed omnia huiusmodi, non à Patrum mente, sed à tempore, amanuensibus, Typographis, & huiusmodi accidentibus, profecta, nupera adiuentio est, contra Patrum testimonia. Et tantum abest, ut in aliquo, ex priuatis lapsibus lèdatur, vel denigretur Patrum authoritas, ut ex illis potius, charitatis, humilitatis exempla ministrentur p. 43.

VII. Tanta autem in illis vñitas cernitur in fidei doctrina, ab illo contexta, qui facit concordiam in sublimibus, ut posteriores Patres à Prioribus nō discrepent, ut nec Latini à Græcis; ut nefas sit asserere eos adiuvicem, & sibi ipsis repugnare: qui si speciem tenus discordare videntur, potius conciliandi, quam temere de contrarietate notandi. pag. 52.

VIII. E Patrum fontibus ad Scholasticos doctrinæ reuelatae canales sunt deducti, quam obrem una Patrum, & Scholasticorum Theologia est, & licet priscorum authoritas stili pluviæ, posteriorum uero doctrinæ pluviæ, & gurgitibus comparata sit, eandem aquæ cælestis substantiam demonstrat, cum eo discrimine (ut scripsit Gregorius) quod que priores sub breuitate locuti sunt ueluti pluviæ, expositores, & posteriores, testimonia testimonijs iungentes, ex guttis gurgites fecerunt, hoc est easdem materias, quas illi strictius, hi uberiorius, agnoscendo eos per quos profecerunt, dilatarunt p. 59.

IX. Horum posteriorum DD. Scholasticorum explicatio adeo per necessaria est, ut absq; Theologia Scholasticæ studio, Patres euoluere, non paruum sit periculum errandi ex defectu nostræ intelligentie, & propter obscuriora, & difficiliora loca, que in eorum opusculis reperiuntur, ut multis cautelis, & regulis opus sit, ut inoffenso decurramus pede. pag. 66.

X. Cum solemne fuerit omnibus hæreticis in fidei, & si difficillimus questionibus, plebis & populi iudicium Patribus præponere, Catholicorum munus est, sic populi librare iudicium, ut si ex una parte sit populus, ex altera Patrum Chorus, magis ad Ecclesia Proceres, quam populi sententias inclinandum sit; & omnino PP. dictis acquiescendum. pag. 77.

XI. Cumq; ijdem ex consanguinitate, & affinitate doctrinæ, A postolicis, qui & ab A postolis doctrinam hauserunt, immediatius adglutinentur, magis (ex lege diuinitatis, quæ ultima per media illustrat) uetus Patribus, quam posteriorib; Doctoribus, in materia dogmatica, & Theologica deferendum est. pag. 86.

XII. Adeo fidem nostram appositi Veterum monumenta confirmant, tueruntur, explicant, ut in materia dogmatica nunquam definierit Ecclesia, nec diuersum cultum, uel ceremonias præscriperit

- scriperit aduersas, contra omnes, vel saltem plures, vel grauiores Patres, alijs non reclamantibus: imo nec in posterum definit, vel prescriber, aut definire, vel prescribere possit, cum ipsae definitiones Conciliares acclamentur his titulis: *Hæc est fides Patrum: hæc est fides orthodoxorum* p. 97.
- XIII. Semper autem hæc viguit praxis in Ecclesia Catholica, ut prolati veterum sententijs secundum suorum temporum seriem, sacrosancta dogmata sint firmata, & hereses explosæ, quod oculari ostensione, ex Summis Pontificibus Generalibus Concilijs, ex ipsissimis Patribus luculentiter ostendi potest, qui etiam precedentium Patrum authoritate, religionis mysteria firmarunt, Hereticorum portenta explosarunt, pag. 99. & seq.
- XIV. Illi autem in Patrum subsellijs locantur, qui post Apostolos, fidei nostræ, ut dicit Augustinus extiterunt plantatores, rigatores, edificatores: quorum alij in prima, alij in media, alii in ultima etate per retro duodecim secula: Quoru opera, vel sacra litteræ expositæ, vel traditiones consignatæ, vel populi eorum declamationibus in fide confirmati, vel ad mores, & virtutes informati, pag. 111.
- XV. Eorundem autoritas ab Ecclesiæ autoritate dependet, tacita, vel expressa approbatione, ut eorum libris in suo genere, & iuxta subiectam materiam fides accommodetur, videlicet, ut iam definitis dogmatibus infallibiliter credatur, vel cum testes traditionis adhibentur in ceteris iuxta conditionis, & probationis materiam, eorundem doctrinam suscipiamus. Ea autem Patrum opera hoc probationis calculo destituta, inter apochrypha à Gelasio PP. recensentur, pag. 117.
- XVI. Illud autem, ex approbatione Ecclesiæ, robur obtinuerunt, ut quæ ex Patribus definitibilia sunt, proximitatis fidei gradu decorrent, & in concordi eorum sententia in graui materia Theologica possit tuto, eorum auctoritate mota, Ecclesia ad definiendum accingi, vel saltem eorundem doctrinam, ut fidei conducibilem atque veridicam, proponere ampliandam, ac proinde sequendam, quæ sit, ut Ecclesia probante, magnam reuerentiam ex tali approbatione sibi vendicent, pag. 118.
- XVII. Non proinde consequens est, ut probatis Patrum opusculis, singulæ quoque particulae approbatæ sint, vel ex opposito nulla probata sint propositiones, sed via regia incedendo assertendum est, sic quædam probari, (ut sunt quæ pro recta fide à Patribus statuta sunt in condemnationem hereticorum) ut nefas sit illis contrarie, & errori proximum, si in grauioribus aliquid contra eosdem statuatur. In ceteris vero adiaphoris, & quæ fidem, vel traditionem Ecclesiæ non concernunt, aliter recipiuntur quatenus rationi, vel auctorati consona dicere, & docere cognoscuntur, pag. 121.
- XVIII. Similiter nec omnia ab Ecclesia recepta Patrum opuscula, approbata censentur, solum illorum recepta, & probata, qui in nullo à S.R.E. consortio deuinarent, & in illius fide tanquam probabiles Magistri docuerunt. Exceptis ijs opusculis, in quibus aliquis error non pertinaciter, sed ex humana infirmitate assertus continetur, quæ sicut & cetera eorum (iux. canones Gelasii) qui à fide exciderunt ad usum lectionis, & secundum permissionem leguntur, & in ordine ad lunam, & examen aliorum Patrum, & Doctorum censuram. Hereticorum vero opuscula, nec recepta, nec probata, sed omnino, & merito, fidelibus interdicta, p. 122.
- XIX. Satis ampla licentia concessa est à nonnullis, ut pro Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ recognosci debeat, omnes & singuli, qui in unitate fidei permanentes atque docentes, in Catholica communione diem clauerunt extremum, Patres, n. solos cognoscimus, viros Apostolicos, Apostolorum quidem filios, patres vero subsequentium populorum, tales vero sunt Pastores, & Doctores, qui sanctitate cum doctrina coniuncta, in prima, media, vel ultima etate à primæ cœuria usque ad Magistrum sententiarum deducta, ingenti in Domino gloria claruerunt. Illis succedentes Scholastici (vera Patrum proles) rigatores, & superexstructores dicendi sunt, si à priis non exorbitent, pag. 124.
- XX. Cum igitur rurumque necessarium sit, ut aliquis in Patrum, & D.D. Ecclesiæ abo recensetur, ex doctrina Bonifacij (c. gloriatus de reliq. & venerat SS.) nepe Sanctitas cum doctrina, miri est quod nuper tanta sit facta extensio, ut quilibet Doctoratus titulo insignitus, vel concionator, vel Praepositus sacrarum familiarum, & quod magis est, ut aliquis prauis moribus imbutus, seditionis, excommunicatus, versipellis, ut de Theophilo Alexandrino quidam exemplificant, inter Doctores Ecclesiæ sit annumerandus, nescientes distinguere, aliud esse Doctorem Ecclesiæ, & in Ecclesia, aliud solum esse Doctorem in Ecclesia, pag. 121.
- XXI. Sed & cum tituli, & encomia sint veluti sermones elucidantes magnitudinem virtutis, ad demonstrandam doctrinæ Patrum eminentiam, illustribus titulis sunt decorati, quod ne dum ex subsequentium Patrum, sed & ex Romanorum Pontificum, & Conciliorum elogis manifestissime apparet, pag. 127.
- XXII. Inter hos, sicut magnam sibi vendicat auctoritatem S. Augustinus, maximè in materia prædestinationis, & gratiæ, ita specialibus titulis ab iisdem Romanis Pontificibus, & Conciliis, & subsequentium Patrum Choro, mirificè illustratus est, pag. 139.
- XXIII. Ex quorum titulorum diuersitate, & inequalitate, vnius super alterum excessus in doctrina desumitur, quæ cum in infinitum variari possit, in modo cognitionis, defensionis, & huiusmodi, fit, ut non proinde inferiores sublimioribus inuident, nec superiores inferiores obscurent,

rent sicut n. in sanctitate, in æqualis est meritorum graduatio, ita in scientia, facundia, &c. ( vt alia est claritas Solis, alia Lunæ, alia Stellarum,) quitandem omnes, faciem celi militantis Ecclesiae, ex ista in æquali coruscatione doctrinæ, speciosissimam reddunt. pag. 143.

**XXV.** Quia uero cum ad Patres uentum est, contra hæreticos iam confessum est prælium, mirū nō est, si modo Cath. traducunt uocantes eos non Theologos, sed Patrologos, modo (ut lectoribus uel auditoribus) faciunt eos recipere simulant, simpliciter tamen eos repudiant atque su-gillat, vel si acceptant, iniqua hac conditione recipiunt, nimurum si probent, l. etiam sacris lit-teris adhærescant p. 150.

**XXVI.** Hinc fingentes noui Gabaonitæ se habere vetustos panes, pannos, calceamenta, antiquitatibus monumenta, Patres se habere simulant in obscurioribus dictis, & quos nihil pudet laberinthi, modo reiiciunt, nisi (aiunt) rectè exponant: vbi vero firmamentis Patrum apertis destruuntur, ad stylum mendacem configiunt, vt Patrum opusculis multa addant, vel minuant, vel transponant, licentia hæretica, deformes etiam partus supponendo, peruersis quoq; ac violen-tibus extorsionibus atq; expositionibus limpidiſſimos Patrum fontes, veluti cœnoſa tempera-tura turbantes: sed nihilominus ignominia maculam non euitant, siue Patres deposcant, siue reiiciant, nam vt in hoc fugæ consulunt, ita in altero enecantur. pag. 153 & sequi.

**XXVII.** Satis autem puerile effugium eorundem hæreticorum deprehenditur, cum à veritate vieti, eo titulo Patres reiiciunt, quod ea loca falsata sint, vel exemplaria mendosa atq; corrupta. Di-cere etiam, cum nonnullis autorib. errores omnes quos in Patrum monumentis obseruamus à ſciolis, corruptoribus manasse, & nullū à calamo, & mēte Sætorū profectū, est magis hæreti-co in errore obſfirmare, amore n. & gratia, & obſequio orthodoxos, non ex veritate loquentes conclamarent aduersarij, quorum scopus est voluptarias aures titillare, & puluillos omni cu-bitō affluere. Vtrūq; extremū vitandum, vt nec dicamus, nullū Patrum priuatè errasse, & om-nem errorem temporum iniuria, & alijs accidentibus tribuendum: nam ficut illud non præ-judicat alijs, nec ipſis met ex humana infirmitate priuatim errantibus, ita iſtud tanquam incre-dibile paradoxum ſusciperetur, & nec nobis excusantibus, nec Patribus vera aſſerentibus cre-deretur. pag. 102.

**XXVIII.** Nullo autem modo illis dandum est eorum doctrinam (& si subdolè Patrum dictis sua-roborare contendant) cum Patrum doctrina, & traditione conuenire, captant n. ueterum sub-occuriora dicta, quasi ſuo dogmati congruentia, malo tamen more intellecta, ut in errore de-prehensi neque primi neq; ſoli ſentire uideantur: & de antiquorum Patrum magisterio glo-riantur, ut ea quæ ipſi dicunt, id ueteres ſenſiſſe obtrudant, ut quod aliqua autoritate adſtruere non ualent, apparent eorum authoritate conſirment. pag. 172.

**XXIX.** Verosimilis uideretur ſaltem eorum aſſertio in ſpecie, ſi teſtimonia pura, & syncera anti-quitatis allegarent, at cum ſecta hæreticorum ex mendacio fructificet, tot pseudologij, men-dacij, calumnijs, falsis citationibus eorum opellæ ſunt i eſperſa, ut quot ueſta penè, tot falsi-tates deprehendantur eructare, & ex ſolo mendacio, & impoſtuſa, improbitas, inſtitia, im-pudentia demonſtrantur; ut ipſi pseudoprophetae iure dicantur, & populi ipſorum muſcipu-lis capti, eorum mendacij credentes, dementati. p. 181.

**XXX.** Victi uero à ueritate, & conuicti de falsitate, deſpondentes de uictoria, ad maledicta, & ſcō-mata ſe conuerunt, iniuriarum plauiſtris Ecclesiae luminaria onerantes, cum enim de cælibatu, ieuniis, traditionibus, & alijs dogmatibus ab ipſis controuerſis reuincantur, non poſſunt non eſſe infeſtissimijs, quorum aſſertionibus eliduntur; & hoc maximum fert aduersarijs incom-modum: nā ſi Patres admiferint vieti ſunt, ſi reiiciunt, vel conditionatè recipiunt, vel menda-cij eludant, vel blaſphemij illudant, nulli ſunt, pag. 198.

**XXXI.** Sed nescio an ſit maiore eorum nequitia, quam aſſutia, qui cum in Palæstra conſistere non valeant, niſi telorum ictus excipiant, vel fugæ consulentes ignominia ſubiaceant, callida ſimu-latione dicta Patrum ſe uenerari profitentur, iuxta tamen irregulares regulas ab ipſis fabrica-tas, quæ dum à fidei regula deuiant, & regulas regulare præſumunt, in nulla aſtrigi regula-deprehenduntur, qui Patri intelligentiam ex orthodoxis regulis metiri dedignantur. pag. 203

**XXXII.** Centuriatores uero, (qui ex vetuſis monumentis omnia ferme, quæ ipſi enumerant, hodie ab ipſis controuerſa dogmata) lucentiſſime eadem probant, & dum n̄ euos, & paleas, ſtipu-las, inclinations doctrinæ procaciter vocant, antiquitatem ostendunt, imo dum noſtrorum dicta portant, velut Iudei (qui capsarij noſtri ab Auguſtino dicuntur) noſbis ſeruiunt, quod non nupera inuēta noſtra, nec Sorbonicæ, vel Thomisticæ, vel Papisticæ, vel Sententiatorū in-ventiones, vt alijs mentiuntur: proinde non paleas, & huiuſmodi confiteri adſtrunguntur, ſed purum ſolidumq; doctrinæ Catholice ſrumentum, cum illud verum ſit, quod prius, illud falſum, quod posterius immissum. Quare cum ab initio naſcentis Ecclesiae eadem doctrina, prædicetur ( eorum teſtimonio ) in Ecclesia, quæ ex Patrum magiſterio deſcendens hodie perſeueraſt, iam ipſa demonſtratur ex antiquitatis grauitate ponderoſa, ipſi autem (vt & eorū doctrina) leuiflaminæ paleæ, quæ à vento philautiæ, & huiuſmodi agitatae, de area dominica auolarunt. pag. 203.

**XXXIII.** Non ſoli Patres primorum quattuor, uel ſex ſeculorum audiendi ſunt, ſed cuiuscunq; etati ſuccedentis. Proinde tam à poſtemis, quam medijs, ut à primis, firmiſſima ducentur argu-menta ad fidei controuerſias dirimendas. fol. 225.

- XXXIV.** Präsentium quoq; Pastorum a q; Doctorum sensus, & Magisterium in Concilijs legitimè congregatis, vel solius Rom. Pontificis, nedum scripturam cum traditionibus, sed & Patrum doctrinam consignare atq; probare compertum est ad quod etiam confert nunc uiuentium Pastorum, & Doctorum sensus atq; doctrina fol. 227.
- XXXV.** Nullus autem Catholicorum turbari debet, si multorum dogmatum non fiat mentio apud Veteres, quæ tamen in posterorum consigna a sunt monumentis, & postmodum ab Ecclesia definita sunt; cum nonnisi ad césum Apostolicum hęc quoque referantur, etiam si positum consensum priorum seculorum ostendere non possemus, cuius rationabilis silentii multe quoque à Patribus ipsis assignantur rationes 230.
- XXXVI.** Ex sententiis quoque Episcoporū in propriis Cathedris consentientibus, eorundemque litteris, & responsis magnum ducitur argumentum, quod ille consensus regulam fidei indicet, & eo magis si Romanorum Pontificum, responsis, & oraculis aliquid accipiamus: tanto n. ceteros Pastores, fidei firmitate exuperat, quanto eorundem Cathedras, loci autoritate præcellit 235.
- XXXVII.** Nullo autem pacto concedendum est, quod si hic sint plerique seniores Provinciarum omnium, bi denarius Pa'rum numerus, quod eos potius quam istos sequi debeamus. Cū ex Concilio Ephesino sacro Patrum decalogi numero producto, constet quod Patrum doctrinam sequens eadem Synodus de regulis fidei pronunciauit p. 237.
- XXXVIII.** Theologorum autem, & Scholasticorum classes, & Vniuersitates eorundem in firma sententia dogmatum consentientes firmissimum quoq; post Patres præstant nobis locum, argumentum 243.
- XXXIX.** Inde consequens est, vt Theologicæ Scholæ decretis contraire, in materia dogmatica, nem̄ improbabile, sed errori proximum, in rebus verò graibus dissentire temerarium adiudicetur p. 251.
- XL.** In ijs quæ ius naturale, vel diuinum concernunt, magis Theologis, quam Canonistis est deferendum, in ijs vero, quæ iura humana, & canonicas sanctiones respiciunt, his potius quam Theologis est deferendum 253.
- XLI.** Illi autem pro Theologis habendi sunt, qui fide Catholica illustrati, conclusiones inde deducunt, & explicant atq; defendunt, & quod in hoc excellunt, eò illustriores, & sapientiores. Atheologi vero sunt, & Mateologi Hæretici fide, & sana doctrina orbati, vt & Theologasti, qui doctrinas nouas, varias, & peregrinas adducunt, quæ proinde ab optimis trapez. tis orthodoxy regulis librante, & examinanda 255.
- XLII.** Inter hos autem DD. Scholasticos tamquam Sol inter sydera S. Thomas Aquinas effulget, cuius Doctrina eminentem sibi autoritatem vendicat nedum Romanorum Pontificum calculo probata, sed etiam ipsius Christi Domini voce commendata, quæ in oratorijs illustrat, in Acad. docet, in tribunalib. iudicat, in Concilijs determinandi motua subministrat 271.
- XLIII.** Nunquam tamen ab orthodoxis ad eum gradum uecta est Angelici Doctoris authoritas, vt in subsellijs Canonicorum scriptorum assertus sit S. Thomas confidere, aut quod pro fidei articulis eius doctrina à suis discipulis vēd itata sit (vt Lutherus calumniantur) nam & si diuinitus illustratus sit, suaq; opera, (vt dicit Ioannes 22.) non sine Dei speciali infusione perfecerit, nihilominus, humanos quoq; labores, conatus, & studia adhibuit, & ipse metu humillimamenteatur, canonicis libris de necessitate inhærendum, non autem revelationi, si qua fuit alijs Doctoribus facta. Quare canonica excepta, (vt dicit Innocentius V.) habet veritatem sententiarum, vt hic eximus filius Ecclesie (vt dicebat Nilensis de Ephræm) numquam ab ipsa ueritate deslexerit. Cuius tanta est authoritas in doctrina Christiana (ut idem S. D. cum Hieronymo de Nazianzeno dicebat) ut nullus unquam eius dictis calumniam inferre presumperit, sicut nec Athanasij documentis 289. & seq.
- XLIV.** Hæc autem S. Doctoris eminentia, non proinde cerera sydera, hoc est alios Ecclesie DD. obscurat, vel sua authoritate expoliat, sed solum ostendit (vt dictum est) quod alia sit claritas Solis, alia Luna alia Stellarum, quæ omnes gloriose specie Ecclesie cælum ilustrant, & ex inæquali varietate multis foris gratia Dei in uiformitate disformi, varia ingenia à diuina sapientia sint aptata, vt sic in magno emineat, sicut in minimo resulgeat, & admirabilis apparet 295.
- XLV.** Insignis porrò calumnia est S. Thomā impetrere, quod veluti perdiſ fouerit quæ non peperit, hoc est alienos labores usurpauerit, hoc est primam & secundam secundę à nostro Fr. Vincentio Beluacensi transcriperit; cum certissimis documentis edificantur etiam ipsius Vincentij testimonio, eius operis Thomas esse autor, & conditor p. 304. & seq.
- XLVI.** Huius tam incliti Doctoris studiosi, ij melius mentem, & intelligentiam assequuntur, qui fidis, ijsq; vetustissimi eiusdem interpetibus se erudiendos committerint, & veri interpetris, & commentatoris leges seruauerint p. 315.
- XLVII.** Merito igitur pro tuenda doctrina S. Thomæ, & etiam S. Augustini iuratum est in tantorum virorum uerbis, vt nouitatibus præcluderetur uia, neue diuersa atq; aduersa doctrina induceretur, quam diuersitatem pleriq; adeo commendant, ut de illa gloriantur cum tamen nihil magis Tertulliano, & Aug. testibus officiat unitati doctrinæ, quam diuersæ doctrinæ superinductio pag. 31. & seq.

- LVIII. Animata autem Ecclesiae fides maximum habet authoritatis robur, & non est aliud nisi Ecclesiae ipsius sensus, qui & ipissimum Patrum consensum importat; similiter in omnium Doctorum, & Pastorum sensu, ipsiusmet Ecclesiae sensus inspicitur. Fidelium quoq; sensus, & consensio in ijs dogmatibus, quæ scire tenentur, Ecclesiastici sensus imaginem præferunt à pag. 346. usq; ad 355.
- LIX. Hic autem sensus uniformis est, & invariabilis, & infallibilis, & est metrum, & mēsura, & criterion quo finiendorum dogmatum, cuius tanta uis est, ut quando cetera deestent ex hoc solo sensu posset Ecclesia lites, & controuersias de fide terminare à pag. 355. usq; ad 367.
- LX. Et quidem si iste sensus ante Ecclesiae expressam definitionem, adeo sit manifestus, ut de illo non sit controuersia, certè illi refragari non est absq; heresis nota: secus autē, si an sit sensus Ecclesiae de aliquo dogmate, in quod estionem cadat, tunc enim inuestigandi talēm sensum locus datur, ut non illico sensus Ecclesiae habendus sit, quid ab his, uel illis priuatis Doctoribus pro Ecclesiae sensu uenuditatur, à pag. 367. usque ad 371.
- LXI. Multas autem à Sanctis reperimus traditas regulas, quibus sensum Ecclesiae possumus uenari, nempe consuetudinem, uetus uisum, & morem, praxim Ecclesiae seruatam tam in Sacramentis, quam in Sacramentalibus, cultu, orationibus, & alijs huiusmodi, quæ fiunt in Ecclesia, & in usu, & exercitio potestatis Ecclesiasticae, & similibus, à pag. 371. usque ad 377. num. 6. & 7.
- LXII. Quando autem contra fidem excitantur questio[n]es, & præsto sunt loca Theologica prædicta, ab Ecclesia definitiones, & decisiones interponuntur, nec retardari solent concurrentibus alijs circumstantijs. Quando verò non illico constat de Patrum sensu, Pastorum, & Doctorum, & ipsius Ecclesie consensu, u[er]o cū prudentissime differri solet, eaq; remedia interponantur, quæ ad rectam gubernationem pertinent; vt, quod absq; præjudicio, vtrinq; vel ex una parte sileatur, & huiusmodi, à pag. 395. usque ad 398.
- LXIII. Illud, verò silentium cum indicitur, minime illi parti cui indicitur præjudicat de veritate doctrine, maximè si eadem Ecclesia suis decretis id significet, & declareret contra: quæ decreta Apostolica veniens, ab inflictis poenis non excusat. pag. 395. usq; ad 398.
- LXIV. Securz ergo vocis assertio erit, his locis uti, nam de Patrum sensu, & præsentium Pastorum consensu, & Paulo Apostolo securi reddimur, quod posuit Deus in Eccl. post Apost. Prophet. deinde Pastores, & Doctores, ne circumferamus omnuento doctrina. De Ecclesiae uero sensu, quietia est eiusdem animata fides, certificamur de infallibilitate, cum Cath. Ecclesia sit columna, & firmamentum ueritatis, cui Dominus assidentiam promissam exhibit, & tradidit Spiritum Sanctum, ut in omnem inducat, sicut promisit Filius, ueritatem, cui honor, & imperium in secula, 399. & sequent.



# INDEX

## RERVM NOTABILIVM

### HVIVS OPERIS,

Primus numerus paginam, secundus columnam, P. M.F. principium, medium, & finem T. vero totam columnam indicant.

#### A.

- A**bsoluti non potest absens 63. 1. p. falso tributum Thomistis oppositum ibidem. Academie Scholasticae antiquitas 242. M. & 2. P. M.F. antiquae retinendae non sunt illis reiectionis nouae introducenda 324. 2. P. M. illis possunt religiosi incorporari 341. F. Adus appetitus, & sensu non est peccatum veniale, absq; ordine ad voluntate 298. 1. M. Aethiopis initio sui ortus, Prædicatorum religio Euangelizavit 340. 1. F. Adam ubi sit sepultus disseritur 365. 2. M. 78. 1. M. Africani Episcopi in anabaptismo a Stephano correditi 98. 2. M. Alexius sponsam intactam reliquit 377. 1. F. Ambrosius splendidissima lucerna sapientia sublimis 130. 2. F. alij eiusdem tituli 131. P. M. Angelos creatos ante mundum corporeum hodie afferere temerarium 44. 2. F. 45. 1. P. exponuntur PP. contrariorum afferentes ibidem M. non sunt corporei ibidem M. & 2. P. excusantur & exponuntur aliqui PP. id afferentes ibidem M. miscuisse se cum mulieribus error 48. 1. M. excusantur aliqui veteres id afferentes ibidem F. singulis hominibus destinatis ad eorum custodiām 60. 2. M. explicantur aliqui DD. contrarium docentes ibidem. Quomodo proficerint in cognitione mysteriorum gratiae 61. 2. P. 63. 1. F. non proficiunt in beatitudine essentiali 61. 1. M. exponitur Climacus ibidem mouent Cælum non sola voluntate, sed supposita Dei ordinatione 279. 2. F. non potuerunt mali peccare in primo instanti sue creationis 298. 2. M. individualiunt sua forma 299. 1. M. sunt in loco per operationem 298. 2. F. Animæ Patrū in Limbo nō desperarunt 63. 1. M. exponuntur aliquæ PP. locutiones ibidem. Earū origo ex creatione 98. 1. M. & 198. M. 2. perfectiarum beatitudo non differtur ad diem Iudicij 98. 1. F. una est altera perfectior etiam essentialiter ex perfectione individuali in ordine ad hanc, vel illa corpora meliora 279. 1. M. Antichristum futurum singularēm hominem tradi a veteribus fatentur Centuriat. 220. 1. P. Antiquitas medium componendarum controveriarum 85. 2. M. eam Eunomius recusabat 84. 1. M. eam tenemus, cum a Patrum doctrina non recessimus 62. 2. M. est tessera veritatis doctrina 86. 2. M. Aniqui pluiae, posteriores torrentes 84. 2. P. abque illis, scripta velut inconditæ epulæ ibidem. M. illis sua fulcire debent posteriores 85 1. P. ad eorum præscriptum sentiendum, ibidem M. antiquitate excellentes, veneracionem merentur, ibidem in determinatione questionum magis standum antiquis, quam modernis 86. 2. F. & 2. P. magis esse possunt testes traditionis 86. 2. F. ad eos gradatim per posteriores ascendimus 86. 1. P. per eos, quid in Ecclesia prædicaretur, agnoscimus, ibidem. hoc adminiculo vñus est Aug. contra Pelagianos, ibidem. maior sapientia, & modestia est plus antiquorum, quam propriam sententiam existimare 88. 2. F. 87. 1. P. & 89. M. F. eorum autoritate mota Cœcilia dogmatibus subscribit 88. 2. P. verius traditionis testes 85. 2. M. Aug. eisdem sententias suas libenter subiicit 87. 1. M. magis deferendum ijs, quam posterioribus 88. 2. P. et si conclusiones a posterioribus überius explicatae, agnoscere debent per quos profecerunt 88. 2. M. Illi sunt antiquorū contemptores, qui nouarum sunt cupidi questionum 94. 1. M. veteribus DD. Basilius, & Nazianz. multum tribuebant 84. 1. M. Apostoli pares Petro quantum ad Apostolatum 177. 2. M. non omnes uxorati, & qui uxorati uxoribus renunciarunt 181. 1. P. eandem doctrinæ nationib. euulgavit 333. 1. M. quod publicè, idem secreto prædicabant, nunquam dñuerunt in secreto ab eo, quod in aperto differebant 333. 1. F. prædicabant mortem, & Crucem Christi, nec de illa erubescabant 345. 1. M. sunt secundaria Ecclesiæ fundamenta, unde nullus Sanctorum posteriorum illis adæquatus 61. 1. M. omnes perdidisse fidem, dicendam non est 352. 2. F. eorum prædicatio usque ad nos deducita, quæ & sequenda est 357. 1. M. Apostolici quod inuenierunt in Ecclesia tradiderunt posteris 10. 2. p. ab illis ad Apostol. ab his ad Christum tamquam per scalam ascendimus ibidem M. apud istos expositio, & interpretatio legitima 399. 1. M. Approbare est indicare aliquid non esse dissonans a regula 177. 1. M. approbationem Euangeliij Paulus habuit a Petro 117. 1. F. approbatio Doctoris est videre, an eius doctrina cohæreat cum

cum Apostolis, & Apostolicis, & Ecclesia ibidem 2. M. facit approbatio, vi doctoribus fides adhibetur in suo genere iuxta subiectam materiam 117. 2. M. in diuerso genere causae Ecclesia Patres, & Patres Ecclesiam probant ibidem F. approbantur DD. ab Ecclesia tacite, vel expresse ibidem. Multiplex est genus approbationis 118. 2. M. Patrum inæqualis est approbatio ibidem M. F. Quid acquirant ex approbatione 119. 1. M. F. approbat eorum opusculis non singula sententia approbata 120. 2. M. signa cum omnino probantur v3. cum sunt testes traditionis, cum assertiuè non inquisitiuè locuntur ibidem F. adiaphora vero quoquo modo probantur ibidem? approbatio minus se extendit, quæ operis acceptatio 122. 1. M. supra receptionem iudicium addit ibide, approbat sunt, qui in nullo à consortio Ecclesie deuiarunt, deficientes vero cum conditio ne probati, ibidem M. F.

Aqua in altari immediatè vertitur in vinum 62. 1. M. exponuntur Samonas, & Algerus ibidem, paruae stillæ aquæ in calicem mitten dæ 301. 1. F. calidæ aquæ usus apud Græcos cum communicant, ibidem 1. F.

Argumentum efficax in Forensibus pro reocalumniato, rei authoritas 9. 1. P. nullum, quando testis est dubius, vel vacillans. 51. 2. M.

Articuli fidei non creuerunt secundum substantiam, sed secundum explicationem 15. 1. P.

Assertionibus Theologicis cōcēnentibus res Philosophicas contradicere possumus si habeamus meliora fundamenta 87. 2. F. nefas vero in rebus pure Theologicis 88. T.

Athanasius Ecclesie fundatum vocatur, acutus, vehemens, eximum virtutis exemplum 128. 1. F.

Argumentum formarū quomodo fiat. 198. 1. P. Augustinus impetus à Pelagianis, Semipel agianis 132. 2. v2. non recte conciliasse liberum arbitriū cū gratia 133. 1. & 2. T. Sed laudatur ab Innocentio, Celestino, Sixto, Leone, Hilario, Simplicio, Gelasio &c. 134. 1. 2. Item à Concilijs 135. 2. 136. nem à Patribus ibidem 2 & 137. 1. & 2. 138. 1. T. rationibus eiusdem doctrina defenditur maxime prædestinatio nis, et gratia 138. 2. M. 139. 1. 2. T. et 140. 1. T. eidem testimonium perhibent Nouatores 140. 2. M. 141. 1. M. nō suū, sed sensum Ecclesia ex presset 141. 1. M. retractauit, quæ scriptit ad Sim plicianum de Iacob, & Esau 142. 2. M. eiusdem opera recenset, & defendit Prosper 143. 1. M.

## B:

B. A filius traditionū assertor 49. 1. M. anlibi regularum diffusus tractatarum autor sit differitur ibidem sculus orbis, os Ecclesiae 128. 2. M. alijcūsdem tituli, ibidem. eius dictum de traditionib[us] exponitur 49. 2. M. vindicatur quidam locus à Pozœ argutijs 165. 2. P. Basileensis Synodus illegitima 368. 2. F. Baptisma gratiam conferre veteres agnouerunt 206. 2. M. item baptismate sanguinis condonat

ri delicta, ex eisdem, ibidem F. eo ablui infantes ijdem adstruunt 207. 1. P. baptisi aquam sacrari ex ijsdem 212. 1. P. ante eius suscep tione symbolum recitari, ibidem. Satanæ ab renuntiare, et baptizandos exorcizare tradit ibidem. M. signo Crucis signari, item mergi ibid. candida stola indui ibidem F. differri putauit Nazianz. ad triennium, sed id non placuit alijs PP. 175. 1. M. præcedebat catechismus, fidei professio, examen magnum 344. 1. M. dicitur pactum ibidem F. inter c. significat, quod Christo consepeliamur 2. M. olim per trinā immersiōnem dabatur 260. 1. M. postea ille usus abolitus, ibidem.

Bernardus quāti fecit authoritatem Ambrosij, & Aug. 85. 1. M. fuit instruū varijs disciplinis ex Petro venerabili 292. 2. F. eius dictum, quod plus sylva, quam magistri nos possunt edocere exponitur, cum alijs dictis aliorum ex doctrina Cassiodori 293. 1. F.

Bellare non est illicitum Christianis, cum debitis conditionib[us] 181. 1. M.

Bigamus repellitur ab ordinibus defectu Sacra menti 61. 1. F.

S. Bonaventura, & S. Thomæ laudes 296. 2. F. ille Seraphicus iste Cherubicus. vide elegan tem inter ipsos comparationem, & differen tiā 297. 1. T. in illo excessus effectus admirandus, in isto sapientia incomparabilis 328. 2. M.

## C.

C. Aczelia vitiū fugiendum 340 eius mala ibidem col 1. M. F. 341. 1. M.

Caietanus post S. Thomam ingeniorum flos 317. 2. P. hallucinatus est, quoties discessit à S. Thoma ibidem 1. F. immerito, et temerè à Castro, & Prateolo in cat. hæreticoru computatur 317. 1. M. de Catholica religione benemetus ibidem.

Canisij doctrina circa Patrum authoritatem impugnatur 14. 1. F.

Canonici libri ab hæreticis controvēsi agniti à Patribus 205. 2. M. differunt à scriptis PP. 287. 1. M. 121. 1. M.

Canonici scriptores non sunt conati in scribendo 292. 1. M. conati sunt interdum quantum ad verba 292. 2. P.

Canonizatio Sanctorum infallibilis ei detrēctans impius, & sapiens hærestm 301. 1. M.

Calumniator aliter, quam amicus defectus obseruat. 281. 2. M. assimilatur Elephanti, & Scorpio Lydiæ 283. 2. M. calumnia contra Thomistas, quod obscurare intendant ceteros Doctores dissoluit 396. 1. M.

Cacer Senatorius pargationis exploditur 61. 2. P.

Catechismus Pii V. magnæ authoritatis 281. 2. P. temerè quidam eum sugillant 2. P. Catechesis lati cur assimilatur 334. 1. M. non imbuendi parvuli diuersis catechesibus, hoc est diuersis doctrinis 334. 2. P. uno, & eodem istruē di Gétiles 339. 2. P. quos libros catechismū continebtes legendos à Catechisis, docuit Possevinus nempe

- nempe S. Thomam contra Gent. Aloysium Granatensem 339. 1. M. ex his confutantur omnes errores Iaponensium abunde ibidem 2. M.F. & 340. quid sit, & quæ continet 342. 2. F.
- Catechistæ quidam in nouo orbe, ante baptismum non edocebant articulum passionis, ne gentiles exterrerent ibidem. Confutantur per extensum à pag. 343. usq; ad 345.
- Catholici fidem suam ostendunt antiquitus fundatam, quod non possunt ostendere hæretici 6.2. M.
- Centuriatores colligentes testimonia antiquitatis Ecclesiæ 220. 1. M. ex ipsorum dictis, & laboribus insigne argumentum ad hominem subministratur aduersus eosd. et suos Symmistas 220.221. per totum in Patres blasphemias intolerabiles evocant 149. 1. & 2. T.
- Character Sacramentalis ex doctrina Ecclesiæ 300. 2. M. satis debiliter à Scoto asseritur, ut docet Vualdensis ibidem.
- Christus dominus non est dicendus homo dominicus 63. 1. M. huius contrariam propositionem retractauit Augustinus ibidem. persona eius, ut Deus habet omnipotentiam, ibidem 2. M. exponitur Ambrosius ibidem, non est mediator, ut Verbum, sed per φ' homo est 174. 1. F. nō profecit in sapientia per incrementa ætatis, sed secundum effectus c. 63. 2. F. secundum, quod homo nō est ubiq; Exponitur dicta Patri 174. 1. F. Quomodo reprehendit plangentes suā mortem 180. 1. M. eius tempori propinquiores eo sapientiores et instructiores 225. 2. P. 216. P. Eos defecius humanos assumpit, qui dicuntur indetractabiles, hoc est eius perfectioni non repugnantes 263. 2. T. ijs verbis consecravit Eucharist. Hoc est &c. 281. 1 F. eius corpus idem numero viuum, & mortuum 299. 2. P. audi possit corruptum, ibidem. Habuit virtutes morales acquistas 301. 2. M. eiusdem animæ moræ in inferno, vel corporis in sepulculo non fuerūt propriæ pæne, sed penalitates 301. 2. M. eius diuinitas admirabili prouidentia non est Senatus Rom. calculo approbata 342. 2. F.
- Circuncisio ex fide in Christum, non vi sua gratiam conferebat 59. 2. F. exponitur Chrysostomus ibidem.
- Chrysostomus exponitur circa retributionem præ miorum 43. 2. M. à Pelagianismo vindicatur 53. 2. M. 33. 2. M. ab Innocentio laudatus 129. M. aureus ore, & lingua ibidem, alii tituli.
- Clementi Alex. multi nœni attribuuntur, vnde propter hoc à Gelaſio ponit inter apochrypha 45. 2. F. vir alioqui disertissimus, omnium rerum cognitione præditus 128. 1. P. alii eiusdem tituli, & encomia, ibidem.
- Coexistentialia rerum in ateruitate 198. 2. M.
- Commentatoris officium non est suum sensum obtrudere, sed eius quem exponit assequi 314. 2. F. si contraria dixerit non tam interpres erit quam aduersarius eius, quem explanare intendit, ibidem. Commentatoris mens differt à propria sententia, nam commentando auctori se accomodat ex Hieronymo 72. 1. T.
- Communicatio idiomatum quomodo explicatur exemplo ferri igniti 174. 1. M.
- Communio sub utraque specie piis de causis olim in Ecclesia 49. 1. F. ad confundendos Manichæos 49. 1. F. 360. 1. M. Gelasius non damnavit simplicem omissionem sumptionis Calicis, sed Manichæos ibidem.
- Concilia non opus est congregari ad petitionem hæreticorum 8. 2. M. fidei questiones determinant 40. 2. F. & 42. 2. F. priorum, & antecedentium Patrum verbis, & dictis insistunt 51. 2. F. 2. 6. 2. F. magna eorundem erga Patres reuerentia 94. 2. F. 95. 1. T. determinant ex assentia spiritus Sancti 99. 1. M. non autem ex vi syllogistica 99. 1. M. nō tamen ob id prætermittuntur discursus ibidem. Si ab errarent Patres in Cœciliis à legatis aut Papa corrigerentur 351. 2. M. quicquid determinant prius erat in corde, & sensu Ecclesiæ 236. 1. M. 363. 1. M. cum non subiiciantur Legatis à vero exorbitant, ut patet in Ephesino 2. 368. 2. M. infallibilitas eorum cum Papa, & Legatis subordinantur, est inchoatiua, perfecta vera cum confirmantur à Papa 368. 2. F. Patrum doctrinis tanquam regulis utantur 96. 1. M. contra eorum constantem doctrinam nunquam decreverunt, nec decernent 99. 1. F. 2. P. Concilium Africanum errauit in materia baptisi hæreticorum, sicut provinciale 40. 1. M. cur errauerit 42. 1. M. Concilium Athiochenum personas substantias vocans Hilarius lib. de Synodis excusare studet 68. 2. M. idem Concilium negavit Filium esse Patri homousion ante hæresim Arii, ut Samosateno se opponeret, ibidem. Concilii Ephesini erga Patres existimatio 5. 1. M. item Chalcedonensis ibidem, item sextæ Synodi ibidem, item Concilii Nicæni 2. quæ & septima Syuodus, item octaua Concilii, item Florentini, & Tridentini 2. F. Concilium Tridentinum quanti fecerit doctrinam S. Thome ex Baronio 275. 2. M. idem Tridentinum controversias excitatas de lege, peccato, merito, fide, Sacramentis ex sensu, & traditione Ecclesiæ terminauit 358. 1. M.
- Concupiscentia non est peccatum, sed fomes peccati 199. 1. M. cum illi resistitur, meremur 178. 2. F. si plenus non sit actus, venialis erit, non mortal is 2. F.
- Confessio de iure diuino 176. 2. M. in usu fuisse tempore Tertulli & Cypriani fatentur Centuriatores 209. 2. F. illa peracta, imponi solita opera satisfactoria pro culpe qualitate, idem fatentur 210. 1. M. imponi solitam manus impositionem reconciliatiuam, idem ex veteribus agnoscunt, ibidem.
- Confirmationis Sacramentum agnatum à veteribus 207. 1. M. item eo baptizatos signari ab Episcopis, ibidem oleum eiusdem asseruari solitum ibidem. Item oleum eiusdem benedicti Episcopi benedictione 212. 2. M. eam benedictionem non sedare oleum anhelitu, nec verborum murmure incantari, ut blasphemabat Caluinus, cum ritus ille benedicendi de Apostolica traditione descenderit 195. 1. M. 200. 1. M.

Consen

Consentio argumentum magnæ efficacie 359.  
2. M. consensione Patrum euersa, fides quoque  
enertitur 52. 1. P. signum est Catholici dogma-  
tis 365. 1. M.

Consuetudo quanti roboris fuerit apud Aposto-  
lum Paulum 257. 1. F. eam compendium fi-  
niendarum l*iiii* vocat Tertull 357. 2. M.  
ipsimet Hærelici Galuiniani ad suos ritus ad  
consuetudinem configunt 358. 1. F. abusus cor-  
rigit 359. 2. M. ea sola de anabaptismo hære-  
ticorum triumphatum 36. 2. F. consuetudines  
locales quanti sint roboris 74. 2. P.

Consilia Euangelica à veteribus agnita 182.  
1. M.

Contrarietas affigunt PP. hostes Ecclesie ca-  
lumniösè 50. 1. M. F. cù deprehenduntur in spe-  
cie, quid faciendum 52. 1. M. tales fingere est in  
Christum conari 58. 1. F. contrarietas non  
continet fides orthodoxa 365. 2. M. contrarietas  
nō esse in dictis Patrum faretur Tharassius  
in 7. Syn. idem assertum luculententer in Concil.  
Florent 51. 1. F. & ab Augustino 53. 2. M. ca-  
lumniösè M. Antonius de Dominis dixit inter  
Paires, & Scholasticos esse contrarietas 55.  
1. P.

Contritionis dolor verus, etiam si remissus, dum  
modo metas attritionis excedat 64. 1. P. expo-  
nitur Cæsarius ibid.

Contumelia, & impudentia Athenis erexerunt  
altaria 180. 2. M.

Corporæ cœlestia non sunt animata 286. 1. P. con-  
trarium sensi Origenes, unde, & damnatus  
est in 6. Synodo ibidem M. falsum est, temerariū  
& erroneum in fide, dicere corpora cœlestia  
esse animata ibidem 2. M. cur S. Thomas  
dixit id non pertinere ad fidem ibidem M.  
equinoce dici possunt animata 21. 2. F.

Correctio fraterna facta à peccatore occulto non  
facit eum obnoxium culpæ 298. 1. F.

Crucis signum tamquam triumphale habitum,  
docuit, & tradidit antiquitas 214. 2. F. & 215.  
3. P. eo signari Christianos solitos ante omnem  
actionem ibidem P. eiusdem adoratio, ibi-  
dem M. in Mysteriorum celebratione adhibe-  
tur 201. 1. M. diabolum fugat F. eo se signauit  
Iulianus quantumvis apostata ibid. in eo glo-  
riandum, nec de eo erubescendum 345. 1. M. In  
eo affigi voluit Christus D. ut in eo magis  
appareret virtus diuina 344. 2. M.

Cyprianus Martyr errauit in quæst. anabaptismi  
hereticorum 35. 1. M. eius authoritas priuata  
non præstudicat Ecclesie uniuersali ibidem F.  
non arctamur eum recipere in hoc articulo 2.  
P. Propter hunc errorem eius opuscula inter  
Apochrypha recensentur 45. 2. F. unitatis, &  
pacis amator 46. 1. M. suam sententiam noluit  
esse alicui præjudiciale 46. 2. P. duriusculè  
Stephanum Papam increpauit 46. 2. P. non se  
subtraxit ab Ecclesie unitatem ibidem. ante  
mortem correxit errorem ibidem F. eius lau-  
des 47. 1. M. 128. 1. P. Nihil tribuit populo cir-  
ca electiones sacerdotum 180. 2. F.

D.

Demnatorum supplicia æterna 178. 2. M.  
Decalogi præcepta recte partita à PP. id  
etiam nouit Origenes 182. 1. M.  
Definitio Ecclesiastica in controveſijs fidei non  
innit tur medio ſyllogiſto, ſed aſſiſteniæ Spi-  
ritus Sancti pag 99. 1. P. inter Ponificem, &  
Spiritum S in diſſiſtione omnis intermedia  
cauſa excluditur, etiam formalis, ibid. media-  
tamen aſſumuntur diſcurrendo, deducendo, ibi-  
dem M. definitionum neceſſias in fidei con-  
trouſijs, cum peruersa inducuntur dogmata,  
colligitur ex præcepto Christi Domini, & tra-  
ditione A poſtoli 385. 2. T modus, et circum-  
ſtantia ſeruandæ, nempe ſi ſalutis aliorum im-  
pediatur, vel autores errorum adducerent di-  
ſcipulos post ſe 386. 1. M. ſi populi cum magi-  
ſtris conſpirarent, ne peior ſiat ſcifura, differen-  
da eſt definitio 386. 2. P. definiendi neceſſitatē  
agnouerunt Pontifices Rom. 381. per totum. Ex  
parte Ecclesie neceſſaria eſt definitio, ne fal-  
ſū pro vero dogmate aſſertatur 382. 1. P. ut di-  
ſcernantur pīj ab impijs ibid. ne innuentores  
errorum magis in ſuo errore firmentur col. 2.  
P. ne ipſi fideles fluctuant ibid. M. ne peruersa  
doctrina tanquam lues reliquum corpus inua-  
dat F. & 383. 1. M. ut unitas cuſtodiatur, &  
ſcifuræ tollantur ibidem M. ut tollatur ab er-  
rantibus falſa existimatio quod recte ſentiant  
383. 2. M. eorumq; malitia verſipellis dete-  
gatur, & præſumptio, quod præ cœteris sapiā, ibi-  
dem M. ne ſimplices in eſcat fucata eloquen-  
tia 384. 1. M. ut denudati pelle ouium lupi  
appareant col. 2. M. F. poſſet interdum diſerrit  
ex bono pacis, ſi maius ſcandalum oriretur  
387. 1. P. in muliis quæſt. Eccl. ſuam definitio-  
nem non interponit, quia multoties non ſunt  
aperta teſtimonia Patrum, & apertus ſensus  
Ecclesiæ 391. 1. M. ſimiliter eti am ſe ſint certa  
quo ad nos, & circumſtantia retardationem  
poſcant 391. 1. F. et col. 2. P. interponit autem, et  
accelerat definitionem, cum id poſcunt eadem  
circumſtantia ibidem M. diſſertur diſſinatio cū  
non apparet certa connexio, conclusionum cum  
principiis, vel hinc inde probationes, aut Pa-  
trum dicta adducuntur 392. 1. M. ex retarda-  
tione definitionis, quando non expedit, multa  
remedia præſto ſunt, iisq; humiliter parendum  
col. 2. M. 393. 1. 2. T.

Dæmo ſtudia odiſ scriptur arum 293. 1. 2. T fur,  
& latro 328. 1. M. eo tanquam magistro uſus  
Lutherus gloriatur 201. 1. M. impia, & ſacri-  
liga vox impiorum Caluinistarum vocantes  
Pates, Dæmones, & ſatellites demonis 195. 1.  
M. ipſi hærelici dæmone peiores 201. 2. M.  
Deus non eſt cauſa peccati 200. 2. M. licet il-  
lam voluntatem propria vi:io inclinatam nō  
impedit 178. 2. M. voluntatem noſtram ad  
agendum recte, inclinat veris, ſed miris modis  
179. 1. P. diuina exhibet, & dat ſapienſibus,  
prauis eſt magiſter brevis 284. 1. F. falſo infa-  
matur Aug quod Deo tribuerit peccati cauſa  
liatam 200. 2. M. peiores Caluiniani Mani-  
chæi:ij enim mali Deo mala culpe tribuebat,

iſtū

- hi vni Summo bono Deo, eadem ascribunt  
200.2. F. in eum blasphemè hæretici insur-  
gunt 202.2.F.
- Dionysius Areopag.* copiosus verbis, copiosor spe-  
culatione appellatus, item volucris Cali &c.  
127.1.M.
- Discordia* malum magnum in doctoribus, &  
Magistris cum diversa loquuntur 322.1. P. di-  
scordantes eorum sententias concordare ma-  
gna modestia 422.1.F.
- Dissidia Philosophorum* de ultimo fine maxima  
323.2.F. procul à Catholicis abesse debent 324.  
1.P. illa exprobabant Christianis, Ethnici, &  
alijs hostes nostri calumniosè, ibidem. *Magna*  
*ingenia illis fracta, & debilitata* 324.1.F. dis-  
sidia Orientis scribit, & deplorat *Nazian-*  
*zenus* pag. 322.2. M. 342.1. P. dissidia in-  
heresē solent terminari ibidem col. 1. 322. P.  
hæreticorum dissidia perbelle scribit *Hil* 338.  
2.M. in militia dissidia ciuica non componun-  
tur ex exterarum gentium fauore, & auxilio  
338.1.T. *Dissidia* diuersarum factionum quo-  
modo *Neptarius* composuerit tempore *Theodo-*  
*sij* 399.2.M.
- Diversitas viarum* si ad vnum exitum, & com-  
pitum non conductit, officit, multo magis in *Theo-*  
*logia* 124.2.M. in doctrina Catholicā, & sana  
*Theologia* diuersitas dogmatis cauenda 333.  
1.F. 335.1.M. benè tamen possunt tradi diuersi  
explicandi modi 325.2.P. non est inducere di-  
uersitatem doctorum, cum eos in sententijs  
unitos reperimus, & adducimus 336.1.M.
- Doctoratus gradus* est peculiaris in Ecclesia  
125.1.M. requisita, ut quis sit in tali ordine,  
vel gradu ibidem 1.F. aliud est esse in gradu  
doctoratus Ecclesia, alium Doctorum in Eccle-  
sia 125.1. F. *Doctores* veluti lucerna 295.2.F.  
inter ipsos tamen est ordo 296.1.M. inter ipsos  
est ordo, & graduatio 296.2.M. non deerunt in  
*Ecclesie* 225.2.F. velut stelle Pleiades 328.2.F. &  
329.1.M. prorogatiæ eorū ex Bonifacio 125.  
1.M. successerunt *Apostolis* in doctrina 350.2.  
M. ab eis oportet discere, & eos audire 367.  
1.M. diuinitus dati a prouidentia 250.2.M.  
ab eis oportet discere, quid credendum 367.1.  
M. diuinitus dati a prouidentia 250.2.M. 285.  
1.M. & 58.2.M. ut doctores se inaniter intru-  
dunt hæretici 256.1.M. 258.1.T. Non omnes  
æquales 280.1.F. doctores falsi, diuinitus per-  
missi ad profectum veritatis 285.1.M. conati  
sunt in studio 292.1.F. 293.1. et 2. non separan-  
di viui à mortuis 91.1.M.F.
- Doctrina revelata* à Deo tradita 250.1.F. sana  
doctrina est, quam habere tenemur 157.1.M. ei  
adversatur, ne dum, quod adversatur revelato  
formaliter, sed & virtualiter ibidem M. mor-  
bosam illam laedit, & quæ illa sit ibidem F. & 2.  
P. illa vera, quæ cum scripturis, et traditione  
concordat, illa falsa, quæ ab his dissonat 259.  
2.M. suspecta item, et falsa, quæ cōmuni *Theo-*  
*logorum* sententiae contradicit ibidem F. noui-  
tia doctrina habet pene grina vocabula 260.2.  
M. & 261.1.T. item si iactet nouas revelatio-  
nes 260.1.F. non quo facilior, verior 264.2.p.  
265.1.T. similiter non verior quia quietatua,
- ibidem 2.p. sed quia traditioni Ecclesiæ con-  
formior 264.2.P. M.
- Doctrina* crescere debet, ut agricultura 295.2.F.  
non tradenda ad gratiam audientium, sed ex  
veritate 335.2.M. aliorum sequi præstat, quæ  
nostra, quæ nescimus, docere 322.1.2. M. qui  
ea instruci non sunt, temere alios docent ibi-  
dem F. inequaliter à Doctoribus doctrina par-  
ticipata 54.1.F. 2.P.
- Dogmata* tradere non est res ingenij, sed tra-  
ditionis 86.2.M. vera sunt, quæ cum originali-  
bus, & matricibus Ecclesiæ conformia sunt  
351.1.M. multa silentio à veteribus inuoluta  
173.2.M. P. 53.1.m. 128.2.F. 229.1. et 2.T. id ra-  
tionabiliter factū est, et cause pulcherrimæ ad  
ducuntur 231.2.m. 232.1.T.
- Dominium rerum* in Societate Iesu stat cum sim-  
plicibus votis in ordine ad voluntatem supe-  
rioris 281.1.P.
- E.
- Ecclesia* testimonio humano non innititur, re-  
guli tamē et prudentia uitur in inuestiga-  
tione traditionis 25.2. F. eiusdem dogmata ex  
antiquitate consenstone, & Patriū uniuersita-  
te habentur ibid. Multitudine nō definitur 77.  
2.M. assimilatur auroræ, non in noua tradic-  
tione mysteriorum, sed in eorundem explicatio-  
ne 90.2.M. non est supra verbum Dei cum il-  
lud habeat, ut directuum iudicij Ecclesiastici  
98.2.F. Non noua cudit mysteria, sed accepta  
prius voce, in scriptis cōsignat 363.1.M. imme-  
diatè illi assentimur cum aliquid determinat  
99.1.M. illam errare est impossibile 357.1.M.  
si non esset infallibilis infinita absurdia se-  
queretur 357.1.M. multa ei commissa pro va-  
rietate temporum immutat 360.2.P. in 1js, quæ  
sunt de iure diuino non dispensat, nec recedit à  
formulis diuinis præcepti 360.2.M. illusires  
promissiones eidem factæ ponderat in Con-  
cil. 6. generali 366.1.F. & a Petro Venerabili  
contra Petrusianos elegantissime 405.1.M.  
Veraeiter orat dimitte nobis debita nostra  
180.1.P. mater nostra est 284.2.F.
- Ephraem laudes* 129.1.P. eius dicta exponuntur  
166.1.F.
- Episcopatus* non est Sacramentum 300.1.M. non  
imprimet nouum characterem 300.1.M.
- Episcopi* & præbyteri nomina olim communia  
177.1.M. off. iā tamen diuersa ibid. olim *Apo-*  
*stoli* vocati ibid. directi à Domino 350.2.P.
- Episcopi* de hæresi condemnata iudicant 236.  
1.M. illis non committit unquam, ut res non  
decisas definiant ibidem F. possunt cognoscere  
de hæresibus, quæ principijs fidei deprehendun-  
tur contraire 236.2.M. Eorundem litteris, &  
consensu innotescere potest Ecclesiæ doctrina  
ibidem. hæc praxis vetus fuit in Ecclesia 233.  
col.2. M. eorum congregazione in Concil. non  
opus est maxime hæreticis petentibus Conciliū  
233.1.M. 234.1.M. nouella exurgente hæresi ab  
ipsis contradicci captum 235.2.M. illi auscul-  
tandi sub pena perfidie 235.1.M. habent au-  
thoritatem presbytero simplici supereminente

300. I. M. non accipiunt cum ordinantur characterem distinctum, ibidem. Presbyteris superiores 48. 2. M. in Concilijs non sua, sed sensum Ecclesiae tradunt 363. M. non possunt omnes errare 350. 1. M. nec errore inculpabilis in fiducia 351. 2. M. eos vera dicere cogit Cathed. 350. 1. M. non habent aequale votum cum Pontifice etiam si consultinium 309. 1. M.

Errans differt ab heretico 40. 1. P. erranti non pertinaciter ignorandum 43. 1. P.

Erroses in scriptis Patrum non aeterno Patrium profectos dixit Pozza, sed omnes a temporis iniuria, vel malitia, vel dolo, vel librariorum incuria irrepisse 160. 1. F. eadem sententia refutatur 162. 163. absq; villo errore S. Thomas conscripsit ex Clemente VIII. 274. 2. F. errorem non committere vires nostras excedit 40. 1. F. interitus concepti vix retinentur, quin exterius procedant 352. 2. M. si non fiat, peculiaris est gratia, ubi explicatur Con. Neocesar. ibidem.

Error unius de communitate aliqua non debet alijs praividicare 297. 2. P. exemplis id demonstratur ibidem.

Eua formata realiter est costa Ade 317. 1. F. 59. 1. F. exponitur Chrysostomus ibidem.

Eucharistia etiam est Sacramentum permanens seruatum in Sacrario 207. 1. F. eiusdem afferatio ex antiquitate monstratur 207. 2. P. fieri in eius mysterio transubstantiationem panis in corpus &c. docent Patres ibidem M. 183. 1. P. esse quoq; sacrificium veteres tradiderunt 208. 1. F. item in sacrificio isto vinum cum aqua misceri 208. 2. M. item a solis Sacerdotibus offerri, ibid. F. in ara offerri seu communionis mensa 209. 1. P. eiusdem adorationem agnita a veteribus constat, ibidem M. item a eiusdem sumendam 209. 2. P. idem sacrificium pro mortuis offerri semper solitum 182. 2. P. 209. 2. M. a Diaconis solum distribui solitam, nuncque oblatam col. 2. F. signo Crucis signari 212. 2. M. ad eius confessionem sacras uestes induitos Sacerdotes processisse ibidem, earundem vestium enumeratio ibidem. Faciunt etiam mentionem Patres de templis, aris, thure, cereorū &c. ibidem. Eucharistie delatio agnita ab incunabulis Eccles. 199. 2. M. eiusdem cultus religiosus 201. 2. F. Vocatur panis non usualis triticeus, sed celestis 175. 1. F. item antitypon. Imago ratione specierū item 175. 2. P. item signum corporis Christi id est prout in Cruce immolati ibid. M. dum afferitur substantiam symbolorum manere, accipitur substantia pro essentia, manet namq; accidentium substantia ibidem F. Pro intelligentib. PP. locutionibus tres regule circa Eucharistiam traduntur 176. 1. P. non datur laicus, sub utraque specie, & praeceptum datum Apostolis fuit datum, ut sacrificantibus, non ut cōmunicantibus 176. 1. M. cōsecratur verbis Salvatoris Explicantur Graecae liturgiae 176. 1. F. cur olim daretur in Ecclesia sub utraq; specie 360. 1. F.

## F.

Faustus Episcopus Rhenensis male aquisbusda excusat 28. 1. P. male quoq; a Gennadio laudatus 28. 1. F. fuit Semipelagianus 28. 2. P. hostis gratiae habitus, & ut talis impugnatus 2. M. F. illum non recipit Ecclesia 29. 1. P. 94. 1. F.

Fidelium simplicium sensus, est testimonium antiquae fidei, non authoritatum, sed indicatiuum 79. 2. M. & F.

Fides est anticipatio cognitionis 332. 1. M. in obedientia consistens, ibidem, una & Catholica, haec etiolorum plures ex Hil. 338. 2. M. eius mes- sis triticea 89. 1. M. non a revelationibus nouis, sed vetusta traditione petenda 89. 2. P. augetur quantum ad explicationem, non quantum ad substantiam 15. 1. P. 89. 2. P. 90. 1. F. plura fidei revelata a myst. tempore gratiae 90. 1. M. ideo eius tempus assimilatum iuuentui ibidem, nec excessum, nec defectum patitur fidei mensura 35. 2. M. F. Fidei regula que sit 19. 2. M. ea vitatur Eccles. in definiendo 99. 1. F. subtilitates eius ad solos sapientes pertinent 354. 2. P. laicorum fides in communib; credibiliibus magnum fidei quoq; argumentum 354. 2. M. nihil fide infelicius, si in eruditos solos caderet 341. 2. F. ex fide personas, non est contra iudicamus 24. 1. P. duobus principijs principiū nititur scriptura, & traditione 97. 1. M. non illi officiunt a poststantes, & a veritate dentantes 24. 1. P. fidei habet charitate destitutus 49. 1. P. exponuntur aliquæ PP. locutiones ibidem. Implicita minoribus sufficiens 81. 1. M.

Festivitates Christi Domini, Deiparae, & sanctorum a Patribus agnita 215. 2. M. 116. 1. P. non pertinent ad ceremonialia, sed moralia 201. 1. P.

Formæ consecrationis Calicis non omnia verba sunt de essentia, licet de integritate 300. 1. P. Funera & exequiae Christianorum agnita a veteribus 218. 1. P.

## G.

Gelasius PP. non fuit author lib. de duabus naturis, sed alter Gelasius Graecus 176. 1. P.

Generatio in statu innocentiae fuisset per commixtionem corporum 59. 2. P. Patres aliqui explificantur ibid.

Gesta SS. Martyrum autoritatem non habent, nisi ab Ecclesia probentur, probata habent autoritatem 376. 1. M. cur quedam reprobarit Gelasius ibidem.

Gesta S. Georgij, Quirici, & Iulitae, quia ab hystericis conscripta, non habent autoritatem, ibidem 376. 1. M. in horum priuata receptione sententia Apostolica seruanda, omnia probata, quod bonum est tenete 376. 1. F. impiè in gesta recepta ab Ecclesia debacchati sunt impij ibidem F. & 375. 2. P.

Gnostci se super Apostolos esse sapientiores iabant 285. 1. M. eos reprehendit Clem. Alex. 334. 2. F. 122. 2. F. Graci

Græci PP. et Latinis consentiunt 51.1. M. vtuntur in diuinis personis nomine cause pro principio 53.2. F. 54.1. P. quomodo dicunt filium secundum à Patre Patrem ingenitam, Spiritum S. causam Filij ibid.

Greg. Magnus laudatus à Damasco, Hildephonso 131.2. M.

Greg. Nissenus, os charitum, verborum flumen 129.1. F. alij tituli eiusdem ibidem.

Greg. Nazianz. magnus, præclarus ibidem, cui nullus in doctrina contradixit 130.1. M. alij alij eiusdem tituli.

Gratia, & charitas augentur per actus remissiores in esse gratiæ, non in esse habitus, & qualitatis 298.2. P. eius defensor Aug. 137.1.2. T.

## H.

**H**Enoch, & Elias viui reservantur contra Antichristum 64.1. F. aliqui Patres excusantur.

Hæretici Catholicos calumniantur, quod quæstiones impertinentes ad fidem profidei quæst. videntur 18.1. F. Patres criminantur 22.2. F. sub dictis eorum hæreses colorant 34.2. P. priuatos aliquorum PP. errores suscitant 42.2. M. singunt cum veteribus se sentire 148.2. P. ijs pressi iniuste eosdem calumniantur 198.1. P. in hac impietate diabolum superant 202.2. Mali homines hæretici sunt ex impatientia 46.1. F. eorum etiam calunia, quod posteriores prioribus aduersentur 50.2. F. item Græcos cū Latinis Patribus pugnare ibidem. Itc Theologos Scholasticos à Patribus disrepare 55.1. P. Super Apostolos sapere gloriantur 87.5.2. Scholasticam contemnunt, & scilicet patrum lectionem inculcant 66.1. P. ad solos primorum seculorum Patres recipiendos se astringunt 87.2. M. eoru dogmata scriptis Ecclesiasticorum confutata 88.1. F. eorundem magna presumptio, ut sibi, non Patribus credatur 89.1. P. scilicet religio ipsorum sub specie defensionis Eccles. 148.2. T. Sæuitia in Catholicos 364.2. M. 365.1. P. Fidei, & sibi ipsis aduersi 365.2. M. ridicula docent 366.1. M. barbariem obiciunt orantibus ad Sanctissimam Trinitatem 202.2. M. simulant antiquitati deferre, & pro se starentiunlur 203.1. M. F. sed cum PP. vident illis refragari, eos reiçunt, corrumpunt &c. 203.2. M. Falsas, & irregulares regulas tradiderunt pro Patribus intelligendis 204.1.2. T. horrende eorum in Patres blasphemie 191. usque ad 197.198. F. callide spretis Scholasticis PP. lectionem urgente 62.1. P. 2. F. Eorundem calumnia, quod in uno solo patre fidem collocamus 18.1. F. ob unius, vel alterius errorem sceleros aspernantur 22.2. M. sobriæ aiunt PP. allegandos 148.2. F. patrum lapsus exaggerant 37.2. P. affigunt, quæ non somniarunt 142.2. M. Scholasticos à PP. dissentire mentiuntur 54.2. F. 58.2. F. supercilium, & superbia 81.2. M. 82.1. P. M. spiritus blasphemus 191.2. M. Hæreticorum mos Patribus libros hæreticos supponere 153.2. M. 154.1. M. id etiam fecerunt Nouatores ibidem F. & 2. M. dicta Patrum,

etiam corrumperet, truncando dicta Sanctorū 2. M. F. & 155.1. & 2. per totum. Etiam apponendo, & transmutando 156.1. M. 2. T. 157.1. & 2. extorquendo eorundem dicta violensis interpretationibus 157.2. M. 158.159. per totum cofutantur. Apud se ipsos tanquam veram sapientiam habentes inuitare, spretis Doctoribus Ecclesiæ 337.1. P. 333.1. F. & si bonos, ne scandalizent mundum, fateatur, nostrarates, inquiunt, sunt meliores ibidem col. 2. P. ad eorum sequalem allicitus promittendo magistratus, in Clericorum ordines se cooptatueros ibidem M. Monachismo insultant ibidem. ad studiū politicæ, spretis ieiuniis, habitu monastico, adhortantur ibidem.

Hæreses hic cofutatae. Soli scripturæ esse inhærendum spretis Patribus 3.1. P. confulantur pag. & c. 226.2. P.

H. Repabitz andos hæreticos docuit pseudosynodus Vapincensis, & Anahaptis 23.1. P.

Hær. populorum esse de doctrinæ dogmatibus indicare 76.1. M.

Hær. inuedos ritus Gentilitios in Ecclesiam, ritus Iudaicos, ex ceremonijs, & traditionibus Ecclesiasticis 92.1. P.

Hær. Papam contra mores maiorum, leges condere exorsum ibidem.

Hær. Pontificios novos articulos cedere, a prisca fide degenerasse 92.1. P.

Hær. quod Hæretici super Apostolos sint sapientes 122.2. F.

Hær. detrahentium viuo, & mortuo Augustino in materia predestinationis, & gratie 132.2. T.

Hær. Solans primitivam Ecclesiam, vel primorum seculorum fuisse puram, detinere degenerasse 223.2. P.

Hær. quamdiu inhæremus Patribus, & Consilijs, tamdiu in erroribus detineri 226.2. P.

Hær. Dogmata orthodoxæ Ecclesiæ esse nupera inuenta, prisca Patribus incognita 223.1. M.

Hær. Magisteria Theologica non esse approbata à Christo, propterea dimittenda. ite vanagentilitate esse introducta, & tantum prodeesse Ecclesiæ universitates, quantum prodest dia-bolus 239.1. M.

Hær. in omnibus qq. sensum laicorum preferendum, & in eo quiescendum 353.1. P.

Hær. consuetudinem, usum Eccles. &c proinde sensum Eccles. robur non habere 355.2. M.

Hæres. Non esse credendum Eccles. quia non fuit testimonium de visu eorum, que credimus 405.2. F.

Haec omnes hæreses referuntur, & distinctè refutantur loc. cit.

Hermetis liber à S. Prospero confutatus 63.1. M.

Hieronymus instar lampadis resplendens 130.1. F. Catholicorum magister 2. P. alij tituli, & encomia M.

Hilarius eloquentiae Rhodanus, impenetrabilis murus Ecclesiæ 128.2. M. alij tituli eiusdem, ibidem.

Hora canonice ex antiquitate probata 213.2. F. Hippo-

*Hypocrisis non semper peccatum mortale, expone-*  
nitur Hieronym. 60.2. F.

## I

**I**acobus Rex Anglie Patres recipit primorum sex sacerdotum. 96.2. F.  
S. Ignatius Episcopus, & Martyr diuinus vocatur 127.1. F. alij tituli eiusdem ibidem.  
S. Ignatius Patriarcha, & Fundator Societatis Iesu excellentis fidei: ei superextruxit Sacra Theologiam, eamque professus est, quam S. Thomas tradidit, ut habetur in relatione Canonizationis 334.2. M.

Impietas opponitur pietati, & particula pie interdum opponitur particula (impie) 301.1. M.  
Impiorum conditio, ex Clem. Alex. 284.1. M.  
Impostores tribunt Doctoribus, quæ nō somnirantr 288.2. M. ijdem iurgia & seminant in Scholis 289.1. M.

Imaginum Sacrarum cultus traditus à veteribus 216.2. M.

Infernī supplicia non finienda 49.2. M. non temperatur ullo modo. ibid. exponuntur Prudentius, & Idelphonsus F. est corporeus ignis 61. 1. P. exponuntur SS. Greg. & Damas. ibidem. est eiusdem rationis cum nostro, licet non quo ad oēs proprietates 64.1. P. exponitur Lactantius ibidem. Eo non puniuntur parvuli non baptizati 64.2. M. exponitur Aug.

Iniuriarum compensatio non potest fieri priuatae ex odio, vel vindicta 64.1. P. exponuntur Patres.

Iniuriæ interdum nascentur à magnis ingenijs 297.2. M.

Interpretatio scripturae non ab hostibus, sed a domesticis sumenda 329.2. F. item interpretatio Doctorum potius à suis, quam extraneis desumenda 330.1. P.

Ioachim Abbas confutatur 15.1. M.  
Iohannes Cassianus male à P. Lorino vocatus magis Doctor veritatis 23.1. M. male à Valentia titulo Sanctitatis insignitus ibidem, & 28.1. M. Olim de Ecclesia benemeritus 27.1. M. Pelagianis fauet 27.2. T. item, & Semipelagianis 27.2. P. eius collationes impugnauit S. Prosper 27.2. M. eas olim expurgauit Eucherius ibidem F. cauissimè legenda 2. P. eas purgatas legebat S. P. Dominicus, & S. Tho. ibidem Multi eum perperam excusarūt 272. M. F. immerito à Gennadio Semipelagianis addito, laudatus 28.1. P. ab Ecclesia Constantiopolitana electus fuit. procacis, & petulaniis lingue. ibid.

Io. Euangelista non fuit à nuptijs euocatus 377.2. M.

Irenaeus doctrinarum curiosissimus exploratur. item generosus Athleta, doctissimus, eloquentissimus 127.2. M.

Judicium nostrum sapientioribus submittendum exemplo Cypriani 36.2. M.

Judicium finale, quo tempore futurum ignoratur 50.1. M.

Judicium temerarium non est maximum peccatorum 64.1. M. exponitur Dorotheus.

Iuramentum Scholæ Salmantina rationabile demonstratur 327.1. M. quia propaganda indicitur Academia Tholos doctrina S. I. ibidem: quia Academia habet facultatem facienā statuta. ibidem Qui sit, qui bene iurat ex Ambros. eleganter 319.2. M. non est inconveniens, vi Logicalia, & Philosophica habeat pro obiecto, ut deseruiunt Theologiae 330.2. M. Iustificationem gratis fieri tradunt Patres 219.2. F. ad illam requiritur cooperatio liberi arbitrij 198.2. F. non sit sola fide. exponuntur PP. 179.1. F. & 2. P. in ea non est tantum terminus à quo nempè remisso peccati, sed terminus ad quem nempè gratia 179.2. M. exponitur August. ibidem. non sit iustitia Christi formaliter, sicut efficienter ibidem. Non excludit à iustificatis peccata venialia ibidem M. & F. Non tribuit securitatem de gloria, nec certitudinem de gratia. exponitur Bern. 179.2. M.

## L

**L**ac ad educationem confert 332.2. M.  
Laftantius errauit circa deitatem Spiritus Sancti, unde inter Apochryphos recensetur 48.1. P.

Laus est sermo dilucidans magnitudinem virtutis 126.2. P. non quia est communis suspecta si vera 126.2. M. Laudare se ipsum non semper indecorum 127.1. P. M.

Lectionis certæ utilitas ex Seneca 321.1. M.  
Lege Dei seruatu non esse impossibilem ex veteribus agnitu 219.2. M.

Leges humanæ pro temporum conditione variatur sicuti vestes 281.2. M.

Lex ne eodem die sacrificetur fœtus cum matre allegoricè exposita 283.2. F.

Liberum arbitrium assertum à Patribus 218.2. M. qui illud negarunt 198.2. F. ante Pelagium exortum, à Græcis Patribus nimis laudatum 202.2. P. in statu præsenti non est liberum à seruitute peccati, et misericordia 179.1. M. non potest ex se opera supernaturalia præstare, aliqua tamen moralia 179.1. M. definitur quod sit facultas voluntatis, & rationis 279.2. M. Librorum prohibitio ad Sedem Apostolicam spectat 301.2. F. Hæretic. lib. prohibiti.

Libris veterum cur immutatione non patiuntur 290.2. M.

Librorum multitudine gloriantur scioli 294.1. M.

Limbus Patrum assertus à veteribus 218.2. P. 218.2. M.

Litigantium mos per bellè descriptus à Clem. Alex. 281.1. M.

Locutiones obscuræ nouæ, &c. in Theologicis videntur 267.1. M. & 2. P. item fucatae, & superflue elegantes 267.2. M. F.

## M

**M**acharius an fuerit à nuptijs anocatus 377.1. F.

Mala pœna ad punitionem ordinata, à Deo fuit, licet N n

licet non primario, sed supposita culpa 64.1.M.  
Manichæi alteram speciem Sacramentalem  
contemnebant 360.1.P. damnantur à Leone et  
Gelasio *ibidem*.

Magdeburgenses blasphemari in Patres: causam  
nostram agunt in suis centurijs 220.2.T.

Manus impositio quædam reconciliativa, que-  
dam consecrativa 175.1.M. illa fit à simplici  
Sacerdote, hæc à solo Episcopo *ibidem*.

S. MARIA Domina nostra irreprehensa 98.  
2.P.44.1.M. explicantur locutiones aliquorū  
PP.44.1.M. & 2.P.M. falso scripti Origenes  
per ignem transfiguram 48.2.P. explicatur  
Hilarius. Obiinuit plenitudo nem gratiarum  
62.1.M. exponitur Odo Cluniac. *ibidem*. Circa  
eius conceptionem decreta Apostolica ad un-  
gnem obseruanda. eisdem decretis an concordet  
positio Quirini, & Poz. 370.P. M.394.1. & 2.  
T silentium nulli præiudicat, ex *ibidem* decre-  
tis 395.2.M.

S. Martinus dicitur par Apostolis secundum  
quantitatatem Geometricam exponitur Odo 61.  
2.M.

Matrimonium, Sacramentum agnatum à veteri-  
bus 2.1.2.F. benedicti sponsas, & spōsos cre-  
ditum ab *ibidem* 213.1.M. 187.2.M. in eo cau-  
tur spiritualis effectus, nexus, & gratia 186.1.  
& 2. & 187.1. & 2. non est simplex contractus  
188.2.M. ne dum denedictione Sacerdotali  
sacrificatur, sed etiam missæ sacrificio *ibidem*  
a Christo sanctificatum 87.1.P. gratiam cō-  
fert *ibidem*. & 2.M.P.188.1. amb̄a iungi sole-  
bant dexteræ nubentium *ibidem* 2.M. eius-  
dem indissolubilitas 190.2.M. interdictū Reli-  
giosis, & clericis in Sacris 201.2.M. non dis-  
solutur per adulterium quoad vinculum 178.  
1.P. non est de eius essentia Sacerdotale mini-  
stérium 251.2.M. impedimentum publicæ ho-  
nestatis declaratur 282.1.M. ratum non con-  
summatum a Papa non dispensatur 301.2.M.  
Millevariorum error confutatur 61.1.M. excu-  
santer aliqui P.P. *ibidem*.

Monachatus assertus à veteribus 213.1.M. cō-  
secratio, seu benedictio *ibidem*, vota, *ibidem*  
abstinentia a carnibus vigiliae, in claustris re-  
clusio, austerioritas, *ibidem* F. item cucullus, ve-  
stimenta, habentur in veteribus monumentis  
213.2.M. laudatus, & defensus ab Augustino  
200.2.P.

Molina defendit illam propositionem Cassiani  
Angelos amississe illam beatitudinem, quam  
habebant 23.1.M. jugillat magnum D.S. Au-  
gusti. 133.1.2.

Momus quicquid est pulchrum rodit 280.2.P. est  
veluti mus calathum rodens 281.1.P. obser-  
nat, vi carpat. Pulchrum simile Clem. de coquo  
& Pastore 283.1.M.

Moralis materia sic tractanda, ut nec consciencie  
restringantur, nec nimis laxentur 165.2.  
M. id maximè caendum in materia tempe-  
rantiæ *ibidem* F. similiter, & in materia iusti-  
tiae 266.1.M.

Morituros omnes homines ante iudicium, certū  
est 60.1.F.2.P. exponuntur PP. *ibidem*.

Moyser verè mortuus est, sed morte speciali 64.

2.P. exponitur Hilar. cum Ambros.  
Multitudini orthodoxæ plus deferendum, quam  
hereticorum paucitati. 359.2.M.  
Mysticæ Theologiæ tractationes per Scholasti-  
cam examinanda 266.1.F. duriusculè dictæ  
interpretanda, vel emendanda *ibidem* 2.M.

## N

Nazianzeni authoritas 95.1.M. simile de  
Gygro, et Graculis 398.2.P. simile eiusdem  
de stilla veneni permixta lacti ad explicādā  
doctrinam simulatam 382.1.M. eandem *ibidem*  
penè verbis mutuatus est S. Ambrosius  
*ibidem* P. explanatur locus Nazian. perpe-  
ram adductus à Bæz a 335.1.T.

Neoterici non debent se super veteres Theologos  
attollere 259.1.M. non debent in Patrum, &  
veterum Doctorum subtilijs collocari *ibidem*  
F. non despiciendi, non tamen cum antiquis  
æquādi 259.2.M melioribus, et sapientioribus  
subiici debent 321.2.M. Neotericos quosdam  
se efferentes supra veteres, plorabat S. Ale-  
xand. Alex. 342.1.M.

Neutrales, seu mediae viæ dicuntur à Nazian.  
qui nulli additti doctrinæ, se ipsis iudicibus  
videntes, alios censurabant 335.1.M.

Nouatores perstringuntur, & refutantur, vide  
verbo Hæretici. Ipsorum character, mulieres  
captiuare 384.2.M. altare contra altare eri-  
gere *ibidem*. nidificare in domibus dominiorū.  
item, Sanctiones, & Canones spernere *ibidem*  
potentum auxilia poscere *ibidem*.

Nouarum rerum inventores quales ex Clem.  
Alex. 182.1.M. volunt imperare non credere,  
contemptores junt autoritatum veterum, itē  
cupidi nouarum questionum 383.2.M. putant  
sine sua sententia, inclinandum mūdū *ibidem*.  
Nouitas doctrina in materia gravi non indi-  
cenda 263.2.F. 264.1.P.M. illam inducere sol-  
lent vane gloriæ cupidi *ibidem* M. & iastare  
solent illam de Cœlo lapsam, à nullo traditæ  
264.1.P. eā introducentes sunt similes Aegyp-  
tijs nouarum phantasiarum ostentatoribus  
281.2.M. execrata est S. Capreol. in Conf.  
Ephes. 322.2.F. ea conati sunt Hæretici erro-  
res inuehēre 323.1.F. eadem Euthychiani de-  
cipiebant incertos promissionibus, & fauori-  
bus superadditis, ut veteres Patres reje-  
rent, & nouitios Doctores sequerentur *ibidem*  
2.M. schismata, & diuisiones ponit 325.1.M.  
non licet illam in Ecclesiam introducere 336.  
2.F. in eam inuehitur Ephesina Synodus  
337.1.M. nouam introducunt doctrinam, qua  
periti volunt videri 6.2.F. id deplorat Bæz-  
lius 6.1.M. noua doctrina nullo Autore com-  
probata mox explodenda *ibidem*. Non est ullo  
modo permittenda 364.1.F. cauenda etiam est  
in materijs moralib[us], ne habent laxentur  
conscientiis 265.2.F.

## O

O Eiectum cuius ex Suarez, & Vaquez po-  
test esse aliquid non diuina reuelationis, sed

ex historia habitum, ut patet de inventione S. Crucis dedicationis S. Michaelis 374.2.M. non est cultus Ecclesiae incertus, quia principaliter tendit in venerationem crucis. &c. ibidem. Occidere se ipsum est illicitum, virgines que id fecerunt in instanti diuino, non fuerunt homicidae 61.1.F.

Officia diuina continent res gestas, &c. Sanctorum Miracula diligentie trutina Ecclesiae examinata 375.2.M. in omnibus pollere certitudine summa dixit Perez, ibidem col.1 F. contrarium dixerunt Ledesma, & Canus col.2. M. sed distinguenda sunt, ea quae diligentie informatione suscepta in processibus canonizationis, & in lectiones redacta leguntur in Ecclesia ad edificationem plebis, ab ijs que a priuatis auctoribus composta leguntur: in primo genere magna est auctoritas, in secundo talis est auctoritas, qualem scriptor gestorum alicuius sancti mereitur 275.2.M.F. multa a Pio V. reformata quae supposititia progressu temporis repurgatione indigebant 376.2.M.

Oleum chrismatis, cur dicitur oleum salutis 109. 2.F. eiusdem benedictionis meminit antiquitas 200.1.P.

Opera bona mereri vitam eternam docent Patres 218.2.M. 219.1.M. 199.1.M.

Opinio Pozæ quod nullus error priuatus e calamo alicutus Patris processerit 12.2.M. 372.2.F. 160.2.T.

Opinio Canisj, & Gersonis quod magis standum sit doctrinae modernorum, quam veterum 14.2. M. 15.T.

Opinio Anonymi quod pro Patribus debent recognosci quotquot in communione fidei docentes, diem clausuram extreum 123.1.P.

Opinio eiusdem quod potest aliquis prauus, excommunicatus ponit inter Ecclesiae Doctores, ut fuit Theophilus Alex. 124.2.P.

Opinio Anonymi, quod non sit certa regula, ex maiori encomio arguit debere Patrum excelsiam ad inuicem 143.2.M. ite Pozæ 143.2.M.

Opinio Pozæ quod plus sit adhibenda fides senioribus plerisque Provinciarum omnium, quam decem, vel octo Patribus Ecclesiae 237.1.P.M.

Opinio Anchiarani quod plus sit standum Canonistis, quam Theologicis in materia Theologica 253.1.P.

Opinio Anonymi, quod moderni plura attingere possunt, & meliora quam veteres, posseque nos unius Neoterici sententiam, & si nouam a veteribus discrepantem, sequi 255.2.M. & Pozæ 82.1.M.

Opinio Baezæ quod moderni quidam in scribendo tanta gratia donati sunt, quod dici possint non esse conatos 291.2.F.

Opinio Baezæ impugnatius iuramentum Salmanticense 319.1. & 2.T.

Opinio quorundam catechistarum in catechismis Gentilium baptizantium, pratermissa predicatione articuli mortis, & passionis Domini 243.2.P.

Opiniones predictæ suis locis postearum fundamenta, refutatae locis citat.

Opinio Salazaris, & qualem dicere sententiam

Papa in Concilijs, cum Episcopis, quantu[m] ad suffragium exprimens consensum Ecclesiae, 367.1.P. confutatur 368.369.

Opinio Aretij, & Conichij de immediata conversione aquæ in sanguinem Christi refutatur 62.1.M. 2.P.M.F.

Opinio Pozæ, censendos esse inter Doctores Ecclesiae, quod sunt Praelati, Concionatores, Praepositi, familiarium sacrarum 8.2.M.

Orationes pro mortuis similiter, & sacrificia ad biberi solitas tradidit antiquitas 217.2.M. eas negarunt Aetius, & alij haeretici 199.1.M. ab antiquitate se uate, & traditæ 202.1.F. in orationibus Ecclesiae que dicuntur pro sanctis multa sunt, quae ad substantiam sanctitatis, & miraculorum gloriam pertinent, & magnu[m] habet auctoritatis pondus 376.2.P. ex orationibus Ecclesiae magnum desumitur argumentum 372.1.F. quando lex credendi statuit legem supplicandi, firmum, & efficax sumitur argumentum 373.1.F. cum autem non consistat ex lege credendi nec statuitur aliquid, ut declaratiuum dogmatis, sed vi devotionis promotiu[m], non statuit lex credendi legem supplandi 374.1.F.

Ordines Angelorum traditi à veteribus 219. 2.M.

Ordo ut sacramentum verè, & propriè agnatum à veteribus 210.1.F. eiusdem ritus recensentur ibidem col.2.P. asserta ab ijsdem uocatio sacerdotalis, manuum impositio 212.1.M. tres functiones hierarchicas ordinis assignat Dionys. 177.2.M.

Ordo multoties idem ac quod status, unde preter ordinem ministrorum, quandoque quosdam statutus secularium Patres enumerant 177.2.P.

Origenis opera reprobata à Gelasio, iuxta calendarum Hieronymi 25.1.F. item à quinta Synodo, & sexta, & à S. Mariino Papa, item ab Anastasio, ibidem col.2.M. eius libros cauendos sub testamento cauit legendos Pacomius, ibidem P. eum multi defendere, & excusare tentauerunt 25.2.M. apologia sub nomine Pamphili martyris excusans Origenem, Eusebij foetus, ibidem. Non solum eius scripta, sed & ipse autor Origenes damnatus ibidem, olim grandis auctoritatis in Ecclesia ex doctrina, & virtutibus 25.2.F. ex eius sinu prodierunt mytriades Doctorum, Confessorum, & Martyrum 26.1.M. pro Christo quondam afflitus, ibidem M. sed abusus est diuina gratia, & nimium suo indulxit ingenio, unde in errores est precipitatus 26.1.M.

P.

Papa primus, & principalis Doctor fidei posteriori Episcopi illi subordinati 351.2.M. eius primum suffragium in Concilijs 368.2.P. eidem primo, & primario promissa est infallibilitas ne errent in fide, & moribus. secundario corpori Ecclesiae, 351.2.M. ex subordinatione Patrium in Concilijs ad Papam, oritur eorum infallibilitas ne errent in Concilijs, ibid. M. quomodo mystice dicatur comedere mel propheticum,

N.B. 2 defi-

definiendo 348. 1. M. ex officio pastorali fidei Cuius, & dogmatum Definitor 380. 2. 381. 1. 2. ostenditur id grauissimis auctoritatibus ibidē antiquitus nomen Papæ Episcopis commune erat, nunquam tamen auctoritas 180. 1. M. cū definit, ex Patrum doctrina definit 95. 2. F. numquam contra illos definit, aut definit 99. 1. F. 2. P.

Papias hallucinatus in fictione Millenarij Regni 43. 1. M.

Patris nomen, quid significet 123. 2. M. translatum ad significandum spiritualem paternitatem ibidem. Eiusdem à Pædagogo differentia, ibidem Rectè Apostolis tributū, & viris Apostolicis ibid. F. 124. 1. P. scholastici potius patrū proles dicendi ibidem M. ex competenti tamen antiquitate Patres dici possunt ibidem: Non sse moderni, M. F. Eo titulo decorantur Patres Ecclesiæ ad similitudinem patrum carnalium 123. 2. M. ijdē Patres dicuntur Apostolici 124. 1. M. cōmuni sententia ostendit Ecclesiæ consensum 30. 2. P. secus cum locuntur obiter, contentiosè in transcurſu ibidem, vel per condescendentiam 31. 1. P. non in omnibus eorum dicta retinenda 32. M. sed cum tradunt fidei regulā, vel publicam doctrinam consignant. F. & loquuntur ex notissima regula veritatis 32. 1. F. solus eorum sensus sufficit ad bæresim euinceādam 37. 1. F. imò ex uno Patre referente sensum Ecclesiæ efficax trahitur argumentū 32. 2. F. Quibus signis deprehendit quādo suum quando autem sensum Ecclesiæ exprimunt ibidem. Illi præ ceteris magnam habent autoritatem, qui in nullo ab Ecclesiæ deniarunt 24. 1. M. multoties obscure, & duriuscule locuti, & cur 33. 1. M. Firmum eorum argumentum est in materia dogmatica, 17. 1. P. diffident in rebus non pertinentibus, ad fidem, vel etiam in materia dogmatica ante Ecclesiæ definitionem 12. 1. M. aliqui interdum lapsi, & tur ibidem. Ad eorum interpretationes S. Augustinus sententiam correxit suam ibidem. eorum dogmaticam sententiam defendere est defendere Euangelium 11. 1. P. eorundem Patrum testimonia urgent hæretici cum contra alios hæreticos disputat 10. 1. M. 401. 1. M. eosdem admittunt interdum hæretici 10. 1. M. 9. 2. T. sola eorumdem autoritate profigari possunt 8. 2. P. exemplo T. heodosij ibidem, 2. P. 399. 2. M. & 400. 1. & 2. T. eos cœcos, & corruptores Ecclesiæ blasphemè dixerunt rebelles 8. 1. F. ad Deo dispensati secundum temporum opportunitates 8. 1. P. M. terribiles oppugnantiibus Catholicam fidem 8. 1. M. studijs, & doctrina insignes 7. 2. P. magistri fidei, & populorum 7. 1. M. Diuino lumine illustrati 7. 1. M. eorumdem iudicium incorruptum, & irrefragabile 7. 2. F. proinde eorumdem doctrinā infringere periculosum 6. 2. F. eorumdem termini non transgrediendi 642. P. anteponendi nouitatibus 8. 1. 2. M. in examen non adducendi 12. 2. P. nisi sint eorum dicta, priuata, 29. 1. M. in decisionibus fidei magis eis standum, quam posterioribus Doctoribus 15. 1. F. ex eorū sententijs quest. decidende 7. 2. P. ijsdemque, obviandum noui-

tatiibus ibid. F. non est possibile, ut sit certus, & exploratus in Ecclesia sensus Patrum, & quod aduersus eos quidquam decernatur 17. 1. P. cū non est eorum sensus clarus, & indubitatus non deducitur firmum argumentum pro dogmate ibidem. Similiter in rebus difficillimis concernentibus obscura Dei opera, nec etiam sumitur certum argumentum ibid. 2. M. eorū authoritate sublata heresies iterum reuiniscunt 96. 2. P. nūquam maior pars negavit canonicos libros 97. 2. M. etiam si sit concors Sanctorum sensus, qui expostores, & glossas patiantur, non est efficax, quousque facta collatione constet de certo, & indubitate eorum sensu 17. 2. M. ab Ecclesia ista intelligentia expectanda, ibid. Nec certum est argumentum eorum, sententiā extra dogmaticam, sed tantum in fidei questionibus 19. 1. & 2. Similiter nec in quibusvis fidei questionibus ibidem 2. M. F. eorum authoritas à canonica authoritate discernitur 20. 1. M. & 2. M. Multi eorum errarunt in fidei dogmate, qui excusantur, cum tamen sectatores damnentur 35. 2. M. cum conditione eorumdem priuata dicta recipienda 20. 2. P. similiter nec recipienda, que ab Ecclesia expensa 24. 1. P. eorū priuata dicta publicæ fidei non officiunt 36. 2. M. In fidei dogmate quod acceptarunt posteris tradiderūt 8. 1. P. & 6. 2. M. ad illis confugere maxima laus 284. 2. F. Quod ab illis non traditur sajs infirmum 349. 2. F. quandoque doctrina patrum non certa, sed probabiliter exprimunt sensum Ecclesiæ 24. 1. P. Diligenter priuata eorū sententiae distinguenda à publico dogmate 66. 2. M. attendendæ sunt etates quando scripserunt, ibidem F. ante exortas heresies minus caute locui 67. 1. M. inspiciendum cum ex suo, vel alieno sensu loquuntur 67. 2. P. multoties non absolute, sed ad hominem loquuntur: ibidem 2. M. multa exempla afferuntur ibidem. Pleraq; ad condescendentiam dixerunt 68. 1. P. id ipsum demonstratur exemplis ibidem; Item quod in sensu Catholico probant, in sinistro sensu acceptum improbat 68. 1. M. obseruanda phrasis, & modus loquendi suorum temporum. nam multa, temporum locutioni se attemperat, dixerunt, quæ incongrua nostris temporibus ibid. 2. M. exemplis id ostenditur M. F. obscuriora eorum dicta per clariora elucidanda; antecedentia per sequentia ibidem, & 67. 1. P. exempla afferuntur, ibidem. Interdum volentes declinare vnu extreum in aliud se conuerterunt 69. 1. F. afferuntur exempla ibidem, & 69. 2. P. M. F. & 70. 1. P. non tam voces attendenda, quam sensus, & verba æquipollentia 70. 1. M. 2. P. ijsdem per eosdem explicandi 70. 2. M. exempla afferuntur ibidem, 71. 1. M. & Clemens explicatur F. multoties relativè, non assertiù pronunciant 71. 2. P. M. F. inspiciendum quando dogmaticè quando contentiosè, quādo sua quando aliena referat, 71. 1. M. F. afferuntur exempla. Rursus attendendum an definitiū loquuntur, an disputatiū 2. P. exempla adducuntur ibidem. inspiciendum est finis, & occasio dictorum 2. M. exemplis id ostenditur, ibidem M. F. indistin-

At sunt obscuri, qui cum distinctione elucidari possunt 73. 1.P. exemplis id manifestatur ibidem. M. emphaticè, vel figuratè loquuntur aliquando, ibidem M. parvissime loquuntur de rebus non controverfis suo tempore 74. 1.M. exempla adducuntur, ibidem eorum testimonia in puris sonibus, & versionibus legenda 74. 1. M. chronologia temporum suorum attendenda 74. 2.P. quæ in materia particulari locuti sunt non debent in thessem converiri 74. 2. M. dubitent interdum de dogmatibus, non quoad An est, sed de quomodo, & alijs circumstantijs 75. 1.P. exempla afferuntur, ibid. nouum quoque modum, & intelligentiam excogitarunt ad hæreses profligandas 75. 1.M. quædam dixerunt per excessum 75. 2. P. Patrum Catalogus præ oculis habendus 1. 1. Stylus, & phrasis annotada 75. 2. M. omnes sunt testes traditionis 399. 1. F. 2. F. item traditionis interpretes 86. 1. M. Graues PP. & si pauci etiam testes traditionis 86. 1. M. decem numero satis essent ad definitionē formandā 94. 2. M. 237. 2. M. plures paucioribus, minus grauioribus grauiores præferebant 95. 2. M. qui in Patriū numero recēsēdi 1. 1. Ex eorū titulis maiorib. desumitur graduatio doctrinæ 144. 2. F. 145. 1.P. recensentur eorū tituli 145. 2.F. Patrum doctrine tenaciter adhaerendum, 94. 1.P. secundum illam prædicare debemus ibid. nulla cœni mixtura, aut nouitate turbanda, ibidem.

Pastores, & Doctores præsentes magnum argumentum ministrant si in unam doctrinæ conueniant, siue in Concilijs siue extra 227. 1.F. & 2.P.

Paulus verè non sicut S. Petrum reprobavit 9. 2.M. cur ipse legalia exercuerit ex Damiano explicatur 398. 1. M. eius epistolas non recte piebat Petrobrusiani 404. 1.F. eos confutat Petrus Venerabilis, cuius auream doctrinam legas, & relegat lector ad confundendos omnes hereticos in quocumque dogmate controverso à 404 usque ad calcem libri.

Peccatum est poena peccati, 178. 2. P. a Deo permittitur.

Peccatum originale numquam negarunt Chrysostomus, & Ambrosius 179. 1. M.

Pelagiani conquerebantur quod nō cogeretur pro sua causa Synodus 233. 1.M. ut manifesti laipi a pluribus Pontificibus damnati 143. 1.M.

Præcepta plura in lege Moysi quam in lege naturæ explicatur Chrysostomus 63. 2. P.

Philosophia magno est adiumento Theologiae se sit ancilla 261. 1. M. Sit autem magnum incommodū 261. 2. M. non est præponenda Theologia sed per ipsam regulanda 261. 2. M. F. 262. 1.P. non est rei scienda cum vera tradit ibidem M. F. T. elefana explosa ibidem 2. M. contra vera, & recepta dogmata Philosophica nihil innouandum 262. 2. M. 263. 1.T.

Petrus accepit claves in propria persona 177. 2. M. gesset etiam figuram Ecclesie ibidem super ipsum fundata Ecclesia F. vox omnium Apostolorum 329. 1.F.

Peregrinationes ad Reliquias, & Sanctorum loca, 217. 1.M.

Piè aliquid dicitur quod de pietate est fidei 175. 1.P. 382. 1.P.

Pœna damni maior pœna sensus 60. 1.P. expopnitur Chrysost. ibidem.

Pœnitentia agnita fuit a Patribus 185. 1.P. 209.

2. F. in ea inclusam peccatorum confessionem ibidem F. & 185. 2. M. item satisfactionem imponi solitam 185. 1.P. 198. 2. M. 210. 1. M. absoluvi item pœnitentes confessione facta, adhibita ceremonia impositionis manum 1. M. 213. 1.P. eius materia, & forma sensibiles 176. 2. M. eius etymon Gracum à mens immutatione dictum ibid. Solemnis pœnitentia ex antiquitate 199. 1. F. hæc Fabiolæ imposta est, ibidem.

Possibile dupliciter aliquid dicitur 283. 1.M.

Praxis quomodo definita sint dogmata sacra 100.

1.P. ostenditur ex Concilijs 103. 1. & seq. ex ipsorum met Patrum testimonio 108. 2.F. Ecclesiæ praxis sensum, & traditionem eiusdem demonstrat 372. 1.M.

Prædictor Euangelicus non potest sibi constitue-re duos fines diuersos nō subordinatos 64. 2. M.

Prædestination non ex præuisis meritis 60. 1. M.

Patres aliqui exponuntur, ibid. in ea tñdagāda non ad mulcentes aures periculi recurrit Augustinus sed ad fidei documenta 265. 1.T.

Primatus Petri agnitus à veteribus 182. 2.P.

210. 2. M. ad successores Romanos Pontifices transiit ibid. & 191. 1.F. eius actus, & exercitia ab iisdem veteribus regesentur nempè Syndicorum convocatio, & iudicatio, & facultas præsidendi Legatis data nomine Pape 210. 2. F. eorundem Conciliorum confirmatio 211. 1.P. ad ipsum ab Episcopis appellatio ibid. eorumdem in proprijs sedibus restitutio M. Patriarchalium sedium ordo, & assignatio ibid. maiorum causarum terminatio ibid. inferiorum Episcoporum ne soluant, quos ligauit prima sedes, inhibito ibid.

Purgatorium agnitu à veteribus 184. 1. M. 218.

1.M. ibi versus ignis 178. 1.F. & ibi requies ex certitudine salutis, admixta pene 2.P.

## Q

**Q** ualificatio propositionum alia est magistralis, alia iudicialis 268. 2. M. iudicialis est Papæ ibid. Cuius iussu magistri debent manum temperare a censurando ibid. nimius nosfer affectus in qualificando temperandus, 268. 1. F.

Quartamdecimani dannati à Victore 378. 2. F.

Quæstiones stultæ vitande 248. 2.P. tales sunt hereticorum quæstiones ibid. Cur Turcæ quæstiones de sua secta non admittunt ibid. M. quæstiones contra fidem sunt languentis animi 257. 1.P. in quæstionibus fidei ab antiquitate non recedendum, in adiaphoris, possimus ei contrarie rationabili fundamento, & cum modestia 259. 1.M. quæstiones ad fidem pertinentes tamquam adiaphoras dicebant esse Ariani 389. 1.F. similiter Pelagiani 2.P. 378. 1.F. quæstiones quædam sunt quæ soli fidei donanda, quædam permittenda 391. 1.M. quæstiones

non pertinentes ad fidem sunt quae non destruunt fidei dogmata 20. 1. F. item illa quae concer-  
nunt abditissima opera Dei ibidem, item quae  
ne ex reuelatis decidi possunt 21. 1. M. item  
que communem legem afferunt, nulla facta  
privilegij mentione; ibid. item que magis Phi-  
losophica concernant ibid. item quae circum-  
stantias temporum suppurationes, nisi contra-  
rium habeantur ex scriptura, vel traditione  
respiciunt 22. 1. F.

*Quicquidiam doctrinam se afferre iactant here-  
tici 263. 2. P. & 264. 2. T. sed hec magis a ve-  
ro recedit ibidem.*

*Quadragesima obseruatio a veteribus etiam  
agnita 214. 1. P. non superstitionis, sed religio-  
sa, 201. 1. M. F.*

## R.

**R**egula addicta Patrum intelligenda a pag. 66.  
R. pag. 2. usque ad pag. 75. T. item pro exami-  
natione doctrinarum a pag. 259. usque ad 269.  
T. pro recipiendis libris canonicos quae regula  
vus est Augustinus 98. 1. P. eadem regula ap-  
plicanda pro alijs dogmatibus ibid. M. F. re-  
gula, seu forma fidei quae nam sit 357. 2. F. La-  
tius patet quae scriptura sacra 358. 1. M. regu-  
la Aegesippi ad vendanda dogmata 350. 1. P.  
Religio cu[m] fide coniungitur nexus individuo 373.  
2. M. distinguitur ab eadem, & si ab illa diri-  
gatur, ibidem Profectus religionis magnifica-  
ciendus 35. 2. P. ei repugnant additio, & per-  
mutatio 357. 2. M.

*Religiosus status martyrio comparatur, 200. 1. M.  
religiosus levius peccat eodem genere peccati,  
quam secularis, excepto voto, & scandalo 60. 2.  
M. exponit Chrysost. ibid.*

*Reliquiarum cultus assertus a Patribus 216. 1. M.  
earundem translatio ibid. M. F. Miracula per  
ipsum facta ex ipsisdem 2. P. altaria cum ipsisdem  
reliquijs sacrari, ibid. M. sunt eadem ipsorum  
SS. identitate materie 299. 2. M.*

*Restituendum tantumdem quantum ablatum est  
60. 1. M. exponit Chrysost. ibid.*

*Reuelationes S. Brigida & S. Catharinae Senensis,  
& S. Therese commendate 266. 2. F. 267. 1. P.  
diligenti examine nouae reuelationes recipien-  
da 266. 2. F. Immerito Gerson tales reuelationes  
S. Catharina fugillat 267. 1. M. vero non sunt  
contra sensum Ecclesie, & doctrinam Catholica-  
lam 37. 1. P. non excludunt ordinem subiectio-  
nis, & examinationis, ibidem.*

## S.

**S**acerdotum, & Episcoporum celibatus a ve-  
teribus agnitus 182. 2. M. F. eorum electio  
non pendet ex plebe 180. 2. F.

*Sacramentorum numerus agnitus, & assertus a  
Patribus 184. 2. P. dicuntur sigilla non ad sensum  
haereticorum, sed quia continent inuisibil-  
em gratiam 174. 2. P. earundem verba, & ele-  
menta operantur, ut res supernaturales, & ut  
objeta fide cognoscibilia ibidem M. a Christo  
instituta, exponitur Cyprianus ibid. M. Iudus,*

*& iocus intentionem ministri excludens facit  
ea irrita ibid. M. non afferunt integrum numerum sacramentorum Patres, quia non con-  
ducebat eorum instituto 174. 2. F. res nostrorum  
sacramentorum diabolus est emulatus 177. 1.  
M. senarium numerum fatetur Luth. tradi &  
Dionys. 232. 2. septem tradidit antiquitas 2.  
M. 206. 2. M.*

*Scandalum caudum 396. 2. P. Pharisaeum quale  
sit 396. 2. M. non est relinquenda veritas pro-  
pter scandalum 398. 1. F.*

*Salmantina Academia rationabiliter iuravit  
in verba SS. Thomae, & August. 321. 1. T.  
Primo ut insignes duces sequeretur, ut Phila-  
stia morbus praecideretur, & inconstans ex-  
equitate opinionum ibidem M. ad tollendum  
Principatus ambitu 322. 1. M. item ad praeclu-  
dendam viam Novitatis ibidem M. pro con-  
seruatione unitatis fidei 323. 2. F. pro Regno  
rum, & Monarchiae conservatione, 325. 1. Ut  
facilius ad sapientiam perueniretur, P. ex  
unitate magistrorum, breuitate temporis, 325.  
2. M. si ceterae facultates suos habent Du-  
ces, & equum erat Theologis, ut SS. August.  
& Thom. haberent pro Ducibus 321. 2. M. non  
praeculsius viam auxiliariis copijs ceterorum  
Doctorum 331. 2. M.*

*Sanctorum invocatio, & intercessio agnita a Pa-  
tribus 183. 2. M. 215. 1. P. 2. P. M. 180. 1. P. cul-  
tus eorum sacer non superstitionis exponitur  
Hieronymus, ibidem M.*

*Sapientis est distinguere opinabilia a certis,  
285. 2. M.*

*Sapientum dictis tanquam demonstrationibus  
creendum, 321. 2. M.*

*Satisfactio non excludit laboriosa opera 176. 2.  
F. modus uiliter illam faciendi ibid. lachry-  
mis, & orationib. &c. 177. 1. P. unus pro altero  
potest satisfacere 177. 1. M.*

*Scholastici Doctores laudati etiam Nouatoribus  
243. 1. M. eosdem tamen ipsisdem contemnunt,  
ibid. 2. M. proficiunt in Dei agricultura ibid.  
explicant, & defendunt fidem 244. 1. M. earun-  
dem authoritas maxima 244. 1. M. de articulis  
ad fidem pertinentibus non controuertunt, 245.  
1. M. numquam fecerunt precepta ex consilijs  
246. 1. P. nullus Scholasticorum cu[m] Pelagio sen-  
sit 248. 1. M. eorum ministerium est veluti di-  
positio ad definitionem Ecclesiasticam 250. 2.  
M. ipsisdem contradicere in materia dogmati-  
ca errori proximum ibidem F. datur ipsisdem  
gratiae gratia data 251. 1. P. ab illorum decre-  
to dependet definitio Ecclesiastica, tanquam di-  
sponente, manuducente, ibidem M. deducunt  
non innixi tantum lumini naturali, sed super-  
naturali ibidem F. quando ipsis possumus ad-  
uersari 251. 2. M. honorifica de eis mentio in  
Concil. Vien. 251. 2. F. praeferuntur Canonistica  
in iuribus Pontificijs 253. & 254. 1. & 2. per  
totum. Moderni veteribus Scholasticis fasies  
submittere debent 256. 1. F. & 2. P. & 285. 1. M.  
Vnius sola authoritas non facit irrefragabi-  
le argumentum, nisi ceteri cum ipso cōcordent  
290. 1. M. inter Schol. primum locum habent  
Gulielmus Paris. Altis. Thomas, Alb. Alen-  
sis,*

sis; Scotus secundas partes Durād. Arim. Paulūd. 3. partes ceteri qui, sequuntur 296. 2. F. eadem Scholasticorum, & Patrum doctrina 59. 1. M. 65. 2. M. in quibus differunt 59. 1. M. Sacrificium Missæ à Prophetis prædictum 200. 2. M. ab Apostolis traditum 200. 2. M. Senes omnium, vel pene omnium Provinciarum non possunt decem Patribus præservi 238. 1. T. Sensus Ecclesiæ certus, & indubitatus 358. 2. M. ex sac. ceremonijs, & huiusmodi deprehenditur 371. 2. M. F. 372. 1. P. M. 2. P. M. 373. 2. P. ex exercitio, & usu potestatis 377. 1. P. item ex dispensatione, voti, iuramenti, &c. eiusdem sensus ipsam Ecclesia est Iudex 370. 2. M. tunc firmior cum super eundem sensum se reflectens, eum definit, 368. 1. M. non quilibet sensus est animata fides Ecclesiæ, sed qui certus, & indubitatus 371. 1. F. ex eo sensu damnati Nestorius, & alij Hæretici 363. 1. M. ex antiquitate deprehenditur 365. 1. M. non est firmus, si non ab Apostolis aliqua sensus descendat, sed ex Hebreorum traditione: propterea ab eadem Ecclesia, Magistris, & Doctoribus eius accipiendus 365. 2. F. est directius Ecclesiastici iudicij 99. 1. P. non solum ordinatur ad cognitionem, sed etiam ad actionem 351. 1. P. est Ipsissimum Verbum Dei 364. 1. M. eidem sensu inhærent Concilia 348. 1. M. omnium Ecclesiarum sensus cum sensu Romano Ecclesiæ copulatur 368. 2. M. differentiæ inter sensum Ecclesiæ, & Canones Conciliorum 348. 1. P. sensus Patrii ipsissimus sensus Ecclesiæ, 351. 1. P. præualere quoque ostenditur ex Concil. Ephes. 342. M. & 230. 1. 5. refutatur in hac sententia Porcæ ibid. 2. M. glossa contrariu insinuant expeditur 238. 2. P. sententia unius potest præualere multis in forensibus, secus in Patrum receptione, & in discussione dogmatum 37. 1. M. Servitus non est homini contraria, expositiones Patrum 181. 1. M.

Societas Iesu sectandam S. Thomæ doctrinam suis filijs inculcat 316. 1. F.

Sophiste perbelle depicti ab Epiph. 84. 1. F.

Sorbonica Academia laudata 245. 2. P. numquam S. Thomæ Cantuariensis Canonizatio nem oppugnauit 245. 2. M. à quo instituta ibidem. Nunquam abstulit iustitiam fidei, ibid. E. rectè tradidit iustificationis articulum, 143. 2. P.

Spiritus sanctus Ecclesiæ promissus 405. 1. P. inseparabiliter cum Ecclesia inhabitat ibidem. M. Doctoribus Ecclesiæ etià promissus 51. 2. P.

Superbia est nolle studere sacræ libris, & experitare intelligentiam de Cœlo 292. 1. M. expoununt dicta, & exempla Cassiani ibidem 1. M.

Stylus fucatus scribendi à Theologia eliminandus 330. 1. M.

Syrenibus assimilati. Doctores versipelles, 384. 2. P.

## T

Tacendum propter incapaces 396. 1. M. multas esse tacendi causas scripti August.

ibidem 1. P. item quando nullus vult audire 397. 1. M.

Tactus per totū corpus diffusus 248. 1. M. quædam eius species in lingua ibid. Quomodo id applicetur sensui Ecclesiæ, eleganter, 348. 1. F. Tecta absoluta à nuptijs nondum consummatis, 377. 1. M.

Temerè loquentibus aures non præbendæ 2. M.

Temeritas est iactare se sapere supra Patres, 85. 1. F.

Temperantia, & fortitudo locantur in appetitu sensitivo 301. 1. M.

Templa & aræ, & eorundem usus ex Patribus 217. 1. M. & col. 2. P.

Terram aliam extra mundum creari non est possibile, stante ordine universi 283. 1. M.

Tertullianus ad Montani dogma delapsus 24. 2. P. a Zepherino excōmunicatus ibid. plura dixit reuelata suo Montano, quæ à Christo suis Apostolis 89. 2. M. eius lapsam elegantissime deplorat S. Vincentius Lerinensis 24. 2. F. nullum præiudicium est fidei eius lapsus 25. 1. M.

Theologia, fides nutritur, gignitur, roboratur 256. 2. M. absque fide non subsistit ibidem, carens fide non habet Theologiam 257. 1. P. pervertitur nouitatibus, quod deploravit Nazianz. 322. 2. M. non abhorret tractare de ente rationis, & huiusmodi, ut sibi subserviunt 330. 1. F.

Theologi immerito sophiste vocatur ab Hæret. 246. 1. F. immerito traducuntur quod de pœnitentiæ sacramento dubitarent 246. 2. P. utuntur alijs scientijs, ut ancillis 246. 2. M. acutè quædam disputant salua fidei veritate 247. 1. P. multa ex exteris disciplinis assumunt ad sui usum ibidem M. eorum dissensiones non sunt circa fidem, sed ad illustrandam fidem ibid. 2. T. aliqui eorum aberrarunt, sed ante fidei definitiones ibidem F. varios exitus debent habere ad soluendas obieciones infidelium 147. 2. M. illi habendi inter Theologos, qui fide prædicti conclusiones deducunt 256. 2. M.

Theologia Gentilium triplex descripta est a M. Varrone; ab Augustino egregie confutata 65. 2. M. 374. 1. F.

Theodoreetus quondam Nestorii; fautor 47. 2. M. eum pœnituit erroris, unde à Leone receptus, & laudatus, ibid. Errauit, ut etiam Damasc. in processione Spiritus sancti 47. 2. M. S. Thoma, Damascenum nec excusat ibid.

Theophilus, Alex. male traductus ab Anonymo 124. 2. P. honorifica de eo mentio apud Cœciliæ, & Patres 125. 2. M. mori nō potuit, quousque ad illum delata esset imago S. Ioan. Chrysostomi, ibidem.

S. Thomas iniuste à Papo traducitur 248. 1. P. non reprehendendus, si aliqua retractauit, ibidem. a Lutherò impetratus 170. 1. M. 276. 1. F. item ab Anonymo 170. 1. F. laudatus ab Innocenio V. 273. 1. 2. M. Urbano V. Pio V. 274. 1. M. Clemente VIII, 2. M. F. 275. 1. P. Paulo V. ibidem M. ornatur nota unitatis, universitatis, confessionis ibidem M. F. & 2. M. F. succus est eius doctrina omnium Patrum 276. 1. M. in ea eluent copia, breuitas, facilitas, securitas, ibidem 2. M. a Catholicis, & hereticis laudatur

tus 277. 1. T. magnam ex sapientia obtinet authoritatem, ibidem 2. T. eius doctrina cur dicta est Angelica 278. 1. M. vox eius tamquam vox multititudinis 283. 2. M. apparuit Fratri Lauterio, & dubietatis nodos dissoluit 284. 2. M. in eo excellens quod demonstrationes ab opinabilibus distinxit 285. 2. M. excepta canonica, magnam sibi vendicat eius doctrina autoritatem 288. 1. M. similia encomia data sunt nonnullis Patribus, ibidem F. cur tales titulos promeruerit ibidem 1. F. Soli merito assimilatur 289. 2. F. id meruit, ut post Magistrum sententiarum innumeris fuerit expositoribus illustratus 290. 1. M. Nullus ex hoc, quod S. Doctori contradixit pro heretico damnatus, sed quia doctrinam communiter receptam, quam S. Thomas iuetur, impugnare ausus est 290. 2. P. eius discipuli tamquam communem orbis Doctorem secuntur 290. 2. F. libris, & doctrinæ eiusdem illustre testimonium perhibent Ioannes XXII. Clemens VIII. Pius V. quod sunt diuinitus conscripti 304. 1. 2. T. fuit author primæ secundæ, & secundæ secundæ, & luculenter ostenditur ex ipsis Pontificibus 304. T. ex dispositione, & materia eorumdem librorum ibidem. Item ex stylo scribendi 305. 2. M. ex successione à temporibus S. Thomas usque ad præsens 306. 1. M. ex sanctitate Angelici Doctoris, cui repugnabat aliena scripta suffurari 307. 1. M. ex ipsis qui catalogum librorum S. Doct. scripsierunt 1. F. Ex ipso Fraire Vincenio Bellouacensi 307. 308. 309. idem ostenditur ex alijs capitulo 309. 2. 310. 1. M. & ex solutionibus aduersariorum 310. 311. 312. T.

S. Thomas meniem melius præcipiunt qui Thomam cum Thoma exponunt 315. 1. M. qui communiter receptum eiusdem Sancti sensum exponunt 315. 1. M. qui aduersariorum argumenta, ex S. Thomas dissoluunt ibidem. Item qui eisdem terminis & vocibus S. Doct. vntur M. nec eius dicta extorquent 315. 1. F. qui precibus fuisse ad S. Doct. cupiunt eius haurire intelligentiam ibidem F. eiusdem intelligentia, nedum in Dominicanis, sed etiam in Patribus Carmelitis discalceatis, & in multis doctissimis viris Societatis Iesu requieuit 315. 2. M. eius mentem melius haurire potuerunt qui per manus traditam intelligentiam accepérunt 315. 2. F. eisdem perhibent testimonium, aliorum lapsus à S. Doctore discendentes 317. 1. M. eius doctrina via regia 326. 2. P. Non habui Alensem pro Magistro 328. 1. P. numquam aliena suffuratus est ibidem M. videatur fecisse Aristotele Christianum, captiuando eius Philosoph. in obsequiū Christi 321. 1. M. sine ullo prorsus errore conscripsit 304. 1. F. & 332. 2. M. eius doctrinæ studiosissimus S. Patriarcha Ignatius Loiola 334. 2. M. illum non emulari, sed imitari debemus 341. 1. M. maiorem obtinet autoritatem, quam si alicuius temporalis Senatus iudicio eius iurata do-

ctrina probaretur 342. 1. F. responsio eiusdem ad Damascenum, & vindicatur à Suarez. 47. 2. F.

Thomistis falso imponitur à Luther, quod scripta S. Doctoris scripturis, vel Patribus coquarint 286. 2. F. non recte idem videtur imponi à Nitela Hibernica, & alijs idem missitibus 287. 1. P. ab hac calunnia vindicantur 289. 1. M. 2. M. Multi se Thomistis profitentur, sed sanctum Doct. extorquent 316. 2. M. non prohibitum expositoribus Sancti diversas vias, non tamen aduersas reperire ad intelligendum S. Doctorem 316. 1. M. velle proprios factus obtrudere sub nomine Thomistico Thomistarum non est 316. 2. F.

Traditiones Ecclesiæ seruande, & recipienda 841. M. 209. 1. M. ijs triumphum reportauit Stephanus Papa 46. 1. F. illæ non admittunt additionem nec diminutionem 364. 2. M. ea contemnes sciens, & prudens anathematizantur 371. 1. P.

Transubstantiatio non est inuentum humanum, sed revelata doctrina 183. 1. M. eidem testimonium perhibent aduersarij Hæretici, dum antiquitatem proferunt hanc veritatem aitatem 207. 1. M.

Tributa principibus soluenda explicatur Hieronym. 180. 1. F.

## V.

Votum quomodo de meliori bono 329. 2. P. differt à iuramento 2. M.

Votorum obseruatio necessaria 199. 2. P. ob eorumdem inobseruantiam, hæretici votifragi 200. 1. M. simplicia vota ex natura sua non faciunt hominem religiosum, sed ex institutione Ecclesiæ 280. 2. M. sollemnium, & simplicium votorum discrimen 280. 2. M. eorumdem solemnitas ab Apostolica traditione 281. 2. M. ex intrinseca ratione sua sunt de iure diuinio 281. 2. M.

Virginum consecratio, velamen, habitus, castitas voto firmata, à Patribus etiam agnita. 215. 2. P. M.

Vulgus docendū non sequendū 353. 2. M. F. 73. 1. P. eius conditiones ibidem. Eadem non euulgaanda mysteria 80. 2. M. eius intemperies, & confusio 354. 1. M. aliæ eiusdem qualitates 77. 2. M.

## X.

Xisti Pape Tertiij notabile dictum aduersus nonitates memorie commendandum, videlicet,

**N I H I L V L T R A L I G E A T  
N O V I T A T I , Q V I A N I H I L  
A D D I C O N V E N I T V E T V-  
S T A T I , pag. 94. 1. M.**

L A V S D E O O . M .

B. DEI PARÆ DOMINÆ NOSTRÆ.

# ERRATORVM CORRECTIO.

*Prior numerus paginam, secundas columnam, tertius lineam, seu versum demonstrat*

## Prætermissa.

- Pag. 1. 1. 59. Exemplum est illius quæstionis an æquiuocè saltē cœlum sit animatum? Post illa verba trans.  
 62. 1. 4. substantiatur de lec exponitur Algerus. & Adde. Ad 26. illa locutio Palchafij refertur ad spe-  
 cies Sacramentales non ad carnem Christi, & ver. 5. Ad 27. caute &c.  
 49. 1. 58. post ea verba. Prudentius locutus videtur adde. De anima Traiani, id non dixit S. Tho. ex pro-  
 pria mente, sed communiter allegatam, & tributam Damasco authoritatem securus est, non  
 ex propria mente locutus. sciebat enim Damascenum, Gregorio posteriorem. vide Cœnum 11.  
 de loc. c. 2. & Baronium t. 2. anno 100. num. 17.  
 142. 1. 15. Post illa verba pro multis in v. 14. sic lege. non sic vero accipitur cum dicitur Roman. 5. sicut  
 enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi. particula multi pro  
 omnibus posita est.  
 284. 1. 25. post ea verba deposito cap. 22. adde. & sic patet ad 20.  
 23. Ad 21. cessat obiectio.  
 285. 1. 13. post ea verba obiecti. Adde. Ad 22. illi inconstantes &c.  
 286. 1. 2. post ea verba ne erreremus. adde, sic patet ad 22.  
 133. 2. post illud. homines, adde, illos.  
 373. 2. 16. Bellarminus lib. 3. c. 16. tom. 2. de cultu Sanctorum.  
 383. 1. 51. præter omnium:

## Superflua.

|                         |            |                        |      |
|-------------------------|------------|------------------------|------|
| 378. 1. 45. superfluit  | lib. 2.    | 387. 1. 19. superfluit | est  |
| 380. 1. 53. superfluunt | his verbis | 392. 1. 31. superfluit | vbi  |
| 383. 2. 64. superfluit  | 1.         | 398. 2. 42. superfluit | esse |

- |                                      |  |
|--------------------------------------|--|
| 52. 2. 38. hic author                | 163. 1. 40. quæcumque                                |
| 44. cum multos                       | 2. 38. definitione probauit                          |
| 29. 2. 57. Hyperbolice dixit         | 38. libellus editus                                  |
| 50. 1. 50. cum supereffent           | 40. depravationem                                    |
| 57. 2. 13. quadragesimo, &c in sequ. | 165. 1. 4. similiter &c                              |
| 65. 1. 35. enim supernaturali        | 21. retrædata  |
| 57. &c in gloss.                     | 166. 1. 53. non possent                              |
| 2. 35. carcere                       | 2. 3. innuere  |
| 65. 1. 6. cum viderent               | 2. ultimo insignis ille                              |
| 70. 1. 46. vnum sint                 | 168. 1. 28. quid dicis                               |
| 2. 26. inter se contrarij            | 167. 1. 3. ad sua                                    |
| 39. aut inuidiam                     | 6. Colluthianos                                      |
| 42. indicijs                         | 168. 1. 28. Hom. 17. ad Heb.                         |
| 75. 1. 3. qualitate, poenæ tempore   | 2. 35. qui ambulat in terra                          |
| 29. visione que                      | 168. 2. 35. an pie quisquam                          |
| 83. 1. 18. & informis                | 173. 1. 50. qui in viculis                           |
| 84. 2. 44. quas non condit           | 169. 2. 61. fratribus moriatur                       |
| 88. 2. 43. qui solos                 | 177. 1. 6. pœnitentia satisfactionem                 |
| 120. 2. 50. vt improbationi          | 179. 2. 28. consistat non excludendo infusionem gra- |
| 321. 1. 41. amanuenses               | tiæ cum alijs  |
| 133. 1. 54. Fulgentium               | 180. 1. 12. statuas Regum                            |
| 2. 9. eam deduximus, quamque         | 11. 74. benè fecerunt                                |
| 135. 1. 25. constitutos              | 200. 1. 30. Delrium                                  |
| 141. 1. 7. ne dom, non               | 201. 2. 27. Peucerus                                 |
| 153. 1. 4. muniebant, ideo subdebant | 202. 2. 30. Non barbari sunt Patriæ.                 |
| 159. 1. 1. Hilarium                  | 2. 31. si latinitatem volunt oppugnare               |
| 2. 64. Ezechiel.                     | 207. 1. 43. asseruari, Eucharist. esse etiam         |
| 161. 2. 16. bona vitæ                | 209. 1. 20. Cœnam Domini                             |
| 35. in Naz.                          | 2. 46. calumniantium oppilat ora                     |
| 43. oratione 3.                      | 55. Centur. c. 6.                                    |
| 49. spirituales nomine.              | 215. 1. 35. pro Monachatu                            |
| 45. oratione 2.                      | 216. 1. 39. tenuesque, ac                            |
| 161. 1. 4. Chrysofomo                | 217. 2. 41. annuo die                                |

231. 2. 40. vos indicantes, & vestros antiquos  
 233. 2. 30. Apostolicis matricibus  
 227. 1. 49. ordine naturæ  
 351. 1. 11. medie ætatis  
 231. 1. 29. superscriptio  
     34. & magnum nomen sibi compararent  
 232. 1. 32. qui pace Ecclesiarum non debet  
 237. 1. 18. præscriperint  
     48. Generalium etiam  
     51. Senioribus  
 238. 1. 41. eiusmodi suas  
 241. 1. 61. Pappus  
     2. 63. meras  
 242. 2. 48. præscriptione  
 246. 1. 4. fecisse ex  
     55. somniantium  
 251. 2. 9. tempore succedente  
 252. 1. 53. quas vocant Theologi  
 255. 1. 3. iustificantes  
     8. quoquam  
     11. nequeant  
     2. 50. eodem  
     59. Ecclesiam  
 258. 1. 52. ostentantes  
 259. 2. 12. student  
 260. 2. 48. huius rei  
 262. 1. 5. debent se  
     2. vlt. vbi puncta  
 263. 2. 52. patrare  
 264. 2. 58. dogmata pandit  
 267. 2. 16. successor  
 268. 1. 4. lib. 5. c. 10.  
     32. Lerinensis. 42.  
     2. 16. Consultores  
     47. quis hæreticus  
 269. 2. 43. Virgilianum illud  
 273. 2. 55. perhibitum  
 274. 2. 28. rigans  
     1. 6. nubem testium  
 279. 1. 2. intelligendo  
 281. 1. 31. suo tempore  
 288. 1. 13. lacerentur  
     41. contra Eonomium  
     2. 62. admoniti  
 291. 2. 22. polieudos  
 292. 1. 55. ad significandum  
 293. 1. 46. codicem  
     2. 13. que clausa  
 296. 1. 14. sint & sicut  
 297. 1. 17. vt in offic. sanctissimi Sacram.  
     2. 41. auxilio  
 298. 1. 1. cenlurantem notare qui posuit.  
     45. p. 2. q. 74. art. 3.  
 299. 1. 15. aut extrinseco  
     2. vlt. articulo Parisiens.  
 300. 2. 22. determinatum  
 301. 2. 26. virtutes  
 310. 1. 36. anno 1246  
 316. 2. 52. cum Academia  
 327. 2. 35. Concil. Constantiens.  
 375. 2. 16. per scripturas, & traditiones  
 344. 2. 13. articulos  
 346. 1. 37. Doctorum, & Ecclesie  
 348. 2. 14. V. omnium Pastorum  
 350. 2. 3. audiri
341. 1. 1. animatum  
 352. 1. 1. illuminatura tenebrauerat  
     2. 29. contra est primo  
     46. promiscuis  
 355. 1. 37. dum a laicis Presbyteros  
 360. 1. 46. abstemios  
     11. nedum non sumerent  
     15. numquam tamen  
     2. 42. corpore exanimi  
 367. 1. 61. displiceret  
 370. 2. 45. revelatio virtualiter  
 373. 1. 20. munere  
 374. 1. 58. colendum  
     2. 23. estimemus  
 376. 2. 19. nihil ex hoc  
     32. temeraria  
     50. sententia in oppositum  
 377. 1. 23. sunt ex illa  
     27. matrimonio rato  
 378. 1. 32. proprias  
 378. 1. 54. adiaphoras  
     60. Papa se  
     aliquando ab  
     frugem  
 379. 1. 20. supprimerentur  
     2. 5. lib. 2.  
     24. 417.  
     74. Euaristus  
 380. 2. 16. quod sequi  
 381. 2. 63. occasionem querunt  
 382. 1. 43. constitutum  
 383. 1. 51. id iudicavit  
     58. pellem induti  
     2. 54. essentque  
     sunt, intrant  
 384. 1. 4. Christi promissionibus  
 384. 2. 38. de his enim  
 385. 2. 17. Victorem admonuit  
 386. 2. 6. Stephanus  
 387. 1. 14. repugnare  
     2. 51. Summum Hierarcham  
 389. 1. 1. earundem  
 393. 1. 20. Pontifice  
     1. 14. debet  
     2. 58. 1. Recognitionum  
 398. 2. 40. insonuerit  
 398. 2. 43. ipsis constituendum  
 399. 1. 4. esse  
     1. 13. Nouatianis  
 400. 1. 30. quæstionem  
     2. 26. Apostolorum  
 401. 1. 42. litibus forensibus  
     2. 9. tenuerunt  
     28. vt litigans  
 402. 1. 11. regna eradicare  
 404. 1. 9. Euangelium  
     51. Spiritus sanctus  
 407. 1. 38. totum  
     2. 39. laqueum  
 406. 1. 16. Christianam  
     2. 9. Epistolas Apostolicas  
     30. ostensa est  
     52. peruenturum.

## R E G E S T V M.

a b c A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a B b C c D d E e F f G g H h I i J j K k L l M m N n.

Omanes sunt Terniones, præter b Duernios.


R E F E R T A M


A P E A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V Z

O n u c e s f u r m e t h o d e s , l i t t e r a p D e s i g n .

W H I T E

W H I T E





2  
60

45

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10

10